


6
24 G
9


IOH.
MARSHAMI
CANON CHRO
NICUS
LIPSIÆ
prostat apud
MATTH. BIRCKNER.
M.DC LXXVI.

D. JOHANNIS MARSHAMI,
Angli, Eqvitis Aurati,
CANON CHRONICUS
ÆGYPTIACUS, EBRAICUS, GRÆCUS,



&

DISQVISITIONES.

Liber non Chronologicæ tantùm, ſed & Hiſtoricæ Antiqvitatis reconditisſima complexus;



Londini primùm A. 1672. editus:

nunc longè emendatior in Germaniâ recuſus, adjectis Locorum Scripturæ, Auctorum, & rerum indicibus locupletiſſimis.

Cum Privilegio Electoris Saxoniæ.

LIPSIÆ,
Apud MATTHÆUM BIRCKNERUM, Bibliop. Jen.
Literis JOHANNIS COLERI, M DC LXXVI.

Lectori Benevolo Salutem!

QVi anno seculi nostri septuagesimo secundo Londini, ab Illustri vastæqve eruditionis viro *Johanne Marshamo*, editus est liber: *Canon Chronicus Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus, & Disqvisitiones*; nostratibus nunc typis exscriptus Tibi, Lector Benevole, offertur. Cùm enim exemplaria egregii operis translata ad nos pauca essent, cariùsq; insuper, quàm pro plerorumq; opibus, qui his literis apud nos addicti sunt, venirent: visi sumus non paucorum consulturi rationibus, si minore ac sumptuosâ minùs formâ recudi librum curaremus; quem si Chronologicæ, Historicæq; antiquitatis thesaurum dixerimus, nulli profectò mentiemur. Etsi enim propositum præcipuè gravissimo Auctori fuerit, octodecim annorum centurias, quæ à diluvio fluxerunt, Chronicis Canonibus complecti: eâ tamen præterea in enarrandis rebus, quæ in illud temporis intervallum inciderunt, dexteritate usus est, ut non seculorũ tantùm, quæ obscurata maximè erant,

)(2 Chro-

Chronologiam luci suæ redditam, sed & AEgyptiacarum, Ebraicarum, Græcarumq; antiquitatum recondita quæq; complecteretur. In quo instituto num paria cum eo fecerint alii, futuri fortasse sunt, qui unà mecum dubitent. Nam seu temporum rationes, quæ ab Africano, Eusebio, Syncello aliisque haud parum conturbatæ sunt, gravissimo hîc judicio compositæ, luxque gratissima iis præcipuè seculis, qvæ caligine involuta, tenebrisque obruta plusqvam Cimmeriis videbantur, affusa; seu AEgyptiorum, Ebræorum, Græcorumq; origines, sacra, politia, res bello paceq; gestæ, ac instituta qvævis alia, pari elegantiâ ac brevitate illustrata respiciantur, pauci futuri sunt, qvi non acumen ingenii summum, vastamq; eruditionem viri admirentur: non ullus verò, qvi non fateatur, res AEgyptiacas præcipuè multò accuratiùs & luculentiùs à Marshamo, qvàm qvoqvam alio, esse traditas. Neq; dissimulandum tamen, contigisse Illustri Viro, qvod contingere iis assolet, qvi supra vulgus sapiunt; ut novas subinde ac singulares opiniones sectaretur, iisq; fulciendis Sacræ etiam Scripturæ loca qvædam in novum sen-

sum

ſum inflecteret. Primùm enim de Ebræorum ritibus ita plerumq; differit, ut qvæ à Deo ipſo non ſine typicâ Chriſti adumbratione inſtituta novimus, ipſamq; adeo circumciſionem, baptiſmum, templum, ſacerdotium, ſacrificia, ac ceremonias ſacras alias, ex AEgyptiorum inſtitutis ſeculiq; uſu derivet. Qvalis ſententia & Patribus olim nonnullis in mentem venit, & nuper à *Johanne Spencero* in Diſſertatione de Urim & Thummim Cantabrigiæ A. 1669. editâ, magno molimine interpolata eſt: Deum, cùm legem Ebræis laturus per Moſem eſſet, ut duræ cervicis gentem receptorumq; rituum tenaciſſimã, ab idololatriâ aliisq; pravis moribus, qvos in Ægypto imbiberat, ſenſim abduceret, non omnes AEgyptios ritus abrogâſſe, ſed multos paulùm emendatos qvadam velut συγκαταβάσει tolerâſſe, inq; ſacrorum adeo ſuorum transſcripſiſſe albũ. Etſi verò non diffiteamur, idololatriam Ebræorum, & ritus in Scripturâ vetitos, ab AEgypto tanquam perenni ſuperſtitionis fonte profluxiſſe; quod Oedipi Ægyptiaci Tom. I. Syntagm. 4. ab *Athanaſio Kirchero* abunde demonſtratum eſt: quominùs tamen credamus, Deum ſanctiſ-

ſimam legem, quam ſanxit ipſe, & religioſiſſimè à populo ſuo ſervari voluit, è putidis Ægyptiorum commentis hauſiſſe, inq; Eccleſiam traduxiſſe ſuam, multa profectò ſunt, quæ prohibent. Neq; Græcorum Scriptorum, qui pares ferè ſacrorum ceremonias Ægyptiis Ebræisq; tribuunt, tanti eſſe auctoritas debet, ut Ebræos eas potiùs ab Ægyptiis, quàm contrà ab Ebræis Ægyptios mutuatos arbitremur: etſi ſenſiſſe ita Græci fortè, quibus Ebræorum ſeriùs, quàm Aegyptiorum res cognitæ fuerunt, videri queant. Sanè circumciſionem nec ab Aegyptiis Ebræi, nec à Moſe primùm acceperunt. Quod ſacramentum Deus ipſe Optimus Maximus, cùm hoc velut pignore Abrahamum ejusque poſteros in fœdus gratiamq; ſanctiorem reciperet, dudum inſtituerat: licet gentes etiam aliæ, ſeu quòd ab Abrahamo ejuſve ſervis, qui unà cum Domino circumciſi fuerunt, ortum haberent; ſeu ob munditiem, aut cauſas quaſcunque alias, genitalia circumcidiſſe memorentur. Sacrificia verò non ab Aegyptiis demum inventa, ſed mox poſt lapſum Protoplaſtorum & προτευαγγέλιον, Divino inſtinctu juſſuq; cœpiſſe, vel Abelis

belis

belis sacrificium Numini probatum, & ex fide, ut Epistola ad Hebræos testatur, profectum, argumento est. Hos ergo similesq; Ebræorum ritus, quos cum Ægyptiacis passim compositos videbis, ita Lector Benevole accipies, ut menti semper obversetur, quod in sacris literis tam liquidò Spiritus S. prodidit: Levitici cultus ceremonias, futurorum umbras, exemplaria, imagines, ac Messiæ ejusq; officiorum & beneficiorũ adumbrationẽ ac præfigurationem fuisse complexas. De serpente etiam æneo à Mose erecto p. 148. sq. profaniùs loqui videri posset; nisi p. 143. Mosen divinâ virtute operatũ asseruisset. Qvanquam & hîc mysterii non nullam factã mentionem mallem. Septuaginta denique Danielis hebdomades novâ quadam ratione sic computat, eamq; sacro textui interpretationem infert, ut non ad Christum, quem tam clarè illud Prophetæ oraculum describit, pertingant, sed cum Antiocho Epiphane finiantur. Nam cùm jam olim ex Porphyrio *Hugo Grotius*, in aliis Danielis visionibus, qvarto Regno non Romanam Monarchiam, sed Lagidarum & Seleucidarum Regnum designari statuisset; cui tamen non contem-

tem-

temnendas rationes in Angliâ novissimè *Henricus Morus* Operum Theologicorum pag. 729. sqq. opposuit: latiùs progressus Marshamus, eã qvoq; de septuaginta hebdomadibus visionem in eundem sensum traxit, ut aliæ Historiam, hæc Chronologiam exhibere crederetur. Quæ sententia cùm argumentũ luculentissimum, quod Christiana Ecclesia ab omni antiquitate Judæis intorsit, non elevet, sed evertat, refellenda pluribus esset: nisi futuros speraremus è Venerando Theologiæ Professorum ordine, qui illustrissimum locum vindicent; ac sanior dudum doctrina à Viris potissimùm de Universâ Christi Ecclesiâ meritissimis, Dn. *Martino Geiero*, in absolutissimo ad Danielem Comentario, & Dn. *Abrahamo Calovio*, in ζητάσει Theologicâ de septuaginta Danielis hebdomadibus, Bibliis illustratis tom. 2. p. 632. sqq. insertâ, abunde esset declarata. Cæterùm quæ nostra fuerit in novâ hac Marshami editione cura, cũ res ipsa loqvatur, enarrare supersedeo. Præterqvam enim qvòd opera data haud perfunctoria fuit, ut sine mendis liber prodiret, indices locorũ Scripturæ, Auctorũ, rerũq; amplissimos adjecimus. Tu hoc labore nostro, qvicunq; fuit, Lect. B. fruere, perpetimq; Vale.



ΠΡΟΚΑΤΑΣΚΕΥΗ.

ÆGYPTI Dynastiæ



Ir summus Josephus Scaliger, cum Eusebianis, edidit a)*Dynastias Ægypti: seriem & successionem* earum connectens, & cœlestes characterismos adjiciens, b)*aliam Periodum Julianam* postulat; ne *abjectis qvatuor Dynastiis, temporum vinculum interrumperetur*: cùm caput Dynastiarum *modum Periodi Julianæ excedat*, & c) *anteverterat epocham Mosaicarum rationum annis* 1336. Dionysius Petavius è Societate Jesu, vir doctissimus, Scaligero oppositus, illum hoc d)*sine ullo judicio fecisse* judicat. e) *Ægyptiorum*, inqvit, *Origines & Dynastias, quas Africanus & Eusebius scriptis prodiderunt, fabulosas &, quod ad vetustatem attinet, ementitas esse, cùm res ipsa loquitur, tum nos breviter significavimus.* Αὐτὸς ἔφα· neque in tanto molimine chronologico istas Ægypti antiquitates vel levi manu tetigit. Mihi visum est Dynastias istas neque in immensum extendi debere, neque omnino rejici.

a) Can. Isag. l. 2. p. 122.
b) Ib. p. 274.
c) L. 3. p. 309.
d) Doct. Tēp. l 9. c. 15.
e) L. 10. c. 17.

Georgius Monachus, Syncellus Tarasii Patriarchæ CP, Chronographiam scripsit, non ita pridem f) editam: hic Dynastias Ægypti, ex Africani Eusebiique calculo, recenset: ex hoc transcripta sunt excerpta Scaligeri. Quicquid supellectilis hodie superest ad instaurandas Ægyptiorum origines, id ferè totum debetur Syncello: neque tanti sunt momenti, quæ Herodotus omnium primus, aut illum secutus Diodorus, de Regibus Ægypti tradiderunt.

f) A. D. 1652.



Apud Syncellum memorantur Antiquitatum Ægypti auctores, tum Ethnici, tum Christiani: Illi, tres; *Vetus Chronicon, Manetho, & Eratosthenes*: Hi, itidem tres; *Africanus, Eusebius*, atque ipse *Georgius*. De singulis videamus.

§. I. a) Sync. p. 51. b.

VEtus Chronicon, cùm ſit anonymum, ex Syncelli fide proferendum eſt. a) *Fertur* (ait ille) *apud Ægyptios vetus quoddam Chronicon, continens* XXX *Dynaſtias, in Generationibus* CXIII, *immenſum tempus annorum* 36525. *Primum Auritôn; ſecundum Meſtræôn; tertium Ægyptiorum. Deorum regnum ita ſe habet. Vulcani nullum eſt tempus: Soli tribuuntur anni* 30000: *Saturno ac reliquis* XII *Diis anni* 3984. *Deinde regnârunt* VIII *Semidei annis* 217. *Poſt hos recenſentur Generationes* XV *Cycli Cynici, annis* 443. Reliquæ deinceps Dynaſtiæ ſuo ordine recitantur. XVI *Tanitôn;* XVII b) 52. a. *Memphitôn*, &c. b) *Summa* XXX *Dynaſtiarum, anni* 36525. [legendum enim ut ſupra Mγ', id eſt, μυριάδας γ' ϛ φ κ ε, non ∋γ] *qui ſunt Cycli Caniculares* XXV.

Chronicon hoc, licet *Veteris* nomen obtineat, antiquitatem tamen præ ſe fert non niſi Ptolemaicis temporibus proximam; cum ad Nectanebi fugam perducatur, quæ fuit anno tertio Olympiadis CVII, ante expeditionem Alexandri annis quindecim.

§. II. c) Joſeph. con. Apion. p. 1039. d.

MAnetho c) *vir Ægyptius erat, Græcâ diſciplinâ eruditus: ſcripſit enim Græcè hiſtoriam patriam, ex ſacris (ut ait ipſe) libris interpretatus. Herodotum frequenter arguit, rerum Ægyptiacarum ignoratione mentitum.* Illius ætatem & patriam noſcimus ex operis d) Sync. p. 40. c. dedicatione. d) *Magno Regi, Ptolemæo Philadelpho* [σεβαστῷ,] *Manetho Sacerdos, & Notarius ſacrorum penetralium per Ægyptum, genere Sebennita, Heliopolitanus, Domino meo Ptolemæo, Salutem.* Dicitur e) Sync. p. 52. d. Manetho à Vetere Chronico e) *plurimum diſſentire;* κατὰ πολὺ διαφωνεῖν· quod mihi quidem non facilè apparet. Scripſit enim Ma- f) p. 40. d. netho f) *de Deis, Semideis, Heroibus, & Mortalibus;* & g) *immenſum* g) p. 51. b. c. *tempus*, quod in Chronico memoratur, τὸν αὐτὸν τῷ Μανεθῶ tractâſſe dicit Syncellus; illumque, eo nomine, πεπλανῆσθαι *in errorem duci* h) p. 52. d. putat. Continebant etiam Manethonis *tres libri* h) *Generationes* i) p. 53. a. CXIII *in Dynaſtiis* XXX. Manethoni i) *Nectanebus rex eſt Ægypti ultimus*, XV *annis* πρὸ τῆς κοσμοκρατορίας *Alexandri*. Neque mirum k) p. 40. b. l) p. 52. b. inter hos convenire: tam k) Manetho, quàm l) Chronicon, origines m) Syncel. p. 18. c. Ægypti ex *libris Mercurii* traduxiſſe dicuntur.

Quod autem tempora, quæ à m) Manethone Diis aſſignantur, eadem omnino non ſint, quæ in Chronico; id quidem interpolatorum vitio contigiſſe videtur. Numeri enim iſti [de quibus mox erit dicendi locus] non tam Manethonis ſunt, quam Euſebii, vel Panodori; ex quorum excerptis depromptum eſt, quicquid Manethonis legitur

apud

apud Syncellum; quem ego nunquam inspexisse ipsos Manethonis libros, non immeritò suspicor.

Cæterum in Manethone, uti etiam in Chronico, maximè desiderantur Origines Diospolitanæ. Chronicon illorum regum meminit primùm in Dynastiâ XIX; quæ Africano XVIII numeratur. Josephus, ex Manethone, reges istius Dynastiæ recenset: & quidem verisimile est vetustiores Thebæorum reges à Manethone omnino fuisse prætermissos. Nam quæ ab Africano, in Dynastiis XI, XII, XIII suggeruntur, rejicienda sunt, tanquam ἄτοπα & incongrua: quod a) suo loco palam facimus. a) ad Sæc. XIV

§. III.

ERatosthenes itaque Cyrenæus imperfectam Diospolitanorum regum seriem supplevit: illum Euergetes Ptol. Philadelphi filius Athenis accersiverat; & quod Musæi [uti reor] Bibliothecarius b) *Secundus esset, illum Musæo-præfecti vocabant* Βῆτα. Hic c) *Ægyptiorum illorum, qui Thebæi dicuntur, regnum descripsit: Regum* XXXVIII, *annorum* MLXXVII; *quorum notitiam ex Ægyptiacis Commentariis & nominum significatione, mandato Regis, Græco sermone exposuit.* Si Manetho, sub Philadelpho, hanc regum seriem collegisset, nihil opus esset Eratostheni, jussu Evergetis, ut actum ageret. Reges istos Apollodorus in suis Chronicis recitaverat: ex Apollodoro, vel potius ex Africano, Syncellus. Ac licet d) LIII *aliorum deinceps Thebanorum regum nomina ab Apollodoro tradi dicantur;* quæ Syncellus dicit *se tanquam superflua omisisse:* tamen Eratosthenis eclogen non ultra illos XXXVIII extensam fuisse arbitror. Nam Diospolitanos reges, quos ex Manethone recenset e) Josephus, Eratosthenæis successisse f) monstrabimus. Est autem hoc Eratosthenis laterculum venerandissimum antiquitatis monumentum, & ad stabilienda Ægyptiorum tempora imprimis necessarium.

b) Marcian. Heracl. in Periplo.
c) Sync. p. 91. c. p. 147. d.
d) Ibid.
e) Con. Apion. p. 1041.
f) ad Sæc. XI.

In hac Scriptorum classe etiam censeri meretur *Dicæarchus* Messenius, qui fuit Aristotelis auditor. Ille enim Ægyptiaca tempora tractavit; ex professo, an obiter, incertum. Hujus quidem Syncellus non meminit: verùm ex vetustissimo Apollonii Rhodii Scholiaste superest egregium Dicæarchi fragmentum, g) suo loco proferendum. g) ad Sæc. X.

§. IV.

AD Christianos venio Ægyptiacarum rerum scriptores; qvi id sibi negotii proposuerunt, ut demonstrarent Origines Mosaicas nullis regnorum initiis, nullis Deorum natalibus recentiores fuisse. Hujus sententiæ auctorem habuerunt Josephum; qvi antiqvitates Ebraicas Græcasqve inter se comparans, res suas longè nimiùm pro-

trudit in anteriora, atqve colligit, *Exodum Israëlitarum praecessisse Excidium Trojæ, annis pene mille.* De qvo παραχρονισμῷ pleniùs dicendum est ad Sec. IX.

Utut sit, istâ autoritate securus, Justinus Martyr collocat *Mosem in temporibus Ogygis & Inachi.* Justinum seqvutus est Tatianus, & Clemens Alexandrinus.

Post hos *Sex. Julius Africanus* [qvi Christianorum primus doctrinæ temporum seriò operam dedit] cùm ex Hellanico & Philochoro didicisset, a) *Ogygem* MXX *annis ante Primam Olympiadem extitisse,* ipse totidem annos statuit ab Egressu Mosis ad Primam Olympiadem; & insigne nactus Græcorum παράπηγμα, conseqventia tempora per Olympiadas, præcedentia per LXX Seniorum numeros [omisso Cainane secundo] facilè deduxit. Ægyptiacas autem res cum Ebraicis connectit, secundùm rationes Josephi. Ille *Pastorum* Dynastiam de Israëlitis interpretatus, Pastores istos temporibus Josephi Patriarchæ accommodavit: idqve Christianis Patribus b) pro concesso obtinuit, Josephum sub *Aphophe* in Ægypto floruisse. Africanus itaqve regem hunc de qvarto loco in sextum dimovit, ut suis rationibus qvadraret: & interpositis duabus aliis *Pastorum* anonymorum Dynastiis, c) sub *Amose*, primo Thebanorum regum, in Dynastiâ 18, Egressum Mosis collocat. Inseqventia tempora per Græcorum epochas distincta sunt: qvales sunt *Appulsus Danai; Excidium Trojæ*; de qvibus suo loco. Est autem res perqvàm inepta, in Ægypto regnantes ponere Pastores illos, ante deportationem Josephi, cujus progeniem illos fuisse volunt.

a) Euseb. Præp. Evang. l. 10. c. 10. p. 490.

b) Sync. p. 62. d.

c) Sync. p. 62. 69.

Illud autem maximè mirum videtur, qvòd cùm Africanus XVI Manethonis Dynastias rejiciat, superfit tamen integer XXX Dynastiarum numerus. Tam ex iis, qvæ de Vetere Chronico & de Manethone diximus: qvàm ex illa Dynastiarum Notitia, in qva d) Panodorus Manethonem ad suos vocat calculos; atqve ex editis à e) Scaligero Latino-barbaris satis constat, vetustissimas Dynastiarum illarum, qvæ Manethoni omninò XXX sunt, assignari *Diis Semideisqve.* Verùm qvæ Manetho f), μιαρῶν ἱερῶν ἀρχιερεὺς γράφει, ψευδηγορῶν περὶ θεῶν μηδέποτε γεγονότων, *impurorum sacrorum pontifex scribit, mentitus de Diis, qvi nusqvam extiterunt*; ista omnia Africanus, tanqvam scriptore Christiano indigna, aspernatur; & in illud tempus rejicit, qvod præcessit Diluvium. Dynastiæ Africani istam præ se ferunt epigraphen: g) Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγύπτου Δυναστειῶν.

d) Sync. p. 19.

e) Euseb. Scal. p. 60.

f) Sync. p. 18. c.

g) Syncel. p. 54.

ςειῶν. *De Dynastiis Ægypti post Diluvium.* Seqvitur: Μετὰ Νεκύας τὰς ἡμιθέας πρώτη βασιλεία καταριθμεῖται βασιλέων ὀκτώ, ὧν πρῶτος Μήνης Θεινίτης. *Post Semideos manes, numeratur Primum regnum octo regum; quorum primus Menes Thinites.* Semidei igitur præcesserunt Diluvium: Reges autem post Diluvium regnare cœperunt. Nihilominus Africanus à Diluvio suarum XXX. Dynastiarum initium deducit. Est itaqve certissimum, in Dynastiarum dispositione, Africanum à Manethone qvàm plurimùm discrepare. Qvod à Syncello olim observatum. a) *Chronicæ disqvisitiones à Manethone traditæ discrepant ab Ecclesiasticis historicis* (Africano sc. & Eusebio) *tum illarum appellatione, tum regnorum duratione.* Neqve nomina, neqve tempora utrobiqve eadem. Neqve rectè ponitur à Scaligero titulus iste; b) *Dynastiarum Successio, juxta editionem Africani, ex tomis Manetho Ægyptii.* Sanè maximus Manethonis interpolator Africanus vetustiores suas Dynastias [si qvid video] ex mero suo ipsius arbitrio disposuit: si penitiùs inspiciamus, alias illarum frustula tantùm esse Dynastiarum; alias c) reperiemus meros esse numeros, inaniter turgentes. Sed nec illud satis capio. Africanus à Diluvio ad Exodum numerat annos 1464: Menen collocat post Diluvium: nihilominus secundùm Dynastiarum Africani rationes, à Mene ad Amosin [sub qvo Exodus] d) colliguntur anni 3986.

a) Sync. p. 53.c.

b) Can. Isag. p.122.

c) Ad fin. Sec VII.

d) Can. Isag. p. 126.

Hæc cùm ita se habeant, veniam impetravero, si in digerendis Ægyptiorum originibus, Africanum non fuero seqvutus κατὰ πόδα. Vixit autem Africanus sub M. Aur. Elagabalo; & Chronologiam suàm perduxit ad Consulatum *Grati & Seleuci*, anno Domini 221.

§. V.

Eusebius, Cæsareæ Palestinæ Episcopus, omnes Africani Dynastias transcripsit; quod ex e) Syncelli comparatione liqvet: *Chronicum* autem *Canonem* pertexens à natalitio Abrahami anno, tot tantùm adhibet, qvot suis rationibus convenire putabat: abscissis itaqve XV prioribus, annos inanes circiter trecentos *Thebais & Pastoribus* anonymis producit; & à XVIII demum Dynastiâ Ægyptiorum regum seriem exorditur. Ista qvidem Chronologia, præfractè instituta, à recentioribus securè recepta est.

e) P. 54, 55.

Hæ XV Dynastiæ [qvarum colliguntur anni 3317, ex ratiocinio f) Scaligeri] antevertunt Diluvium; qvod anno 74 Dynastiæ XVI contigisse volunt. In istis planè exscriptor Africani est Eusebius: Veruntamen inter hunc & illum non parùm disconvenit: neqve constarent rationes Eusebii, nisi ab Africano dissentiret, qvem 284 anno-

f) Can. Isag. L. 2. p. 125.

rum προχρονισμῷ peccâsse repererat. Sanè Eusebii præcipua laus est, qvòd epocham Exodi, nimis in antecedentia summotam, primus Veterum emendaverit. Hic enim, rectè constituto intervallo ab Abrahamo ad Exodum, inde ad Primam Olympiadem numeravit annos tantùm 736; non, ut Africanus, 1020. Secundum nostras rationes colliguntur anni 712.

a)Can.n.266. Eusebius, etiam a)*venditionem Josephi* sub *Aphophe Pastore* collocat: Exitum verò Israëlitarum [missis duabus anonymis Pastorum
b)Can.n.506. Dynastiis] non sub initio XVIII Dynastiæ; sed b)sub *Acherre*, rege 12, collocat. *Armain*, regem 14, *Danaum* fuisse dicit; an ex auctoritate Africani, incertum. In intervallo inde ad *Casum Trojæ* Africanus *Ramessem* [in XVIII Dynastiâ] Eusebius alterum *Rameßem* [in XIX] omit-
c)Can.n 835. tit; ut Troja caperetur c) ultimo *Thuoris* anno, qvem *Polybum* illum esse volunt, qvi excepit Menelaum: qvod tamen non est satis congruum. Nam Menelaus non nisi post longos errores à Polybo exceptus est.

Syncellus cum Eusebio acerbè expostulat, & post Syncellum Scaliger. Verùm Eusebius non tantum sibi permisit in temerando Africano, qvantum Africanus in Manethone. Eusebius Chronicon perduxit usqve ad annum 20 Constantini Magni, qvi est D. 326.

§. VI.

d)p. 54. ad p. 78. GEorgius monachus vixit *A. D.* DCCC. Hic collatis ad invicem d)Africani atqve Eusebii Dynastiis, novam Ægyptiorum regum
e)p. 91. ad p. 210. seriem e) *ab anno Mundi* 2776 *ad annum* 4986, sive qvintum Cambysis annum, f) *per Dynastias* X, *reges verò* LXXXVI, contexuit. Pri-
f) p. 210. d. ma Dynastia reges habet XXV, annos DCC. Qvæ qvidem notatu dignissima est; tum qvòd diversissima sit ab istis, qvæ vel ex Manethone, vel ex Africano & Eusebio supersunt; tum qvòd miro compendio totum illud tempus amplectatur, à *Mene* sc. usqve ad *Pastores*, qvod Africanus in XVI dynastias distribuerat, & Scaliger [in productissimâ illarum concatenatione] ultra MMM & DCC annos extendit. Etiam Syncelli forsan mens fuit, in hac una, XVI dynastias contineri. XV enim illius reges primi [qvorum sunt anni 443] videntur esse XV illæ
g) p. 51. d. g) *Cynici Cycli* Γενεαὶ, in *Vetere Chronico*, qvibus par annorum numerus attribuitur. Reliqvi X reges dynastiam XVI conficiunt. Nam
h)p. 103. c. *Concharis*, illorum ultimus, h) numeratur ἐπὶ τῆς ιϛ´ δυναστείας τοῦ Κυνικοῦ λεγομένου κύκλου παρὰ τῷ Μανεθῶ, *in XVI Dynastiâ Cycli Cynici à Manethone dicti*. Cycli autem illius epocha, secundùm Syncellum, eadem est qvæ Dynastiarum.

Mihi

Mihi qvidem gratiſſima obvenit prima hæc Syncelli Dynaſtia; ex qva ſpes in ordinem Ægypti origines redigendi prima emicuit. Neqve curioſus qværo, unde iſtam ille hauſerit: penès eum ſit illius fides: qvaliſcunqve ſit, cum primævis cæteris, in noſtra Dynaſtiarum Synopſi, locum habet.

Reliqvæ IX Syncelli dynaſtiæ, qvæ non κτ̄ δυναςείαν diſtinctæ, continuatâ regum ſerie producuntur, non tanti habendæ ſunt: in qvibus licet Euſebium, qvem ſolet inſectari, ſeqvatur, illum tamen deſerit, poſt XVIII dynaſtiam Africani, uſqve ad XXII, regesqve comminiſcitur, qvi neqve apud Euſebium ſunt, neqve Africanum; annosqve & ſucceſſiones mutilat vel extendit, prout ipſi viſum eſt, magnâ nominum, maximâ numerorum interpolatione. Ut imprudentiam hominis non poſſis non mirari, qvi cum aliis rixatur, ipſe cùm ſit reprehenſioni maximè obnoxius.

HIs modis luculentiſſimæ Ægypti Antiqvitates κτ̄ συςολὴν καὶ διαςολὴν, κτ̄ πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν miſerè vexatæ, ſpiſſis involutæ ſunt tenebris, ab ipſis temporum interpretibus, qvi omnia ſúſqve déqve permiſcuerunt, ut cum ſuis Ebraicorum temporum rationibus paria facerent: peſſimo ſanè exemplo, & religioſis ſcriptoribus indigno. §. VII.

Illud autem maximam hominum admirationem excitat, qvòd eam in conditionem res redacta ſit, ut cùm cæterarum plerumqve gentium Origines mancæ ſint & ἄδηλοι, Ægyptiacarum ſuperſit ingens πλεονασμὸς, tantaqve Succeſſionum redundantia, qvanta ad intelligentiam popularem accommodari neqveat. Unde evenit, ut qvàm plurimæ Ægypti Dynaſtiæ, tanqvam fabuloſæ, & ex inſcitia, vel inſana Vetuſtatis κακοζηλία natæ, rejiciantur: neqve qviſqvam inter tot Veteres Recentioresqve temporum emendatores adhuc repertus ſit, qvi errori huic ſubvenerit.

Qvandoqvidem igitur conclamatum eſt de Ægyptiorum Originibus, operæ precium me facturum exiſtimavi, ſi priſca Templorum ſcrinia à falſi crimine vindicavero, & Antiqvitates nobiliſſimas ad fidem hiſtoricam redegero.

Periodus Aſtronomica.

DIximus Manethonem XVI Dynaſtias Diis Semideisqve aſſignâſſe; atqve Africanum tempus illud Mythicum ab Hiſtorico per Dilu-

Diluvium diremiſſe. Dynaſtiæ iſtæ *Aſtronomiam* Ægyptiorum *Theologiamq́;* ſpectant; neqve incongrua eſt illarum immenſitas, cùm Deos æternitate donari æqvum ſit.

a) Hor. Apoll. Hier. 1.

Scilicet Ægyptii putabant Elementa fuiſſe æterna. a) Αἰῶνα σημαίνοντες ἥλιον καὶ σελήνην γράφουσι, διὰ τὸ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα. *Ævum ſignificantes, Solem & Lunam pingunt, qvòd æterna ſint elementa.* Qvod ab aliis gentibus uſurpatum. In ſtatere Syriaco, penès me, in honorem *Antiochi Epiphanis* percuſſo, ſtat Heros dextrâ Solem, ſuper caput Lunam habens: deſignatur *Æternitas*, ſive regis ἀποθεώσεως. Apud Romanos, in Divi Veſpaſiani, in Divi Hadriani nummis, *Æternitas* Dea ſtat ſtolata, ſingulis manibus Solis & Lunæ radiata capita tenens.

Cæterùm Sol & Luna, eminentiſſima cœlorum lumina, Dii gentium communes fuerunt: Numen autem Ægyptiis peculiare fuit Canis Cœleſtis, ſtellarum inerrantium ſplendidiſſima, apud qvos

b) Juvenal. Sat. 15. v. 8.

b) *Oppida tota Canem venerantur* - -

c) Hor. Apoll. Hier. 3. Plutarch. de Iſide, p. 359 d.

c) *Iſis apud eos ſidus eſt, qvod Ægyptiacè* Σῶθις, *Græcè* Ἀστροκύων *dicitur, qvod in reliqva etiam ſidera regnare videtur.* Sothis hæc, apud Vettium Valentem MS, ex libris Petoſiris, vocatur Σὴθ, maſculino genere. Τοῦ Σὴθ ἀνατολή.

In Dynaſtiis Deorum *Iſis* cum Oſiride, atqve *Anubis ſemideus* ſuas habent regnandi vices. Ἀποθέωσις iſta à benefico Nili fluvii incremento; absqve qvo deſerta foret Ægyptus. Nam ad ortum illius

d) Hor. Apoll. Hier. 3.

ſtellæ exundat fluvius; & ex illius aſpectu ſolebant d) σημειοῦσθαι περὶ πάντων τῶν ἐν ἐνιαυτῷ μελλόντων. *Prognoſticon facere de iis qvæ toto anno futura ſunt.* Etiam e) *Céos accepimus ortum caniculæ diligenter qvotannis ſolere ſervare, conjecturamqve capere, (ut ſcribit Ponticus Heraclides) ſalubris ne, an peſtilens annus futurus ſit.* Inde autem

e) Cic. Divin. l. 1. prope finē.

f) Porphyr. de Nymph. antro, p. 123. edit. Holſt.

f) *Ægyptiis principium anni, non Aqvarius, ut apud Romanos, ſed Cancer. Nam propè Cancrum eſt Sothis, qvam Græci Canis ſidus dicunt. Neomenia autem eſt ipſius Sothidis ortus, qvæ generationis Mundi ducit initium.* Hinc tot annorum myriades, & periodus omnem temporis modum tranſcendens. Nam immenſa illa Ægyptiorum chronologia eſt aſtronomica; neque res geſtas, ſed motus cœleſtes deſignat.

g) African. ap. Syncel. p. 17. c.

g) Αἰγύπτιοι μὲν περὶ τὰς περιόδους καὶ μυριάδας ἐτῶν, κτλ. θέσιν τῶν παρ' αὐτοῖς ἀστρολογουμένων ἐξέθεντο. *Ægyptii ſtatuunt periodos & annorum myriades ſecundùm aſtronomiam ſuam.*

Ex diu-

EX diuturna stellæ orientis observatione didicerunt Ægyptii Sothin quotannis abire in consequentia sex horis, sive qvartâ diei parte; ita ut in uno quadriennio fiat recessus unius diei: in 365 quadrienniis, sive annis 1460, deficiant dies 365, sive annus unus; nec nisi anno sequente, qvi est 1461 a), *ad idem revolvatur principium*. Nam anni Ægyptiaci 1461 sunt naturales 1460. §. I.

a) Censorin. c. 18.

Hæc est decantatissima illa b) Ἀποκατάστασις τοῦ Ζωδιακοῦ, *Zodiaci in primum statum reparatio, nimirum ab eodem signo ad idem signum.* Quæ etiam vocatur *Annus Magnus*; de cujus initio dicemus ad XI Seculum.

b) Syncell. p. 25. a.

Periodus hæc annorum 1461 juxta numerum Cycli Lunaris multiplicata quinquies & vigesies [est enim in XXV vagis annis eadem Lunæ ratio, quæ in XIX fixis] efficit periodum annorum 36525; c) quæ est ἀποκατάστασις Κοσμική; in qua existimabant Ægyptii siderum omnium & cœlorum fore ad natalitios carceres reditum, ac totius Universi renovationem. Nam inerrantium stellarum motus d) ante Hipparchum, sub Ptolemæo Physcone, fuit omninò incognitus.

c) Syncell. p. 35. d.

d) Ptol. l. 3. initio.

Talis fuit Ægyptiorum Astronomia, ex Mercurii libris. Duas tradunt revolutiones; unam *Zodiaci*, alteram *Mundi*. Minore Syncellus historiam Ægyptiacam regumque successiones metiri videtur: à Majore Vetus Chronicon suam mensuram recipit. Numerat enim XXX Dynastiarum annos 36525.

Neque alius fuit Manethonis calculus, teste Jamblicho. e) *Mercurius ipse tradit viginti millibus voluminibus: vel sicut Maneteus* [Manethos] *recenset, tradidit voluminibus triginta millibus, itemqve sex millibus, & quingentis, atq; viginti quinque; & in eis perfectè omnia demonstravit.* Versio est Marsilii Ficini; Græca non vidi. Ex numero palàm est, non libros intelligi, sed orbium cœlestium circumvolutiones.

e) Jambl. de Myst. Ægypt. c. De Dis, p. 153.

- - f) *Assiduâ rapitur vertigine Cœlum,*
Sideraq; alta trahit, celeriq; volumine versat.

f) Ovid. Metam. l. 2.

AD motum Octavæ sphæræ forsan composita est periodus illa, cujus meminit Julius Firmicus. g) *Trecentorum* [inquit] *millium annorum Major* ἀποκατάστασις [*hoc est, redintegratio per* ἐκπύρωσιν *aut per* κατακλυσμὸν] *spatio perficitur. Exustionem Diluvium sequitur*, &c. Mundi ἐμπύρωσιν tradiderunt Ægyptii; & quotannis adhibere soliti sunt h) τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριον τῆς τοσαύτης πληγῆς: *igne-um isti-* §. II.

g) Lib. 3. c. 1. p. 47.

h) Epiphan. Hæres. 19. p. 39.

um iſtius calamitatis amuletum. Nam *ad Solſtitium Vernum, omnes*
Ibid. *Aegyptii oves, & arbores, & ficus, & alia ejusmodi, rubricâ inficiunt;*
a) Origer. c. *dicentes, illo die totum Mundum conflagrâſſe.* a) Καὶ Αἰγυπτίων δὲ οἱ
Cell. l. 5. p. 245 λόγιοι τοιαῦτα παραδιδόντες, *Eadem Aegyptiorum traditio* ad Græ-
Ibid. p. 244. cos tranſiit. Φασὶ δὴ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς κατά τινας περιόδους ἐκπύρωσιν τοῦ παν-
τὸς γίνεσθαι· καὶ ἑξῆς αὖθις διακόσμησιν πάντα ἀπαράλλακτα ἔχουσαν.
Dicunt Stoici, juxta quandam ſeculorum periodum, fuiſſe Incendium Univerſi; deinde ejusdem formationem, quæ omnia eadem habuit.
b) Clem. Strom. V. p. 549. c. Ante Stoicos, id docuit Heraclitus. b) *Norat enim Epheſius ille* (ἐκ τῆς Βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, *è Barbarâ philoſophiâ edoctus*) τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί, *Expurgationem per Ignem eorum, qui malè vixerunt; quã Stoici poſteà* ἐκπύρωσιν *dixerunt.* Ipſe Jupiter, ætate Deucalionis, Diluvium meditans,

c) Metam. 1.

c) Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur; eſſore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia Cæli
Ardeat, & Mundi moles operoſa laboret.

d) Cenſor. c. 18. Magnum Platonis annum non adduco. d) *Eſt prætereà Annus, quem Ariſtoteles Maximum potiùs, quàm Magnum, appellat; quem Solis, & Lunæ, vagarumq; quinque ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuerunt, unà referuntur: cujus anni* e) *hyems ſumma eſt* κατακλυσμὸς, *quam noſtri diluvionem vocant; æſtas autem* ἐκπύρωσις, *quod eſt mundi incendium. Nam his alternis temporibus Mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur. Hunc Ariſtarchus putavit eſſe annorum vertentium* 2484. *Aretes Dyrachinus,* 5552. *Heraclytus & Linus,* 10800 (*vel* f) 18000.) *Dion,* 10884. *Orpheus,* 100020. *Caſſandrus, tricies ſexies centum millium. Alii verò infinitum eſſe, nec unquam in ſe reverti exiſtimarunt.* Ex conjecturis variis, varii calculi.

e) v. Ariſt. Meteor. l. 1. c. 14.

f) Plut. placit. Phil. l. 2. c. ult.

§. III. CUm Ægyptiorum Aſtronomia conſpirat illorum Theologia: utraque nimirum ex Mercurii libris. Cœleſtia corpora Dii præcipui fuerunt; & Periodus magna, ad φαινόμενα aſtrorum excogitata, in Deorum βασιλείας diſtributa eſt. Mythici temporis conſtitutæ ſunt g) *ſexdecim Dynaſtiæ: Deorum ſeptem, &* h) *Semideorum Dynaſtiæ*; quæ ad hunc modum ſe habent:

g) Syncell. p. 18. c.

h) p. 41. b.

a) Dyn.

a) Dyn. I.	*Vulcanus regnavit*	an. 724. ½ dies 4.	a) p. 19.
II.	*Sol, Vulcani F.*	an. 86.	
III.	*Agathodæmon*	an. 56. ½ dies 10.	
IV.	*Saturnus*	an. 40. ½	
V.	*Osiris & Isis*	an. 35.	
VI.			
VII.	*Typhon.*	an. 29.	
	b) Summ.	969.	b) p. 41. b.
VIII.	*Semideus Orus regnavit*	an. 25.	
IX.	*Semideus Mars*	an. 24.	
X.	*Semideus Anubis*	an. 17.	
XI.	*Semideus Hercules*	an. 15.	
XII.	*Semideus Apollo.*	an. 25.	
XIII.	*Semideus Ammon*	an. 30.	
XIV.	*Semideus Tithoes*	an. 27.	
XV.	*Semideus Sosus*	an. 32.	
XVI.	*Semideus Jupiter*	an. 20.	
	Summ.	214.	

Est unicuique sua Dynastia: assignati autem annorum numeri non sunt genuini. Manetho retulit, c) *primum Deum Vulcanum regnâsse annos* 9000, Chronicon d) *Vulcano nullos dedit annos, Soli* 30000, *Saturno & reliquis Diis* 3984. e) *Ab Osiride & Iside ad Alexandri regnum numerant annos plus* 10000; *vel, ut nonnulli scribunt, paulò minus* 23000. Neque mirum inter mythologos non convenire.

c) Syncell. p. 18. c. d) p. 51. c. e) Diod. Sic. l. 1. p. 13. d.

Post f) Eusebium, Panodorus monachus Ægyptius [sub Arcadio Aug.] existimans Deorum annos fuisse g) Lunares, & ἐν Σεληνιακοῖς τριακονθημέροις κύκλοις peragi, commenta ista fuisse S. Scripturæ satis consona demonstrare contendit. Ab Adamo statuit h) tempus ἀβασίλευτον annorum 1058: eo i) Mundi anno οἱ Ἐγρήγοροι κατῆλθον. Exinde dicit k) annos Lunares 11985 [legendum ε non η] qui Diis attribuuntur, conficere annos Solares 969: & l) Semideorum ὥρους, sive *trimestres annos*, 858 facere annos Solares 214 cum dimidio. Eo modo componitur numerus annorum 2242: quot scilicet fuerunt, secundùm Græcam Bibliorum versionem, ab initio rerum ad Diluvium.

f) Syncel. p. 40. d. g) p. 41. c. h) p. 32. c. i) p. 16. d. k) p. 41. b. l) p. 40. d.

1058
969
214 ½
2241 ½

Non opus est rationes istas ad Lydium lapidem revocare. His itaque leviter præmensis, ad tempus Historicum revertamur.

EBRAICA Chronologia.

RES Ebræorum cum Ægyptiacis quàm plurimùm permixtæ sunt. Ut igitur Ægyptiorum tempora ex sacris literis firmarentur; ut ex utriusque historiæ collatione lux mutua emicaret; opportunum duximus Diatribam nostram redintegrare, & synchronicum rerum Ebraicarum canonem apponere.

Mosaica chronologia ex *παιδοποιΐαις* conficitur: ætates verò Patrum diversi Bibliorum interpretes adeò diversas proferunt, ut inter viros doctos, de ætate Mundi, aut Diluvii tempore, non satis conveniat. Ecclesia Christiana codice Græco usa est, donec S. Hieronymus libros Ebraicos transtulisset: Latina deinde versio plerumque in Occidente, Græca autem in Oriente obtinuit. Qui Græcæ favent, antiquitatem jactant, & Evangelicam auctoritatem: negant textum Ebraicum, literis Chaldaicis exaratum, esse ab ipso Mosis autographo; sed à lectionum varietate per Rabbinos & Massoretas serò purgatum esse affirmant.

Nos hâc gravissimâ quæstione supersedentes, Ebraici codicis numeros ideo sequuti sumus, quod sint brevissimi. Nam si immensa Ægyptiorum chronologia intra terminos istos contineri poterit, nullum omninò superest dubium de laxioribus Græcorum temporibus.

Omissis itaque Antediluvianis, numeramus

A Diluvio ad profectionem Abrahami	an. 426.
A profectione Abrahami ad Exodum	an. 430,
Ab Exodo ad Templum fundatum	an. 480.
Stetit Templum	an. 400.
Duravit captivitas Babylonica	an. 70.
Sunt omnes anni	1806.

Primus annus Cyri, Babylone regnantis, quo soluta est Judæorum captivitas, est Nabonassari 210, & Periodi Julianæ 4176. Contigit igitur Diluvium an. Per. Jul. 2370. De singulis intervallis suo loco differendum.

IN genealogicis primorum temporum rationibus, varietatem numerorum uno conspectu videas.

Genes.

Genes. c. 11. vers. 10.			LXX	Sam.	Ioseph.	Ebr.
Sem	genuit Arphaxad,	an. post Diluviū	2	2	12	2
Arphaxad	genuit Cainan,	an. ætatis ——	130			
——	genuit Sala,	an. ætatis ——	135	135	135	35
Sala	genuit Heber,	an. ætatis ——	130	130	130	30
Heber	genuit Phaleg,	an. ætatis ——	134	134	134	34
Phaleg	genuit Rhagau,	an. ætatis ——	130	130	130	30
Rhagau	genuit Seruch,	an. ætatis ——	132	132	130	32
Seruch	genuit Nachor,	an. ætatis ——	130	130	132	30
Nachor	genuit Thara,	an. ætatis ——	{179 / 79}	79	120	29
Thara	genuit Abram, Nahor, Aran,	an. æt.	70	70	70	70
		Sum.	{1172 / 1072}	942	993	292

Aran, Tharæ primogenitus, natus est anno patris 70: Abram autem post annos 60, anno patris 130. Vixit enim Thara a) annos a) Gen. 11, 23.
205. Abram profectus est in Canaan b) *post mortem patris*, cùm ipse b) Act. Apost. 7. 4.
ageret ætatis suæ c) annum 75; cùm à Diluvio, secundùm Ebræos, c) Gen. 12. 4.
præteriissent anni 426. Natus autem est Abram anno Tharæ 130, anno post Diluvium 352, anno Periodi Julian. 2722.

Thara natus est anno post Diluvium 222, anno Per. Jul. 3592. quoto autem patris sui anno, non dicam. Nam Romana LXX Interpretum editio attribuit *Nachori* annos 179; codex Alexandrinus, & versio Samaritana annos 79; Josephus 120; libri Ebraici 29. Discordiam hanc dissipare oportet, antequam ulteriùs progredi, aut certam Diluvii epocham statuere liceat.

Porrò LXX Interpretes *Cainanem* Secundum habent, à cæteris rejectum. Codex Ebraicus centenariis numeris omnibus caret, qui in cæteris leguntur.

Apud d) Josephum dicitur Abrahamum natum esse anno post d) L. 1. c. 7.
Diluvium 292; cùm tamen Josephi rationes faciant annos 993. Nimirum emendator aliquis, S. Hieronymo fortasse recentior, in colligendis Josephi numeris, centenarios omnes subtraxit, ut Ebraicis pares faceret. Ista verò indicâsse satis est.

GRÆCA *Chronologia.*

ALiquandiu mecum reputabam, utrùm Græca etiam tempora hîc locum haberent. Bene novi Græcos cum Aegyptiis serò admodum rem habuisse; seriùs cum Ebræis. Veruntamen cùm omnis, quantam habemus, Aegypti notitia Græcis literis tradita sit; cùm Græci ipsi, Originibus suis superbientes, Cecropem Danaumque ex Ægypto; Apin, Ionem, Telegonum, Epaphum, alios in Ægyptum migrâsse tradant; cùm denique totam, in hoc opere, complexuri simus primorum temporum antiquitatem, si modò Græcam adhibeamus [Assyriaca enim tenuissima sunt, & incertæ fidei; quod posthac pleniùs dicetur] visum est uno conatu triplicem vetutissimæ historiæ adornare Chronologiam.

Serò Græci res suas mandârunt literis; Chronologiam multò serius adhibuerunt. a) *In scriptis Publicis nihil vetustius fuit Draconis legibus*, quæ circa Olympiadem XXXIX latæ sunt: & b) *Vetustissimi historicorum expeditionem Persarum contra Græcos paululum præcesserunt*, [i.] Olymp. LXXII. Doctrina verò temporum adhuc longè fuit recentior; quod posthàc monstrabitur. Hinc tenebræ superioribus seculis; hinc fabulæ.

a) Joseph. con. Apion. l. 1. p. 1035. c.
b) p. 1034. f.

M. Varro c) Primam Olympiadem terminum ponit inter μυθικὸν tempus, & Historicum.

d) *Ephorus Cumanus Isocratis discipulus, cùm res publicè gestas scribere instituisset, veteres quidem fabulationes omisit; illa verò, quæ à Reditu Heraclidarum facta colligens, hoc initium fecit historiæ suæ.*

c) Censorin. de die Nat. c. 21.
d) Diodor. Sic. l. 4.

e) Diodorus Siculus, *Apollodorum sequutus, Bellum Trojanum* statuit προδιάπηγμα non tam historiæ, qvàm chronologiæ. *Quæ*, inquit, *Troica præcesserunt, non definimus certo spacio: quia nullus occurrit fixus illorum terminus, cui fidamus.*

e) Præf. p. 4. 2.

Hellanicus Lesbius historiam suam digessit per f) ætates Ἱερέων τῆς Ἥρας, *Sacerdotum Junonis*. Fuit autem g) *Callithyia, prima Junonis Argivæ sacerdos*, uno ferè seculo Cecrope vetustior.

h) Africanus, ex Acusilai aliorumque auctoritate, statuit τῆς Ἀττικῆς χρονογραφίας terminum *Ogygis diluvium, quod, regnante Argis Phoroneo, contigit annis MXX ante Primam Olympiadem.*

f) Constant. Them. 2. 10. ex Stephano Dionys. Hal. l. 1.
g) Euseb. n. 376
h) Euseb. Præp. Evang. l. 10. c. 10.

Cæterùm perierunt illorum aliorumque lucubrationes: neque normam habemus satis idoneam, ad quam Græciæ res veteres dirigantur.

Æra

Æra Attica.

NOs itaque *Æram Atticam* constituimus, auctoritate freti *Marmoris Arundelliani*, quod a) jampridem edidit atque illustravit V.Cl. Joannes Seldenus, æternum nostri seculi decus. Quod autographum cùm sit, idque longè antiquissimum, maximam præ se fert in dirimendis litibus auctoritatem, in emendandis temporibus utilitatem. Hinc ἐμπίςωσις eorum quæ statuuntur rectè; διόρθωσις eorum quæ secus: Ad hanc amussim Panhellicam examinentur res Græcæ; absque qua vacillat admodum ista Chronologia. §. I. a) A.D. 1628.

Veneranda hæc stela, in qua nobiliores Græciæ Epochæ justo disponuntur ordine, ab initio *Cecropis* ad *Diognetum Archontem* numerat annos MCCCXVIII. Anni isti expansi conficiunt Æram Atticam, quæ produci potest usque ad Olympiadem CLX; quo tempore Græciæ nomen cum libertate evanuit, & cum gloria Virtus. Illius autem epocha incidit in annum Per. Jul. 3132.

RES autem *Argivæ* Atticis vetustiores sunt. Ex fide Castoris Rhodii, profertur novem regum Dynastia, ab Inacho usque ad appulsum Danai, qui regnârunt annos 382. Danaus in Græciam venit anno æræ Atticæ 72: initium igitur Inachi antevertit æram nostram annos 310, & attingit annum Per. Jul. 2822. Verum Inachus est fluvii, non regis nomen. b) *Anticlides Phoroneum antiquissimum Græciæ regem* appellat; qui tamen secundus censetur. c) *Acusilaus dixit Phoroneum Argivum fuisse Primum hominem; & Poëta Phoronidis eum nuncupavit* §. II. b) Plin. l. 7. c) Clem. Alex. Strom. 1. p. 321. a.

— πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων.

Neque d) Platonis ævo, innotuit tempus aliquod Phoronei Niobesque ætate vetustius. Hinc Syncellus e), ὐδὲν πρὸ Ἰνάχυ καὶ Φορωνέως παιδὸς τῦ πρώτως Ἄργυς βασιλευσάντων, Ἕλλησιν ἱςόρηται, *Nihil in historiis Græcis continetur ante Inachum ejusq; filium Phoroneum, qui primum regnarunt Argis.* d) in Tymæo. e) Syncell. p. 68. a.

HÆc cùm ita se habeant, *Sicyoniorum regum* laterculum rejiciendum esse existimamus. Non enim Phoroneus esset regum vetustissimus, si ante illum per 200 amplius annos Sicyone regnatum fuisset. Sed & alias ob causas istam regum seriem suspectam habemus.]

Ægia-

a) L. 1. initio. *Ægialeus*, rex primus, est Phoronei frater, apud a) Apollodorum; qui de illius prosapia, aut successoribus, omnino tacet.

b) In Supplic. ver. 264. *Apis* rex quartus numeratur: verùm Æschylus docet b), Apim, non Sicyoniorum Regem, sed advenam ex Aetolia, regionem noxiis bestiis purgasse. Ipse *Sicyon*, rex 19, à quo urbi nomen, Pelopis filius fuit, ut tradit c) Ibycus: hic tamen d) Sicyone priùs regnare dicitur, quàm e) Pelops Argis. Neque sanè *Sicyonii*, sed alio quopiam nomine vocandi essent reges, siquidem fuissent aliqui, illo priores.

c) Pausan. l. 2. p. 96.
d) Euseb. n. 667.
e) 698.

Polyphides, rex 24, nemini vetustiorum Græcorum, ne Pausaniæ quidem, in suo horum regum catalogo, agnoscitur. Fingunt Trojam illius tempore captam esse. Apud Homerum verò nullus est è Sicyone dux contra Trojam; quippe urbs illa tunc temporis sub ditione fuit Agamemnonis, qui regnabat Mycænis: inter ejus urbes recenset.

f) Iliad. β. vers. 572.

f) Καὶ Σικυῶν᾽, ὅθ᾽ ἄρ᾽ Ἄδρηστος πρῶτ᾽ ἐμβασίλευεν.

Etiam Sicyona, ubi Adrastus primùm regnavit.

g) Animad. p. 48. Can. Isag. p. 328.

Adrasti meminit Marmor anno Attico 325. g) Scaliger, ne corrueret tanta Sicyoniorum vetustas, πρῶτα intelligit ἀντὶ τοῦ πρότερον. Quasi regnaverit Adrastus Sicyone prius quàm Argis. Regnavit quidem utrobique. Sed concedamus illum non fuisse *primum Sicyonis regem*; tamen ex Homero liquet, neminem ibi regnâsse, dum bellum contra Trojam gerebatur. Ob versus istos Homericos, h) Clisthenes, Sicyonis tyrannus, Rhapsodos Sicyone certare vetuit.

h) Herodot. l. 5. c. 67.

i) Sec. VI.

Sit igitur à i) Phoroneo rerum Græcarum exordium.

CHRO-

CHRONICI CANONIS

LIBER PRIMUS

continet annos DCC.



OPus aggredior vetuſtate obſoletum, fide ambiguâ obſcurum, tenuitate faſtiditum: ſed difficultates ſuperat Veritatis amor; illi litâſſe pulchrum; illam ſtudiorum amœnitatibus prætuliſſe honeſtum eſt.

Hinc conſilium obſcura longinquiſſimi temporis veſtigia perſequi; inconditas hiſtoriæ naufragæ reliquias componere; ſalebroſa & perplexa eò usque luſtrare, donec ad plana & incontroverſa perventum fuerit.

a) Ὀλίγοις μὲν οὖν ἔτεσι διαμαρτεῖν τῶν χρόνων δοίη τις ἂν ἱστορικοῖς ἀνδράσιν ἀρχαίας καὶ πολυετεῖς συνταττομένοις πραγματείας· γενεαῖς δὲ δυσὶν ἢ τρισὶν ὅλαις ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ἐπιτρέψειεν· *In ſupputatione temporum, ſi quis paucis annis fallatur in vetuſta & multorum annorum hiſtoria, ferendum ſit: ſed totis duabus aut tribus* [imo plurimis] *ætatibus à vero aberrare non permittitur.*

a) Dionyſ. Halic. l. 7. initio p. 418.

Hujus autem intervalli Synopſin primò dabimus; dein Synchroniſmi rationem.

Sec.	Æra Æg.	Reges Thebani. (Ex Eratosthene) an.	Thinitæ. (ex Manethone) an.	Memphitæ (ex Manethôe) an.	Infer. Ægypti (ex Syncello) an.
I.	1	1. MENES *Theban.* 62.	1. MENES *Thinit.* 62	MENES *Mēphim*	1. *Menes qui*
	10	*expenitur* Διόνιος, *Jovius.*	[I. Dynastia Africani]	*condidit.* [Herod. l. II. c. 99.]	*& Mestraim,* 35 (Sync. p. 91)
	20		Sync. p. 56.		
	30				
	40		*Hic ab Hippopotamo raptus periit.*	III Dynastia Afric.] Sync. p. 56.	2. *Curudes* 63
	50				
	60	2. ATHOTHES *f.* 59	2. ATHOTES *f.* 57	1. TOSORTHRUS,	
	70	*exponitur* Ἑρμογένης *Mercurio genitus.*	*Hic regiam construxit in Memphi: ejus feruntur libri anatomici. Erat enim Medicus.*	*Æsculapius dictus est ob Medicina peritiam: invenit sectorum lapidum structuram, & scribendi artem.*	
	80				
	90				[34
	100				3 *Aristarchus*
II.	110			2. TYRIS 7	
	120	3. ATHOTHES 32	3. CENCEMES *f.* 31	3. MESOCHRIS 17	
	130	ἰσώνυμος, *ejusdē nominis.* (Sync p. 96)		4. SOIPHIS 16	4. *Spanius* 36
	140			5. TOSERTASIS 19	
	150		4. VENEPHES *f.* 23		
	160	4. DIABIES *fil.* 19 φιλέταιρος *amicus amicorū*	*Magna fames in Ægypto. Hic Pyramides struxit in Cochome.*	6. ACHIS 42	5. *** 32
	170	5. PEMPHOS 18 *Athothis f. qui dicitur Heraclides.*			
	180		5. USAPHÆDUS *f.* 20		
	190	6. TOEGAR AMACHUS MOMCHIRI 79	6. MIEBIDUS *f.* 26		
	200				
III.	210	*Memphites: exponitur* Ἀνὴρ πλεονεμελής, *Vir membris redundans.*		7. SIPHURIS 30	6. **** 40
	220		7. SEMEMPSIS *f.* 18		
	230		*Magna lues in Æg.*	8. CERPHERES 26	
	240		8. BIENACHES *f.* 26		7. SERAPIS 23
	250		[II. Dynastia Africani.]	[IV. Dynastia Afric.]	
	260	7. STOECHUS *fil.* 6	9. BOCHUS 38	9. SORIS 29	
	270	Ἄρης ἀναίσθητος, *Mars sine sensu.*			8. *Sesonchosis* 49
	280		*Ad Bulastum multi terræ hiatu perierunt.*		
	290	8. GOSORMIES 30 *qui est Etesipantus* (Αἰτησιπάντος *Scal.*)		10. SUPHIS 63	
	300			*Hic Pyramidem Maximam erexit.*	
IV.	310	9. MARES *fil.* 26	10. CAEACHOS 39		9. *Amenemes* 29
	320	Ἡλιόδωρος, *Solis donum.* [p. 101.]	*Sub hoc Apis in Memphi; Mnevis in Heliopoli, & Mēdesius caper Dii sunt habiti.*	*Hic librum sacrum conscripsit.*	[Sync. p. 96.]
	330	10. ANOYPHES 20			10. *Amasis* 1
	340	*qui est* υἱὸς ἐπίκοινος *filius communis.*	11. BINOTHRIS 47		11. *Acesephthres* 13
	350		*Sub hoc sanctum Mu-*	11. SUPHIS 66	

Sec.	Per. Jul.	Post Dil.	*Ebraica.* (Genes. XI. 10.)	Post Dil.	*Secundùm* LXX.
I.	2371	1	ARPHAXAD *natus, anno 2 post*	781	REHU *annos natus* 120.
	2380	2	*diluvium.*		
	2390			793	SERUG *natus, an.* 132 *Rehu.*
	2400	37	SALAH *natus an.* 35. *Arphaxad.*		
	2410				
	2420				
	2430	67	HEBER *natus an.* 30 *Salah.*		
	2440				
	2450				
	2460				
	2470				
II.	2471	101	PHALEG *natus, an.* 34. *Heber.*		
	2480				
	2490				
	2500	131	REHU *natus, anno* 30. *Phaleg.*		
	2510				
	2520			923	NACHOR *natus, an.* 130. *Serug.*
	2530	163	SERUG *natus anno* 32 *Rehu.*		
	2540				
	2550				
	2560	193	NACHOR *natus, an.* 30 *Sarug.*		
	2570				
III.	2580				
	2590	222	THARA *natus, an.* 29. *Nachor.*	1002	THARA *nat. an.* 79. *Nachor.* [anno 179. Edit. Rom.]
	2600				
	2610				
	2620				
	2630				
	2640				
	2650				
	2660	292	ARAN *natus, anno* 70. *Thare.*	1072	ARAN *natus, an.* 70 *Thare.*
	2670				
IV.	2680				
	2690		(Ab anno 2698 incipit Canon Eusebianus.)		
	2700				
	2710				
	2720				

Sec	Æra Æg.	Reges Thebani (Ex Eratosthene) an.	Thinitæ (ex Manethone) an.	Mempbitæ (ex Manethone) an.	Infer. Ægypti. (ex Syncello) an.
V.	351	11. Sirius 18	*Mulieres in regno suc-*		
	360	*Τίος κόρρης filius genæ: aliis Ἀκέσκαιος, cui nemo invidet*	*cessionis jus habere.*		12. *Achoreus* 9
	370	12. Chnubus Gneu-			13. *Armiyses* 4
	380	rus 22. *Χρύσης Χρύσου υἱός Aurea Aurei fil.*			14. *Chamois* 12
	390	13. Rauosis 13	12. Tlas 17		
	400	*Ἀρχικράτωρ Princeps ob.*			15. *Amesises* 65
.	410	14. Biyris 10	13. Sethenes 41		
	420	15. Saophis 29		12. Mencheres 63	
	430	*Κομαστής, Comastus: a-*			(*Hinc XV. Tinai,*)
	440	*lius Χρηματιστής, Nego-*			(Sync. p. 51)
	450	*tiator* (Sync. p. 104.)	14. Chæres 17		16 * * * * 14
	460	16. Sen-Saophis 27	15. Nepher-Che-		
	470	17. Moscheris 31	res 25		17. *Use* 50
	480	*Ἡλιόδοτος, à Sole datus.*	*Sub hoc Nilus melle commixtus 11. diebus fluxit.*		
	490		16. Sesochris 48	13. Ratæses 25	
	500		*Hujus proceritas fuit pedum quinq; latitudo trium.*		
I.	510	18. Musthis 33			
	520			14. Bi-cheres 22	18. *Ramesses* 29
	530	19. Pammus Ar-	17. Cheneres 30	15. Seber-Cheres 7 16. Thamphthis 9	
	540	chondes 35		(VI. Dynastia Africani)	(Sync. p. 101)
	550			17. Othoes * *	19. *Ramesso-*
	560			*à satellitibus occisus.*	*Menes* 15
	570	20. Apappus Ma-	18. Necherophes 28	18. Phius * *	20. *Thusi ma-*
	580	ximus 100	*Sub hoc Libyes defecerunt ab*	19. Methu-Suphis 7	*res* 31
	590	*Unâ horâ minus.*	*Ægyptiis; sed auctâ Luna territi, sese dediderunt.*	20. Phiops 100 *Hic sexennis regnare cœpit.*	21. *Ramesse-*
	600		Desiit regnum, an. 593.		*Seos* 23
II	610				22. *Ramesse-*
	620		(V. Dynastia Afr.)		*Menos* 19
	630		(*Reges Elephantini*	21. Mente-Suphis 1	23. *Ramesse-*
	640	(Caras 1	historiam locum habent)	22. Nitochris 12	*Tubacte* 39
	650	21. Achescus O-		*Flavo capillitio for-*	
	660	22. Nitocris 6 *Ἀθηνᾶ νικηφόρος Min. V.*		*mosissima.*	(Sync. p. 103.)
	670	23. Myrtæus 22		*Hæc tertiam Pyra-*	24. *Ramesse-*
	680	*Ἀμμωνόδοτος Ham. dat.*		*midem erexit.*	*Vaphres* 29
	690	24. Thyosi mares 12			25. *Concharis* 5
	700	*Κράτερος; Fortis, i. Sol.*			

Sec.	Per. Iul.		Ebraica.		Græca.
IV.	2722		ABRAM natus an. 130. Thare (anno 352 post Diluvium.)		
	2730				
	2740				Χρόνος.
	2750				
	2760				
	2770				
V.	2780				
	2790				
	2797		Abram, an. æt. 75. migrat in Canaan. (Anni Peregrinationis 430 inde numerantur)		
	2800	2	Abram cum Sara in Ægyptum.		Ἄδηλος.
	2810	12	Ismael natus, an. 86 Abrahami.		
	2820	25	CIRCUMCISIO instituta, ã 99 Abrami.		
	2830	26	ISAAC natus, an. 100 Abrahami.		
	2840	51	ISAAC à patre immolandus, an. æt. 25		
	2850	63	Sara moritur an. æt. 127.	Æra	
	2860	66	Isaac an. æt. 40, uxorẽ ducit Rebeccam.	Argiva.	
	2870				
VI.	2872			1	1. PHORONEUS, an. 60. Primus leges judiciaq; constituit.
	2880	86	JACOB natus, an. 60. Isaaci.		
	2890			18	Telchines & Caryatæ cũ Phoroneo & Parrhasiis bellum gerunt. Euseb.
	2900	100	Abrahamus moritur, an. æt. 175.		
	2910				
	2920			51	Ogygis Diluvium. Eus.
	2930			61	2. APIS, an. 35.
	2940	149	Ismael moritur, an. æt. 137.	66	Telchines Peloponneso pulsi Rhodum migrant. Euseb.
	2950	163	Jacob servit Laban an. 14.		
	2960				
	2970			96	3. ARGUS, an. 70.
VII.	2972	177	JOSEPHUS natus, an. 91. Jacobi.	100	
	2980				
	2990	194	Josephus venditur in Ægypt. ã æt. 17.		
		200			
	3000	206	Isaac moritur, an. æt. 180.		
	3010	207	Josephus, an. æt. 30, præficitur Ægypto.		
	3020	216	Jacobus an. æt. 130, in Ægyptum. Habitat in Gessen, in terra Ramesses.		
	3030	233	Jacobus moritur, an. æt. 147. Cum vixisset in Ægypto an. 17.	166	4. CRIASUS, an. 54. Callithyia Pirantis filia prima Junonis Argivæ sacerdos. Eus.
	3040	240			
	3050	250			
	3060	260			
		270	Israelitæ in Ægypto multiplicati sunt valdè.		
	3070	273			

AD SECULUM PRIMUM

Menis ætas.

PRima ac præcipua sit disquisitio de Originibus Aegyptiorum, nimiâ hactenus vetustate laborantibus. Extra controversiam positum est, *Menen fuisse primum Ægypti regem*, a) Πρῶτον φασὶ βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου Μηνᾶν. Hoc Herodotus & Diodorus Siculus; hoc Eratosthenes, & ex Manethone Africanus, Eusebius, Syncellus uno ore prædicant. Cæterùm in obscuro sunt ipsius Menis tempora. Nos, missis Græcorum prochronismis, Sacerdotes Aegyptios, maximè idoneos suorum temporum testes, in hanc rem citabimus. b) Ἄρξαι λέγεται δὲ Μηνᾶ τοὺς ἀπογόνους δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα τοὺς ἅπαντας ἔτη πλείω τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων· ἐφ᾽ ὧν μηδὲν ἄξιον ἀναγραφῆς γενέσθαι. *Regnâsse ferunt Menis posteros LII, annos plus* MCCCC; *à quibus nihil actum est literis dignum*. Huic Sacerdotum traditioni lucem affert c) Herodotus, qui ante Sesostrim οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, *nihil splendoris fuisse* affirmat. Sanè d) Sesostrim tradunt ἐπιφανεστάτας καὶ μεγίστας τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐπιτελέσασθαι πράξεις, *Res illustrissimas & usque ad id tempus maximas gessisse*. Ille enim Aegyptiorum imperium longè lateque prolatavit. A Mene igitur ad Sesostrim elapsi sunt anni circiter 1400: ante Sesostrim regnârunt reges 52.

Aetas Sesostris, Græcis omnino incognita, in Sacris Ebræorum διφθέραις conservatur. e) Josephus enim, ubi *Hierosolyma à Sesaco Ægypti rege capta* narrat, Ἡρόδοτος, inquit, τὰς πράξεις αὐτοῦ Σεσώστρει προσάπτει, *Herodotus illius res gestas adscribit Sesostri*. Qui Græcis *Sesostris*, idem Aegyptiis *Sethosis*, Ebræis *Sesac* vocatur. Successio Regum LII, per XIV annorum centurias, in sequentibus, ex magna rerum temporumque concentione manifesta est.

f) *Venit Sesac rex Ægypti contra Hierosolymam, anno quinto Reboboami regis Judæ*. Quintus iste Rehoboami annus [secundùm rationes nostras] fuit annus Per. Jul. 3747; annus post Diluvium 1377 secundùm calculos Ebraicos. Sacerdotes autem, dum annos putant à Mene ad Sesostrim plus MCCCC, & Menis & Sesostris tempora inclu-

a) Herod. 2. 4. Diod. Sic. l. 1. p. 29. c.

b) Diod. ibid.

c) L. 2. c. 101.

d) Diod. Sic. l. 1. p. 34. b.

e) Antiq. l. 8. c. 4. p. 279.

f) 1. Reg. 14. 26.

inclusivè numerant. Vixit igitur Menes, Nohæ σύγχρονος, temporibus Diluvio proximis; & ab ipsis renovati orbis initiis deducitur Canon.

CUm verò initium Menis in tantam assurgat vetustatem, videndum utrùm consensu chronologiæ Sacræ se tueri poterit. Nota est Græcorum Ebraicique codicis discrepantia. Si Græcos sequamur, epocha Diluvii plurimis annis antevertit res Aegypti; neque verbis opus est; sin Ebraicos numeros amplecti necesse sit, dicendum est *Chamum*, Noachi filium, esse ipsum Aegyptiorum *Menen*; illùmque proximis post Diluvium temporibus in Aegyptum migrâsse, illam inhabitâsse, posterisque tradidisse.

Sanè Veteres in ea sunt sententia. Tradunt Noachum, cui terra ante Diluvium cognita, a) *velut totius orbis hæredem, à Deo designatum, tribus suis filiis universum mundum distribuisse: Chamo autem obtigisse terram à Rhinocorura usque ad Gades, versus Meridiem.* Philastrius b) Brixiensis temerè pro hæreticis habet negantes *quòd beatus Noe orbem terræ universum, suis filiis tribus, post diluvium, diviserit, dederit ac definierit, & partierit ordine.*

a) Epiphan. Ancorat. c. 114. hæres. 66. §. 83. Syncell. p. 45. b.
b) Hæres. 118.

Sententiæ auctores sunt Ebræi, ipsi aliquando Aegypti incolæ. Rex enim David, scriptor vetustissimus, appellat Aegyptum c] *Regionem Chami*, & de eadem intelligit d) *Tentoria Chami.* e) Plutarchus [cui tamen ignota fuit nominis ratio] Ἔτι, inquit, τὴν Αἴγυπτον Χημίαν καλοῦσιν. Et f) S. Hieronymus, *LXX*, inquit, *interpretes Cham transtulerunt pro eo, quod est Ham, à quo & Ægyptus usque hodie Ægyptiorum lingua Ham dicitur.*

c) Psal. 105. 23. 27. 106. 21, 22.
d) 78. 51.
e) De Iside.
f) Quæst. in Gen. p. 1316.

Neque obstat, quòd *Phaleg* nomen suum habuit, quoniam g) *illius diebus terra divisa fuit.* Id enim de peculiari aliquâ divisione intelligi potest, factâ inter h] *Semi posteros*, de quibus est sermo; vel inter *filios Eber* [i. Ebræos]. Cùm enim Phaleg sit Noachi trinepos, dubitari non potest, quin terrarum orbis pars magna illius ætate dudum habitata fuerit.

g) Gen. 10. 25.
h) Vers. 21.

Operis Distributio.

INtervallum hoc MCCCC annorum, ad res Aegypti pertinens, in duas partes distinguendum est: Prima continet annos DCC, ab initio *Menis* usque ad incursionem *Pastorum*: quo temporis spatio Aegyptus, in diversas partita Dynastias, & securâ pace potita, neque bel- I.

bellum cum exteris, neque commercium exercuit. Primus hic Liber istos habet terminos.

II. Liber Secundus alteros DCC annos persequitur, ab adventu *Pastorum* ad Sesostris expeditionem in Asiam. Istis temporibus Aegyptus à *Pastoribus* diutissimè oppressa; tandem à servitute liberata, in Monarchiam coaluit.

III. Tertius Liber res Aegypti splendidissimas refert, & Imperium amplissimum Sesostris successoribus propagatum. Refert etiam [mutatâ fortunâ] alteram Aegypti servitutem; alteram *πολυκοιρανίαν*.

Hæc filo temporis satis continuo, historiæ autem stylo nimis interrupto; non per Annales, sed per annorum Centurias, sive Secula. Sic vult materiæ penuria.

IV. Liber Quartus, accuratiore fretus chronologiâ, res Græcas per Olympiadas, res Orientis per annos Nabonassaræos digerit. Regnum Aegyptiorum instauratum; pessundatas Ebræorum fortunas; Assyriaca, Babylonica, Medica, Lydica, Medopersica percurrit; donec tandem in Persarum potestatem omnia devenerint: Persarum tempora delibat usque ad *Transitum Xerxis*, sive Secundam Diodori Siculi Decadem. Ex illo tempore Chronologia sanior procedit: *ἀναχρονισμοὶ* recentiores minoris sunt momenti.

Diversa Ægypti Regna.

a)Sync. p. 91. SYncello a) *Menes* Μεστραῖμ, *Misrajim* dicitur, ὁ πρῶτος οἰκήσας τὴν Μεστραίαν χώραν, ἤτοι Αἴγυπτον. *Qui primus incoluit Mestræam regionem, id est, Ægyptum.* Fuit autem *Misrajim* Chami filius; è quo

b)Gen. 10.14. ortæ sunt septem gentes, inter quas b) *Pathrosæi* recensentur, qui Australiores Aegypti partes tenuerunt. Nam *Pathros* est *Thebais*. Id

c)Geog. S. l. 4. c. 27. primus docuit, vir in litteris primus, c) Samuel Bochartus. Adeo ut illa Aegypti partitio, qua Thebais ab Aegypto propriè dicta disjungitur, quæ in infima Romanorum tempora duravit, etiam ab ultima antiquitate obtinuerit.

d)C. 11. v. 11. Hinc Prophetæ sacri terram utramqve distingvunt. d) Esaias, *Ab Assur, & à Misrajim, & à Pathros, & à Chus,* [i.] Ab Assyria, & ab

e) C. 44. v. 1. Aegypto, & à Thebaide, & ab Arabia. Et e) Jeremias separatim nominat *habitantes in terra Misrajim*, & *in terra Pathros*: [i.] in Aegypto propriè dicta, & in illi contermina Thebaide.

Porrò

Porro vox *Misrajim*, cùm sit dualis, non tam hominis nomen haberi potest, quàm terræ; neque unius terræ, sed duplicis. Nimirum Ægyptus, ita propriè dicta, & à Thebaide distincta, in duas partes divisa fuit: una *Superior Ægyptus* vocatur, Thebaidi contermina; cujus metropolis fuit Memphis; altera *Inferior*, quæ loca continet Judææ proxima; cujus metropolis olim Heliopolis, &, Pastorum temporibus, Tanis.

In hâc degebant Israelitæ. Nam in illorum exitu, Deus a) *mirabilia fecit in terra Ægypti, in campo Taneos*; (i.) in Ægypto Inferiore. Superiorem verò, τὰ ἀνώτατα Αἰγύπτε, habemus in historiâ b) Tobiæ.

Tres has Ægypti, latè sumptæ, partes exprimit Jeremias alloquens c) *Judæos habitantes in terra Ægypti; qui habitant Migdol & Taphnes; & Noph; & in terrâ Pathros.* Migdol & Taphnes, Μάγδωλον & Δάφναι Πηλέσιαι, sunt Inferioris Ægypti; *Noph*, sive Moph, Memphis, Superioris: diversa terra est *Pathros*, Thebais.

Recentiores omittimus, Strabonem, Ptolemæum, alios, qui Ægyptum tripartitam agnoscunt: nos illam ab initio ita se habuisse contendimus.

a) Psal. 78 v. 12.
b) C. 8 vers. 3.
c) Loco cit.

VEtus hæc Ægypti distributio à primævâ Ægyptiorum politiâ ortum habuit. Non enim primis istis temporibus omnis Ægyptus unius suberat imperio, sed regiones diversæ diversos habuerunt reges. Hoc Scaligero, quasi incauto, excidit. d) *Patet*, inquit, *diversos reges eodem tempore, in Ægypto, in diversis partibus imperium obtinuisse.*

d) Can. Isag. p. 312.

Ex ipsis Ægypti Dynastiis manifestum est, πολυκοιρανίην istam contigisse in ipsis rerum Ægyptiacarũ incunabulis. Cùm enim Menes, extra controversiam, sit Ægyptiorum regum primus; cum plures regum successiones Menem hunc coryphæum atque ἀρχηγέτην sibi vendicent, parique ambitione apicem rerum attingant, neque sibi invicem cedant; fieri non potest, quin, ætate post Menem proximâ, Dynastiæ istæ sint contemporaneæ: tanquam diversi ex unâ radice simul germinantes surculi. Lustremus singulas.

Regnum Thebanorum.

I. Thebanorum regum Dynastiæ primum locum non immerito tribuimus, tum ob regni diuturnitatem, tum splendorem. De hujus Dynastiæ interprete, Eratosthene; & de illius epochâ diximus: de continuatione ejus, ad Sec. XI. dicemus. Ex hoc chronologiæ Eratosthenææ fragmento longè nobilissimo fit Æra Ægyptiaca; ad qvam Dynastiæ reliquæ, omnisq; vetustissimi populi historia accommodari debet.

a) Sync. p. 91. d.

In illius principio a) *Menes*, rex primus, & *Thinites*, & *Thebanus* appellatur. Θηβιτιτης vox à Syncello corrupta, ne hic idem videretur cum *Mene* Africani, quem rejecerat: ne cum suo *Mene* eundem faceret, hunc illo aliquantò juniorem ponit. Nempe Menes Syncelli ponitur b) *anno 50 Phaleg*; quo contigit (secundùm illius rationes) Confusio linguarum, & *Dispersio gentium*: Menes Eratosthenis cœpit ἔτεσιν ρκδʹ μετὰ τ σύγχυσιν τῶν γλωσσῶν, *annis* 124. *post confusionem linguarum*; quod in c) epilogo Dynastiæ dicitur. In d) prologo numerus iste turpiter auctus αρκδʹ. Neque aliter in e) Græcis Scaligeri. Depravatis his numeris deceptus, Scaliger immani peccat metachronismo in f) statuendâ horum regum epochâ.

b) Sync. p. 89. d.
c) Syncell. p. 147. d.
d) p. 91. d.
e) Euseb. p. 18. lin. 23.
f) Can. Isag. p. 125. 130. 312.

Hujus regni regia Thebæ, caput Thebaidis, urbs ad Arabicam Nili ripam sita; ob magnitudinem celeberrima; ob antiqvitatem κτίσμα Οσίριδος καὶ Ισιδος g) dicta: Homero Ἑκατόμπυλις, à Ptolemaicis temporibus Διόσπολις vocatur; unde Manethoni, Africano, Eusebio reges hi *Diospolitani* nuncupantur.

g) Steph. in Διοσπ.

Regnum Thinitarum.

II. Thinitæ reges proximum locum obtinent, ob vetustatem indubitatissimam. Satis notum est horum initium, a *Mene* deductum. Nam inter Dynastias, apud Africanum & Eusebium, hæc primum locum occupat, & immensæ istius Chronologiæ caput constituitur. Africanus horum regum seriem in duas partitus est Dynastias, ut augeretur Dynastiarum numerus.

Regnum

Regnum hoc, ad Libycam Nili ripam positum, per fluvium à Thebano diremptum esse videtur: ejus metropolis fuit *This* urbs antiqua, propè Abydum posita; unde reges isti *Thinitæ* dicti sunt. a) ΘΙΣ πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀβύδου. ὁ πολίτης Θινίτης. Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ. a) Stephan. in Θ.

Regnum hoc, non ab ipso Mene, sed ab ejus nepotibus institutum esse colligimus ex comparatâ utriusque laterculi serie. Ipse *Menes* & Thinites fuit, & Thebanus; ejus filius *Athothes* pariter in utrâque censetur Dynastiâ: seqvitur inter Thebanos *Athothes* alter, inter Thinitas, *Cencenes*: quasi tum demum inter nepotes pactum esset, ut divisâ Thebaide, alter ad Nili Orientem imperaret, alter ad Occidentem. Uterque originem jactabat à Mene deductam.

Post aliquot secula, deficiente horum regum successione, regnum hoc cum Thebano iterum in unum corpus coaluit. This autem urbs primaria fuit usque ad Sesostris tempora; cùm ab illâ b) *nomus Thinites* nomen accepêrit: postquam verò Memnon regiam in Abydo construxerat, This posthabita est, fuitque c) *Abydus urbs magna, & secunda post Thebas*: tandem This periit; superfuit verò Abydus, oppidum d) *Memnonis regiâ & Osiris templô inclytum.* Ibi etiam Magnatum sepulcra. e) *Abydus & Memphis urbes, in quibus verè Osiris sepulcrum: Ægyptiorum qui fortunâ & potentiâ præcipui studiosè ambiunt Abydi humari; ut idem cum Osiride habeant sepulcrum.*

b) Ptol. l. 4. c. 5.
c) Strab. l. 17. p. 813. c.
d) Plin. 5. 9. p. 72. l. 31.
e) Plutar. de Iside & Osir. p. 359. a.

Cum verò Dynastia hæc terminetur intra primum hoc temporis intervallum, in quo cum exteris nullum fuit Ægyptiis commercium; evenit, ut horum regum res gestæ & tenues sint, & obscuræ.

Regnum Memphitarum.

MEmphitæ reges tertio loco collocantur; non quòd essent illi minùs illustres, sed quòd illorum successio magis turbata sit, & incerta: neque enim, primo intuitu, Menes hujus propaginis auctor fuisse videtur. Africanus horum regum seriem non tantùm in tres dilaceravit Dynastias (interpositis quibusdam Elephantinis regibus, de quibus ad Sec. VI. dicemus) sed etiam caput illi mi-

ferè truncavit; ne repetitum Menis nomen auctarum Dynastiarum sequelam suspectam redderet.

Nos duas ob causas Memphitici regni originem ab ipso Mene petendam esse censemus. Una ab Herodoto est, qui testatur a) *Mena Memphim condidisse*: ac licet alii b) *Memphim interpretantur portum bonorum*, alii *Sepulcrum Osiridis*; tamen urbs ipsa conditoris nomen retinere videtur.

a) L. 2. c. 99.
b) Plutar. de Iside & Osir. p. 359. 2.

Altera causa est consensus chronologiæ. Recensentur c) Μεμφιτῶν βασιλέων nomina XXI; quorum primus, post Menem, *Tosorthrus, qui & Æsculapius*, (non *Necherophes*) ultima *Nitocris*. Hujus reginæ ætatem ex Thebanâ chronologiâ deprehendimus. Non enim fuit illa d) *alia Nitocris, quæ regnavit anno post hanc 2294*; sed omnino eadem est; de quâ ad Sec. VII. Æsculapii autem tempus ex Thinitanâ chronologiâ colligitur. Sub secundo Thinitarum rege, notatur e) *Regiam in urbe Memphi constructam, & libros anatomicos scriptos fuisse.* Sub secundo Memphitarum rege, notatur pariter f) τὴν ἰατρικὴν, τὴν διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομίαν, καὶ τὴν γραφὴν, *Medicinæ, sectis lapidibus ædificandi, & scribendi artes inventas fuisse.* Quis hæc contemporanea esse non discernit? Quo tempore ædificandi medicandique artes inventæ sunt, eodem constructa est in Memphi regia, & de Anatomiâ libri sunt conscripti. Quis enim istam Africani ἀτοπίαν concoquere potest, qui sexto demum seculo, post extructam Regiam, collocat inventorem ædificandi; & Medicinæ auctorem, tamdiu post scriptos de re medicâ libros?

c) Sync. p. 56.
d) Scal. Can. Isag. p. 310.
e) Sync. p. 54.
f) p. 56.

Nos igitur regibus Memphitis, ab ipso Mene oriundis, Dynastiam propriam meritò assignavimus: Regum autem anni non sunt usquequaque sani.

Fuit autem urbs Memphis, hujus regni & Superioris Ægypti, metropolis, supra Delta posita, in Occidentali Nili ripâ; floruitque multis post regnum seculis. Stetit nempe post g) *Babylonem à Cambyse conditam*; & post Alexandriam, à Macedonibus. Nam sub Romanis, quum jam Thebæ à Cornelio Gallo essent deletæ, Memphis erat urbs h) *magna & populosa, & secunda post Alexandriam; Regiæ verò diruta & deserta.*

g) Joseph. Antiq. l. 2. c. 5. p. 65. c.
h) Strab. l. 17. p. 807. d.

Regnum

Regnum Inferioris Ægypti.

Quarto Synchronismi nostri laterculo censetur illa Regum series, à quâ Georgius Syncellus suam Ægypti æram exorditur: IV.
continet illa reges XXV, annos DCC. De hac ærâ, de hoc intervallo diximus. *Menes* illi est a) Μεστραίμ *Misrajim, qvi primus incoluit Mestraam regionem, id est, Ægyptum.* Inferiorem Ægyptum intelligere oportet. Nam qui horum regum sedes occupârunt Pastores, b) *Tanitæ* dicti sunt. c) Τάνις, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Ταvίτης. Pastores hi d) *condiderunt urbem in Sethroite nomo, ex quâ Ægyptios aggressi, ceperunt Memphim.* e) Σέθρου πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Σεθροίτης. Tam *Sethron* quàm *Tanis* fuerunt Inferioris Ægypti urbes præcipuæ; à quibus nomi *Tanites* & *Sethroites* postea nomen habuerunt. Ptolomæo f) *Sethroitis nomi metropolis est Heracleopolis Parva*, Macedonibus ita dicta.

a) Sync. p. 91. a.
b) Syncel. p. 103. d.
c) Stephan T.
d) African. apud Sync. p. 61. b.
e) Steph in Σ.
f) Ptol. l. 4. c. 5.

Inter Dynastias Africani, g) duæ sunt Ηρακλεωτικῶν, sive Ηρακλεωπολιτῶν βασιλέων, quas ille inter vetustissimas haberi voluit; cùm ex h) *primo Manethonis tomo* illas se deprompsisse dicat; neque ab *Athothe*, Menis filio, multùm abludit *Achthoes*, unicum regis nomen in Dynastiis istis; qvæ sunt magni annorum numeri; præterea nihil. Hinc levis accidit dubitatio, utrum *Heracleotica* regio Africani sit eadem cum *Mestræâ* Syncelli? & an reges ab Africano omissi (si modò illum reges omisisse, & non numeros ad placitum potius finxisse dicamus) sint iidem cum regibus istis qvos ponit Syncellus?

p. 106. (124.)
g) Sync. p. 59. p. 60.
h) p. 59. c.

Veruntamen neqve illud Syncelli laterculum nobis admodum satisfacit. *Misrajim* ibi nomen est Ebræum; *Aristarchus*, Græcum; *Serapis*, Dei; *Sesonchosis* (si Dicæarcho fides) ait inter Semideos fuit, aut post illos primus. Sed penès auctorem sit istius Dynastiæ fides.

Priscis autem hisce temporibus Heliopolis videtur esse hujus regni metropolis; i) *Arabiæ conterminum, claritatis magnæ Solis oppidum:* Sub Pastoribus autem *Tanis*; unde reges *Tanitæ*.

i) Plin. l. 5. c. 9. in. ult.

Quatuor itaqve in Ægypto regna ab origine fuerunt; duo Thebaidis, duo Ægypti propriè dictæ. Horum omnium successiones, cum regum nominibus, & annorum regnandi numeris, beneficio

Georgii Syncelli, ex Manethone & Eratosthene adhuc supersunt. Nos autem, solutâ Africani catenâ, secundùm mensuram Syncelli Dynastiarum istarum synchronismum exhibuimus; atque res singulas pro virili illustrabimus.

Menes, Hammon, Belus.

a) Plin. l. 2. c. 7.

TRES sunt Primi hujus seculi Reges, *Menes, Athothes, Tosorthrus*; qui in Deorum numerum relati sunt omnes. a) *Hic est Antiquissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales Numinibus adscribantur.*

Menes in Dynastiis omnibus Primus est: & *Thebanus* dicitur, & *Thinites*: etiam *Memphites* dicendus, cùm sit illius urbis conditor. Nimirum ille Ægypto omni præfuit: ejus autem posteri, diversis potiti Dynastiis, illum communem omnium parentem venerantur.

§. I.

b) Sync. p. 91. d.
c) Herodot. l. 2. c. 42.
d) Hesych. Aμ.
e) In Iside, p. 354. c.
f) Ezech. 30. 15.

Ex interpretatione Eratosthenis, b) *Menes* ἑρμηνεύεται Διόνιος, *exponitur Jovius.* Qui Ebræis *Ham*, Ægyptiis *Jupiter Hammon* vocatur. c) Ἀμμοῦν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, *Ægyptii Jovem appellant Hammûn.* d) Ἀμμοῦς, ὁ Ζεὺς Ἀριστοτέλει, *secundum Aristotelem.* e) Plutarchus dicit, ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸ Ἀμοῦν, ὃ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν, *Proprium Jovis nomen apud Ægyptios esse Hamun; unde Græci Hammonem deducunt.* Notissimum est Jovis Hammonis Oraculum: & Thebæ Ægyptiæ f) prophetis sacris *Hamon-No*, Græcis vocantur Διόσπολις.

g) Euseb. Pr. Evang. l. 1. p. 39. b.
h) ibid. 37. d.

Sanchuniathoni, vetustissimo rerum Phœnicicarum scriptori (quem, Græcè versum, *Philo Byblius* Hadriano Aug. obtulit) Menes est Saturnus. g) Ἐλθὼν, inquit, ὁ Κρόνος εἰς Νότου χώραν, ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον ἔδωκε θεῷ Τααύτῳ, ὅπως βασίλειον αὐτοῦ γένηται *Saturnus in Meridiem veniens, totam Ægyptum Deo Taauto in regnum dedit.* Taautes Phœnicum est *Thoth* Ægyptiorum, sive *Mercurius* filius Menis, qui patri successit in Thebaide. Phœnicibus autem duo sunt Saturni, h) Ἐγεννήθησαν δὲ Κρόνῳ τρεῖς παῖδες, Κρόνος ὁμώνυμος τῷ πατρὶ καὶ Ζεὺς Βῆλος, καὶ Ἀπόλλων, *Saturno tres liberi nati sunt, Saturnus ejusdem cum patre nominis, Jupiter Belus, & Apollo.*

i) Bochart. initio Geogr. Sacræ.

Docuerunt jampridem i) viri doctissimi *Saturnum* mytholo-

gorum

gorum esse ipsum *Noam*. Sicut *Jupiter* natu minimus erat è tribus Saturni filiis, qui Orbis imperium inter se partiti sunt; sic *Ham* a) *natu minimus* filiorum Noæ, quos Orbem tripartitò obtinuisse diximus. Ante Diluvium, b) *Jupiter* Semideorum postremus est; post Diluvium, *Menes* Regum primus: *Ham* & ante Diluvium vixit, & post Diluvium Ægypto potitus est.

Densa aspiratio vocabuli *Ham* aliquando vertitur in X Græcum; unde *terra Chami*, & Χημία. aliquando aspiratio ista mutatur in Θ. Socrates cum Phædro disserens de Thothe c) Βασιλέως, inquit, τότε ὄντ❦ Αἰγύπτ᾽ ὅλ ς Θαμοῦ περὶ τ̃ μεγάλην πόλιν τ̃ ἄνω τόπε, ὃν οἱ Ἕλληνες Αἰγυπτίας Θήβας καλοῦσι, καὶ τ̃ θεὸν Ἄμμωνα, *Erat tunc totius Ægypti rex Thamus in magnâ superioris regionis urbe, quam Græci vocant Thebas Ægyptias; ipsumque appellant Deum Hammonem.* Menes igitur *Chamus, Thamus, Deus Hammon.*

§. II. Vox Θαμοῦζ apud Ezechielem legitur. d) *Ecce sedebant mulieres plangentes Thamuz.* LXX, Θαμμοῦζ S. Hieronymus vertit, *Ecce mulieres plangentes Adonidem.* Qui Phœnicibus *Adonis* Ægyptiis *Osiris* dictus est. Eædem in solemnitatibus cæremoniæ; ἀφανισμὸς, sive mors; ζήτησις cum luctu, εὕρησις cum lætitiâ; Mensis Junius utrique dicatus. Cyprii nomen utrumque conjungunt e) Ἀμαθοῦς πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη. ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο. ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦν), *Amathus urbs Cypri vetustissima, in quâ colebatur Adonis-Osiris; quem, utpote Ægyptium, Cyprii & Phœnices sibi vendicant.* Thamuz itaque, Osiris, Adonis, idem numen.

De planctu *Thamuz* *Pseudo-prophetæ* fabulam, *ex libro Zabiorum*, refert f) Maimonides. Nec minùs ineptè Philastrius Brixiensis g) *Thamus (inquit) Pharao vel dicebatur rex Ægyptiorum, qui sub B Moyse Ægyptus præsidebat illo tempore.* Is, scilicet, qui in mari Rubro periit.

Planctus autem iste non malè referri potest ad id, quod ex Manethone notat Africanus ad primum hanc Ægypti regem, h) Ὑπὸ Ἱπποπόταμου διαρπαγεὶς διεφθάρη, *Ab Hippopotamo raptus interiit.* Quod non tam verè, quàm mysticè dictum videtur. Ægyptiorum enim mythologia tradit i) τ̃ Ὄσιριν ὑπὸ Τυφῶν❦ ἀναιρεθῆναι τ̃ ἀδελφοῦ, *Osirin à Typhone fratre interemptum fuisse*: exhibet etiam k) Τυφῶνα ἱπποποτάμῳ εἰκασμένον, *Typhonem Hippopotami specie formatum.* Tale fuit in Hermopoli l) Typhonis simulacrum:

a) Gen. 9. 24.
b) supra p. 11.
c) Plato in Phædro, p. 1240. b.
d) Ezech. 8. 14
e) Stephan. Βυζ.
f) More Nebech. p. 426.
g) Hæres. 23.
h) Syncell. p. 54 b.
i) Diod. S. l. 1. p. 12. d.
k) Euseb. Pr. Evang. l. 3. c. 12. p. 116. d.
l) Plutarch. Iside. p. 371. c.

a) Ælian. hist l.10.c.21. a) *Apollonopolitæ autem Crocodilum oderunt, quia Typhonem ejus formam induisse ajunt.*

Sanè numen incertissimum erat Osiris; qui non pro *Jove* tantùm, sed etiam pro Deorum plerisque habebatur. b) Diod.S.l.1. p.15 b. b) Τὸν Ὄσιριν οἱ μὲν Σάραπιν, οἱ δὲ Διόνυσον, οἱ δὲ Πλούτωνα, οἱ δὲ Ἄμμωνα, τινὲς δὲ Δία, πολλοὶ δὲ Πᾶνα νενομίκασι, *Osirin quidam Sarapin, alii Bacchum, alii Plutonem, alii Hammonem, nonnulli Jovem, multi Pana esse existimant.* Neque enim tanta fuit πολυθεοτης Gentium, quanta fuit Deorum πολυωνυμία. Ejusdem Dei, pro patriis institutis, diversus erat cultus, diversæ appellationes. Ipse Bachus, apud c) Nonnum, c) Dionysiac. l.40. v.397. inter alia plurima, *Astrochitona* sic invocat.

Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,
Ἄπις ἔφυς Νείλῳος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσσύριος Ζεύς.
Belus Euphratensis, Libycus vocatus Hammon,
Apis es Niliacus, Arabs Saturnus, Assyrius Jupiter.

§. III. Qui Afris & Ægyptiis *Hammon*, idem Syris & Babyloniis dicitur *Belus.* d) Euseb. Pr. Ev. p.37.d. Ζεὺς Βῆλος d) Sanchuniathoni unus est è tribus Saturni filiis. e) in Caracalla. e) Xephilino, ὁ Ζεὺς, ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος, καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος, *Jupiter, Belus dictus, & in Apamea Syriæ cultus:* f) Herodot. l.1.c.181. Celeberrimum autem Babylone fuit f) Διὸς Βήλου ἱερὸν χαλκόπυλον, *Jovis Beli templum æneis portis.*

g) Messeniac. p 261. g) Pausanias, author minimè vanus, ὁ ἐν Βαβυλῶνι Βῆλος ἀπὸ ἀνδρὸς Αἰγυπτίου Βήλου τοῦ Λιβύης ὄνομα ἔσχεν, *Belus Babylonius a Belo homine Ægyptio Libyes filio nomen habet.* h) Antiq.l.1. c. 5. Et Hestiæus, apud h) Josephum, illum advenam fuisse innuit, cùm dicat, Τῶν ἱερέων τοὺς διασωθέντας τὰ τοῦ Ἐνυαλίου Διὸς ἱερώματα λαβόντας εἰς Σενααρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν, *Sacerdotes qui effugerant, sacra Jovis Enyalis rapientes, in Senaar Babyloniæ agrum pervenisse.* Ζεὺς Ἐνυάλιος est Βῆλος Ἄρειος, *Belus Martius.* *Arius* ille *Belus* is est (ni fallor) qui in Ctesianâ Assyriorum regum serie recensetur quartus: i) Syncel. p.97.2. Post *Ninum* & *Semiramidem* regnabat i) Νινύας, ὁ καὶ Ζάμης, υἱὸς Νίνου καὶ Σεμιράμεως. k) Euseb. n. 53. Eusebio k) *Assyriorum tertius Zameis, qui & Ninyas, filius Nini & Semiramidis:* Succedit Ἄρειος, *Quartus Arius.* Hunc *Belum* nominari, & pro Deo haberi, ex Cedreno discimus. *Semiramis,* inquit, *filios habuit Jovem, Belum, & Ninum* (qui Ctesiæ *Ninyas* dicitur.) l) Cedren. p. 16. l) Dein, Μετὰ Νῖνον Θούρας τῶν Ἀσσυρίων βασιλεύει. οὗτος ὁ πα-

ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ζάμις Ἄρεα ἐκάλεσεν. τοῦτο τῷ Ἄρει πρῶτον στήλην ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι καὶ ὡς θεὸν προσκυνοῦσι, Βάαλ ὀνομάζοντες. *Post Ninum* (Ninydm) *Thurus imperavit Assyriis, quem Zamis ejus pater Area* (Arium) *appellavit: Illi primam statuam posuerunt Assyrii, & ceu Deum adorarant, Baalum nominantes.* Paulò antè de eodem dixerat, a) Τοῦτον οἱ Ἀσσύριοι Βάαλ θεὸν, ἤτοι Βῆλ μετονομάζοντες, καὶ ἀναστήλωσαντες σέβουσι, *Hunc Assyrii Baalum, sive Belum deum appellarunt, & statuam excitantes coluerunt.* b) Castor tamen Belum Nino præposuit, & ab illo regum Assyriorum initium duxit. Ista autem omnia πρωχρονισμῷ peccant. De coloniâ istâ, in Babyloniam ex Ægypto à Belo deductâ, ad Sec. VIII, de Ctesiânâ serie, ad Sec. XVII dicemus. a) p. 15. b) Syncell. p. 206. a.

Βαάλ sive Βεὲλ, unde Βῆλ, est *Dominus*. c) Τὸν Ἥλιον Βεελσάμην καλοῦσι, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι Κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι, *Solem vocant Beelsamen* (*Samaim, id est, Phœnicum lingua, Dominus Cœli, Græcorum verò Jupiter.* c) Euseb. Pr. Ev. l. 1. p. 34. c.

In Phœniciâ Beli, sive *Joves* fuerunt plurimi. Gazæ colebatur *Marnas*, id est d) *Dominus hominum*; quem Cretenses pro suo e) *Jove* habuerunt. Azoti cultus est *Dagon*, qui etiam *Jupiter* dictus. f) ὁ Δαγὼν ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος, *Dagon, quòd frumentum & aratrum invenisset, nuncupatus est Jupiter Aratrius.* Et g) *Vulcanum Phœnices vocabant* Δία Μίχιον *Jovem Machinatorem* vertit h) Bochartus, πυρὶ πηχύτην. i) Τὸν Δία Ἡλιοπολίτην in Syriâ *Ægypto profectum, & ferculo vectum*, refert Macrobius. k) Hesychius, Θαλάσσιος Ζεὺς ἐν Σιδῶνι τιμᾶται, *In Sidone colitur Jupiter Thalassius.* atqve alibi, l) Βῆλος, οὐρανὸς καὶ Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς, *Belus, Cœlum & Jupiter Neptuni filius.* Græci quidem Belum ex Ægypto petunt, illumque m) Neptuni & Libyes filium faciunt. Neptunus nomen est *Ægyptium*; illi n) Νέφθυν καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα, καὶ παράλια, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάττης, *Nepthyn appellant terræ extrema, & promontoria, & quæ mare attingunt.* Neque Belus tantùm, sed etiam o) *Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti, apud Tyrum & Sidonem regnaverunt.* Cadmus Deorum cultum in Europam dilatavit; quod suo tempore dicendum. d) Scaliger. fragm. p. 36. e) Stephan. in Γάζα. f) Euseb. p. 37. d. g) ibid. p. 35. h) Phœnic. l. 2. c. 1. i) Saturnal. l. 23. k) Helych. l) ibid. B. m) Apollodor. de Diis, l. 2. n) Plutarch. in Iside, p. 366. b. o) Euseb. Chron. n. 562.

Plures in Oriente *Joves* est investigare: Græcis Romanisque, longè recentioribus, nullus datur hic locus. p) *Varro trecentos Joves* p) Tertull. Apolog. c. 14

Joves (sive Jupiteres dicendum) introducit : Nos Originem quærimus, non multitudinem.

Sanè omnis de Jove theologia ex Ægypto derivata est ; nec Jovis solùm, sed omnium etiam Deorum numina inde petenda sunt. Idololatria à Phœnicibus quidem propagata, sed ab Ægyptius inventa est. a) Δυώδεκα θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν. βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους. *Dicunt Ægyptios XII. Deorum cognomina primos in usu habuisse ; & Græcos ab iis fuisse mutuatos : illos etiam aras, & simulacra, & delubra Diis primos statuisse.* Consentit Lucianus, Assyriacæ scrutator antiquitatis. b) Πρῶτοι μὲν ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἔννοιην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἵσασθαι, καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀποδεῖξαι· πρῶτοι δὲ καὶ οὐνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν. Μετὰ δὲ οὐ πολλῷ χρόνῳ παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο καὶ ξόανα ἐστήσαντο. Τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν. *Primi hominum Ægyptii dicuntur & Deorum notitiam percepisse, & templa constituisse, & delubra, conventusque solennes edidisse : Primi etiam nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Non multo post tempore Assyrii ab Aegyptiis doctrinam de Diis acceperunt, & sacra templaque erexerunt, in quibus & simulacra posuerunt & statuas dedicarunt. Antiquitùs verò etiam apud Ægyptios templa fuerunt sine statuis.* Tantundem de Ægypto Ammianus. c) *Hic*, inquit, *primum homines longè ante alios ad varia Religionum incunabula (ut dicitur) pervenerunt ; & initia prima Sacrorum cautè tuentur condita scriptis arcanis.*

a) Herod. l. 4.

b) De Dea Syria initio.

c) Am. Marcel. l. 22. p. 235.

Thoth Mercurius. Dii Cabiri.

POST excessum Menis Ægyptus divisa est. *Athothes* Thebis, Memphi regnabat *Tosorthrus*, sive Æsculapius ; Uterque pari consecrationis honore donatus. d) Τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρώπων ποτὲ, γενομένων δὲ ἀνθρωπίνῃ δόξῃ Θεῶν, Ἑρμῆς τε ὁ Θηβαῖος, καὶ Ἀσκληπιὸς ὁ Μεμφίτης, *Ex iis, qui in Ægypto aliquando fuerunt homines, sed Dii facti sunt opinione hominum, Mercurius Thebaius & Æsculapius Memphites.*

d) Clem. Alex. Strom. I. p. 334 b.

In Dynastiâ dicitur Ἀθώθης ὑὸς Μήνεως, ὃ ἑρμηνεύεται Ἑρμογενής, *Athothes filius Menis, quod exponitur Mercurio-genitus. Athothes* is est, a) *quem Ægyptii vocant* Θωὺθ, *Alexandrini* Θωθ, *Græci* Ἑρμῆν, *Mercurium.* Expositio autem ista ad successorem pertinet; hic Menis, ille autem Mercurii filius. a) Euseb. Pr. Ev. l. 1. p. 32. 2.

M. Cicero quinque *Mercurios* enumerat; quorum tres priores Græci sunt, neque ad rem nostram. b) *Quartus*, inquit, *Nilo patre natus, quem Ægyptii nefas habent nominare: Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis Leges & Literas tradidisse. Hunc Ægyptii Thoyth appellant; eodemq; nomine Anni primus mensis apud eos vocatur.* Ultimus hic is est de quo agimus, omnium antiquissimus: Cicero autem illum cum Mercurio Arcade confundit. c) *Pheneum, oppidum Arcadiæ*; & Ἀργειφόντης Mercurius fuit ille, b) Nat. Deor. l. 3. p. 248. c) Plin. 1. 4.

——— d) *Quem candida Maia*
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. d) Virgil. Æn. l. 8. v. 138.

Ciceroni præivit Homerus; qui *Mercurium* ψυχοπομπὸν Ægyptiorum, *Cyllenium* vocat.

* Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο,
Mercurius Cyllenius animas evocat. * Odyss. Ω. initio.

Manilius eodem nomine Mercurium Secundum invocat, Astronomiæ auctorem;

e) *Tu princeps authorq; sacri, Cyllenie, tanti:*
Per te jam Cœlum interius, jam sidera nota. e) L. 1. v. 33.

Ineffabile *Quarti* nomen nescire liceat: nisi sit *Siphoas*, ὁ καὶ Ἑρμῆς; scilicet, Secundus; non *Nili* filius, sed cui successit *Nilus* rex Thebanorum, Seculo X.

§. I.

Mercurius hic inter Deos Cabiros recensetur: Eorum pater (secundum Theologica Sanchuniathonis) fuit Jupiter. f) Ἐκ τῶ Συδὺκ Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμόθρᾳκες, *Ex Sydyk Dioscuri, seu Cabiri, seu Corybantes, seu Samothraces* orti sunt. De *Corybantum & Samothracum* nomine posthac, g) ubi de Cadmo. *Sydyk* esse Jovem indicat *Dioscurorum* nomen, quod à Patre accipiunt, οἱ τοῦ Διὸς κοῦροι, *Jovis filii.* Cabiri dicti sunt in Ægypto atque Oriente. Cabir Ebraicè est *magnus & potens: Dii* Κάβειροι *sunt potes, potentes.* h) *In Augurum libris Divi potes sunt, in Samothrace* θεοὶ δυνατοί. Et *Cassius Hemina*, apud i) Macrobium, *dicit Samo-* f) Euseb. Pr. Ev. l. 1. p. 36 a. g) Sec. IX. h) Varro L.L. l. 4. i) Saturnal. l. 3. c. 4.

a) Herodot. l.3.c.37.

mothracas Deos (id est; Cabiros) *propriè dici* θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστούς, θεοὺς δυνατούς. Horum templum Memphi vetustissimum fuit; a) ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι ἄλλον γε ἢ τὸν ἱρέα, *quod inaccessum alteri quàm Sacerdoti*; donec Cambyses *ingressus simulachra concremavit*, πολλὰ κατασκώψας *multa jocatus in ea.* Erant enim *Vulcani statuis similia*, quas ille *multo risu excepit.* Fuerunt autem

b) Euseb. ib. p. 39. c.
c) Schol. Apoll. l. 1. v. 917.

b) Ἑπτὰ Συδὲκ παῖδες, Κάβειροι, *Septem liberi Sydec, Cabiri*; qui non uno tempore Dii facti sunt, c) Οἱ δὲ δύο εἶναι τοὺς Καβείρους φασὶ πρότερον· πρεσβύτερον μὲν Δία, νεώτερον δὲ Διόνυσον, *Quidam ferunt Cabiros priùs duos fuisse; seniorem quidem Jovem, & Bacchum juniorem.* Ipse Jupiter Cabirorum primus; cui accessit ejus filius Bacchus. Aliorum trium nomina, ex Mnaseâ, profert Scholiastes Apollonii Rhodii. *Axieros, quæ est Ceres; Axiokersa, Proserpina; Axiokersos, Pluto*: ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κασμίλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος, *Additus est & quartus Casmilus, qui est Mercurius, ut refert Dionysodorus.* De Orientalium horum nominum etymologiâ, d) Bochartum adeas.

d) Phœnic. l. 1. c. 12.

e) Varro L.L. l. 6.

Mercurius autem, in inferiore ordine positus, Deorum minister erat. e) *Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis Deus quidam administer Diis Magnis.*

f) Macrob. Saturn. 3. 8.
g) Plutar. Numâ, p. 64. d.

f) *Tusci Camillum appellant Mercurium*; unde Romanorum camilli, qui serviebant sacerdotibus. Juba dixit, g) Τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Καμίλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον, *Pubescentem puerum ministrantem in æde Iovis dici Camillum, quo nomine Græcorum nonnulli Mercurium à ministerio vocarunt.*

§. II.

h) Euseb. Pr. Ev. p. 36. d.
i) L. 1. p. 10. b.
k) Act. 19. 35.
l) MS. p. 268.

Sanchuniathoni h) *Mercurius est Saturni* Γραμματεύς. i) Diodorus dicit illum fuisse Γραμματέα *Osiridis.* Fuit autem Osiris Saturni filius. Vox Γραμματεὺς legitur in k) Actis Apostolorum, ubi de festo Dianæ agitur. In sacris Græcorum ludis quinam fuerint Ἀλυτάρχης, Γραμματεύς, Ἀμφιθαλής, docet l) Joannes Antiochenus, Oxonii imprimendus.

m) Diod. l. 1. p. 10. b.
n) a.

Dicunt Osirim cum Mercurio m), ἅπαντα προσανακοινοῦσθαι καὶ μάλιστα χρῆσθαι τῇ τούτου συμβουλίᾳ, *[illegible] cum omnia communicasse, ejusq; consilio maximè usum fuisse*; n) illumque in honore ante omnes habuisse, διάφορον φύσει κεχορηγημένον πρὸς ἐπίνοιαν τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον, *cùm esset perspicacis ingenii in excogitandis humanæ vitæ commodis. Hic enim primus communem loquelam articulatim*

stinxit, & rebus multis nomine destitutis nomen indidit: Literas invenit: Deorum cultus & sacrificia ordinavit; hic primus Astrorum ordinem, Vocumque harmonias & naturas observavit; Palæstræ *inventor; concinnitatis & corporis decore effingendi artifex;* Lyram *trichordem invenit & Oleam.* * Diodorus autem hic Mercurium Ægyptium cum Græco miscet. Ipse enim paulò post tradit Ægyptiis non licere, *Palæstram, aut Musicam discere.* Cicero *Leges* addit; ut & a) Ælianus, Αἰγύπτιοί φασι παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμαθεῖν. Sanè b) *Ægyptii scriptores, putantes omnia inventa esse à Mercurio, libros suos Mercurio inscribebant: Mercurius præest Sapientiæ & Eloquio.* * L. 1. p. 51. a) Æl. l. 14. c. 34. b) Jambl. de myster. Ægypt. initio.

De Literarum initio hæsitat Plinius. c) *Literas, inquit, semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt.---- Anticlides in Ægypto invenisse quendam nomine Menona* (τὸν Μηνᾶν) *tradit, XV annis* (imò XV ætatibus, sive V seculis) *ante Phoroneum, antiquissimum Græciæ regem; idque monumentis approbare conatur.* Patri attribuit, quod filio debetur. Gellius autem, Diodorus & Cicero suæ sententiæ authores habuerunt Sanchuniathonem & Platonem. d) Τάαυτος ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν, *Taautus invenit primorum elementorum scripturam.* Et ejus interpres e) Philo, πρῶτός ἐστι Τάαυτος, ὁ τῶν γραμμάτων τὴν εὕρεσιν ἐπινοήσας, καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων γραφῆς κατάρξας, ὃν Αἰγύπτιοι Θωὺθ. *Taautus primus literas excogitavit, & ad memoriæ subsidium scribendi author fuit; quem Ægyptii vocant Thoth.* Socrates apud f) Platonem, *Audivi, inquit apud Naucratim Ægypti, quendam fuisse priscorum deorum, cui avis quam Ibim vocant sacrata est.* τὸ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεύθ. Τοῦτον δὴ πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, *Ipsi dæmoni nomen esse Theuth. Hunc primum Numeros & Computationem invenisse, & Geometriam & Astronomiam, Talorumque & Alearum ludos, etiam & Literas,* g) μνήμης καὶ σοφίας φάρμακον. Idem alibi dicit, quòd h) *Theuth in Ægypto primus literas vocales à consonantibus, ἔτι τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα, & mutas à liquidis distinxit, &* γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο, *Artem Grammaticam protulit.* Quod quidem nimis speciatim dici videtur, & primis his ce temporibus parùm congruè. Primæ Ægyptiorum literæ fuerunt hieroglyphicæ: c) Plin. l. 7. c. 56. p. 128. d) Euseb. Pr. Evang. l. 1. p. 36. a. e) ib. p. 31. d. f) In Phædro, p. 1240. a. g) ibid. c. h) In Philebo p. 374. c.

 a) Non-

a) Lucan. l. 3. vers. 222.

a) *Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
Noverat: & saxis tantùm volucresq; feræque
Sculptaq; servabant magicas animalia linguas.

b) Clem. Alex. Strom. l. 5. p. 555. d.

Triplex erat apud Ægyptios Characterum ratio: b) Ἐπιστολογραφικὴ, *ad scribendas epistolas apta*, sive Vulgaris; Ἱερατικὴ, *quâ utuntur* Ἱερογραμματεῖς, *qui de rebus sacris scribunt*; & Ἱερογλυφικὴ, *sacra sculptura*: Hujus duæ sunt species; Κυριολογικὴ *propriè loquens per prima elementa*; & Συμβολικὴ, *per signa*; cujus *alia propriè loquitur per imitationem, alia tropicè, alia allegoricè per ænigmata. Primi generis exemplum sit; Solem circulo, Lunam Lunæ figurâ exprimunt: secundi; Regum laudes Theologicis fabulis tradunt: tertii; obliquam Astrorum conversionem Serpentum corporibus assimilant; & Solem scarabeo.* Symbolicum hoc per ænigmata scribendi genus omnium vetustissimum fuit, & ipsius Mercurii inventum: cujus egregium specimen habemus in theologicis Sanchuniathonis. c) *Taautus deus Cælum expressit, & Deorum vultus, Saturni atque Dagonis aliorumq; sacros elementorum characteres effinxit: Saturno autem pro regni insignibus excogitavit quatuor oculos in vultu & in occipite, quorum duo aperti, duo clausi; & in humeris quatuor alas, quarum duæ expansæ, duæ demissæ. Symbolum erat, Saturnum dormientem videre, & vigilantem dormire; eundem quiescentem volare, & volantem quiescere. Reliquis Diis duas tantùm alas dedit, utpote qui Saturnum sequerentur. Affinxit etiam ad caput Saturni duas alas; unam ob mentem gubernatricem, alteram ob sensum.*

c) Euseb. Pr. Ev. p. 39. 2.

Ex occultâ hâc Symbolologiâ orta est insana Ægyptiorum Theologia, & monstrosa Deorum simulacra. d) Κριοπρόσωπον τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς ποιοῦσι Αἰγύπτιοι, *Ægyptii simulacrum Jovis faciunt Arietinâ facie.*

d) Herodot. l. 2. c. 42.

e) Lucan. l. 9. v. 514.

e) *Stat tortis cornibus Ammon.*

f) Ἐβούλετο δὲ ὁ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, *Alexander etiam volebat Ammonis filius videri, & Cornutus a statuariis effingi.*

f) Clem. Alexand. προτρεπτ. p. 36. 2.

Mercurius, ipse Mysteriorum author, κυνοπρόσωπος, *caniformis* effingitur. g) *Ille Superùm commeator & Inferùm, nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens Canis cervices arduas, læva caduceum gerens, dextrâ palmam virentem quatiens.* Qualis in nummis & gemmis conspicitur. Servius, ad Virgilii

g) Apuleius l. 11. p. 384.

h) Æn. l. 8. v. 698.

h) *Latrator Anubis.*

Mer-

Mercurius, inquit, *capite canino pingitur, ideo quia nihil est cane sagacius*. a) Κυνοκέφαλον Ἑρμοπολῖται colunt. b) Ἔστιν ὁ Κυνοπολίτης νόμος, καὶ Κυνῶν πόλις, ἐν ᾗ ὁ Ἄνουβις τιμᾶται καὶ τοῖς κυσὶ τιμή καί σίτησις τέτακταί τις ἱερά, *Est & Nomus Cynopolites, & Canum urbs, in quâ Anubis colitur, & Canibus honor, & sacer quidam cibus constituuntur*. Mercurius *Anubis* & Ἑρμάνουβις in sacris vocatur: & inter *Semideos* censetur c) *tertius*. De Caducei symbolo, vide d) Macrobium.

a. Strab. l. 17. p. 812. d.
b) c.
c) supra p. 11
d) Saturn. l. 1. c. 19.

Ἱερογραμματικὴ verò scribendi ratio longe inferioris fuit ævi, & primùm (quod scimus) à e) Mercurio Secundo usurpata. Manetho in libro Sotheos, quem Ptolemæo Philadelpho dicavit, f) *Ex stelis*, inquit, *positis* ἐν τῇ Συριαδικῇ γῇ *& exaratis sacrâ dialecto & hierographicis literis à Thoth, qui est Mercurius Primus, Secundus Mercurius, Agathodæmonis filius, Tati pater, libros traduxit, quos in templorum Ægypti adytis reposuit*. Primus *stelas* exaravit, Secundus *libros*: ex his sua g) Sanchuniathon in linguam Phœniciam, sua Manetho in Græcam transtulit. Stelæ autem istæ in antris conditæ sunt subterraneis, h) *apud Thebas, trans Nilum, non procul à sonante Memnonis statua: locum* τὰς Σύριγγας *appellant*. Ammianus, i) *Sunt Syringes subterranei quidam & fluxuosi secessus, quos (ut fertur periti rituum vetustorum (adventare Diluvium præscii, metuentesq; ne ceremoniarum obliteraretur memoria) penitus operosis digestos fodinis per loca diversa struxerunt: & excisis parietibus, volucrum ferarumq; genera multa sculpserunt, & animalium species innumeras, quas Hieroglyphicas literas appellarunt*.

e) Sec. X.
f) Syncel. p. 40. b.
g) Euseb. p. 3. b.
h) Pausan. l. 1. p. 78.
i) Am. Marcellin. l. 22. p. 232.

Judæi tradunt Seth, Adami filium, duas stelas posuisse, k) quibus ἐνεχάραξαν τὰ εὑρημένα *inscripserunt inventa*: harum alteram Josephus dicit *ad suum tempus mansisse* κατὰ τὴν Συριάδα. l) *Sculptura prope Sebirath* Τὰ Γλυπτὰ juxta Σεειρωθά, fuerunt locus in tribu Ephraim.

k) Joseph. l. 1. c. 3. in fin.
l) Judic. c. 3. v. 26.

Tosorthrus Æsculapius.

POST Menem Memphi regnabat *Tosorthrus*, sive Æsculapius, qui etiam inter Deos recensetur. Memphitica Chronologia nimis incerta est, non tam injuriâ temporis, quàm temeritate Africani; de quâ m) diximus. Regum XXI, quorum supersunt nomina, po-

m) supra p. 27

postrema est Nitocris, primus est Æsculapius, cujus ætas ex cognatione dignoscitur: fuit enim Jovis filius, Mercurii frater. Patrem testatur Sanchuniathon. a) οἱ ἑπτὰ Συδὲκ παῖδες Κάβειροι, καὶ ὄγδοος αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιὸς, Sunt Sydek filii septem Cabiri, & Octavus illorum frater Æsculapius. Κάβειροι, Διόσκουροι, Iovis filii. Damascius in vitâ Isidori, apud b) Photium, Σαδύκῳ, inquit, ἐγένοντο παῖδες, οὓς Διοσκούρους ἑρμηνεύουσι καὶ Καβείρους. Ὄγδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔσμουνος, ὃν Ἀσκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν, Sadyco filii fuerunt, quos Dioscuros & Cabiros interpretantur: Octavus autem præter illos fuit Esmunus, quem Æsculapium exponunt. Et paulò pòst, Τὸν Ἔσμουνον Ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν, Esmunum Octavum significare existimant. Ebræis Hasmini Octavus est. Æsculapius igitur, licet inter Cabiros non habeatur, Jovis tamen filius, & Mercurii frater censendus est.

a) Euseb. Pr. p. 39. b.

b) Biblioth. p. 1074.

Circumferuntur, sub Trismegisti nomine, colloquia quædam inter Mercurium & Æsculapium. ψευδεπίγραφος iste liber à nonnullis Ecclesiæ Patribus receptus est: neque dubitârunt illi Æsculapium Mercuriumque fuisse coætaneos: solus Africanus huic illum aliquot seculis postposuit. Nos verò non sine ratione Æsculapium suo tempori restituimus.

Ὑπομνηματικὰ ista, quæ in Dynastiis Mercurio atque Æsculapio adjiciuntur, illos ambos æquales fuisse demonstrant. In primâ Africani Dynastiâ de Mercurio dicitur, c) Τὰ ἐν Μέμφει βασίλεια οἰκοδομήσας· οὗ φέρονται βίβλοι ἀνατομικαί· ἰατρὸς γὰρ ἦν, Hic in urbe Memphi Regiam construxit; cujus feruntur libri anatomici: Erat enim medicus. In tertiâ demum, de altero, d) οὗτος Ἀσκληπιὸς Αἰγυπτίοις κατὰ τὴν ἰατρικὴν νενόμισται· καὶ τὴν διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομὴν εὕρατο. ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπεμελήθη. Ille apud Ægyptios ob medicinæ peritiam Æsculapius habetur: ille quadratorum lapidum structuram invenit: quin & insculpendo literas operam dedit. Hæc ab Africano D. amplius annorum intervallo disjuncta sunt: quam incongruè, e) modò dictum. Sanè res est eadem; tempus idem. Neque sunt res istæ inter se satis distinctæ: aliæ Mercurio tribuuntur, quæ Æsculapio potiùs competere videntur; aliæ contrà. Mercurius Regiam Memphiticam condidit: Memphis autem Æsculapii sedes erat. Mercurius Medicus Anatomicos libros conscripsit, cùm tamen Æsculapius sit πολυθρύλλητος Medicinæ author. Ista in Thinitarum Dinastiâ annotantur, cùm regnum illud nondum cœperat.

c) Syncell. p. 54. c.

d) ib. p. 56. b.

e) suprà, p. 28.

rat. Rursus, Æsculapius hic γραφῆς ἐπιμελήθη, cùm Literæ à Mercurio sint inventæ. Promiscuæ hujusmodi transpositiones, quæ hîc alibiq; in sequentibus sparsim interseruntur, satis evincunt, res istas non tam Reges ipsos, quibus adduntur, quàm illorum tempora spectare.

Quod autem dicitur, *Æsculapium operam literis insculpendo dedisse*; id quidem non de illarum inventione intelligi debet, sed de curâ secundariâ, operâque ex præcepto Mercurii navatâ. Neque enim ille tantùm, sed etiam VII Cabiri stelarum exarandarum curam gerebant. Sanchuniathon de Theologicis suis, quæ ex Mercurii monumentis traducta sunt, a) Ταῦτα inquit, πρῶτοι πάντων ὑπεμνηματίσαντο οἱ ἑπτὰ Συδὲκ παῖδες, Κάβειροι, καὶ ὄγδοος αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιὸς, ὡς αὐτοῖς ἐνετείλατο θεὸς Τάαυτος, *Ista primi omnium monumentis mandarunt septem Sydek liberi, Cabiri, & octavus eorum frater Æsculapius, sicut illis faciendum injunxit Deus Taautus.* a) Euseb. Pr. Evang. l. 1. p. 39. c.

Neque à vero absimile est, artem *Anatomicam*, quæ hîc Mercurio attribuitur, ab Æsculapio fuisse inventam; & in Syringicis etiam stelis memoriæ traditam: Mercurium autem Secundum, qui libros suos ex monumentis istis transtulit, tam Æsculapii quàm Mercurii inventa edidisse. Sanè b) *ex XLII Mercurii libris, XXXVI ad Ægyptiorum philosophiam; VI reliqui ad artem Medicam pertinent*; quorum primus fuit *anatomicus*, περὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, *de constructione corporis.* Ceterum c) Οἱ Αἰγύπτιοι οὐκ ἰδίᾳ μὲν τὰ ἰατρικὰ, ἰδίᾳ δὲ τὰ Ἀστρολογικὰ, καὶ τὰ Τελεστικὰ, ἀλλὰ ἅμα πάντα συνέγραψαν, *Ægyptii non seorsim Medicinam, & Astrologiam, & ritus Sacros composuerunt; sed omnia simul conjunxerunt.* b) Clem. Alex. Strom. l. 1. p. 634. b. c) Scholiast. in Ptol. Tetrabib. l. 1.

Utcunque sit, non immeritò d) *Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam* fuisse; & *Æsculapius Memphites inter primos hominum numeratur, qui opinione humana dii facti sunt*: quod à Clemente e) dictum. Fuitque deinceps f) *urbs Memphis præsentia numinis Æsculapii clara.* d) Plin. l. 7. c. 56. p. 128. e) supra p. 34. f) Am. Marcellin. l. 22. p. 288.

Græci Æsculapium hunc non agnoscunt: *Medicinam invenisse ajunt* g) Ἆπιν Αἰγύπτιον αὐτόχθονα, πρὶν εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι τὴν Ἰώ, μετὰ ταῦτα Ἀσκληπιὸν τὴν τέχνην αὐξῆσαι, *Apim Ægyptium indigenam, priusquam veniret Io in Ægyptum: postea autem Æsculapium artem amplificâsse.* Certè Apis in Ægypto, præter Bovem, nullus erat. h) Apis, Phoronei filius, regnabat Argis, καὶ νομισθεὶς θε- g) Clem. Alex. Strom. l. 1. p. 307. a. h) Apollodor. l. 2. initio.

 ὸς

ὀς, ἐκλήθη Σάραπις, *relatus inter Deos, Sarapis appellatus est.* Hunc

a) Euseb. n. 272.
b) 279.

a) *cum populo ad Ægyptum navigasse*, & b) *Memphim condidisse* somniant μυθολόγοι Græci. Quæ autem de Iside ejusque erroribus Ægyptii; eadem ferè de Astarte, Phœnices; de Ione, Græci fabulantur.

c) Herodot. 2. 41.
d) Plutarch. de Iside, p. 358. d.

c) Τὸ τῆς Ἴσιδος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήιον βούκερών ἐστι, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι, *Isidis simulacrum muliebre bubulis cornibus, quemadmodum Græci describunt Ionem.* Dicitur quidem d) Ἑρμῆν περιθεῖναι βούκρανον αὐτῇ κράνος, *Mercurium Isidi imposuisse galeam è bovis capite factam.* Erat autem Isis, Luna; &

e) Ovid. Met. l. 9.

e) ______ *Inerant Lunaria fronti*
Cornua ______ ____

f) Euseb. Pr. p. 38. c.

Sic & f) *Astarte* ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου, *Bovis caput capiti suo imposuit, pro regni insignibus,* περινοστοῦσα τὴν οἰκουμένην, *terram universam peragrans.*

g) Diod. l. 1. p. 15. b.

Isidem autem, g) φαρμάκων πολλῶν πρὸς ὑγείαν εὑρέτιν *medicamentorum multorum inventricem*, gloriantur Ægyptii *à toto orbe venerari* διὰ τὴν ἐν ταῖς θεραπείαις ἐπιφάνειαν, *ob præsens in medicando numen: illamq; invenisse* τὸ τῆς ἀθανασίας φάρμακον, *quo filium Orum non tantum in vitam reduxit, sed etiam immortalitatis participem fecit. Orum interpretantur* Apollinem, *qui* τήν τε ἰατρικὴν καὶ τὴν μαντικὴν *ab Iside matre edoctus est.* Dea hæc Græcis

h) Pausan. l. 2. p. 135.

Ὑγεία, Romanis *Salus* dicta est. h) *Epidauri templum ab Antonino Senatore constructum est* Ὑγείᾳ, καὶ Ἀσκληπιῷ, καὶ Ἀπόλλωνι ἐπίκλησιν Αἰγυπτίοις, *Saluti, Æsculapio, & Apollini Ægyptiis.* Apollo

i) Herodot. l. 2. c. 155.
k) Pignor. Mensa Isiaca.

enim deus erat Aegyptius. i) Hujus & *Dianæ templum erat in Buto*, Aegypti urbe. SALUS AUG. in k) æneo Claudii nummo, in quo Isis cum sistro & situlâ.

§. I.
l) Macrob. Sat. l. 1. c. 20.
m) Æn. l. 11. v. 260.

l) *Simulacris Aesculapii & Salutis Draco subjungitur*; quod in nummis obvium. Servius, in illud m) Virgilii,

___ ___ *Scit triste Minervæ Sidus*,

Numina, inquit, *quæ inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum aliis potestate sunt permista: ut Ophiuchus ipse est Aesculapius.* Quod quidem de Aesculapio Græco, non autem de Aegyptio, accipiendum. Μόρφωσις ista in Sphærâ Græcanicâ conspicitur; & inter Arati Φαινόμενα canitur: & Manilio,

a) An-

a) Anguitenens magno circundatus orbe Draconis. a) L. 5. p. 130. v. 32.
In *Sphæra Barbaricâ* Julii Firmici, b) *In primis partibus Capricorni* b) L. 8. c. 15.
oritur Ophiuchus : ideoque μυελοφθορεῖς c) *decimæ tertiæ partis* c) c. 28.
Capricorni facit Marsos, venena vendentes. Marsi in Italiâ, quales
Psylli in Africâ, & Ophiogenes Pariani in Asiâ, serpentum incanta-
tores. Etiam in sphærâ barbaricâ Ptolemaicâ, quam ex Aben-
Ezra edidit Josephus d) Scaliger, in *Virgine, Librâ, Scorpio, Sa-* d) In Manilio l. 5.
gittario, & Capricorno, Pars Draconis.

Veruntamen in Ægyptiacâ astronomiâ omnino nullus est
ἀφιεὺς. Hoc docuit e) Achillis Tatii εἰσαγωγὴ ad Phænome- e) P. ult.
na Arati. Ἐν γοῦν τῇ τῶν Αἰγυπτίων σφαίρᾳ οὔτε ὁ Δράκων ἔστι νομι-
ζόμενος, ἢ ὀνομαζόμενος, οὔτε Ἄρκτοι, οὔτε Κηφεύς, ἀλλ' ἕτερα σχή-
ματα εἰδώλων καὶ ὀνόματα τεθειμένα. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ τῶν Χαλδαίων,
In Sphærâ Ægyptiacâ neque Draco censetur aut nominatur, neque
Ursæ, neque Cepheus; sed aliæ formæ, alia nomina sunt indita simula-
cris. Ita etiam in Chaldæorum sphærâ: & in sphærâ Persicâ & Indi-
câ, ex eodem Aben-Ezra f) editis. Serpentes quidam g) circa The- f) Scal. ib.
bas Jovi sacri fuerunt; nulli autem Æsculapio dicati, aut Infer- g) Herod. 2. 74.
sidera recepti: Apud Græcos verò Draco signum cœleste; & h) *ser-* h) Pausan. l. 2.
pentes Epidaurii, ἐς τὸ ξανθότερον ῥέποντες χρόας *fulvo colore con-* p. 136.
spicui, Æsculapio sacri habentur, & sunt hominibus cicures.

i) Cicero *tres recitat Æsculapios Græcos*, Numeri ansa ex i) Nat. Deor. l. 3. p. 248.
Μυθολόγων inconstantiâ; de quâ k) Pausanias. Fuit autem *Æscu-* k) L. 2. p. 133.
lapius Epidaurius. l) Τὰ γὰρ Ἀσκλήπεια τὰ ἐπιφανέστατα ἐξ Ἐπι- l) Ibid.
δαύρου, *Illustrissima Æsculapii sacra ex Epidauro: Athenienses diem*
Æsculapio festum vocant Epidauria: Archias in Epidauria sanatus
Dei cultum traduxit Pergamum; a Pergamenis accepere Smyrnæi. m) Liv. Epit. XI.
m) *Anguis* demum *Epidaurius Romam advectus est*, an. U.C. 462.

n) *Fabulantur Græci Plutonem actionem apud Jovem institu-* n) Diod. l. 4. p. 190. a.
isse in Æsculapium ὡς τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινουμένης, *de imminu-*
tæ regni Inferni potentiâ; quòd medicatione Æsculapii decresceret
mortuorum numerus; & Jovem fulminis ictu Æsculapium necasse.
Medicina, inquit o) Plinius, *Diis primùm inventores suos assigna-* o) L. 29. c. 1.
vit & cælo dicavit. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum ful-
mine Æsculapium fabulata, quoniam Tyndaridem revocâsset ad vi-
tam. p) Lactantius; *Æsculapius quid fecit aliud divinis honoribus* p) L. 1. c. 10.
dignum, nisi quòd sanavit Hippolytum? Illud avaritiæ crimen pœ-
namque decantat q) Pindarus. q) Pyth. Od. 3.

a) Strom. l. 5. p. 322. 2. Ista verò non sunt hujus ævi : Æsculapius enim Græcus mille annis recentior est Ægyptio. a) Clemens Alexandrinus *Herculis & Æsculapii ἀποθέωσιν conjicit in annum 53 um ante excidium Trojæ; & ex Apollonio Rhodio* dicit, illum *cum Jasone navigâsse*. Licet verò ejus nomen inter Argonautas ab Apollonio non recenseatur, tempus tamen non malè convenit ; cùm b) *Machaon Æsculapii filius* bello Trojano militaverit.

b) Homer. Il. δ'. 193.

Cæterùm duo hîc memorantur primorum temporum utilissima inventa, *Medicina* atque *Architectura*. Inter Artes, quas ferè omnes Ægyptus peperit, illæ primùm enatæ sunt, quibus obstetricavit Necessitas : subsidia vitæ contra infirmitates corporis, contra injurias Cœli, dictante Naturâ, comparata sunt. Hinc præmaturum medicandi ædificandique studium. c) *Tentoria Chami* de peregrinantibus Patribus intelligenda sunt : postquam verò illi sedes in Ægypto fixerant, construxerunt domicilia, & politias, totius terrarum orbis vetustissimas, constituerunt. Paulatim accessit Magnificentia. Menes urbem *Memphim* condidit ; ejus successor, *Regiam*; neque multo pòst surrexêre *Pyramides* : in tantum crevit inventa recens ἡ διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομία, *quadratorum lapidum structura*.

c) Ps. 78. 51.

Cum his ista comparare liceat quæ de Græcis memorantur; ut appareat, his illa quantò & recentiora sint, & viliora. d) *Laterarias, ac domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis : antea specus erant pro domibus. Gellio Doxius Cœli filius Lutei ædificii inventor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis. Aliqui Argos à Phoroneo rege ante conditum volunt; quidam & Sicyonem : Ægyptii multò antè apud ipsos Diospolin*, atque Memphim.

d) Plin. l. 7. c. 56.

Ad

Ad
Seculum Secundum.

Thinitarum initium.

T*Hinitarum Dynastia*, à Mene licet deducta, non nisi Secundo demum seculo initium habuit. Sicut *Ægyptus* tota post obitum Menis divisa fuit, ita etiam *Thebais* post decessum Athothis in duas partita est Dynastias. Thebis regnabat *Athothes* alter, (Ἑρμογένης) *Athothis F. Menis N.* ad Arabicum Nili latus: ad Libycum pariter regnabat *Cencenes, Athothis F. Menis N.* Hujus regni sedes fuit a) *This, urbs prope Abydum posita.* Unde reges *Thinitas* appellare b) diximus. Horum regum tempora satis certa sunt, & ab Africano minùs turbata: illorum autem res gestæ tenues sunt & obscuræ. Annotatiunculæ enim, quæ huic Dynastiæ passim interferuntur, ad alias plerumque pertinent, & earum chronologiam illustrant.

a) Stephan. Θ.
b) p. 27.

Calamitates Ægypti.

ÆGyptus terrarum beatissima, belli immunis; Artium parens, omni rerum abundantiâ affluens;

> c) *Terra suis contenta bonis, non indiga Mercis,*
> *Aut Iovis: in solo tanta est fiducia Nilo;*

c) Lucan. l. 8.

Felix inquam, Ægyptus exemplo sit, Nullam in humanis unquam fuisse felicitatem, infelicitatis expertem. Primis enim aureisque istis seculis Ægyptus variis afflicta est infortuniis.

Jam d) *Sub Venephe Rege*, λιμὸς κατέσχεν τὴν Αἴγυπτον μέγας, *Ingens fames invasit Ægyptum.* Seculo proximo, *sub Semempse Rege*, φθορὰ μεγίστη κατέσχεν τὴν Αἴγυπτον, *Lues maxima in Ægypto grassata est.* e) Eusebius addit, καὶ πολλὰ παράσημα ἐγένετο, *& pleraque visa sunt prodigia.* Neque suspicionem afferat tanta harum observationum vetustas. Τερατοσκοπία enim in usu vetustissimo fuit apud Ægyptios. f) *Plura ab eis comperta sunt prodigia quàm*

d) Syncell. p. 54.
e) Ib. p. 55.
f) Herod. l. 2. c. 82.

quàm ab omnibus aliis hominibus. Γενομένου γὰρ τέρατος, φυλάσσουσι γραφόμενοι τὸ ἀποβαῖνον. καὶ ἤν ποτε ὕστερον παραπλήσιον τούτῳ γένηται, κατὰ τὠυτὸ νομίζουσι ἀποβήσεσθαι, *Nam quum extitit prodigium, eventum scriptis servant; & si simile postmodum acciderit, de eventu conjecturam faciunt, exemplo prioris.*

*Syncel. p. 55. Paulò pòst (ut hæc simul expediam) sub * *Bocho* Rege, χάσμα κατὰ Βούβαστιν ἐγένετο, καὶ πολλοὶ ἀπώλοντο, *Hiatus ad Bubastin contigit, unde multi perierunt.* In *Thinitarum* Dynastiâ memoran-

a) Herod. l. 2. c. 60. tur ista; cùm tamen *Bubastis* sit urbs Inferioris Ægypti; a) *Festo Dianæ frequentissimo* celebris, & b) *conspicuo in urbe mediâ Templo Bubastis, quæ Græcè Ἄρτεμις Diana dicitur.* De festo & templo legendus

b) Ibid. c. 137. Herodotus. Urbs autem in plano posita ad Arabicum latus alvei,

c) Lucan. l. 8. ——c) *Quâ dividui pars maxima Nili*
Ad vada decurrit Pelusia Septimus amnis,

contra fluminis auctum, terrâ exaggeratâ muniebatur: Rupto jam Aggere, pleraque diluvio obruta sunt. Hac clade monitis, hujus

d) Herod. l. 2. c. 137. urbis munitio Principibus insequentibus in curâ fuit. d) *Sub Sesostre urbes munitæ sunt; dein sub Sabacone valde excelsæ factæ sunt; Maxima autem ad urbem Bubastin erat terræ exaggeratio.*

Pyramides.

AD Memphitas autem pertinere videtur id, quod eidem *Venepli Cencenis F. Thinitæ* attribuitur. Οὗτος περὶ Κωχώμην τὰς πυραμίδας, *Hic in Chocome struxit Pyramidas.* Celeberrimæ sunt in Memphitico territorio constructæ Pyramides: in cæteris Ægypti partibus prorsus nulla est Pyramidum memoria. Vox

e) Plin. l. 36. c. 12. *Chochome*, vel, ut Eusebius, Κωχώνη, vix alibi legitur; neque liquet quisnam sit iste Ægypti locus. e) *Pyramides tres, quæ orbem terrarum implevere famâ, sitæ sunt in parte Africæ, monte saxeo sterilique, inter Memphim oppidum & Delta.* Ingentia ista Ægypti miracula æmulatione quâdam in tantam creverunt magnitudinem; neque ignota sunt regum insequentium nonnina, qui istos lapidum montes cumulàrunt. Primæ autem hæ *in Chochome Pyramides*, ut famâ, sic mole minores habendæ sunt.

Joannes Gravius V. Cl. (dum vixit ob eximiam eruditionem morumque suavitatem mihi charissimus) tum ex prospectu suo, tum

ex Ibn Almatougi libro de miraculis Ægypti didicit, XVIII Pyramides, hinc inde sparsas in planicie Libycâ, hodie conspiciendas se præbere. In deserto forsan sto Chocbomei.

a *Ægyptii primi sunt, qui Animam hominis immortalem esse dicerent,* ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι. *Ejus transmigrationem in alia animalia terrestria, marina, volucria, rursusque in corpus humanum, docuerunt:* τὴν περιήλυσιν ἢ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι, *circuitum hunc ab eâ fieri intra 3000 annos.* Hinc tantum b) condiendi cadaveris studium; tantæ in struendis repositoriis impensæ. Hinc Ægyptii c) τῶν μὲν κατὰ τὰς οἰκίας κατασκευῶν ἧττον φροντίζουσι, ... περὶ δὲ τὰς ταφὰς ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπουσι φιλοτιμίας, *de structura Domuum minus sunt solliciti; in Sepulcris verò omnem superant magnificentiam.* Augustissima etiam fuerunt *Thebanorum* regum sepulcra, sicut ex Osimandis d) posthac videbimus; neque contemnenda sunt e) *Saitarum* regum monumenta ἐν Σάϊ ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, *apud Sain urbem in delubro Minervæ, prope Palatium.* Istis verò omnibus quantò diuturniores sunt Memphitarum Pyramides?

a) Herodot. l. 2. c. 123.
b) Ibid.
c) Diod. S. l. 1. p. 33. b.
d) Lib. 3.
e) Herodot. l. 2. c. 169.

Mirum est tam superam hanc ædificandi artem tam citò in tantam excrevisse magnificentiam, ut vetustissimis hisce seculis assurgerent stupenda illa monumenta, quæ durant adhuc, & cum terrarum orbe sunt duratura: f) Ἀΐδιοι οἶκοι, *Æternæ habitationes*; modò non ejiciantur domini. Tanta est ἐν τῇ ἀκροδίᾳ incolumitas.

f) Diod. S. ib.

Ad
SECULUM TERTIUM.

Pyramidum conditores.

CEterùm Pyramides non sunt omnes unius Seculi: proximo, *Memphitarum regum octavus* censetur Κεφρὴν, quem g) Herodotus Χέοπα vocat, illumque *minorem Pyramidem* condidisse refert. *Decimus* numeratur Σοῦφις. h) *ille Maximam erexit Pyramidem, quam Herodotus dicit à Cheope fuisse positam.* Iteratur in Dynastiâ Suphidis nomen. Africanus Pyramidem priori attribuit, Eusebius posteriori. Dubitari potest, utrum duo essent Suphi-

g) L. 2. c. 127.
h) Syncell. p. 56. d.

phides, qui regnârunt uterque supra annos LX, an unus sit idemque rex *Suphis*.

a) Syncel. p. 58

Septimo demum Seculo (ut simul tractemus) tam Memphi quàm Thebis regnabat *Nitocris* Regina, a) *quæ tertiam excitavit Pyramidem.* Fabulam de Rhodope meretrice meritò rejicit b) Herodotus; qui Μυκερῖνον refert c) *ὃν τινὲς μὲν Χερῖνον ὀνομάζουσιν, quem quidam Cherinum vocant*) hujus Pyramidis auctorem fuisse: is in Memphitarum serie *duodecimus, Men-Cheres* appellatur, Seculo V. Istæ *tres* d) *conspicuæ undique annavigantibus*, reliquis longè eminentiores sunt: de quibus tamen e) *non convenit neque inter indigenas, neque scriptores: alii illas à regibus jam dictis; alii ab aliis extructas ferunt: Maximam scilicet ab Armæo; Secundam ab Amasi; Tertiam ab Inarone.* Secundùm hos Lucanus,

b) Herodot. l. 2. c. 134.
c) Diodor. p. 40. b.
d) Plin. 36. 12.
e) Diod. S. l. 1. p. 41. b.

_______ f) *Pyramidum tumulis evulsus Amasis.*

f) L. 9. v. 155.

g) Cujus tamen Sepulcrum fuit in urbe Sai, inter Reges Saitanos. Alibi illas ad Ptolemæos refert, sed per Synecdochen.

g) Herodot. 2. 169.

h) *Cùm Ptolemæorum manes seriemque pudendam*
Pyramides claudant indignaque Mausolea.

h) L. 8. v. 698.

Ista autem rationi temporum non sunt consentanea: Pyramides enim à Memphitis regibus extructæ sunt; quorum series vix ultra Seculum VII perduravit: intra tempus illud adeo increbuit *πυραμιδοτεχνία*, ut tot ferè supersint Pyramides, quot Memphitarum regum nomina: neque litigandum de conditoribus, cùm unicuique regi sit sua Pyramis.

i) Josephus, inter *ταλαιπωρίας* Israelitarum in Ægypto, dicit illos *in extruendis Pyramidibus laborâsse.* Israelitæ quidem (juxta Canonem nostrum) regnante Nitocre, habitabant in Goshen; in servitutem autem non sunt redacti ante adventum Pastorum: post tempus illud nullæ extructæ sunt Pyramides, nisi ævo longè inferiore in Mœridis insulâ, aut Labyrintho.

i) Antiq. l. 2. c. 5.

k) Alii ineptissimè existimârunt illas fuisse *ὡρεῖα βασιλικὰ σιτοδόχα ἃ κατεσκεύασε Ἰωσήφ, horrea regia frumentaria extructa à Josepho* Patriarchâ; l) nomenque ἀπὸ τοῦ πυροῦ, non ἀπὸ τοῦ πυρός, deducunt.

k) Etymolog. M. g.
l) Stephan. Πυρ.

Pyramides m) Plinio habentur *Regum pecuniæ otiosa ac stulta ostentatio: quippe faciendi eas causa, ne Pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent; aut ne plebs esset otiosa.* Et n) Herodoto

m) Plin. 36. 12.
n) L. 2. p. 152.

doto *ajebat interpres, ex inscriptione Pyramidis Maximæ, 1600 talenta pecuniæ in operarios pro raphano, cepis & alliis erogata fuisse.* Quasi extra dubium esset, Pecuniæ usum priscis istis temporibus invaluisse.

Incredibilia quædam de illarum constructione narrantur: a) Herodotus dixit Tertiam esse λίθȣ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικȣ͂, *ex lapide Æthiopico usque ad medium*: b) Strabo, *ex lapide nigro, ex quo mortaria faciunt; qui ex longinquo veniens ab Æthiopiæ montibus, durus est & operatu difficilis*: c) Diodorus, *ex nigro lapide usque ad XV contignationem.* Plinius, d) *Tertia minor prædictis, sed multò spectatior Æthiopicis lapidibus assurgit.* Veruntamen Joannes Gravius αὐτόπτης (salvâ Veterum reverentiâ) totam illam Pyramidem, ab imâ ad summam, ex lapidibus candentibus constare testatur.

a) L. 2. c. 134.
b) L. 17. p. 808. b.
c) L. 1. p. 39. d.
d) L. 36. c. 12.

In struendâ Maximâ, volunt e) *Lapides ex Arabici montis lapidicinis trans Nilum vectos.* Quid autem obstat Lapidicinas esse viciniores, quum *Pyramides sitæ sint in monte saxeo?* Nullæ, inquies, apparent Lapidicinæ. Illas arenis jamdudum oppletas puta.

e) Herod. 2. 124. Diod. 1. p. 40. a.

Herodoti Chronologia.

CUM verò Herodotus Pyramides tractet, post narratam Sesostris historiam; liceat nobis hic Ægyptiacam Herodoti chronologiam parumper examinare; ut appareat, quo pacto tres illi reges hisce temporibus conveniant, quamque consentanea nostris sint ista, quæ *Pater historiæ* de cæteris Ægypti regibus tradidit.

Herodotus dicit primum Græcorum cum Ægyptiis commercium fuisse sub Psammiticho; & inde res Ægypti notiores. Vetustiora narrat ille non suâ, sed sacerdotum fide: f) τῶν ἤκȣον, inquit, *Quæ audivi.* Neque verò propositum illi fuit veterrimos Ægypti reges enumerare singulos, sed maximè illustres carptim delibare. Thebanam igitur percurrens seriem, orsus à *Mene*, pergit ad *Nitocrin reginam*, quæ regnabat seculo VII; dein ad *Mærin*, qui X; inde ad *Sesostrin*, qui XIV; ejusque successores *Pheronem* & *Rhampsinitum*, qui XV vixerunt seculo: His adjicit nonnulla de *Proteo* & *Helenâ*, ex Sacerdotum placitis. A *Thebanis* demum regibus transit ad *Memphitarum* seriem; quorum ex numero tres tantùm recenset, Pyramidum ma-

f) L. 2. c. 99.

phides,qui regnârunt uterque ſupra annos LX,an unus ſit idemque rex *Suphis*.

a)Syncel.p.58 Septimo demum Seculo (ut ſimul tractemus) tam Memphi quàm Thebis regnabat *Nitocris* Regina,a) *quæ tertiam excitavit Py-*
b) Herodot. *ramidem*. Fabulam de Rhodope meretrice meritò rejicit b) Hero-
l. 2. c. 134. dotus; qui Μυκερῖνον refert c)ὃν τινὲς μὲν Χερῖνον ὀνομάζουσιν,*quem*
c)Diodor. p. *quidam Cherinum vocant*) hujus Pyramidis auctorem fuiſſe:
40.b. is in Memphitarum ſerie *duodecimus*,*Men-Cheres* appellatur, Seculo
d)Plin.36.12. V. Iſtæ *tres* d) *conſpicuæ undique annavigantibus*,reliquis longè emi-
e) Diod. S.l.1. nentiores ſunt : de quibus tamen e) *non convenit neque inter indige-*
p.41.b. *nas,neque ſcriptores : alii illas à regibus jam dictis;alii ab aliis extru-ctas ferunt : Maximam ſcilicet ab Armæo; Secundam ab Amaſe; Tertiam ab Inarone.* Secundùm hos Lucanus,

f)L.9.v.155. ———— f) *Pyramidum tumulis evulſus Amaſis.*

g)Herodot. g) Cujus tamen Sepulcrum fuit in urbe Sai,inter Reges Saitanos.
2.169. Alibi illas ad Ptolemæos refert,ſed per Synecdochen.

h)L.8.v.698. h) *Cùm Ptolemæorum manes ſeriemq; pudendam*
Pyramides claudant indignaq; Mauſolea.

Iſta autem rationi temporum non ſunt conſentanea : Pyramides enim à Memphitis regibus extructæ ſunt ; quorum ſeries vix ultra Seculum VII perduravit : intra tempus illud adeo increbuit πυραμιδοτεχνία,ut tot ferè ſuperſint Pyramides, quot Memphitarum regum nomina : neque litigandum de conditoribus, cùm unicuique regi ſit ſua Pyramis.

i)Antiq. l. 2. i) Joſephus,inter ταλαιπωρίας Iſraelitarum in Ægypto,dicit
c.5. illos *in extruendis Pyramidibus laboráſſe.* Iſraelitæ quidem (juxta Canonem noſtrum) regnante Nitocre, habitabant in Goſhen ; in ſervitutem autem non ſunt redacti ante adventum Paſtorum ; poſt tempus illud nullæ extructæ ſunt Pyramides,niſi ævo longè inferiore in Mœridis inſulâ,aut Labyrintho.

k) Etymolog. k) Alii ineptiſſimè exiſtimârunt illas fuiſſe ὡρεῖα βασιλικὰ
M.g. σιτοδόχα ἃ κατεσκεύασε Ἰωσήφ, *horrea regia frumentaria extructa*
l)Stephan. *à Joſepho* Patriarchâ ; l) nomenque ἀπὸ τοῦ πυροῦ, non ἀπὸ τοῦ πυρός,
Πυρ. deducunt.

m) Plin.36. Pyramides m) Plinio habentur *Regum pecuniæ otioſa ac ſtulta o-*
12. *ſtentatio : quippe faciendi eas cauſa,ne Pecuniam ſucceſſoribus aut æ-*
n) L.2. p.152. *mulis inſidiantibus præberent ; aut ne plebs eſſet otioſa.* Et n) Hero-

doto

doto *ajebat interpres,ex inscriptione Pyramidis Maximæ,* 1600 *talenta pecuniæ in operarios pro raphano,cepis & alliis erogata fuisse.* Quasi extra dubium esset ; Pecuniæ usum priscis istis temporibus invaluisse.

Incredibilia quædam de illarum constructione narrantur. a) Herodotus dixit Tertiam esse λίθȣ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικȣ̃, *ex lapide Æthiopico usque ad medium :* b) Strabo, *ex lapide nigro, ex quo mortaria faciunt; qui ex longinquo veniens ab Æthiopiæ montibus, durus est & operatu difficilis :* c) Diodorus, *ex nigro lapide usque ad XV contignationem.* Plinius, d) *Tertia minor prædictis, sed multò spectatior Æthiopicis lapidibus assurgit.* Veruntamen Joannes Gravius αὐτόπτης (salvâ Veterum reverentiâ) totam illam Pyramidem, ab imâ ad summam, ex lapidibus candentibus constare testatur.

a) L. 2. c. 134.
b) L. 17. p. 808. b.
c) L. 1. p. 39. d.
d) L. 36. c. 12.

In struendâ Maximâ, volunt e) *Lapides ex Arabici montis lapidicinis trans Nilum vectos.* Quid autem obstat Lapidicinas esse viciniores, quum *Pyramides sitæ sint in monte saxeo?* Nullæ, inquies, apparent Lapidicinæ. Illas arenis jamdudum oppletas puta.

e) Herod. 2. 124. Diod. 1. p. 40. a.

Herodoti Chronologia.

CUM verò Herodotus Pyramides tractet, post narratam Sesostris historiam; liceat nobis hic Ægyptiacam Herodoti chronologiam parumper examinare; ut appareat, quo pacto tres illi reges hisce temporibus conveniant, quamque consentanea nostris sint ista, quæ *Pater historiæ* de cæteris Ægypti regibus tradidit.

Herodotus dicit primum Græcorum cum Ægyptiis commercium fuisse sub Psammiticho; & inde res Ægypti notiores. Vetustiora narrat ille non suâ, sed sacerdotum fide : f) τὰ ἤκουον, inquit, *Quæ audivi.* Neque verò propositum illi fuit veterrimos Ægypti reges enumerare singulos, sed maximè illustres carptim delibare. Thebanam igitur percurrens seriem, orsus à *Mene*, pergit ad *Nitocrin reginam*, quæ regnabat seculo VII; dein ad *Mœrin*, qui X; inde ad *Sesostrin*, qui XIV; ejusque successores *Pheronem* & *Rhampsinitum*, qui XV vixerunt seculo : His adjicit nonnulla de *Proteo* & *Helenâ*, ex Sacerdotum placitis. A *Thebanis* demum regibus transit ad *Memphitarum* seriem; quorum ex numero tres tantùm recenset Pyramidum ma-

f) L. 2. c. 99.

dine ab Herodoto recitari, eorumque Parentes non rectè statui, constat ex Manethonis Dynastiâ.

Qui Herodoto Χέωψ, vel Χαύωψ Græcè, is Diodoro *Chemmis* Ægyptiacè, ab infuscatâ forsan facie, vocatur. Uterque illi *Pyramidem Maximam* attribuit, quam Manetho à *Suphide* extructam dicit. Sin Χέωψ ille Herodoti idem haberi poterit qui in Memphitarum Dynastiâ dicitur Φίωψ, seculo VI; sanè & serior regis istius ætas, & regni tum amplitudo tum diuturnitas tanto operi satiùs convenire videatur.

Quandoquidem igitur Pyramides vetustissima sunt Mundi a) *Miracula*, b) *Solaq; non nôrunt hæc monumenta mori*; juvabit illarum præcipuam penitiùs intueri, & ex Joannis Gravii (nunquam satis laudati) Pyramidographiâ Anglicè c) editâ, illius mensuram colligere. Ille enim Maximæ superficiem radio decempedali, duplici statione; & interiora ejus normâ & lineâ accuratissime metitus est.

a) Strab. l. 17.
b) Martial. l. 10. ep. 2.
c) An. 1646.

Pyramis Maxima.

MONS *saxeus, à planitie Ægypti facili stadiorum duorum ascensu supra centesimum pedem tumescens, Pyramidi Maximæ situm spectabile stabileq; exhibet. Basis quadrata est, lata pedes* 693*: ita ut circuitus sit pedum* 2772*; area pedum* 480249 *contineat acras terræ Anglicanas XI, cum parte acræ paulò plus* 40. *Latera quatuor triangularia, mutuò inclinantia, infra spectantibus in punctum supernè desinere videntur. Triangulorum æqualia sunt latera, pedum sc.* 693: *Altitudo autem perpendicularis pedum* 409. *Assurgunt circumcirca gradus* 207 *paulatim decrescentes; inferiores crassi pedes ferè* 4; *superiores vix* 3. *Cacumen latitudinem habet pedum* 13 *cum quadrante, ex lapidibus novem, præter angulares duos, qui desiderantur.*

Meatus internus declivis pedes 92½ *in locum ducit defossum & rudem ped.* 89. *Inde per transitum acclivem ped.* 110. *itur ad Puteum rotundum hodie pedum* 20. *olim verò* d) 86. cubitorum; flumen illò admissum arbitrantur. *Hinc via duplex: quæ ad lævam plana est pedum* 110, *ad minus ducens penetrale, longum vix ped.* 20, *latum* 17, *altum* 15, *arcuatum, & ruderibus semiplenum: altera via acclivis est ped.* 154, *ex politissimo marmore, alta pedes* 26, *lata ferè* 7, *qua*

d) Plin. 36. 12.

quæ ad majus penetrale ducit in meditullio Pyramidis: ejus longitudo, latitudini dupla, est pedum 34, $\frac{380}{1000}$; altitudo pedum 19. cum dimidio. Laquear ex junctis 9 trabibus marmoreis constat. In medio stat cista marmorea aperta, vacua, ad mensuram corpusculi regii cavata; longa scilicet pedes 6 cum dimidio ferè, lata ped. 2. cum quadrante ferè, alta minùs 3. ped.

Pro tantillo cadavere tanta saxorum strues inauspicatò congesta; cùm contigerit a) ἐν ἀσήμῳ τόπῳ καὶ λάθρᾳ θάψαι τὸ σῶμα, *corpus in loco obscuro funerari*;

a) Diod. l. 1. p. 40. d.

Ex isto autem sandapilæ modulo satis liquet homines non indies nasci pusilliores;

b) Nec *genus hoc vivo jam decrescebat Homero.*

Frustra enim post annos plus c) *mille, vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium, quàm prisca, conqueri.*

b) Juvenal. Sat. 15. v. 69.

c) Plin. l. 7. c. 16. vide Gell. l. 3. c. 10.

Ad

SECULUM IV.

ΘΕΟΠΤΙ´Α.

PORRO Rex *Suphis*, d) οὗτος δὲ καὶ περιόπτης εἰς θεοὺς ἐγένετο, καὶ τὴν ἱερὰν συνέγραψε βίβλον, *Hic etiam contemplator in Deos fuit, & sacrum conscripsit librum.* Ita Africanus. Eusebius aliter legit; e) ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς θεοὺς γέγονεν, ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι βίβλον, *qui contemptor Deorum fuit, pœnitentiâque ductus sacrum conscripsit librum.* Sed qui transcripsit Manethonem, Africanus præferendus Eusebio, qui Africanum. Sunt enim verba ipsius Manethonis; quod ex eo liquet quod f) sequitur. Ἣν ὡς μέγα χρῆμα ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκτησάμην, *Quem librum, ut rem magni precii, in Ægypto cùm essem, comparavi:* librum se nactum fuisse gloriatur Manetho. Dubium verò an ars Libraria adhuc obtinuerit; an Theologica ista stelis hieroglyphicis exarata, in librum postea translata fuerint.

d) Syncell. p. 56. d.

e) Ibid. p. 77. c.

f) Ibid.

g) Alibi tradit Manetho *Amenophin regem affectâsse* θεῶν γενέσθαι θεατὴν, ὥσπερ Ὧρ εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων, *Deorum esse contem-*

g) Joseph c. Appion. l. 1. p. 1052. d.

templatorem; sicut Orum quendam regum priorum. Cui responsum est ὅτι δυνήσεται θεοὺς ἰδεῖν, *Quòd posset videre Deos, si regionem à leprosis & immundis hominibus purgaret.*

a) Josephus ad hunc Manethonis locum, *Concupivit*, ait, *videre Deos. Quos? si Bovem, & Hircum, & Crocodilos; & Cynocephalos, qui apud eos solennes erant; videbat: Cælestes autem quomodo poterat?* Et respexisse videtur Josephus ad illud b) Dei dictum, οὐ δυνήσῃ ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου. οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται, *Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & vivet.*

a) Ib. p. 1054. c.
b) Exod. 33. 20.

Verùm hîc non agitur de Essentiâ Divinâ; sed de loquendi formulâ, tam ab Ægyptiis usurpatâ, quàm Ebræis, adeoque Josepho non incognitâ. c) Ἐκάλησεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου. Εἶδος Θεοῦ. Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, *Jacob vocavit nomen loci illius Phanuel, dicens, Vidi Deum facie ad faciem.* Libani montis promontorium d) Straboni, Ptolemæo, Scylaci vocatur, τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον. Moyses etiam θεόπτης erat. e) Ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν ἐνώπιος ἐνωπίῳ, ὡς εἴτις λαλήσαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον, *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.* Et de eodem ipse Deus: στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, καὶ τὴν δόξαν μου εἶδεν, *Ore ad os loquar ei, & visione*, (apertâ) *non per ænigmata, & ideam Domini vidit.* Hinc propheta *Balaam* (sub exitum ex Ægypto) dicitur f) *Apertus oculis.* Nam g) *Propheta antiquitus vocabatur Videns*, ὁ βλέπων. & προορᾷν *prævidere* de vatibus tam Græcè dicitur, quàm Latinè. Unde Epiphanius, de excessu h) Zachariæ, Prophetarum postremi, οὐκ ἴσχυον, ait, οἱ ἱερεῖς ἰδεῖν οὐκ ἔτι ὀπτασίας ἀγγέλων Θεοῦ, *Non potuerunt Sacerdotes amplius videre apparitiones angelorum Dei.* Dionysio Areopagitæ Sacerdotalis ordo θεοπτικὸς dicitur, quòd putentur Sacerdotes Deum conspicari.

c) Genes. 32. 30.
d) Str. l. 16. p. 654. d.
e) Exod. 33. 11.
f) Num. 24. 4.
g) 1. Sam. 9. 9.
h) Vita Zachariæ, p. 249. 250.

Neque aliter apud Gentes: i) *Præsentiam sæpe Divi suam declarant: sæpe visæ formæ Deorum.* Ethnicus quidam, apud Arnobium, Templorum originem inde deduxit. k) *Non idcirco*, inquit, *attribuimus Diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias arceamus, aut soles: sed ut eos possimus coram & cominus intueri, affari de proximo, & cum præsentibus quodammodo venerationum colloquia miscere.* Isis l) *à toto orbe venerabatur*, διὰ τὴν ἐν ταῖς θεραπείαις

i) Cic. Nat. Deor. l. 2. p. 214.
k) Gentes, l. 6.
l) supra p. 48.

*Plutar. in Marcel. p. 309.

ἐπιφάνειαν, *ob præsentiã suam in medicando.** Ἐγγύϊον, *Enguium Siciliæ oppidũ est, non magnum, sed pervetustũ,* καὶ διὰ Θεῶν ἐπιφάνειαν ἔνδοξος, ἃς καλοῦσι Ματέρας, *& Dearum apparitionibus nobile, quas Matres vocant.* Cicero, a) *Matris Magnæ fanum apud Enguinos est.* Ea est, b) *Mater Idæa*; & Deorum Mater, de quâ, ad Sec. IX. *Epiphaniæ* autem istæ, seu manifestationes fuerunt Deorum patriorum maximè & domesticorum. c) Φασὶ τοὺς οἰκιστὰς Ἥρωας, ἢ Θεοὺς πολλάκις ἐπιστρέφεσθαι τὰς αὐτῶν πόλεις, τοῖς ἄλλοις ὄντας ἀφανεῖς, ἔν τε θυσίαις καί τισιν ἑορταῖς δημοτέλεσιν, *Dicunt, conditores Heroas, ac Deos urbes suas frequenter adire in festis & diebus solemnibus; aliis autem inconspicuos esse.*

a) In Verrem IV.
b) Ibid. V.
c) Dio Chrysost. Orat. Tarsic. 1. p. 408.

d) Virg. Æn. l. 4. v. 143.
e) Servius ib.

> d) *Qualis, ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta*
> *Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.*

e) *Constat Apollinem sex mensibus hyemis apud Pateram Lyciæ civitatem dare responsa, & sex mensibus æstivis apud Delum.* f) Maximinus Aug. ad Tyrios scripsit, *civitatem eam* τῇ τῶν οὐρανίων θεῶν ἐπιδημίᾳ ἀνθεῖν, *cœlestium numinum adventu* (seu præsentiâ) *florere.* Hujusmodi Deorum Epiphaniæ signis subitis & insolito delubri splendore testatæ sunt.

f) Euseb. hist. l. 9. c. 7. p. 352.
g) Claudian. Rapt. l. 1.

> g) *Iam mihi cernuntur trepidis delubra moveri*
> *Sedibus, & clarum dispergere culmina lumen,*
> *Adventum testata Dei* ___ (id est) τὴν θεοφάνειαν.

Adulatio demum hanc ἐπιφανείας vocem ad Reges Orientis transtulit. Nummum habeo æneum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. h) *Antiochus, Antiochi Magni filius, Syria potitus, à Syris cognominatus est Epiphanes, quòd expulsis tyrannis, ipse* βασιλεὺς οἰκεῖος ὤφθη, *Rex domesticus* (quasi numen patrium) *apparuisset.* Ab illo urbs i) *Epiphania* nomen habuit. Sed nec Seleucidis, aut Lagidis cognomen id peculiare fuit. alius est penes me, nummus æreus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ. *Nicomedes* ille, rex Bithyniæ: *Tigranes* etiam Armenus, & *Arsaces* Parthus cognomen illud in Nummis obtinet. Horum exemplo, k) *Cajus Cæs. Petronio Syriæ præfecto præcepit,* ἀνδριάντα ἑαυτοῦ, Διὸς Ἐπιφανοῦς καλουμένου, ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀναθεῖναι, *statuam Hierosolymis sibi poni, sub nomine Iovis Epiphanis,* id est, *Iovis præsentis,* sive *apparentis.* Et in-

h) Appian. Syr. p. 117. a.
i) Joseph. l. 1. c. 14. p. 14. d.
k) Syncel. p. 331. b.

in numiſmatibus Romanis, ADVENTUS AUG. eſt ἐπιδημία Numinis Majeſtatiſque Imp. Sed in callem.

Hanc Suphidis ætatem, hunc illius librum intellexiſſe videtur Iamblichus cùm dixerit, a) *Primi omnium Ægyptii præſentiam participationemq́, Deorum ſortiti ſunt.* Sanè ex hâc regis θεοπ[illegible]ία nova in Ægypto Religionum ludibria excogitata ſunt, & ſacris tradita commentariis. Nam ex *Thinitarum* ſynchroniſmo manifeſtum eſt Boûm Hircique ἀποθεώσιν eo ipſo tempore originem habuiſſe.

a) Myſter. Ægypt. p. 151

Idololatriæ vetuſtas.

§. I.

IMmenſa res eſt Ægyptiorum Religio, ſeu cultûs vetuſtatem ſpectemus, ſeu varietatem. Deorum Semideorumque Dynaſtias ante Diluvium b) collocavimus: neque refragatur chronologia Moſaica, quæ ſuperſtitionem Gentium refert ad *Enoſi* ætatem: fuit is *Sethi F. Adami N.* c) *Tunc profanatum eſt, in invocando nomine Ichovæ.* Id eſt, Nomen Dei rebus creatis impie [illegible]ibutum eſt. Ita vertit d) Seldenus noſter, Paraphraſten utrumque ſecutus & Rabbinos, qui locum de novorum Numinum initiis intelligunt. Joſephus autem ad Enochi tempora refert. e) *Homines*, inquit, *per VII generationes agnoviſſe Deum* Δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων, *dein verò ab inſtitutis patriis degenerâſſe.* Apocrypha *Enochi de Egregoris,* ſive Angelis, apud f) Syncellum leguntur.

b) ſuprà p. 11.
c) Geneſ. c. 4. verſ. ult.
d) Diis Syr. proleg. p. 28. 43.
e) Antiq. l. 1. c. 4. initio.
f) Syncell. p. 11. & 24.

Chriſtianorum nonnulli Patrum, ex his Apoſtoli verbis, g) οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος, totidem deducunt Religionum ſive ſectarum intervalla: h) Βαρβαρισμὸς ad Diluvium: Σκυθισμὸς inde duravit ad tempus Serug; dein Ἑλληνισμὸς obtinuit uſque ad Abrahamum; cujus à Circumciſione Ἰουδαϊσμός. E[illegible] idem non ſatis aſſequor cur vel Noachidæ iſti vocarentur Σκύθαι, vel Helleniſmus poneretur ante Abrahamum, qui fuit ipſo Ph[illegible] ſenior.

g) Coloſſ. 3, 11
h) Epiphan. hæreſ. l. 1. §. 8.

Initium autem Idololatriæ (poſt i) Euſebium) ab Epipha[illegible] non malè refertur ad Serug, qui hiſce, de quibus agimus, temporibu[illegible]. k) Ῥαγαὺ γεννᾷ τὸν Σερούχ. καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ [illegible]λατρεία τε καὶ ὁ Ἑλληνισμός. *Rehu genuit Serug: cœpitque inter h[illegible] es Idololatria atque Helleniſmus.* In iſtâ autem εἰδωλομανίᾳ Pictura [illegible] antiquior. l) Οὔπω δ' ἐν ξοάνοις

i) Cedren. p. 45. d.
k) Epiphan. ib. §. 6.
l) ib.

νοις κ̀ τορείαις λίθων, ἢ ξύλων ἀργυροτεύκτων, ἢ χρυσȣ̃, ἢ ἄλλης ὕλης πεποιημένων, μόνον δὲ διὰ χρωμάτων καὶ εἰκόνων. *Nondum verò in simulacris & signis sculptilibus de lapide, vel ligno, vel argento, vel auro, vel aliâ materiâ factis; sed tantùm per colores & imagines.* Sequitur

a) ib. Statuarum origo. a) Ναχὼρ δὲ γεννᾷ τὸν Θάῤῥα. ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλαστία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης, διὰ τȣ̃ Θάῤῥȣ τȣ́τȣ τέχνης. *Nachor genuit Tharam: tunc simulacra ficta sunt*

b) Suidas in Σερȣ́χ. *figulino opere ex argillâ, artifice Tharâ.* De eodem Suidas, b) ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς, ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, καὶ λέγων τȣ́τȣς εἶναι θεȣ̀ς, καὶ ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι ὡς αἰτίȣς τῶν ἀγαθῶν, *Erat Thara statuarius, qui imagines ex variâ materiâ faciebat, dicebatq; illos esse Deos, & adorandos esse, ut bonorum autores.*

c) Cedren. p. 45. d. c) Cedrenus (ex Eusebio forsan) Seruchi ætatem respicit. *Tunc, ait, defunctos virtute insignes,* ὡς ὄντας αὐτῶν προπάτορας, ἀνδριάσι στηλῶν ἐτίμησαν, κ̀ ὡς θεȣ̀ς προσεκύνȣν αὐτȣ̀ς, καὶ ἐθυσίαζον, *ut majores suos, statuis stelarum honorârunt, & ut Deos adorârunt, eisque sacrificârunt.* Ἀνδριάντας στηλῶν vocat lapides informes & impolitas statuas, quum διάρθρωσις & ars affabrè cælandi nondum extiterit.

d) Euseb. Præp. Ev. l. 1. p. 37. d. d) Sanchuniathon *Bætylia* vocat: Ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς βαιτύλια, λίθȣς ἐμψύχȣς μηχανησάμενος, *Deus Uranus*

e) Phœnic. l. 2. c. 2. p. 785. (*Cœlum*) *excogitavit bætylia, cùm fabricâsset lapides animatos.* e) Bochartus vertit *lapides unctos.* Sanè non ita multò pòst (Seculo

f) Gen. 28. 18. VI) f) *Iacob lapidem, quem pro cervicali supposuerat capiti,* ἔστησεν αὐτὸν στήλην, *crexit in statuam, & effudit oleum in summitatem ejus; & vocavit nomen loci Bethel,* Οἶκος Θεοῦ, *Domus Dei.* Consecratio-

g) Gen. 31. 13. nem hanc Deus ratam habuit: dixit enim ei, g) *Ego sum Deus Bethel,*

h) Scalig. in Euseb. p. 198. b. *ubi unxisti lapidem.* Ex traditione h) Judæorum, *Quanquam ille cippus amatus fuit à Deo temporibus Patriarcharum, postea tamen odit eum, propterea quòd Chananæi deduxerunt illum in ritum idololatriæ.* Ab eo lapide *Bætylorum* nomen.

§. II.

i) p. 1063. Nam & alios lapides eodem ritu veterum superstitio Diis diversis consecravit. Apud i) Photium Damascius tradit τῶν Βαιτύλων ἄλλων ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι θεῷ, Κρόνῳ, Διὶ, Ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, *Bætulorum alium alii Deo consecratum esse, Saturno, Iovi, Soli, & aliis.*

k) Hesych. Βαί. Saturnus, in fabulis, Jovem lapidem deglutiit, id est, k) Βαίτυλον· οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ, ἀντὶ Διὸς, *ita vocabatur lapis pro Iove datus Saturno.* De Bæteulis l) *Veneris Aphacitidis*

l) Zosimus in Aureliano. *inter Byblum & Heliopolim,* μυρία πραγματολογεῖ *multa miracula nar-*

narrat Asclepiades apud a) Damascium in vitâ Isidori, quem consulas.

b) *Spartani* Δόκανα (*trabica*) *vocant vetusta Castorum simulacra: sunt autem duo ligna æqualiter distantia, duobus aliis transversis conjuncta.* Qualis est Astrologis *Geminorum* character, II.

c) *In Hyetto Bæotiæ, Herculis est templum,* οὗτος οὐχὶ ἀγάλματος σὺν τέχνῃ, λίθου δὲ ἀργοῦ, κατὰ τὸ ἀρχαῖον; *Simulacrum non arte factum; sed rudis lapis, more prisco*; ante Dædali ætatem. d) *Thespienses venerantur Cupidinem; cujus signum vetustissimum est* ἀργὸς λίθος, *rudis Lapis.* e) *Apud Orchomenios, est templum vetustissimum Gratiarum;* τὰς μὲν δὴ πέτρας σέβουσι, *sed saxa venerantur, eaque de cœlo delapsa, Eteoclem excepisse ferunt.* Κίονα *Iunonis Argivæ, & Apollonis in Delphis;* & *Bacchi Thebani* ξύλον ex veteribus poëtis, habet f) Clemens: Πρὶν γ' οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους, ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ, *Antequam statuæ essent affabrè formatæ, veteres erexerunt Columnas, easque colebant tanquam Dei simulacra.* Cœpit igitur Idololatria ab impolitis columnis, rudibusque lapidibus; & simulacra Deorum, quò informiora, eò vetustiora habenda sunt.

Postquam etiam ars statuaria in admiratione fuit, & supra fidem humanam evecta; rudiora ista simulacra, ob antiquitatis venerationem, in honore pristino manebant. *Dei Solis Elagabali* simulacrum vehiculo imposuit *Antonius Aug.* ejus *Sacerdos.* g) λίθος ἐστὶ μέγιστος κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα, *Lapis est maximus, ab imo rotundus, & sensim fastigiatus*: sicut in h) Nummis cernitur. In i) Nummo Caracallæ cernitur vetustissimum Veneris Paphiæ k) *simulacrum, nulli rei magis assimile, quàm albæ pyramidi.* Erat enim l) *continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exsurgens.* In m) Nummis Ἀπολλωνιατῶν stat columna acuminata, intra sertum: hoc ludos designat; illa autem est Apollinis n) Ἀγυιέως effigies.

Ista de sacris Syrorum Græcorumque originibus: Ægyptiorum autem superstitio magis antiqua fuit, & diversa. o) *Dicunt Ægyptios primos XII Deorum cognomina instituisse, & Græcos ab illis accepisse: & aras, & statuas, & templa illos primos Diis posuisse.* Templa autem statuis priora fuerunt. Nam p) *antiquitus apud Ægyptios templa fuerint sine statuis.* Et in magnificentissimis insequentium

a) Photii Cod. 242.
b) Plutar. Philadel. p. 478. Initio.
c) Pausan. l. 9. p. 577.
d) Ib. p. 581.
e) Ib. p. 602.
f) Strom. l. 1. p. 348.
g) Herodian. l. 5. p. 563.
h) Ducis Croy. t. 55. 20. Tristan. I I. p. 280.
i) Erizzo in Caracalla.
k) Max. Tyr. Serm. 38.
l) Tacit. hist. 2. p. 338.
m) Goltz. Gr. tab. 2.
n) Suid. Aγ.
§. III.
o) supra, p. 34.
p) Ibid.

a) Strab. l. 17. p. 805. d. temporum templis a) ξόανον δ' οὐδὲν, ἢ οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τινὸς, *aut statua nulla, aut non ad hominis formam, sed alicujus bestiæ, effigiata.*

Plutarchus Chæronensis, scriptor πολυμαθέστατος, & rituum Ægyptiorum non imperitus, de religiosis eorum institutis asserit; b) De Iside, p. 353. c. b) οὐδὲν ἄλογον, οὐδὲ μυθῶδες, οὐδὲ ὑπὸ δεισιδαιμονίας (ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν) ἐγκαταστοιχειοῦσθαι ἱερουργίαις. ἀλλὰ τὰ μὲν ἠθικὰς ἔχοντα καὶ χρειώδεις αἰτίας, τὰ δὲ οὐκ ἄμοιρα κομψότητος ἱστορικῆς ἢ φυσικῆς ὄντα. *In sacris eorum operationibus nihil institutum est à ratione alienum, nihil fabulosum, nihil à superstitione profectum (ut nonnulli censent:) sed alia habent morales, utilesque causas; alia verò expertia non sunt elegantiæ cujusdam, aut historicæ, aut naturalis.* Exempla dat, cur *Sacerdotes cepam aversantur*; cur *Suem censent* ἀνίερον ζῶον. ib. p. 354. c. Et quando *Rex aliquis è Militibus creabatur, is statim Sacerdotibus se dabat, ut particeps fieret* τῆς φιλοσοφίας ἐπικεκρυμμένης τὰ πολλὰ μύθοις καὶ λόγοις ἀμυδρὰς ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας καὶ διαφάσεις ἐχούσιν, *istius philosophiæ, quæ occultat pleraque fabulis & sermonibus, Veritatis subobscura indicia & argumenta habentibus. Nimirum id ipsi declarant; Sphinges plerumque ante templa collocantes: quasi* ibid. *eorum Theologia ænigmaticam sapientiam contineret.* Ἡ μὲν οὖν εὐλάβεια τῆς περὶ τὰ θεῖα σοφίας Αἰγυπτίων τοιαύτη ἦν, Adeò *circumspecta erat Ægyptiorum sapientia circa cultum divinum.* Symc) supra p. 38. bolologiam Ægyptiorum leviter c) tetigimus. Utcunque vero Sacerdotes isti intrà penetralia sua secum philosophati fuerint: illorum tamen Religio, apud gentes exteras, nunquam non malè audivit. *Arabes* (Sec. VIII.) Ægypto potiti, *templa Deorum everterunt.* d) supra p. 35. Persis (Sec. XIX.) Ægyptiorum numina d) ludibrio fuerunt. Ptolemæis quidem in Alexandriâ dominantibus, Theologia Ægyptiaca ad Græcanicam, ab eâdem ortam, quàm fieri potuit, accommodata est. Sed sub Romanis demum, Aegyptiorum pietas prorsus ridicula, & demens habebatur. Vulgus oculis judicat; speculationes arcanas negligit.

e) Mela, l. 1. c. 9. Aegyptii (ajunt) e) *colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia: sed alii alia; adeo ut quædam eorum, etiam per imprudentiam, interemisse capitale sit: & ubi morbo aut forte ex-* f) Nat. Deor. l. 1. p. 207. *tincta sint, sepelire ac lugere solenne sit.* Cicero: f) *Ne fando quidem auditum est Crocodilum, aut Ibim, aut Felem violatum ab Ægyptio.*

Et

Et paulò pòst, rationem comminiscitur. a) *Ipsi*, inquit, *qui irridentur Ægyptii nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt.* a)ib. p.210.

Ibes maximam vim serpentium conficiunt, cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; rostro; avertunt pestem ab Ægypto, cùm volucreis angueis ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atque consumunt: ex quo fit ut illæ non morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ. Possum de Ichneumonum utilitate, de Crocodilorum, de Felium dicere; sed nolo esse longus. Concludam belluas à Barbaris propter beneficium consecratas.

Ex hâc Aegyptiorum theologiâ philosophiam suam hausit b) *Perseus, Zenonis auditor. Eos dicit esse habitos Deos, à quibus magna Utilitas ad vitæ cultum esset inventa: ipsasq; res utiles & salutares Deorum esse vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse Deorum, sed ipsa divina.* b) Cic. Nat. Deor. l.2. p.201.

Apud Gentes fœcunda Deorum mater fuit *Utilitas*. Cœlestium luminum adoratio non tam à splendore, quàm ab illorum utilitate dimanavit. Ob beneficia Homines hominibus Dii habiti sunt. c) *Suscepit vita hominum consvetudoq; communis, ut beneficiis excellentes viros in Cœlum famâ ac voluntate tollerent;* & statuis (ut jam dictum) honorarent. Stupidissima autem visa est illa, quæ per Aegyptum fusa, Bestiis gratificandi superstitio. Neque erga *boves* tantùm & *hircos* grati, sed d) *omne ferè genus bestiarum Aegyptii consecraverunt.* e) Αἴγυπτος οὐ μάλα θηριώδης ἐστὶ, τὰ δὲ ἐόντα σφι ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται, *Aegyptus bestiis non admodum abundat: quæ verò illic sunt, ea omnès pro sacris habentur.* Juvenalis, satis satyricè: c)ib.p.225. d) Cic. ib.l.3. p.245. e) Herodot. l.2.c.65.

——f) *Quis nescit qualia demens* f)Sat.15. initio.
Aegyptus portenta colit? Crocodilon adorat
Pars hæc; illa pavet saturum serpentibus Ibin:
Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci.
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota Canem venerantur ——

Tandem eò insaniæ processit ista superstitio, ut rebus vilibus sordidisque ac minimi pretii honor divinus attribueretur;

a) Ibid. v. 9.

a) Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina!

Sed nec ipsi Romani omnimoda Ægyptiorum sacra aversabantur; ISIA & SERAPIA festa sunt annua, in Kalendario Romano: & urbis Romæ Regio III, *Isis & Serapis* denominata est, à templo. Verùm ad sacras Ægyptiorum Origenes redeamus.

Apis, Mnevis.

b) Am. Marcell. l. 22. p. 227.

INter b) *animalia antiquis observationibus consecrata Mneuis & Apis sunt notiora: Mneuis Soli sacratur, super quo nihil dicitur memorabile; seqvens Lunæ. Est autem Apis bos diversis genitalium notarum figuris expressus, maximeq; omnium corniculantis Lunæ specie lateri dextro insignis: Qui cùm, post vivendi spatium præstitutum sacro fonte immersus è vita abierit, alter cum publico quæritur luctu; & si omnibus signis consummatus reperiri potuerit, ducitur Memphim, urbem frequentem, præsentiâque numinis Æsculapii claram. Cumq; initiante antistitum numero centum inductus in thalamum esse cœperit sacer, conjecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare.*

c) Mela. l. 1. c. 9.

c *Apis populorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insignis, & caudâ linguaque dissimilis aliorum. Raro nascitur, nec coitu pecoris, ut ajunt, sed divinitus & cœlesti igne conceptus; diesque quo gignitur genti maximè festus est.*

d) Plutarch. I. ide p. 364. c.

d) Ὁ δ' ἐν Ἡλιοπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν, Ὀσίριδος δὲ ἱερὸν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιος πατέρα νομίζουσι, μέλας ἐστὶ, καὶ δευτέρας ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἆπιν, *Qui Heliopoli nutritur Bos, Mneuis dictus, Osiridi sacer, pater Apis quorundam sententiâ, niger est, & secundos post Apin honores obtinet.*

e) L. 1. p. 52. b.
f) p. 54. b.

Inter causas τὸ τῶν ζώων ἀφιερώσεως *consecrationis animalium* (quâ de re fuse differit e) Diodorus) adducitur μετεμψύχωσις in cultu Boum. f) Dicunt, ὅτι τελευτήσαντος Ὀσίριδος εἰς τοῦτον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μετέστη, *Defuncti Osiridis animam in bovem transmigrâsse* & in posteros perpetuò transfusam esse, κατὰ τὰς ἀναδείξεις αὐτοῦ, *secundum ejus apparitiones.* Hinc g) sacerdotes docuerunt, ὡς εὔμορφον εἰκόνα χρὴ νομίζειν τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς τὸν Ἆπιν, *Apin cen-*

g) Plutarch. de Iside. p. 362. d.

censendum esse pulchram imaginem animæ Osiridis. Ideoque a) mensse Athyr, quo dicunt Osiridem ἀφανισθῆναι *periisse*, *Sacerdotes* βοῦν διάχρυσον ἱματίῳ μέλανι βυσσίνῳ περιβάλλοντες ἐπὶ πένθει τῆς Θεοῦ δεικνύουσι. Βοῦν γὰρ Οσίριδος εἰκόνα νομίζουσι, *Bovem auratum pullâ veste byssinâ amictum ostendunt in luctu Deæ* (Isidis, ob necem Osiridis.) *Nam Bovem putant esse Osiridis imaginem.* b) Strabo eundem esse dicit: ὁ Βοῦς Ἄπις, ὁ αὐτὸς ὁ αὐτὸς Ὄσιρις, *Bos Apis, qui idem est Osiris*

a) lib. p. 360.c.
b) L. 17. p. 807. b.

c) Diodorus itaque statuit τοὺς ταύρους τοὺς ἱερούς, τόν τε ὀνομαζόμενον Ἄπιν καὶ τὸν Μνεῦιν, Ὀσίριδι καθιερωθῆναι, *Tauros sacros, tam Apin, quàm Mneuin, Osiridi consecratos esse.* Verùm Ammiano, d) Æliano, Porphyrio, *Mneuis Soli sacratur, Apis Lunæ.* e) Apis autem *& Solis & Lunæ signa præferebat*: Solis insigne τὸ μέλαν τοῦ σώματος καὶ ὑπὸ τῇ γλώττῃ κάνθαρος, *Nigror corporis, & nodus sub lingua, quem cantharum vocant; Lunæ autem symbolum*, τό τε διχότομον κ᾽ ἀμφίκυρτον *Dimidiata & utrinque incurva* Lunæ figura. Neque aliam ob causam Apis *Lunæ sacer* habendus est.

c) L. 1. c. 13. b.
d) Ζώων l. 11. c. 11.
e) Euseb. Pr. Evang. l. 3. c. 13.

In mensâ Isiacâ Bembina conspicitur Apis, & f) *insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus Lunæ crescere incipientis* cernitur in g) nummo Hadriani Aug. in quo literæ istæ L.ENNA. & infrà E. A. K. Δ. Eadem inscriptio (ut eam obiter illustrem) legitur in alio Hadriani h) numismate, in quo Æsculapii imago. Tam Apis, quàm Æsculapius Memphi cultus est. Legendum Λύστρῳ ἐννάτῳ. Ἔτει Λ καὶ Δ. Lustro IX. Anno XXXIV. Λύστρον tam per L quàm per Λ in saxis & nummis exprimi solet. Hadrianalia tum annua fuerunt, tum quinquennalia. Octo lustra conficiunt annos 32: annus 34 est secundus Noni lustri. Ob ludos istius anni, post ἀποθέωσιν Hadriani eò loci celebratam numerati, ista percussa sunt numismata.

f) Min. l. 8. c. 46.
g) Tristan. l. 1. p. 514.
h) Erizzo p. 223.

De Osiridis animâ dubitare liceat, utrùm illa in tauros duos transmigraverit. Nemo enim veterum duplicis Consecrationis rationem adhibet; nec bene constat quâ de causâ, uno eodemque tempore, duo *Boves*, οἱ βόες Ἄπις ἐν Μέμφει καὶ Μνεῦις ἐν Ἡλιουπόλει θεοὶ νομισθῶσιν, & *Apis in urbe Memphi & Mnevis in urbe Solis, Dei habiti sint.* Ex istis quæ de primâ Ægyptiorum politiâ i) disseruimus, patet Ægyptum propriè dictam in duas Dynastias ab initio divisam fuisse. Memphis fuit *Superioris*, Heliopolis *Inferioris* Ægypti

i) suprà p. 28.

a) Ibid. v. 9.

> a) *Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morsu.*
> *O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis*
> *Numina!*

Sed nec ipsi Romani omnimoda Ægyptiorum sacra aversabantur; ISIA & SERAPIA festa sunt annua, in Kalendario Romano: & urbis Romæ Regio III, *Isis & Serapis* denominata est, à templo. Verùm ad sacras Ægyptiorum Origenes redeamus.

Apis, Mnevis.

b) Am. Marcell. l. 22. p. 227.

INter b) *animalia antiquis observationibus consecrata Mneuis & Apis sunt notiora: Mneuis Soli sacratur, super quo nihil dicitur memorabile; seqvens Lunæ. Est autem* Apis *bos diversis genitalium notarum figuris expressus, maximeq; omnium corniculantis Lunæ specie lateri dextro insignis: Qui cùm, post vivendi statium præstitutum sacro fonte immersus è vita abierit, alter cum publico quæritur luctu; & si omnibus signis consummatus reperiri potuerit, ducitur Memphim, urbem frequentem, præsentiâque numinis Æsculapii claram. Cumq; initiante antistitum numero centum inductus in thalamum esse cœperit sacer, conjecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare.*

c) Mela. l. 1. c. 9.

c *Apis populorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insignis, & caudâ linguaque dissimilis aliorum. Raro nascitur, nec coitu pecoris, ut ajunt, sed divinitus & cœlesti igne conceptus; diesque quo gignitur genti maximè festus est.*

d) Plutarch. Iside p. 364. c.

d) Ὁ δ' ἐν Ἡλιοπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν, Ὀσίριδος δὲ ἱερὸν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιος πατέρα νομίζουσι, μέλας ἐστὶ, καὶ δευτέρας ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἄπιν, *Qui Heliopoli nutritur Bos, Mneuis dictus, Osiridi sacer, pater Apis quorundam sententiâ, niger est, & secundos post Apin honores obtinet.*

e) L. 1. p. 52. b.
f) p. 54. b.

Inter causas τῆς τῶν ζώων ἀφιερώσεως *consecrationis animalium* (quâ de re fuse disserit e) Diodorus) adducitur μετεμψύχωσις in cultu Boum. f) Dicunt, ὅτι τελευτήσαντος Ὀσίριδος εἰς τοῦτον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μετέστη, *Defuncti Osiridis animam in bovem transmigrâsse;* & in posteros perpetuò transfusam esse, κατὰ τὰς ἀναδείξεις αὐτοῦ, *secundum ejus apparitiones.* Hinc g) sacerdotes docuerunt, ὡς εὔμορφον εἰκόνα χρὴ νομίζειν τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς τὸν Ἄπιν, *Apin*

g) Plutarch. de Iside; p. 362. d.

cen-

censendum esse pulchram imaginem animæ Osiridis. Ideoque a) *mense Athyr*, quo *dicunt Osiridem* ἀφανισθῆναι *periisse*, *Sacerdotes* Βοῦν διάχρυσον ἱματίῳ μέλανι βυσσίνῳ περιβάλλοντες ἐπὶ πένθει τῆς Θεοῦ ἐκτιθέασι. Βοῦν γὰρ Ὀσίριδος εἰκόνα νομίζουσι, *Bovem auratum pullâ veste byssinâ amictum ostendunt in luctu Deæ* (Isidis, ob necem Osiridis.) *Nam Bovem putant esse Osiridis imaginem.* b) Strabo eundem esse dicit: ὁ Βοῦς Ἆπις, ὁ ὅσπερ ὁ αὐτὸς Ὄσιρις, *Bos Apis, qui idem est Osiris.* a) ἰδ. p. 360. c. b) L. 17. p. 807. b.

c) Diodorus itaque statuit τοὺς ταύρους τοὺς ἱερούς, τόν τε ὀνομαζόμενον Ἆπιν καὶ τὸν Μνεῦιν, Ὀσίριδι καθιερωθῆναι, *Tauros sacros, tam Apin, quàm Mneuin, Osiridi consecratos esse.* Verùm Ammiano, d) Æliano, Porphyrio, *Mneuis Soli sacratur, Apis Lunæ.* e) Apis autem *& Solis & Lunæ signa præferebat*: Solis insigne τὸ μέλαν τοῦ σώματος, καὶ ὑπὸ τῇ γλώττῃ κάνθαρος, *Nigror corporis, & nodus sub linguâ, quem cantharum vocant*; *Lunæ autem symbolum*, τό τε διχότομον κρᾶμα φέγγου [?] *Dimidiatæ & utrinque incurvæ* Lunæ figura. Neque aliam ob causam Apis *Lunæ sacer* habendus est. c) L. 1. c. 13. b. d) Ζώων l. 12. c. 11. e) Euseb. Præp. Evang. l. 3. c. 13.

In mensâ Isiacâ Bembinâ conspicitur Apis; & f) *insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus Lunæ crescere incipientis* cernitur in g) nummo Hadriani Aug. in quo literæ istæ L. ENNA. & infrà Ε. Λ. Κ. Δ. Eadem inscriptio (ut eam obiter illustrem) legitur in alto Hadriani h) numismate, in quo *Æsculapii* imago. Tam Apis, quàm Æsculapius Memphi cultus est. Legendum Λύστρῳ ἐννάτῳ. Ἔτει Λ καὶ Δ. Lustro IX. Anno XXXIV. Λύστρον tam per L quàm per Λ in saxis & nummis exprimi solet. Hadrianalia tum annua fuerunt, tum quinquennalia. Octo lustra conficiunt annos 32: annus 34 est secundus Noni lustri. Ob ludos istius anni, post ἀποθέωσιν Hadriani eò loci celebratam numerati, ista percussa sunt numismata. f) Plin. l. 8. c. 46. g) Tristan. T. 1. p. 914. h) Erizzo p. 223.

De Osiridis animâ dubitare liceat, utrùm illa in tauros duos transmigraverit. Nemo enim veterum duplicis Consecrationis rationem adhibet; nec benè constat quâ de causâ, uno eodemque tempore, duo *Boves*, οἱ βόες Ἆπις ἐν Μέμφει καὶ Μνεῦις ἐν Ἡλιουπόλει Θεοὶ νομίζονται, & *Apis in urbe Memphi & Mnevis in urbe Solis, Dei habiti sunt.* Ex istis quæ de primâ Ægyptiorum politiâ i) disseruimus, patet Ægyptum propriè dictam in duas Dynastias ab initio divisam fuisse. Memphis fuit *Superioris*, Heliopolis *Inferioris* Ægypti me- i) suprà p. 28.

metropolis. Pro regnorum diversitate, diversa passim constituta sunt Numina. a) Θεὺς ὃ τὺς αὐτὺς ἅπαντες ὁμοίως Αἰγύπτιοι σέβονται, πλὴν Ἴσιός τε ϗ Ὀσίριδος, *Universi Ægyptii non colunt similiter Deos eosdem, præter Isin & Osirim.* Cùm igitur Divus Osiris in regno utroque ὁμοίως coleretur; & obtineret religio cultum, absq; vivâ numinis imagine, non rite peragi; neque quotidianus de regno in regnum pateret transitus; cœpit in sacris Schisma, & sacerdotes utrinque suum investigârunt Bovem, & veram Osiridis ἀπαρχὴν utrobique jactitârunt.

a) Herod. l. 2. c. 42.

Ejus rei exemplo, post annos mille, quum X tribus à regno Hierosolymitano defecissent, Jeroboam, ex Ægypto reversus, in novi regni terminis *erexit duos vitulos aureos,* qui pro Deo colerentur; b) *Dixitque, Revertetur regnum hoc ad domum Davidis, si ascenderit populus iste ad offerenda sacrificia in domum Domini Hierosolymis: & convertetur animus populi istius ad Roboamum regem Judæ.*

b) 1. Reg. 12. 26.

Græci interpretes & c) Josephus istos Jeroboami vitulos appellant δύο δαμάλεις χρυσᾶς, *duas juvencas aureas*; & d) Tobias, αἱ Φυλαὶ αἱ συναποςᾶσαι ἔθυον τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει. *Tribus, quæ defecerant, sacra faciebant Baali juvencæ.* Neque id quidem à ritu Ægyptiaco alienum. Boves & mares & fœminæ in Ægypto sacri. e) *Momemphi nutritur* θήλεια βῦς ἱερὰ *vacca sacra, ut Apis Memphi, Mneuis Heliopoli: Atque illi quidem Dii putantur. At qui alibi aluntur (à multis enim tam intra quàm extra Delta vel mas, vel fœmina bos alitur) non Dii putantur, sed Sacri.*

c) L. 8. c. 3.
d) C. 1. v. 5.
e) Strab. l. 17. p. 803.

Sequioris sexus adoratio forsan vetustior. f) *Fertur enim Isis Osiridis à Typhone occisi membra,* εἰς βῦν ξυλίνην ἐμβαλεῖν βύσσινα περιβεβλημένην, καὶ διὰ τῦτο τὴν πόλιν ὀνομασθῆναι Βύσιριν, *in Bove ligneâ byssinis obtecta condidisse: unde urbs Busiris nuncupatur.* Tam simulacra boum, quàm viva animalia, in Ægyptiorum sacris adhibita sunt.

f) Diod. S. l. 1. p. 54. b. & Stephan. in Βυσ.

Seculo huic proximo, *Mencheres,* Memphitarum rex 12 (qui Diodoro *Mencherinus,* Herodoto *Mycerinus* vocatur) deam Isidem imitatus, g) *defunctam filiam, quam habuit unicam, in Bovis ligneæ atque inauratæ utero sepelivit, & in conclavi exornato posuit, ut ei odores omnifarii quotidie adolerentur, & lucerna singulis noctibus incenderetur.*

g) Herodot. l. 2. c. 129.

Veteri hàc Ægyptiorum superstitione inquinati Israelitæ, etiam

etiam cùm servitutem exuissent ; a) *Fecerunt Vitulum in Horeb, & incurvaverunt se conflatili ; & mutaverunt Gloriam suam in similitudinem Bovis comedentis herbam.* Neque enim cultus iste novus erat, aut temerè susceptus ; sed ad ritus solitos compositus. Græci μόσχον vertunt ; & b) Herodoto ὁ μόσχος ὁ Ἆπις καλεόμενος, *Vitulus appellatur Apis.* De Idololatriâ istâ, Philo Judæus. c) *Cum Moses montem ascendisset, quidam illius absentiam in impietatis occasionem verterunt, oblitique pietatis* πρὸς τὸ Ὂν *in Ens primum*, ζηλωταὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν γίνονται πλασμάτων· εἶτα χρυσοῦν ταῦρον κατασκευασάμενοι, μίμημα τοῦ κατὰ τὴν χώραν ἱερωτάτου ζώου δοκοῦντος εἶναι, θυσίας ἀθύτους ἀνῆγαγον καὶ χορεὺς ἀχορεύτους ἵσταζαν, *Ægyptiacorum figmentorum æmulatores facti sunt ; fictoque juvenco aureo, ad imitationem animalis, quod in eâ regione (Ægypto) sacratissimum habebatur, sacra profana faciebant, & choreas inconditas agebant.* Et paulò pòst ; τεκτηνάμενοι ταῦρον χρυσοῦν, Αἰγυπτιακοῦ μίμημα τύφου, χορὺς ἵστασαν, *Fabricato juvenco aureo, ad exemplar typhi Ægyptiaci, choreas agitabant.* d) *Sedit populus ut manducaret & biberet ; & surrexit, ut luderet.* Sicut etiam Ægyptii, in honorem Apidis, e) πανδαισίαν, *convivium* agebant. S. Hieronymus, * *Videtur*, inquit, *mihi idcirco & populus Israel in solitudine fecisse sibi caput Vituli quod coleret, & Hieroboam filius Nabath Vitulos aureos fabricatus, ut quod in Ægypto didicerant*, Ἆπιν καὶ Μνεῦιν, *qui sub figurâ Boum coluntur, esse Deos ; hoc in suâ superstitione servarent.* Μνεῦιν potius intelligerem quàm Ἆπιν· quoniam Israelitæ, in Ægypto Inferiore degentes, Heliopolim frequentabant magis, quàm Memphim. In câte, *Caput Vituli*, vel *Bovis*, pro Bove, περιφραστικῶς dixerunt, post Tertullianum, Lactantius, Optatus, Hieronymus, alii.

a) Ps. 106. v. 19
b) L. 3. c. 28.
c) V. Mosis, l. 3. p. 524. a.
p. 536. c.
d) Exod. 32. 6.
e) Suid. in Ἆπιδες
* In Hoseæ c. 4. v. 15. p. 33. a.

Mythologi Græci consecrationem Apidis referunt ad Apim Phoronei filium : & qui contra Gentes scripserunt Græcè Christiani, Tatianus, Clemens Alex. alii commentum illud amplexi sunt ; nos missum facimus.

Oracula Ægypti.

Apis f) *inventus deducitur Memphim à sacerdotibus : sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum : alterum intrâsse lætum est, in altero dira portendit. Responsa privatis dat*

f) Plin. l. 8. c. 48.

dat è manu consulentium cibum capiendo : Germanici Cæsaris ma-
a) Diog. Laert l. 8. in fine Eudoxi. *num aversatus est, haud multò post ex: incti.* a) Eudoxi Cnidii *pallium circumlingebat : Prædixere Sacerdotes illum illustrem fore , non*
b) Plin. ibid. *longævum.* b) *Cæterò secretus ; cùm se proripuit in cœtus , incedit summotu lictorum, grexq; puerorum comitatur , carmen honori ejus canentium : intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges repentè lymphati futura præcinunt.*
c) Plutarch. de Iside, p. 356. e. Ægyptii enim , c) quòd Isis *à pueris* certior facta esset de arcâ Osiridis, *putant pueros* μαντικὴν δύναμιν ἔχειν, *divinandi facultate præditos esse, & omnia maximè captant ex fortuitis eorum sermonibus ludentium in templis.*
d) L. 7. p. 441. a. Pausanias oraculum Mercurii in Pharsis responsa ad hunc modum dedisse refert. d) *Thure accenso, ac interrogato in aurem Deo, sibi aures obturant ; tunc foras egressis vox prima, à quovis obvio prolata , pro oraculo accipitur.* Adjicit, Τοιαύτη καὶ Αἰγυπτίοις ἑτέρα περὶ τοῦ Ἄπιδος τὸ ἱερὸν μαντεία καθέστηκεν , *Tale apud Ægyptios in Apidis templo celebratur Oraculum.*

Quando cœperit Apis *signa rerum futurarum demonstrare* non
e) Herod. l. 2. c. 83. liquet : inter vetusta Ægypti oracula nulla est illius ratio. e) *Apud Ægyptios nullus homo divinandi arte præditus est, sed certi quidam Dii. Illic enim est oraculum Herculis, & Apollinis*, in eorum urbibus *& Minervæ* in urbe Sai, *& Dianæ* in urbe Bubasti, *& Martis* in urbe Papremi, *& Jovis* Thebani, *& ,quod ex omnibus oraculis præcipuè colitur, Latonæ in urbe Buti. Verum vaticinia ista non eodem modo, sed*
f) Ib. c. 133. *diversis, constituta sunt.* Mycerino regi Memphitæ, Seculo V, f *) venit oraculum ex urbe Buti, fore ut sex omnino annos viveret , septimo defuncturus.* Neque occurrit apud gentes χρησμὸς vetustior.

A Jovis Thebani oraculo originem duxerunt illud Hammonis
g) Ib. c. 52. in Libyâ , atque illud Jovis Dodonæi in Thesprotiâ, quod g *)* νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι, *oraculorum, quæ apud Græcos sunt, vetustissimum habetur.* Quo autem tempore cœperit Dodonæi oraculi usus non satis constat : ὑποφήτας *prophetas* jam Trojanis temporibus eo operatos esse testatur Homerus,

h) Iliad π'. v. 233. Strab. l. 7. p. 327. h*)* Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ ____

Neque rectè Eusebius ad Olympiadem XXXIII, *Oraculo Dodonæo primùm Græcia usa est.* Tunc potiùs defecisse putassem, si non nominâsset Herodotus tres suæ ætatis sacerdotes, *Promenaam, Timaretam, & Nicandram*; à quibus fabulam accepit de Columbis.

a) Nar-

a) *Narrabant sacerdotes Jovis Thebani, δύο γυναῖκας ἱρηΐας duas fœminas sacerdotes Thebis abductas à Phœnicibus, quarum unam in Libyâ, alteram in Græciâ venundatam fuisse; quæ prima Oracula in illis gentibus constituerunt.* b) *Sacerdotes autem Dodonææ ajebant Thebis Ægyptiis δύο πελειάδας μελαίνας duas Columbas nigras advolasse, unam ad ipsos, quæ fago insidens humanâ voce edixit in fatis esse, ut Jovis Oraculum eo loci conderetur; alteram in Libyam, quæ Jovis Hammonis oraculum condi jussit.* Sacerdotes in fabulis Græcis *Columbas* nuncupari, ex Phœnicicarum vocum allusione, docet c) Bochartus. Inde apud d) Homerum; *Columbæ*

Ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν, *Ambrosiam Jovi patri ferunt.*

Inde e) *Ctesilla Alcidamantis Cei filia*, atque *Oenotropæ Anii filiæ* finguntur ____ f) *in niveas abiisse Columbas.*

g) *Oracula autem, & quod apud Thebas Ægyptias, & quod apud Dodonam, inter se sunt similia.* Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη, *Et divinandi in templis ratio ascita est ab Ægypto.*

a) Herod. l. 2. c. 54.
b) c. 55.
c) Phœnic. p. 823. l. 2. c. 1.
d) Odyss. μ'.
e) Ovid. Metam. l. 7. fab. 12
f) Ib. l. 13. fab. 4.
g) Herodot. l. 2. c. 58.

Hircus Mendesius.

§. I.

QUO tempore *Boves Memphi & Heliopoli*, eodem etiam *Caper Mendete* sacratus est. Mendes urbs est in Delta, ad Mendesium Nili alveum posita. h) Pindarus urbem *ad mare* collocat: sed Aristides totum Nomum à mari procul esse docet: Ab eâ urbe *Nomus Mendesius* posthâc nomen habuit: ætate autem Ptolemæi, i) Θμοῦις erat *Mendesii nomi metropolis*: quæ etiam k) Ammiani, *Urbs maxima.*

De cultu Mendesio l) Herodotus; Τὰς αἶγας καὶ τοὺς τράγους οὐ θύουσι, *capras & hircos non mactant, hâc de causa: Mendesii numerant Pana inter VIII Deos, quos ajunt XII Diis priores extitisse. Pictores & Statuarii faciunt simulacrum Panos, sicut Græci, αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα, caprinâ facie & hircinis cruribus; non talem eum esse existimantes, sed similem Diis cæteris.* Σέβονται δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων; *Mendesii omnes capras colunt, sed mares magis quàm fœminas; & capreoli in magno sunt honore; ex istis autem unus maximè, qui quum decesserit, luctus magnus toti nomo Mendesio imponitur. Vocatur* autem ὁ τε τράγος καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ Μένδης, *& Hircus & Pan Ægyptiacè Mendes.*

h) Strab. l. 17. p. 802. b.
i) Ptol. l. 5. c. 5.
k) L. 22. p. 233
l) L. 2. c. 46.

a) Ib. des. Ἐγένετο δ' ἐν τῷ νομῷ τούτῳ ἐπ' ἐμοῦ, inquit a) Herodotus, τοῦτο τὸ τέρας· γυναικὶ καὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. τοῦτο ἐς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο. Rem turpem non repeto. Idem cecinit

b)Strab. l.17. p.802. c) Animal.l. 7.c.19. d)In Gryllo. p. 989. Pindarus,à b) Strabone & c) Æliano citatus. d) Plutarchus fœditatem accipit non pro ostento,sed pro sacro frequentique salacissimi animalis cultu. Ὁ Μενδήσιος τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν, οὐκ εἶναι μίγνυσθαι πρόθυμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς αἶγας ἐπτοῆσθαι μᾶλλον. Adeò ut τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι Bruta ratione uti; & superstitione cæci maximè videantur ἀλογίζειν.

e)Str. p.802. f) Strab.ib. g)p.812.d. Strabo e) Mendetis meminit, Ubi, inquit, f) τὸν Πᾶνα τιμῶσι καὶ ζῶον τράγον Pan colitur, & hircus vivus. Paulò pòst g) αἶγα καὶ τράγον Μενδήσιοι: capram & hircum Mendesii colunt:

h)L.1.p.55.c. h) Diodorus cultûs causam addit; Τὸν τράγον ἀπεθέωσαν, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον. Hircum inter Deos retulerunt, ut apud Græcos Priapum coli dicunt, propter genitalem partem. Est enim animal hoc salacissimum. Neque tantùm Ægyptii, sed alii non pauci τὸ αἰδοῖον in mysteriorum ritibus religiosè habent, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως, ut causam generationis animantium. Et sacerdotes in Ægypto, paterna sacerdotia accipientes, isti Deo primùm initiantur. Etiam Panas & Satyros, Hirci naturam imitantes, in templis dedicant, significantes

i) Suid. in Priap. gratiarum actionem περὶ τῆς πολυτεκνίας τῆς ἑαυτῶν, pro gentis suæ fœcunditate. i) Priapus autem apud Ægyptios vocatur Horus.

Ex hoc Mendetis sacrario prodiit tota veterum theologia de Pane, Fauno, Sylvano, Silenis, & Satyris, qui etiam hircorum nomen

k) Etymolog. Mag. habent. k) Tragœdia dicta est, quòd chori plerumque ἐκ Σατύρων συνίσταντο, οὓς ἐκάλουν τράγους, ex Satyris constabant, quos vocabant Hircos.

§.II. Sicut Pan hirci specie cultus est in Ægypto, ita Jupiter arietis,

l) supra p. 38. m) Stephan. n) Herodot. 267. o)L.1.p.54.c. Mercurius canis (quod l) dictum est) Diana, quæ Bubastis dicta, felis. m) Ægyptii βούβαστον τὸν αἴλουρόν φασι, Bubastum felem dicunt: & n) salita felium cadavera in urbe Bubasti sepeliuntur. o) Diodorus causas consecrationis animalium recitans, Sacerdotes, ait, arcanam de his opinionem habuisse: in fabulis autem esse, Deos se in animalia transformâsse, ut crudelitatem & vim terrigenarum hominum effugerent. Ovidius illos Typhonis metu eo modo latuisse cecinit.

a) Huc

a) Huc quoque terrigenam venisse Typhoëa narrat, a) Metam. l. 5. fab. 5.
Et se mentitis Superos celâsse figuris.
Duxq; gregis, dixit, fit Jupiter; unde recurvis
Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus *Ammon.*
Delius in corvo, *proles Semeleja* capro,
Fele *soror Phœbi, niveâ Saturnia* vaccâ.
Pisce *Venus latuit, Cyllenius* ibidis *alis.*

Quæ quidem fabulas Græcanicas nimis sapiunt. Paulò aliter b) Antoninus Liberalis, ex Nicandro, & plures enumerat. b) In Typhone. 28. Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ, Ἑρμῆς δὲ ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθύς, Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος, τράγῳ δὲ εἰκάσθη Διόνυσος, ἐλλῷ δὲ Ἡρακλῆς, βοὶ δὲ Ἥφαιστος, μυγάλῃ δὲ Λητώ, *Apollo factus est* accipiter, *Mercurius* ibis, *Mars* lepidotus *piscis*, *Diana* felis, *Bacchus autem in* hircum *mutatus est*, *Hercules in* hinnulum, *Vulcanus in* bovem, *Latona in* murem araneum. Fabulam deridet c) Lucianus. c) de Sacrif. ad finem.

d) *Porro quæ circa* Crocodilum *in Myridis lacu,* Leonem *apud Leontopolitas, & alia ejusdem generis plurima peraguntur, narrare quidem facile est, sed narranti credere difficile.* Neque lubet singula Ægyptiacæ pietatis deliramenta investigare. Chronologiam damus, non Mythologiam. Ex istis liquet, superstitionem Ægypti à priscis seculis usurpatam fuisse. d) Diod. l. 1. p. 53. c.

Ad confirmandam Vetustatem apprimè conducunt leges Mosaicæ. Nam nisi *vanitates* istæ obtinuissent ante Israelitarum introitum in Ægyptum, quomodo potuissent illi istis pollui? Nisi polluti essent, quorsum leges contra inquinamenta latæ? *Ex malis Ægyptiorum moribus, bonæ* Israelitarum *leges.* In hac re testes luculenti sunt Josue; e) *Auferte Deos quibus servierunt patres vestri in Mesopotamiâ & in Ægypto*; & Ezechiel, f) *Scortatæ sunt in Ægypto, in adolescentiâ suâ scortatæ sunt*; rursus, *Scortationes suas ab Ægypto allatas non dereliquit.* De legibus istis, ad Sec. IX. e) Jos. c. 24. v. 14. f) Ezech. 23. 38.

Ex cultu, abstinentia. Impium enim erat deorum carnibus vesci, & pro diversitate cultûs, esus carnis aut licitus erat, aut illicitus. g) *Qui Jovis Thebani templum incolunt, aut ex nomo sunt Thebano, ii omnes abstinentes ab ovibus, capras immolant. Nam omnes Ægyptii non colunt similiter eosdem deos, præter Isin & Osirim, quem Bacchum esse ajunt: hos universi similiter colunt. Qui verò Mendetis templum obtinent, aut ex nomo sunt Mendesio, ii à capris abstinentes, o-* g) Herod. 2. c. 42.

a) Strab. p. 803.c. *ves immolant.* Strabo ad Nitrioten nomum refert. a) *Apud hos solùm in Ægypto mactatur Ovis.* Neque satis cautè Poëta,

b) Juvenal. Sat.15.v.11.

> ___b) *Lanatis animalibus abstinet omnis*
> *Mensa : nefas illic fœtum jugulare capellæ.*

Regnandi jus Muliebre.

c) Syncell. p.54. d.
d) Ibid, 55.
e) Can. Isag. p.310.
f) Jos. c. Apion. p.1041.
g) Syncell. p.59.
h) Lucan. l.10. v.90.

DE Theologicis satis: Politica horum temporum rariora sunt. c) *Sub Binothri Thinitarum rege* undecimo (qui Eusebio d) *Biophis* vocatur) ἐκρίθη τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν, *Sancitum est ut mulieres regnandi honorem haberent*, vel ad successionem regni admitterentur. Nulla tamen in *Thinitarum* serie Regina. Fœminarum prima quæ regno potita est in Ægypto, *Nitocris*, tam in *Thebano* laterculo occurrit, quàm in *Memphitico*; utriusque regni compos, Seculo VII, post annos circiter trecentos. e) Scaliger ab hâc lege latâ ad *Memphiticum* hujus Heroinæ regnum numerat annos 1066; inde ad aliam *Thebanam*, annos 2292. Post eam, in Dynastiâ Thebanâ, f) *Amenophi* successit *Amesses ejus soror*; & post Sesostrim, g) *Scemiophris soror Ammenemis*. Adeo ut non tam ex paterno testamento, quàm ex Ægyptiorum jure civili dixerit Cæsari h) Cleopatra.

> ___*Non urbes prima tenebo*
> *Fœmina Niliacas : nullo discrimine sexûs*
> *Reginam scit ferre Pharos. Lege summa perempti*
> *Verba patris, qui jura mihi communia regni*
> *Et thalami cum fratre dedit.*

i) Diod. l. 1. p. 16. b.

i) *Præter communem aliorum hominum consuetudinem, Ægyptiis lege permissum est Sorores ducere : quòd hoc feliciter successisset Isidi, quæ nupsit Osiridi fratri, eoq; mortuo, juravit se nemini in complexum venturam, & cædem viri ulta, regnavit νομιμώτατα, omnibusq; hominibus quàm plurimùm benefecit. Has ob causas in more positum est, ut penes Reginam plus sit potestatis & honoris quam penes regem; & inter privatos, in tabulis dotalitiis, assignetur imperium fœminæ in virum : maritis profitentibus se per omnia uxoribus obtemperaturos.* Apud Ægyptios igitur jus muliebre in successione regni erat hâc Lege vetustius, & ab Isidis exemplo deductum : & paterfamiliâs γυναικοκρατούμενος.

Sed

Sed nec antiquiſſima tantùm,ſed etiam juſtiſſima fuit lex hæc, & ab omnibus gentibus receptiſſima.

> ——— a) *Medis levibusq; Sabæis* a) Claudian. in Eutrop. l. 2.
> *Imperat hic ſexus, Reginarumq; ſub armis*
> *Barbariæ pars magna jacet.*

Præter b) Candacem, fœminas in *Æthiopiâ* regnaſſe, ex Strabone, b) Act. 8. 27.
Plinio, Dione, notum eſt. In Geographo, à Gothofredo edito, *Mulieres Saracenis*, id eſt, Arabibus, *imperare dicuntur*. c) Regina *Sabæorum* ad Solomonem olim venit. c) 1. Reg. 10. *Aſſyria* Semiramis, & *Babylonia* Nitocris ſunt celeberrimæ. Apud *Perſas*, Cepheo ſucceſſit Perſa jure materno. d) Ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσενος γόνου. d) Herodot. l. 7 c. 61.
Cepheus enim nullos habebat liberos mares. Et Cyaxares *Medoperſarum* regnum ad filiam ſuam pertinere dixit, e) οὐδὲ γάρ ἐστί μοι ἄρρην παῖς γνήσιος, *Neque enim eſt mihi filius legitimus.* e) Xenophon. Cyropæd. l. 8. p. 228. b. f) Teuthras rex *Myſiæ*, ἄπαις ὢν ἀῤῥένων *non habens mares liberos*, regnum Argiope filiæ reliquit. f) Diod. S. l. 4. p. 167. a. Apud Græcos, Phoroneo primo regi ſucceſſit g) Argus Φορωνέως θυγατριδοῦς *Phoronei ex filia nepos.* g) Pauſan. l. 2. p. 112. Apud *Lacones* h) Eurotæ, οὐκ ὄντων αὐτῷ παίδων ἀῤῥένων, *cum illi non eſſent liberi mares*, ſucceſſit Sparte ejus filia, cum Lacedæmone viro. h) Pauſan. l. 3. p. 158. Singulis immorari longum. In Latio, Lavinia Latino regi

> i) *Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes.* i) Virgil. Æneid. 7. v. 50.

Apud Britannos, Boudicea illuſtris regina: k) *Neque enim ſexum in imperiis diſcernunt* illi. k) Tacit. in V. Agric. p. 457. Apud omnes gentes jure vetuſtiſſimo, ubi deficit mas, fœmina ſuccedat.

Ætas Abrahami.

IN Ebraicis temporum rationibus jam tandem exoritur LX annorum differentia circa natalem Abrahami annum: utrum ſcilicet natus ſit ille anno patris 70, an 130. Prolixas aliorum eâ de re diſceptationes referre non juvat: ſententiam noſtram dedimus in l) Prolegomenis. l) p. 13. Vixit pater annos 205: *poſt mortem patris*, Abram agebat annum ætatis 75: non itaque naſci potuit ante annum patris 130. Qui aliter ſentiunt, acriter urgent m) *Tharam vixiſſe annos 70, & genuiſſe Abram, Nahor, Haran.* m) Geneſ. c. 11. v. 26. Non autem inde conſtat omnes natos iſto anno, non omnes iſto ordine. Abram ibi prærogati-

a) 1. Chron. 1. 28. gativâ, non primogeniturâ primus. Sic numerantur a) *filii Abraham*, *Isaac & Ismael*: at Ismael natus anno patris 86, Isaac 100.
b) Gen. 5. 32. Sic inter Noæ filios *Shem* b) aliquoties primus nominatur: at in recensendis genealogiis, secundùm naturæ ordinem, tam
c) 1. Chron. 1. 5. 29. c) *Japhet* quàm *Ismael* primum locum obtinent.

Ad
SECULUM V.
Æra Peregrinationis.

d) Gen. 11. 32. e) Act. 7. 4. f) Gen. 12. 4. ABram cum Tharâ patre de Chaldæâ venit in Haran: d) *Vixit Thara annos 205, & mortuus est in Haran.* e) Μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, *Post mortem patris sui*, f) *Abram annum ætatis agens septuagesimum quintum, cùm egrederetur de Haran, venit in terram Chanaan.* LXXV^us. iste Abrami annus claudit primum
g) Gen. 11. 10. Ebraici temporis intervallum; in quo g) ex Genealogiis, in Canone expansis (secundùm calculos Ebraicos) colliguntur à Diluvio anni 426. Incidit autem annus iste in annum Per. Jul. 2797.

Ab istâ Abrami profectione numeranda est *Peregrinatio* Ebræorum usque ad eorum exitum ex Ægypto. Tempus ab ipso Mo-
h) Exod. 12. 40. se designatur: h) *Habitatio filiorum Israel, quâ manserunt in Ægypto, fuit* CCCCXXX *annorum.* Sed est manifesta Synecdoche, quam LXX. Interpretes pulchrâ explicatione sic reddunt: Ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, (καὶ ἐν γῇ Χαναὰν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν) ἔτη τετρακόσια τριάκοντα, *Habitârunt in Ægypto* (*& in terra Chanaan, ipsi & patres eorum*) *an.* 430. Neque aliter codex Samaritanus. Intelligendum enim est non tantùm de posteris Israelis, sed etiam de parentibus; nec tam de servitute, quàm de peregrinatione. Quod & ipsa Prophetia circa annos 30. post egressum Abrami, nato jam Isaaco, edita do-
i) Gen. 15. 13. cet: i) *Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent eos qua-*
k) Galat. 3. 17. *dringentis annis.* Suffragatur k) Apostolus, qui à *Promissione* terræ illius, in quâ peregrinari cœperat Abram, *ad Legem*, paulò post exodum latam, numerat *annos* 430.

Pie-

Pietas Abrami.

Majores Abrami idololatræ fuerunt. Josue Israelitas sic alloquitur; a) *Patres vestri ab initio habitaverunt trans fluvium, Thara pater Abram & pater Nachor, servieruntque Diis alienis.* Et paulò pòst, b) *Auferte Deos quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia.* Eximium est Abrami elogium, c) Πρῶτος τολμᾷ Θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα, *Primus ausus est prædicare Deum Unum, universi creatorem.* Non coluit Abram eundem deum cum fratre, aut cum patre. Dixit d) Laban Jacobo, *Deus Abraham & Deus Nachor judicent inter nos, Deus patris eorum.* Deus *Nachor* est Transeuphratensis *Tharæ* deus; Deus *Abraham* est Verus Deus. Fuit etiam alius *Nachor*, pater Tharæ, filius *Seruchi*; ad cujus tempora superstitionis instaurationem referri e) diximus: recentiores illam sub f) *Phaleg* cœpisse volunt.

Profectionis itaque causa, Religio: g) διότι οὐκ ἐβουλήθησαν ἀκολουθῆσαι τοῖς θεοῖς τῶν πατέρων αὐτῶν, οἳ ἐγένοντο ἐν γῇ Χαλδαίων, *Quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum.* Neque defuisse videtur Chaldæorum persecutio. h) Καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῶν θεῶν αὐτῶν, *& ejecerunt eos à facie deorum suorum.* *Unde* (inquit i) S. Augustinus) *manifestum est domum Tharæ persecutionem passam fuisse à Chaldæis pro verâ pietate.* k) S. Hieronymus ex Ebræis tradit, *Quòd Abram in ignem missus sit, quia Ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit.* Fabulæ ea est occasio: *Ur Chasdim* est *Ignis Chaldæorum*. LXX. ad vitandam homonymiam, non πῦρ, sed χώρας vertunt. l) Maimonides, ex libro de Agricultura Aegyptiorum, scribit *Abramum, quòd Solem adorare recusaret, incarceratum fuisse; dein bonis spoliatum à rege, & exterminatum in Canaan.*

a) Josue c. 24. v. 2.
b) v. 14.
c) Joseph. l. 1. c. 8.
d) Gen. 31. 53.
e) p. 55.
f) Bedæ Chron. Isid. Chron.
g) Judith. c. 5. v. 7.
h) Ibid. v. 8.
i) De Civ. l. 16. c. 13.
k) Tradit. in Gen.
l) Doct. Perplex. l. 3. c. 29.

Abramus in Ægyptum.

ABramus autem, Deo vocante, migravit in Canaan: neque multò pòst, cogente fame, concessit in Ægyptum, cum uxore ferè septuagenaria, m) *ut peregrinaretur ibi.* Sara uxor, cum esset εὐπρόσωπος *pulchra*, vitandi periculi causâ, ejus soror vocatur; quæ protinus in

m) Gen. 12. 10.

a) v. 19. in domum rapitur Pharaonis, qui a) *accepit illam sibi in uxorem*; verùm monitus, statim restituit illam cum muneribus; omnesque Ebræi ex Ægypto dimittuntur incolumes.

Hic primus est extraneorum qui in Ægyptum penetrâsse memoratur. b) *Eratosthenes autor est*, κοινὸν μὲν εἶναι τοῖς βαρβάροις πᾶσιν ἔθος τὴν ξενηλασίαν, *consuetudinem esse omnibus Barbaris communem, ut hospites pellant: Ægyptios verò accusari inhospitalitatis, propter ea quæ de Busiride in fabulis dicta sunt; cùm, mehercle nullus neque rex fuerit Busiris, neque tyrannus.* Ægyptii c) τὸν Ἀβραὰμ εὖ ἐχρήσαντο, *Abramo bene fecerunt*; ille auctior familiâ divitiisque locupletior reversus est, d) *dives valde pecore, & argento, & auro.*

b) Strab. l. 17. p 802. b.

c) v 16.

d) c. 13. v. 2.

Cùm autem non longa esset Abrami in Ægypto mora, e) *ubi tres transegit menses*; neque tempus illud curis periculisque vacuum; verisimillimum est illum Ægyptū Inferiorem non transiisse: neque malè collocatur ab f) Eupolemo ἐν Ἡλιουπόλει, *in Heliopoli.* Quod autem idem aliique dicunt de sacerdotibus Ægyptiis Numerorum Siderumque scientiam ab Abramo discentibus, non est rationi satis consentaneum. Et g) Josephus inde perperam colligit scientias istas *à Chaldæis in Ægyptum venisse*; *hinc ad Græcos.* Tam in Chaldæa quàm in Ægypto tenuis adhuc erat Astrorum peritia; nondum Solis cursus bene notus; nondum dies ἐπαγόμεναι Anno additæ. h) Artapanus, in eam rem, fingit Abramum XX annos mansisse in Ægypto.

e) Seder Olam, apud Genebrard.

f) Euseb. Pr. l. 9. c. 17.

g) Antiq. l. 1. c. 9.

h) Euseb. ib. c. 18.

Rex iste qui Ebræis *Pharao* vocatur, i) Josepho dicitur Φαραώθης ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων *Pharaothes rex Ægyptiorum.* Est autem ταυτολογία *Rex Pharao*, si verum sit quod k) alibi dixit Josephus: ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίοις βασιλέα σημαίνει, *Pharao Regem Ægyptiis sonat.* l) Artapanus depravatè Φαρέθωνην vocat. m) Bochartus, ex Lexicographis Arabibus, vocem *Pharao* exponit *Crocodilum*; & Ezechielem (c. 29. c. 32.) eò allusisse docet.

i) L. 1. c. 9.

k) L. 8. c. 5. p. 296. a.

l) Euseb. Pr. l. 9 c. 18.

m) De Animal. II. l. 5. c. 18.

In libro *Juchasim*, sive Genealogiarum, (quem scripsit *Abraham Zachuth* Judæus Salmanticensis an. D[i] 1502.) ex Arabum historiis recensetur Regum Ægypti series à *Misraimo* conditore usque ad tempora *Mosis*: quam (inter alia) transtulit eruditissimus n) Bochartus. Neque multum discrepat illa à duobus Regum Ægyptiorum catalogis, quos mecum benignissimè communicavit V. Cl. Edo-

n) Phaleg. l. 4. c. 38. p 357.

Edoardus Pocockius, S. Th. & Linguæ Arabicæ in Academiâ Oxoniensi Professor dignissimus, ex *Abulfeda*, & ex *Al Makrizio* & *Alshamo* transcriptos. In omnibus, non autem eodem ordinali numero, legitur *Tutis*. *Hic est Pharao primus, qui fuit in diebus Abrahami.* Cùm verò series istæ nihil habeant commune cum laterculis, quos ex Eratosthene, Manethone & Syncello dedimus, neque nomina satis Ægyptiacè sonare videantur, neq; ullos habeant regnandi annos, locum illis in Canone non præbuimus. Sagacissimus Bochartus *Hebræorum nugivendulos hæc de suo confinxisse* suspicatur.

Ex Canone nostro, *Mencheres rex Memphitarum*, cujus a) toties meminimus, erat σύγχρονος Abramo; quem Thebas adiisse non putamus. In Ægypto inferiore, regnabat illo tempore *Amesises, decimus quintus*; sive eorum postremus, quos Vetus Chronicon b) vocat XV γενεὰς; & c) Syncellus, pro totidem Africani dynastiis, suppeditat.

a) p. 48. 61. 64.
b) suprà p. 2.
c) suprà p. 6.

Circumcisio.

ABramus, quando Ægyptum ingressus est, nondum circumcisus erat, neque per annos ampliùs viginti post reditum: d) *postquam verò annos natus esset nonaginta & novem*, seipsum, filiumque *Ismaelem, anno ætatis* 13, & omnes familiæ suæ mares circumcidendos curavit. Illius posteri circumcisi sunt, & ante introitum, & dum in Ægypto commorati sunt: post exitum verò non sunt circumcisi, quamdiu vixit Moses: e) *Omnes enim, qui circumcisi ex Ægypto profecti sunt, in deserto mortui sunt: qui in deserto nati sunt per 40 annos, sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in viâ aliquis circumciderat.* f) *Fecit itaque Josue* μαχαίρας πετρίνας ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, *cultros lapideos, & circumcidit filios Israel in Colle præputiorum.* Factum Deus ratum habuit, g) *dixitq; Hodie* ἀφεῖλον τὸν ὀνειδισμὸν Αἰγύπτου ἀφ' ὑμῶν, *abstuli opprobrium Ægypti à vobis.* Tam Ægyptiis quàm Judæis opprobrio erant incircumcisi.

d) Gen. 17. 24
e) Josue 5. 6
f) v. 3.
g) v. 9.

In h) Theologicis Sanchuniathonis Origo à Saturno ducitur. Ὁ Ἶλος, ὅς ἐστιν ὁ Κρόνος, *Ilus, qui Saturnus est*, τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται, ταυτὸ ποιῆσαι καὶ τοὺς ἅμ' αὐτῷ συμμάχους καταναγκάσας, *pudenda circumcidit, & commilitones suos ad idem faciendum adegit.* Saturni i) meminimus.

h) Euseb. Pr. l. 1. p. 38.
i) suprà p. 30.

K Apud

Apud Ægyptios circumcidendi ritus vetustissimus fuit, & ἀπ'
a) Herod. l. 2. c. 91. ἀρχῆς *ab ipso initio* institutus. Illi a) *nullorum aliorum hominum*
b) c. 36. *institutis uti volunt.* b) Τὰ αἰδοῖα ἄλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο, πλὴν
ὅσοι ἀπὸ τούτων ἔμαθον. Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται), *Alii virilia relin-*
quunt qualia naturâ sunt, præter eos qui ab istis didicerunt; Ægyptii
autem circumcidunt. Causa *circumcidendi*, eadem quæ *lavandi*, ne
c) c. 37. sordibus polluantur. c) Τὰ αἰδοῖα περιτάμνονται) καθαρειότητος εἵ-
νεκεν; *Virilia circumcidunt munditiæ causa.* Herodotus ex eo pro-
d) c. 104. bat Colchos oriundos esse ab Ægyptiis, quòd essent circumcisi, d)
Ὅτι μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες πε-
ριτάμνονται) ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Πα-
λαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, &c. *Quòd*
soli omnium hominum Colchi, & Ægyptii, & Æthiopes a principio *pu-*
denda circumcidunt: Phœnices enim & Syri in Palæstina confitentur
ipsi se hoc ab Ægyptiis didicisse: Syri autem qui Thermodontem &
Parthenium fluvium accolunt, & his vicini Macrones, id à Colchis nu-
per didicisse dicuntur. Hi enim ex hominibus soli sunt qui circumci-
duntur; & in hoc faciendo agnoscuntur esse Ægyptii. De Ægyptiis
autem & Æthiopibus dubium est utri ab utris didicerint. Nam per-
antiquum esse videtur. Argumento est advenas id didicisse in Ægy-
e) L. 1. p. 17. b. *pto, quoniam Phœnices in Græciâ degentes id non faciunt.* e) Dio-
dorus Siculus & *Colchos* & *Judæos* ex Ægypto deductos esse dicit:
διὸ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσι τούτοις ἐκ παλαιοῦ παραδεδόσθαι τὸ περιτέμνειν
τοὺς γεννωμένους παῖδας, ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένου τοῦ νομίμου: *Ideoq;*
f) L. 3. p. 115. d. *gentibus istis in usu esse per antiquam traditionem, ut circumcidant pu-*
eros apud se natos, ritu ab Ægyptiis derivato. Alibi f) Τὰ αἰδοῖα πάν-
g) Con. Apion. p. 1047. c. τες οἱ Τρωγλοδύται παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις περιτέμνονται), *Tro-*
glodytæ omnes genitalia circumcidunt, ritu Ægyptiorum. g) Jose-
phus ad citatum Herodoti locum hoc adjicit; Τῶν δὲ τὴν Παλαι-
στίνην κατοικούντων μόνοι τοῦτο ποιοῦσιν Ἰουδαῖοι. *Eorum qui Palæstinam*
habitant soli circumciduntur Judæi. De ritûs origine nihil ob-
jicit.

h) Clem. Al. Strom. 1. p. 302. c. h) *Pythagoras cum Ægyptiorum prophetis congressus esse dicitur;*
δι' οὓς καὶ περιετέμνετο, ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν τὴν μυστι-
κὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν, *per quos etiam circumci-*
sus fuit, ut adyta ingrediens mysticam Ægyptiorum disceret philoso-
phiam.

Inter

Inter instituta Mosaica, a a) Strabone recensentur καὶ περιτομαὶ καὶ ἐκτομαί, *& circumcisiones, & excisiones.* Imperitè admodum. *Circumcisio* fuit ab Abrahami temporibus: *Excisio* Lege Mosaicâ expressè vetita est. b) *Quod est compressum, aut contusum, aut enervatum, aut exectum non offeretis Domino; & in terra vestra non facietis.* LXX, Θλαδίαν καὶ ἐκτεθλιμμένον καὶ ἐκτομίαν καὶ ἀπεσπασμένον. Vulgata, *Quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino: in terra vestra hoc omnino ne faciatis.* Interdictum est tam hominem, quàm aliud quodcunque animal castrare, aut generationis membra infœcunda reddere.

a) L. 16. p. 761. c.
b) Levit. 22. 24.

De *circumcisione*, c) Origeni objecerat Celsus; *Judæos* ἀπὸ Αἰγυπτίων αὐτὸ ἐληλυθέναι, *eam ab Ægyptiis mutuatos fuisse.* Respondit Origenes *Mosem dixisse*, πρῶτον ἐν ἀνθρώποις περιτετμῆσθαι τὸν Ἀβραάμ, *Abrahamum primum mortalium circumcisum fuisse.* Quod tamen in libri Geneseos cap. XVII non legitur.

c) Cels. l. 1. p. 17.

S. Ambrosius (nescio unde edoctus) d) *Ægyptii*, inquit, *quarto decimo anno circumcidunt mares; & fœminæ apud eos eodem anno circumcidi feruntur: quòd ab eo videlicet anno incipiat flagrare passio virilis; & fœminarum menstrua sumant exordia.* Ista quidem vix alibi occurrunt: Neque libidinem mitigat circumcisio.

d) De Abraham, l. 2. c. 11.

Ægyptii ad condiendum cadaver, e) λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίζουσι παρὰ τὴν λαπάρην, *acuto lapide æthiopico incidunt circa ilia*, ut extrahatur alvus: neque aliter Josue *cultro lapideo* usus est, in circumcidendo præputio.

e) Herod. l. 2. c. 86.

Asiæ Reguli.

f) *Ex IV. Historiarum Nicolai Damasceni.*

f) Joseph. Antiq. l. 1. c. 8.

Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος Χαλδαίων λεγομένης. Μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν

Abramus regnavit apud Damascum advena cum exercitu veniens ex terrâ Chaldæorum supra Babylonem sitâ. Neque multò pòst hinc quoque migravit cum suo populo in terram tunc Chananæam, nunc ve-

λεγομένην, νῦν ἡ Ἰουδαία, μετώκησε, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύσαντες. Καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῶν κώμῃ ἀπ' αὐτοῦ δείκνυται Ἀβράμου οἴκησις λεγομένη.

rò Judaam nominatam ; ejusque posteritas multiplicata est. Et nunc apud Damascenos vicus ostenditur, quem vocant Abrami domicilium.

Nicolaus, Herodis M. Judæorum regis amicus, ut origines patrias illustrissimi Patriarchæ transitu nobilitaret, patremfamilias αὐτόνομον, ad morem prisci ævi, regio nomine decoravit.

a) Ptol. Asiæ tab. 4. Literæ S. neque domicilii Damasceni, neque Regii tituli meminerunt: verùm à a) *Charris*, sive Haran, ad Sichem, sive *Neapolim*, rectâ via per *Damascum* ducit.

Quemadmodum Ægyptus, priscis hisce temporibus, inter diversos distributa est Regulos; ita etiam in Asiâ, regna vetustissima sunt angustissima. b) *Intra suam cuique patriam regna finiebantur*; & urbes singulæ suos habebant τοπάρχας. Ejusmodi sunt hisce Abrami temporibus, c) *Bara rex Sodomorum, Bersa rex Gomorrha, Sennaab rex Adamæ, Semeber rex Seboim, & rex Bale, quæ est Soar*, qui regnârunt *in valle Siddim*. Quot urbes, tot reges. Illi prælio congressi sunt d) *cum Chodorlahomor rege Elam, & Thadal rege Gentium, & Amraphel rege Sinhar* (sive *Sennaar*) *& Arioch rege Elasar: quatuor reges contra quinque.*

b) Justin. initio.
c) Gen. 14. 2.
d) vers. 9.

Elam regio trans Tigrim; cis Tigrim *Senaar*: gens Arabum *Elisari*, qui demum ad e) mare Rubrum consederunt. *Rex gentium ad Gilgal*, Βασιλεὺς Γεὶ τῆς Γαλιλαίας, *Rex Gei Galilææ*) f) penultimus recensetur inter reges illos, quos Moses & Josue cis & ultra Jordanem debellaverant. Numerantur ibi Reges XXXI. Tota enim terra Chananæa inter Regulos partita est.

e) Ptol. l. 6. c. 7. p. 152. Asiæ tab. 6.
f) Josue 12. 23.

Qualis Syriæ, talis etiam fuit vetustissima Phœniciæ πολιτεία. g) Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι καθ' αὑτοὺς ἐβασιλεύοντο παραπλησίως, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τῶν Φοινικίδων, *Olim Aradii per sese reges habuerunt, sicut & qualibet alia urbs Phœnicum.* Neque aliter de cæteris Asiæ partibus sentiendum.

g) Strab. l. 16. p. 754. b.

Bellum, ante hoc, nuspiam gentium memoratur ullum: neque

neque Regna his vetustiora, præter Ægyptia, veris continentur historiis.

Ad historiam sacram hic non satis quadrat Eusebiana Chronologia, quæ Abramo seniorem facit *Ninum Assyriorum regem*; qui & a) *totius Orientis populos subegit*, & *magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmavit*. Longa ista Assyriorum regum series, quâ Imperium illud in tantam ab Eusebio, in majorem à Syncello, antiquitatem extenditur, unius Ctesiæ auctoritati innititur; cujus jamdudum non est insuspecta fides. Quicquid Diodorus aliique de *Nino* & *Semiramide* hyperbolicè prædicarunt, ex illius penu depromptum est. Nos autem ἀρχαιολογίας Assyrias ad librum IV. differimus.

a) Justin.initio.

Josephus hujus belli historiam Ctesianis male commiscet: non à IV. Regibus gestum refert; sed ab Assyriis, quorum exercitus quadripartitus totidem duces habuit. b) Καθ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Ἀσσυρίων κρατούντων τῆς Ἀσίας, *eodem tempore, Assyriis Asiæ imperantibus*, regnabant reges V. (supra nominati) οὗτοι τούτοις στρατεύσαντες Ἀσσυρίοις καὶ μέρη τέσσαρα ποιήσαντες τῆς στρατιᾶς, ἐπολιόρκουν αὐτούς. στρατηγὸς δὲ ἑκάστης ἦν εἷς ἐπιτεταγμένος, *Contra illos Assyrii bellum moventes, diviso in quatuor partes exercitu, debellârunt illos: agminis autem singuli unicus dux fuit*. Et paulò pôst, Διαβαλὼν στρατὸς Ἀσσυρίων ἐπ' αὐτοὺς, στρατηγούντων, &c. *Descendit exercitus Assyriorum contra ipsos, illum ducentibus Amraphele, Ariocho*, &c. Quæ quidem Græcis auribus, magis quam Sacris literis, accommodari videntur.

b) Joseph. Antiq. l. 1. c. 10.

ΠΑΙΔΟΘΥΣΙΑ.

Oblatio Isaaci mirum fuit fidei experimentum, & ab humanâ ratione alienum; sive mandatum spectemus, sive obedientiam. Παιδοθυσία Deo semper detestabilis; & mortis pœnâ non ita multò post c) interdicta fuit: summa fuit crudelitas filium innocentem jugulare; unicum in cineres redigere, summa ἀστοργία. Non tamen novum & Abrahamo inauditum fuit hujusmodi sacrificium. Philo Judæus libro περὶ Ἀβραὰμ, ex aliorum sententiâ, d) Τὸν δὲ, inquit, τί προσῆκεν ἐπαινεῖν ὡς ἐγχείρησιν κεκαινουργημένης πράξεως, ἣν καὶ ἰδιῶται καὶ βασιλεῖς, καὶ ὅλα ἔθνη δρῶσιν ἐν καιροῖς; *Quid attinet illum*

c) Levit. 20. 2.

d) p. 294. 2.

illum (Abrahamum) *laudare tanquam novi facinoris auctorem, quod & privati, & reges, & gentes integræ ex occasione faciunt?* Feralis iste sacrificandi ritus Abrahami temporibus vetustior erat. Philo Byblius, ex Sanchuniathone, ad ipsum *Saturnum* refert. a) Λοιμοῦ δὲ γενομένου καὶ φθορᾶς, τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ υἱὸν Κρόνος Οὐρανῷ πατρὶ ὁλοκαρποῖ, *Grassante fame & pestilentiâ, Saturnus unicum suum filium Cœlo patri in holocaustum obtulit.* Saturni exemplo invaluit Religio. Philo Judæus, b) loco citato, vetustam superstitionem agnoscit. Βαρβαρικὰ δὲ ἔθνη μέχρι πολλοῦ παιδοκτονίαν ὡς ὅσιον ἔργον καὶ θεοφιλὲς προσοίεδο, *Gentes barbaras diu mactationem liberorum pro sancto opere & Diis grato habuisse.* Cananæos Molocho liberos suos igni comburendos dedisse testatur historia S. ut c) *Sepharvai τοῖς Adra-melech & Ana-melech*: eorum vicinos Phœnices nefandum illud sacrificium jamdudum fecisse apparet,

a) Euseb. Pr. Evang. l. 1. c. 10 p. 38. d.

b) p. 293. f.

c) 2. Reg 17. 31.

d) Euseb. Pr. Ev. l. 4. c. 16. p. 156. d.

d) Ἐκ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς Φίλωνος Φοινικικῆς ἱστορίας.

Ex libro primo Philonis de Phœnicum historiâ.

Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. Κατεσφάττοντο δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς.

Apud veteres mos fuit in magnis periculis, ut reges urbium aut populorum filium maximè dilectum pro calamitate publicâ mactandum darent, ad placandam deorum iram. Qui sic devoti sunt, ceremoniâ mysticâ jugulantur.

Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθείς, ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, (τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι) κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱόν,

Enim verò Saturnus, quem Phœnices Ilum nominant, qui etiam post mortem in Saturni sidus consecratus est, cùm in illo tractu regnaret, & ex Anobret nymphâ indigenâ suscepisset filium unicum, quem propterea nominavit Jeud, (quæ vox etiamnum apud Phœnices unigenam significat) cumq; maximum ex bello periculum immineret, filium cultu regio so-

ἐωμόν τε κατασκευάσας, κατέθυσε. — *ornatum ad aram à se constructam immolavit.*

Iisdem verbis citatur ἀνωνυμως hoc a) *ex Porphyrii libro de Judæis.* Utrobique in Eusebii editis pro ἸΛ legitur Ἰσραὴλ, quasi vox illa fuisset hujus compendium. Verùm Ἴλον, τὸν καὶ Κρόνον, b) *Ilum, qui Saturnus dictus est, Cœli filium* fuisse, ex Sanchuniathone, non semel docuit Philo. Magnus c) Scaliger, aliique d) viri egregii illum secuti, Abrahami historiam à Sanchuniathone indicari existimant. Est autem nimia discrepantia. Scribe Ἰσραὴλ quid ad Abrahamum attinet, qui fuit *Israelis* avus? *Jeud* Saturni verè mactatus est; non item Isaacus. Ejus quidem epithetum *jehid* Genes. 22. 2. sed communne, non proprium; unde Aquila non malè vertit ἀγαπητὸν, *dilectum*: Sic Solomon Davidis e) filius *unicus*, id est, dilectissimus.

a) Euseb. Pr. l. 1. c. 10. p. 40.
b) p. 36.
c) In Fragmenta p. 48.
d) Selden. D. S. p. 118. Bochar. Phœnic. p. 790.
e) 1. Chron. 29. 1.

Ex istis satius est colligere hanc Abrahami tentationem non fuisse καιναὶ δρυηθεῖσαν πρᾶξιν, *actionem innovatam*, ut recens excogitatam, sed ad pristinos Cananæorum mores designatam. Horrendi sacrificii usum apud Phœnices frequentem indicat f) Porphyrius. *Phœnices*, inquit, *in magnis periculis ex bello, fame, pestilentia, charissimorū aliquem, ad id suffragiis publicis delectum, sacrificabant Saturno. Et victimarum talium plena est Sanchuniathonis historia Phœnicicè scripta, quam Philo Byblius Græcè interpretatus est libris octo.*

f) περὶ ἀποχῆς, l. 2. §. 56.

Cum Phœnicum coloniis nefaria ἡ ἀνθρωποθυσίας religio in insulas, in Europam, in Africam, latè propagata est: illæ autem nondum deductæ sunt. In g) Arabiâ, *Dumatii* καὶ ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα *quotannis mactabant puerum*: de ritus initio non constat.

g) Porphyr. ib.

In Ægypto autem vetustissimus fuit. h) Τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὁμοχρωμάτους τῷ Τυφῶνι τὸ παλαιὸν ὑπὸ τῶν βασιλέων φασὶ θύεσθαι πρὸς τῷ τάφῳ τοῦ Ὀσίριδος, *Dicunt homines ejusdem coloris, quem habuit Typhon, à Regibus antiquitus mactatos esse ad sepulcrum Osiridis. Cùm verò pauci Ægyptiorum inveniantur rufi, sed peregrinorum complures; inde apud Græcos invaluit fabula* περὶ τῆς Βουσίριδος ξενοκτονίας *de Busiridis advenas obtruncantis sævitiâ: non quòd Rex aliquis vocatus sit Busiris, sed tumulus Osiridis linguâ vernacula*

h) Diod S. l. 1. p. 56. 2.

a)Plutar. de Iside, p. 380. d. *culâ id nominis habuit.* Sicut a) Manetho tradit, *Homines Typhonios combusserunt vivos, & cinerem eorum ventilando dissipârunt atq; aboleverunt: quod palam factum est, & certo tempore diebus canicularibus.* De loco autem, & nefandi sacrificii abolitione, plura ad Sec. XI, ubi de Amosi.

NILUS fluvius.

§. I.

b)Syncell. p. 55 JAM b) *sub Nephercherc Thinitarum rege,* μυθεύεται τὸν Νεῖλον μέλιτι κεκραμένον ἡμέρας ἕνδεκα ῥυῆναι, *Fertur Nilum melle commixtum diebus undecim fluxisse.* Insolita aquæ dulcedo, lætum prodigium; ut amaritúdo, funestum. c)Plin. l. 31. c. 4. c) *Ter Nili rigua pluviæ amara facere, magna pestilentia Ægypti.*

Ægyptii non tantùm, de cœlo servantes, ex Caniculæ aspectu, d)Hor. Apoll. Hier. 3. d) (*quæ aliquando major, aliquando minor, aliquando splendidior oritur, aliquando secus*) *prognosticon faciebant de iis, quæ toto anno futura sunt;* sed etiam ex incremento fluminis, quod ad ortum istius stellæ exundare solet. e)Plin. l. 5. c. 9 e) *Auctus ejus per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Justum incrementum est cubitorum XVI: minores aquæ non omnia rigant; ampliores detinent tardiùs recedendo; hæ serendi tempora absumunt, solo madente; illæ non dant, sitiente: Utrumque reputat provincia. In XII cubitis famem sentit; in XIII etiamnum esurit: XIV cubita hilaritatem afferunt; XV securitatem; XVI delicias.* Istæ autem undarum mensuræ *Nilometrio Memphitico* competunt, non f) *Elephantino*. f)Strab. l. 17. p. 817. b. Nilus enim in omnes Ægypti partes non æquali incremento assurgit: g)Plutarch. de Iside, p. 368. b. g) *Maximum apud Elephantinam fit, cubitorum XXVIII; minimum apud Mendetem & Xoin, cubitorum VI: Medium apud Memphin, si justum sit, cubitorum XIV.* h)Ibid. Dum autem h) οἴονται πρὸς τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἔχειν τινὰ λόγον τοῦ Νείλου τὰς ἀναβάσεις, *Ista Nili incrementa illuminationibus Lunæ respondere existimant*, nugantur quidem.

§. II. Veteres Ægyptii, intra patriæ terminos, accuratissimi fuerunt fluminis exploratores; non autem, extra: adeo ut neque de causâ incrementi, neque de loco scaturiginis, quicquam unquam assecuti fuerint. i)Herodot. l. 2. c. 19. i) Herodotus *noscendi cupidus, cur Nilus, ab Æstivo solstitio incipiens, ad dies usque centum exundet; & diebus totidem retrocedat; ita ut per totam hyemem, tenuia sint ejus fluenta usque ad proximum sol-*

solstitium æstivum; nihil omnino neque à sacerdotibus Ægyptiis, neque ab alio quopiam percipere potuit. Græcorum conjecturas, *de ventis Etesiis, de Oceano, & de nivibus* rejicit; suam *de Sole* refert: Διεξιὼν τῆς Λιβύης τὰ ἄνω ὁ ἥλιος, ἕλκει ἐπ' ἑωυτὸν τὸ ὕδωρ, ἑλκύσας ἢ ἀπωθέει ἐς τὰ ἄνω χωρία, *Sol Africæ superiora permeans, aquam ad se trahit, attractamque in loca editissima abjicit.* Scitè quidem, si marinas aquas, non *fluviales*, intellexisset. Nili fontes, & incrementi origo procul absunt, in regione exterâ. Ideo, a) Οἱ πάλαι βασιλεῖς οὐ πάνυ ἐφρόντισαν τῶν τοιούτων· καίπερ οἰκεῖοι σοφίας γεγονότες καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς, μεθ' ὧν ἦν αὐτοῖς ὁ πλείων βίος, *Veteres Ægypti Reges de rebus istis parum soliciti fuerunt; tametsi cum ipsi, tum Sacerdotes (cum quibus plurimum versabantur) essent sapientiæ domestici*, vel, domesticæ sapientiæ dediti. *Idque eò magis mirum est, quòd cùm Sesostris Æthiopiam permeaverit, usque ad Cinnamomiferam regionem; & Cambyses, usque ad Meroën; ex istis opportunitatibus non innotesceret istis ætatibus imbrium historia.* Græci rem primi investigârunt: Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον, οἱ δ' ὕστερον αὐτόπται γενηθέντες, ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι· παυσαμένων δὲ τῶν ὄμβρων παυομένην κατ' ὀλίγον τὴν πλημμυρίδα, *Vetustiores conjectura, recentiores ipso visu cognoverunt, Nilum augeri, quando Æthiopia Superior æstivis imbribus abluitur; maximè in extremis montibus; Desinentibus autem imbribus, inundationem paulatim desinere.* Vetustiorum istorum meminit *Posidonius. Ait enim Callisthenem dicere, imbres æstivos causam esse: huncque id ab Aristotele sumsisse; illum verò à Thrasyalce Thasio; illumque ab alio; quem, ab Homero, qui Nilum cœlitùs delapsum cecinit.*

b) Ἂψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο,
Rursus ad Ægypti cœlo delapsa fluenta.

Postea verò *res hæc maximè manifesta fuit iis, qui sinum Arabicum navigarunt, usque ad Cinnamomiferam regionem; & iis qui missi fuerunt ad Elephantorum venationem; aut si qui alii usus impulerint Ptolemæos Ægypti reges, eò homines amandare. Illi enim harum rerum curam habuerunt: maximè Philadelphus, sciendi cupidus, propter imbecillitatem corporis, oblectamenta & quasdam novitatis suavitates indies quæsivit.*

c.20.21.
c.24.25.
a) Strab. l.17. p.789.d.
ib.p.790.a.
ib.p.789.c.
ib.p.790.c.
b) Odyss. Δ. v.581.
ib p.789.d.

Primus hanc causam literis mandasse videtur *Agatharchides Cnidius* (sub Ptol. Philometore) a) Φησὶ γὰρ καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὄρεσι γίνεσθαι συνεχεῖς ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς μεταπωρινῆς ἰσημερίας. Εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, τὴν κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν πηγῶν· κατὰ δὲ τὸ θέρος, διὰ τοὺς ἐκχεομένους ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. *Is enim dicit, in montibus Æthiopiæ pluvias quotannis continuas esse, ab æstivo Solstitio usque ad Æquinoctium Autumnale. Est igitur rationi consentaneum, Nilum hyeme contrahi, quando à solis fontibus naturaliter procurrit; æstate autem ab effusis imbribus increscere.* Addit Diodorus: τὰς αἰτίας μηδεὶς ἀποδοῦναι δύναται μέχρι τοῦ νῦν, τῆς τῶν ὑδάτων γενέσεως: *Nemo adhuc generationis aquarũ rationes reddere potest.* Et paulò pòst. Εἰ δὲ τοῖς παρ' ἡμῖν γινομένοις ἐναντίαν ἔχει τὰ λεγόμενα φύσιν, οὐ διὰ τοῦτ' ἀπιστητέον, *Quòd si hæc, jam dicta, naturã habent contrariam iis, quæ apud nos fiunt; non propterea fidem esse derogandam.* Hanc enim veram esse Niliaci incrementi causam confirmat experientia hodierna; cujus testis est eximius *Franciscus Alvarez*, Regis Lusitani ad Regem Abassenæ legatus. * *In Abassinâ* (inquit ille) *hyems incipit medio Junii, definit medio Septembris: toto tempore ingentes sunt pluviæ; unde crescit Nilus.*

a) Diod. Sic. l. 1. p. 27. b.

ib. c.

ib. d.

* Itiner. c. 146.

§. III.

Veteribus autem pluviarum Æthiopicarum ratio non erat satis perspecta: quippe existimabant Solem, in Zonâ Torridâ, vertici imminentem, inducere siccitatem: τὴν τῶν ὑδάτων γένεσιν loci naturæ contrariam esse conjiciebant. Hinc Ptolemæus, b) *inter gradus* XII & XIII *Australis latitudinis*, collocat *Lunæ*, quem vocat, *montem*; ἀφ' οὗ ὑποδέχονται τὰς χιόνας αἱ τοῦ Νείλου λίμναι, *à quo Nili paludes nives suscipiunt.* Nisi c) *terra, incognita* illi fuisset, quæ australior; ultra Hybernum Tropicum procul dubio removisset Nili fontes; utpote in locum, quem putabat ætas ista pluviis accommodatiorem. Illum quidem secuti sunt recentiores: Sed errorem hunc eruditè coarguit *Isaacus Vossius*, Vir inter literatos celeberrimus. *Quicquid* d) ait, *in Ægyptum adfluit aquarum, id omne Æthiopiæ tribuendum, & quidem isti Æthiopiæ, quam Abassenam hodie adpellant*: Abasseni regni terminos inter e) *VIII gradum & XVI latitudinis Borealis* constituit.

b) Geogr. l. 4. c. 9.

c) ib.

d) De Nili orig. c. 15.

e) ib.

In Zonâ Torridâ, Sol remotior, æstatem; vicinior, hyemem efficit. f) Sol enim, inter Tropicos, Oceano ad perpendiculum im-

f) Jos. Acosta l. 2. c. 7.

mi-

minens,ejus humores rarefactos copiosè attollit;quos in nubes densatos,& ab Oriente in occidentem perpetuò tendentes, sistunt montes; qui in mediâ zonâ longè excelsiores sunt;quàm alibi terrarum. (ut hoc naturæ beneficio,istic etiam tellus habitabilis fieret.) Ab interrupto cursu,tempestates cum fragore tonitribusque, venti imbresque oriuntur,& hyems ingruit molestissima.

Hinc fit,ut illis qui inter æquatorem & Hybernum tropicum habitant,ab æquinoctio autumnali autumnus incipiat, & desinat tempore brumæ : à brumâ ad æquinoctium vernum,hyemem sentiant adultam pluviasque continuas : inde ad solstitium æstivum Ver illis est; & æstas inde ad æquinoctium autumnale : pari,ac nobis ,ratione anni; nisi quòd illis Sol sit remotior; nobis vicinior.

Qui autem inter Æstivum tropicum & æquatorem habitant, contrarias habent anni vices : Autumnus illis ab æquinoctio verno incipit; hyems,à solstitio æstivo: Pluviæ autem intensissimæ sunt, cum Sol versatur in Leone : tunc nives,tunc frigus, tunc flumina, quæ signis subsunt borealibus, crescunt. Ver illis ab æquinoctio autumnali incipit; æstas à solstitio hyberno : & cum Sol versatur in Aquario,illi maximè torrentur, & decrescunt flumina. Qui autem sub æquinoctiali habitant,tam verno æquinoctio, quàm autumnali tempora pluvia experiuntur.

Ex his manifestum est,si Nili fontes ultra æquatorem essent constituti,fluvium illum bis quotannis redundare necessarium esse; tam hyeme,ob Australis hemisphærii pluvias; quàm æstate (ut solet) ob Borealis.

Ad
SECULUM VI.

Æra Argiva.

INitium *Pheronei* statuitur anno Per.Jul. 2872 , qui est numerus Eusebianus 175 : ab Eusebio autem ponitur numero 211. Differentia est annorum 36.

Prochronismi nostri duo sunt gradus : alter annorum 26, qui communior est,& non tantùm *Argolica*,sed etiam *Attica* omniaque

L 2 Græ-

Græcorum tempora ſpectat quæ ſunt *Bello Trojano* vetuſtiora, & ad Epocham illam referri ſolent. Nam intervallum temporis ab *Excidio Ilii* ad *Primam Olympiadem*, totidem annis majus eſt in Arundelliano Marmore, quàm apud Euſebium; de quâ re, ſuo loco. Gradus alter annorum 10 peculiaris eſt, ab *Adventu Danai* ortus. Apud Euſebium, *Danai annus primus* eſt *Erichthonii Athenarum regis* 14; is eſt ab initio *Cecropis* annus 82. At ſecundum Marmor Arundellianum, *Danaus in Græciam appulit* anno æræ Atticæ 72, qui eſt quartus *Erichthonii*, & Per. Jul. 3203. Ex auctoritate a) *Caſtoris Rhodii*, Argivorum regum VIII, uſque ad appulſum Danai, numerantur anni 332. Cœpit igitur Phoroneus an. 2872.

a) Euſeb. n. 160.

In Catalogo Regum nos ſequimur *Euſebium*; ille *Caſtorem*. Excerpta Caſtoris, quæ à Caſaubono accepit b) Scaliger, cum Euſebianis optimè conveniunt. c) *Tatianus* eoſdem reges recitat, ſed ordine turbato, & abſque annorum numeris. *Syncellus* tranſcribens Euſebium, d) numeros mutilat. Ab iſtis non parum diſſentiunt *Pauſanias* & *Hygenus* Mythologus: Diſcrepantiam aſpice.

b) Theſaur. temp. p. 214. 264.
c) p. 172 A. poſt Juſtin. M.
d) Syncell. p. 152.

Ex Caſtore.	ἔτη	Ex Pauſania l. 2. p. 112.	Ex Hygeno.
Φορωνεὺς	ξ	Φορωνεὺς Ἰνάχου.	*Phoroneus.*
Ἄπις	λε		
		* * * *	* * *
Ἄργος	ο	Ἄργος Φορωνέως θυγατριδοῦς.	*Argus Jovis* F.
Κρίασος	νδ	Πείρασος Ἄργου.	*Peranthus Argi* F.
Φόρβας	λε	Φόρβας Ἄργου.	* * *
Τριόπας	μϛ	Τριόπας Φόρβαντος.	*Triopas Peranthi* F.
* * *		Ἴασος Τριόπα.	* * *
Κροτωπὸς	κα	Κροτωπὸς Ἀγήνορος.	*Pelaſgus Agenoris* F.
Σθένελος	ια	Σθενέλας Κροτώπου.	* * *
* * *	Sum. 332.	Γελάνωρ Σθενέλα.	* * *
Δαναὸς		Δαναὸς ἀπ' Αἰγύπτου.	*Danaus Beli* F.

e) Pauſan. l. 2. p. 112.

Phoroneus e) *primus* ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρῶτος *patrem habuit Inachum* οὐκ ἄνδρα, ἀλλὰ τὸν ποταμὸν, *non virum, ſed fluvium.* Τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινὸν, ἀποράδας τέως καὶ

ἐφ'

ἐφ' ἑαυτῶν ἑκάστῳ οἰκοῦντας, *Hic primus homines antea dispersos & seorsim habitantes in jus civitatis compulit.* Hic a) *leges judiciaq; constituit.* Sub hoc b) τὸ θηριώδες βίου καὶ νομάδος περιγραφῇ γέγονε, *ferina & pastoralis hominum vita mitior & elegantior facta est.*

a) Euseb. Chron.
b) Tatian. p. 72 c.

Phoroneo æqualis erat Ogyges. Nam c) Africanus *Acusilaum, ab Ogyge ad Primam Olympiadem, annos* 1020 *collegisse* refert. Fuit ille d) *Rex Ectenarum, qui primi fuerunt Thebaidis incolæ; quos pestilentiâ periisse ferunt: ab eo Thebæ Ogygiæ à poëtis dictæ sunt.* e) *Ejus filia Alalcomenia, Minervæ nutrix.* Unde Homero dicta — Ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη. Alii Ogygem in Atticâ regnâsse volunt. Castor, apud f) Scaligerum, Tempore Phoronei Ὠγύγος Ἐλευσῖνα ἔκτισε, *Ogyges Eleusinem condidit.* g) *Eleusini urbem ab Eleusine Ogygis filio nomen habuisse volunt.* Diluvii quod in Atticâ sub Ogyge contigit meminerunt, post Tatianum, Clemens Alex. Africanus, Eusebius, Syncellus, Cedrenus, alii.

c) Euseb. Præp. l. 10. c. 10.
d) Pausan. l. 9 p. 548.
e) Ib. p. 593.
f) Thesaur. p. 214.
g) Pausan. l. 1. p. 71.

h) Τελχῖνες καὶ Καρυᾶται πρὸς Φορωνέα καὶ Παῤῥασίους ἐπολέμησαν, *Telchines & Caryatæ Phoroneo & Parrhasiis bellum inferunt.* Ab istis i) *Sicyon* Τελχινία *dicta est:* k) Caryatæ & Parrhasii sunt Arcadiæ populi. l) Apis, Phoronei filius, ὑπὸ Θελξίονος καὶ Τελχῖνος ἐπιβουλευθεὶς, ἄπαις ἀπέθανε, *Thelxionis & Telchinis insidiis proditus, sine liberis mortuus est.* Tandem m) Τελχῖνες ἐκπεσόντες Πελοποννήσου Ῥόδον ᾤκησαν νῆσον, *Telchines expulsi Peloponneso Rhodum insulam migrant;* quæ n) εἶτα Τελχινὶς *deinde Telchinis dicta est.*

h) Syncell. p. 126. c.
i) Steph in.
k) Pausan. l. 8.
l) Apollodor. l. 2.
m) Syncell. p. 149. b.
n) Strab. l. 14.

Apim Sicyonium, cum toto illo laterculo, rejiciendum o) censuimus: *Apim, in Argivorum* serie, rejiciunt Pausanias & Hygenus. Utrumque *Apim* promiscuè habent Mythologi. Æschylus unum *Apim* agnoscit, non Regem, sed advenam.

o) supra, p. 16.

p) Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις, παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
Τὴν δ' ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων, &c.

p) Supplic. v. 266.

Apis, ait, veniens ultra Naupactum medico-vates, Apollinis filius, regionem hanc noxiis bestiis purgavit. Addit *Argivos in supplicationibus publicis accepti beneficii memores; & terram quondam Apiam vocatam fuisse.*

Phoroneo itaque *successit Argus, Phoronei* θυγατριδοῦς, *ex filiâ nepos*: Argo, *Pirasus* (sive *Peranthus*, sive *Criasus*) *ejus filius*; huic, *Phorbas* frater; cui, *Triopas*. Illius successorem solus Pausanias ponit *Jasum, Triopæ filium*; cui suffragatur Scholiastes, ad illud Homeri

a) Odyss. 18. v. 245. ——— a) Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί.

b) Stephan. Jασς. Neque regnavit tantùm, sed etiam urbi nomen suum reliquit. b) Ἴασος, τὸ Ἄργος· καὶ Ἰάσιοι, οἱ κατοικοῦντες. Cæterùm *Agenor, Triopæ filius, cum multo equitatu invasit Argos*: quod docet Scholiastes, ad hæc Homeri verba c) Ἄργος ἐς ἱππόβοτον ———

c) Iliad. 3. v. 75.

d) Pausan. Attic. p. 25.

Et d) *Trochilus* (non Argis, sed posteà Eleusine) ἱεροφάντης, *pulsus Argis* κατὰ ἔχθος Ἀγήνορος, *propter odium* Agenoris, *Eleusina se contulit, ubi uxore ductâ, Eubuleum & Triptolemum genuit*. Agenor, inquam, qui equitatu valebat, & cives in exilium pellebat, inter Reges Argivos annumerandus est: cujus & pater *Triopas*, & filius (sive *Crotopus*, sive *Pelasgus*) etiam regnaverunt.

Mythica hæc Græcorum tempora, κατὰ φυσὰς à veteribus conservata, in Chronica à recentioribus conjecta, non usquequaque certa sunt atque explorata.

Regni Thinitarum finis.

e) Syncell. p. 56. b.

CHeneri *Thinitarum regi* 17 successit e) *Necherophes*; ἐφ' οὗ Λίβυες ἀνέστησαν Αἰγυπτίων, καὶ τῆς σελήνης παρὰ λόγον αὐξηθείσης, διὰ δέος ἑαυτοὺς παρέδοσαν, *Sub quo Libyes ab Ægyptiis defecerunt: & quum Luna supra modum ordinarium augescere visa esset, religionis metu sese dediderunt.*

f) L. 7. c. 56.

Ad hoc bellum referre licet illud f) Plinii, *prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus , quos vocant phalangas.* Prodigium autem, quod Manetho ad Lunam, alii ad stellam Veneris retulerunt. g) *In cœlo (inquit M. Varro libris de gente Populi Rom.) mirabile extitit portentum in stella Veneris: Castor scribit tantum portentum extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum ita neque antea neque postea sit. Hoc factum Ogyge rege dicebant Adrastus Cyzicenus & Dion Neapolites, Mathematici nobiles.* In hoc seculo conveniunt *Ogyges* & *Necherophes*: neque diversa forsan fuerunt prodigia.

g) Augustin. de Civ. Dei, l. 21. c. 8.

Africanus, qui *Memphitarum* reges omnes *Thinitarum* regibus

gibus postposuit, *Necherophem* hunc de calce Thinitarum in caput Memphitarum transposuit, loco *Menis*, ne repetitum illius nomen immensam Dynastiarum concatenationem suspectam faceret. Eo pacto *Necherophes* (non *Menes*) Æsculapio antepositus, *Memphitarũ* coryphæus constituitur. Nos *Menẽ*, nos *Necherophem* suis locis postliminiò restituimus; illum *Memphitarum* primum, hunc *Thinitarum* postremum existimantes. Ex istis enim quæ suprà a) disseruimus, liquet primæva tempora *Meni* atque *Æsculapio* competere: ex *defectione istâ Libycâ*, VI. hoc Seculum *Necherophi* magis congruum videtur. Huc usque enim in Ægypto a) p. 18.

* *Mollia securæ peragebant otia gentes.* * Ovid. Met. l. 1.

Hoc tandem Seculo bellum geri non est incredibile; quod Syrorum Græcorumque exemplis docemur.

Necherophes itaque Thinitarum regum ultimus fuit; cum quo finem accepit Regnum illud quod ab initio *Menis* duraverat annos 593. Causa mutationis in tanto Vetustatis silentio prorsus latet. Verisimile est Regnum Thinitarum Thebano accrevisse, & *Apappum, Thebanorum regem vicesimum, Maximi* cognomentum ab imperii incremento accepisse.

Conjecturam adjuvat regni *Memphitici* status, quod etiam hisce temporibus Thebano regno accessisse videtur. Sicut in Canonis principio *Menes* & *Athothes* tam inter *Thebanos* quàm *Thinitas* recensentur, non tamen diversi sunt reges, sed uni & iidem; ita posteriores *Memphitarum* reges (VI & VII Sec.) licet aliis sub nominibus recitentur; non tamen ab istis, qui in *Thebanorum* serie nominantur, diversos esse suspicamur. Suspicionis ansam dederunt mira regnandi diuturnitas brevitasque: utrobique toto seculo regnatum est; utrobique uno tantùm anno. b) *Thebanorum rex vicesimus Apappus Maximus dicitur regnasse unâ horâ minùs annis C.* Apud Memphitas pariter, rex vicesimus c) *Phiops, qui cœpit sexennis, regnavit ad annos usque C.* Dein Rex XXI, in utroque laterculo regnat annum solummodo unum. Ista regnandi æqualis inæqualitas nimis insolita est, ut illam bis & simul fortuitò contigisse credamus. Verùm omnem hâc de re dubitationem tollit *Reginæ* successio. *Nitocris* enim tam apud *Memphitas* quàm *Thebanos* vicesimum secundum locum obtinet: neque post eam cujuspiam superest Memphi regnantis nomen. De illâ autem, Seculo proximo.

b) Syncell. p. 104. c.
c) p. 58. d.

Regnum

Regnum Elephantinorum.

(a Syncell. p. 57.

INter Memphitarum regem XVI & XVII ab Africano intertexitur a) Πέμπτη δυναστεία βασιλέων ἐξ Ἐλεφαντίνης, *Quinta dynastia regum ex Elephantina.*

	ann.
1. User-cheres	28
2. Sephres	13
3. Nepher-cheres	20
4. Sisiris	7
5. Cheres	20
6. Rathuris	44
7. Mer-cheres	9
8. Tar-cheres	44
9 Obnos	33
Sum.	218

b) p. 58. c.

Africanus perperam colligit annos 248; b) Eusebius reges 31, qui tamen desiderantur omnes. Inter hos reges & *Thinitas* posteriores magna est nominum similitudo: *Nepher-Cheres* utrobique regnat: an sit unus idemque, ita ut *Elephantini* essent *Thinitis* σύγχρονοι an horum reliquiæ illi habendi sint, qui post regnum excisum in partes Australiores, Æthiopiæ conterminas, sese contulerint, statuere nequeo. Propter incertitudinem temporis hi Reges locum in Canone non obtinent: cum *Memphitis* (quibus interseruntur ab Africano) nihil est *Elephantinis* commune; illi ad Septentrionem, hi ad Meridiem positi, toto Thebanorum Thinitarumque territorio disparati sunt.

c) Mela l. 1. c. 9.
d) Ptol. l. 4. c. 5
e) Plin. l. 5. c. 9
f) Ib. l. 17. c. 21
g) Ib. l. 24. c. 17
h) Bochart. Geogr. S. l. 4. c. 26. §. 3.

Sola supersunt horum *Regum* nomina: eorum res gestæ prorsus ignotæ sunt. Regni metropolis erat c) *Elephantis, urbs inter Ægypti clarissimas.* d) Νῆσος Ἐλεφαντίνη, e) *Elephantis insula infra novissimum Cataracten* 3000 *pass. & supra Syenen* 16000 *habitatur, navigationis Ægyptiæ finis.* Hujus ditionis non tantùm f) *Elephantine Thebaidis,* sed forsan etiam g) *Elephantine Æthiopiæ*, sive *Philæ* urbs in Δωδεκασχοίνων regione. h) *Philarum nomen Ægyptium vel Æthiopicum idem sonare videtur quod Græcum Elephantine; quia Arabi-*

rabibus & *Æthiopibus Phileſt. Elephas.* Neque diſſimiles fuerunt urbes vicinæ. a) *Paulò ſupra catarractem ſunt Philæ, communis Æthiopum & Ægyptiorum habitatio, ſtructa inſtar Elephantines, & magnitudine æqualis; templa habet Ægyptia, ubi Accipiter colitur Æthiopicus.* b) In viâ à Syene ad Philas ducente utrinque poſita ſunt *ſaxa ſphærica* 12 pedes craſſa *majoribus impoſita*, minoribus ſuppoſita. Illa Regum Elephantinorum & magnatum monumenta exiſtimare licet. a) Strab. l. 17. p. 818. b) Ib.

Hæc loca, forſan & hæc tempora, reſpexit c) Heliodorus. *Philæ*, inquit, *Urbs ad Nilum ſita eſt paulò ſupra minores catarac̄tas, à Syene verò & Elephantina centum circiter ſtadiis. Hanc olim Ægyptii profugi cùm occupaſſent & inhabitaſſent, ambiguam fecerunt inter Æthiopes & Ægyptios: illis Æthiopiæ fines ad catarac̄tas promoventibus; Ægyptiis verò etiam Philas ſibi vendicantibus, κατὰ τὴν προενοίκησιν τῶν παρ' ἑαυτοῖς φυγάδων, ὡς ἂν δορυαλώτους, per profugorum ſuorum præoccupationem quaſi haſtâ captas*, & bello partas. c) Æthiop. l. 8. initio.

Controverſia iſta ab his Elephantinorum temporibus potius deducenda eſt, quàm ab alterâ migratione d) *Ægyptiorum, qui Pſammetichum fugientes, aliam ſuper Meroen inſulam obtinuerunt, & Sembritæ, id eſt advenæ, dic̄ti ſunt.* d) Strab. l. 16. p. 770. d. l. 17. p. 786. b. Plin. l. 6. c. 30.

Scripſit e) Manetho περὶ ἐθνῶν Αἰγυπτιακῶν πέντε ἐν τριάκοντα δυναστείαις, *de V. Ægypti gentibus, in 30. dynaſtiis.* Neq; numerus quinarius, neq; vox ἐθνῶν, ſatis competit iſtis quæ apud Syncellum ſequuntur, τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς Θεῶν καὶ Ἡμιθέων καὶ Νεκύων καὶ Θνητῶν. In Canone quatuor veteris Ægypti Gentes totidem lateculis aſſignantur; adjice *Elephantinorum* Quintam. e) Syncell. p. 40. c.

Ad

SECULUM VII.

Iſraelitæ in Ægyptum.

ANno Per. Jul. 3012, quum jam præterierant à Diluvio anni 641, & à Profec̄tione Abrami 215, Jacobus Patriarcha *cum LXVI de femore ſuo* ingreſſus eſt Ægyptum, ubi reperit Joſephum cum duobus filiis: f) *ſic omnis familia Jacobi quæ venit in Ægyptum fuit LXX.* f) Gen. 46. 27.

Numerus iſte annorum 215 ad hunc modum colligitur. g) *Abrahamo centenario natus eſt Iſaac*, poſt egreſſum ex Haran anno XXV. h) *Iſaac annum agens LX.* genuit Jacobum; Qui i) anno ætatis CXXX deſcendit in Ægyptum. g) Gen. 21. 5. h) 25. 26. i) 47. 9.

Peregrinatio Ebræorum, quæ fuit annorum 430, in duo æqualia

M par-

partitur intervalla: Degebant illi in Canaan annos 215 ante κάθοδον in Ægyptum; alteros annos 215. commorati sunt in Ægypto. Cùm igitur tanta sit illorum in Ægypto mora, operæ pretiũ fuerit disquirere, quibus in Partibus consederint, & sub quibus degerint Regibus.

a) Gen. 47.6. Israëlitæ, ex mandato Pharaonis, a) *habitabant in terrâ Ghosen.*
b) v.28. Neque primo tantùm, sed toto commorationis tempore. b) Anno 17
c) 50.8. post ingressum, parvulos & greges reliquerunt c) *in terrâ Ghosen*, dum
d) 47.27. ascenderent ad sepeliendum Jacobum. Nimirum d) *habitavit Israel in Ægypto in terrâ Ghosen, & possederunt eam; & creverunt & valde multiplicati sunt* eodem in loco.

Verùm ubi terrarum fuit *Ghosen*? Certè in Inferiore Ægypto; & habitatio Israelitarũ Syriæ & Arabiæ finitima. Josephus patri advenienti è Canaan occurrit e) *ad Ghosen*. Cùm ex Ægypto tandẽ discederẽt
e) Gen. 46. 29. Israelitæ, primum iter illinc fuit in* *Succoth*, id est tentoria, sive Ara-
*Exod. 12.37. biæ desertum.

Eo autem consilio Israelitæ in extremis Ægypti finibus à Pa-
f) Gen. 46.34. triarchâ collocari videntur, ut illi (cùm essent f) *pastores* & extranei) ab Ægyptiis semoti, non solùm minùs detestabiles essent, quàm si in eorum medio versarentur; sed etiam ut, tum habitatione, tum moribus segregati, in cultu veri Dei magis constanter perseverarent. Neque est verisimile illos unquam ad interiora Ægypti versus Occasum aut Austrum penetrâsse.

g) Hieron. trad. Hebr. in Genes. p. 1343.d. Rerum suarum imperiti, g) *nonnulli Judæorum asserunt Ghosen nunc Thebaidem vocari; & terram in Ramesse pagum Arsenoitem sic olim vocatam autumant.* Neque magis probanda est Chronologia
h) Euseb. Chr. p. 362. h) Vulgaris, quæ servituti Israeliticæ adjungit *XVIII Dynastiam Diospolitanorum Regum*; qui neque huic tempori, neque loco competunt; cum illi & seriores sint, & longinquiores.

Israelitæ itaque non quidem Memphiticis, nedum Thebanis, sed inferioris Ægypti regibus subditi fuerunt; quorum laterculum unus exhibet Syncellus. Appositè ad hæc tempora plurimi in eo recensentur reges, qui vel *Ramesis* nomen, vel ex *Ramesse* compositum ha-
i) Syncell. p. 101, 103. bent. i) 18 *Rameses*, 19 *Ramesso-Menes*, 21 *Ramesse-Seos*, 22 *Ramesse-Meno*, 23 *Ramesse-Τυβαηθῆ* (Ιυβαοσῆ Scaligero) 24 *Ramesse-Vaphres.*

Secundum calculos nostros, penultimus ille est *Pharao* qui ex-
k) Gen. 47. 11. cepit Jacobum. Neq; desideratur ejus nomen in Historiâ Sacrâ. k) *Joseph patrem suum & fratres suos habitare fecit, & possessionẽ eis dedit in terrâ Ægypti, in optimo terræ, in terrâ Ramesis*: Casu genitivo, ut & Syriaca

riaca versio: quasi dicas, Assignavit eis pulcherrimam terræ partem, quæ fuit in territorio Regis *Rameses*, regis nomen; *Ghosen*, loci.

Nitocris Regina.

SUB adventu Israelis in Ægyptum Inferiorem, regnabat adhuc in Superiore, κατὰ συγχρονισμὸν Canonis, longævus ille qui Thebanis *Apappus Maximus*, Memphitis autem *Phiops* appellatur: Cui jam centenario successit Βραχύεις ille qui regnavit uno tantum anno, & Thebanis vocatur *Achescus Ocaras*, Memphitis *Mente Suphis*. Conveniunt annorum numeri, discrepant nomina. Sequitur in utroque laterculo NITOCRIS Regina: In a) Thebano, κβʹ. ἐβασίλευσεν Νίτωκρις γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἀνδρός, ὅ ἐστιν Ἀθηνᾶ νικηφόρος, *Ordine XXII. regnavit Nitocris, fœmina pro viro, cujus nomen* (ex interpretatione Eratosthenis) *est Minerva Victrix*: in b) Memphitico, 22. Νίτωκρις γενναιοτάτη καὶ εὐμορφοτάτη τῶν κατ' αὐτὴν γενομένη, ξανθὴ τὴν χροιάν, ἣ τὴν τρίτην ἤγειρε πυραμίδα. *Nitocris generosissima & formosissima mulierum sui temporis, flavo capillitio; quæ tertiam Pyramidem erexit.* Duas in Ægypto Nitocres, eodem tempore regnantes, supponere vetat c) Herodotus, apud quem inter Ægypti reges recensetur μία γυνὴ ἐπιχωρίη, *Una fœmina indigena, cui nomen idem quod reginæ Babylonicæ, Nitocris.* Altera illa longè recentior. In Ægypto autem unica procul dubio fuit Nitocris, Thebis Memphique imperans. Scaliger Nitocrin Thebanã à Memphitâ nimiũ amovit.

a) Syncell. 104. c.

b) P. 58. b.

c) L. 2. c. 100.

Apud d) Josephum hujus reginæ nomen est depravatum: pro Nitocri legitur Νικαύλη, γυνὴ βασιλεύουσα τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας, *Mulier quæ Ægypti simul ac Æthiopiæ regnum obtinebat.* Quod quidem ad duplex ejus regnum referri potest: Thebais enim Æthiopiæ nomine non raro designatur. Veruntamen Herodoti *Nitocris* perperam sumitur à Josepho pro reginâ illâ quæ Solomonem adiit.

d) L. 8. c. 6. p. 269. c.

e) *Ægyptii licet omnium mortalium sint religiosissimi, nomina tamen sua plerumque è cœlo trahunt*; & quæ Deorum sunt, sibimet ipsis imponunt. Sic Græca Ægyptiorum nomina f) *Hermapion*, *Horapollon*, g) *Heraclammon*, *Serapammon*, ex binis Deorum nominibus compinguntur. Sic *Nitocris* idem valet quod *Minerva Victrix*. Ante Eratosthenem, h) Plato docuit Minervam Ægyptiis appellari *Neith*. De urbe Sai, ἧς, inquiit, τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν Αἰγυπτιστὶ μὲν Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δέ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ, *Ubi dea, urbis fundatrix, Ægyptiacè quidem vocatur Neith, Græcè autem (ut illi asserunt) Minerva.* i) Ciceroni, *Minerva Secunda orta Nilo, quam*

e) Lucian. pro imag. fine.

f) Ammian.

g) Vopisc.

h) In Timæo, p. 1043. a.

i) Nat. Deor. l. 3. p. 248.

a)Herod. 2. 83. 175. *Ægyptii Saitæ colunt.* In eâ urbe a) *Oraculum Minervæ*; & προπύλαια huic Deæ ab Amase constructa.

Inter fuscas Ægypti fœminas *flava Nitocris pulcherrima* habebatur; non tam quia color iste in Ægypto rarissimus, quàm quia Isis dea eadem quæ Flava b) *Ceres.* c) τῶν μὲν Αἰγυπτίων ὀλίγους τινὰς εὑρίσκεσθαι πυῤῥούς· *Ægyptiorum pauci inveniuntur rufi*; d) *rufos homines probris insectantur, quia Typhon rufus erat.*

b)Herod. l. 2. c. 56. c)Diod. l. 1. p. 56. 2. d) P. 77.

Prima mulierum Nitocris regnum in Ægypto exercuit; lege illâ quæ Quarto Seculo sancita est: nec Thinitis tantum & Thebanis, sed etiam Memphitis imperavit. Γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἀνδρός, *Fœmina pro viro*; scil. fratri, post unum regni annum interfecto, successit. e) *Dicunt hanc fratrem, quem Ægyptii regnantem interfecerant, ultam fuisse, quum interfectores regnum ad illam detulissent. Vindicatum est multis Ægyptiorum dolo absumptis. Extruxit enim illa cœnaculum subterraneum valde longum, prætextu novitatis, sed aliud mente machinata; & convocatis ad convivium multis Ægyptiorum, quos cædis maximè conscios fuisse noverat, discumbentibus magnum flumen per occultum canalem immisit. Ipsa autem sese conjiciens in domum cinere plenam illæsa evasit.*

e) Herod. l. 2. c. 100.

Regni Memphitarum finis.

POST Nitocrin nullius superest *Memphitarum* Regis nomen. Apud Africanum quidem VII atque VIII Dynastiæ etiam *Memphitarum* titulum præ se ferunt. Veruntamen Regni sedem Thebas translatam videri diximus: ac licet Urbs ipsa in posterum duraverit; res tamen Memphiticas, circa hæc tempora, admodum imminutum iri videbimus, ex sequentibus.

Ut autem res istas simul absolvamus, nec minimis momentis interturbetur intervallum proximum, ne sit extra locum duas istas Africani Dynastias hic trutinare.

f) Syncell. p. 58. c. g) P. 59. a.

f) *VII Dynastia Memphitarum regum LXX, qui regnârunt diebus LXX.* Quot dies, tot reges. Numerus Regum imminuitur ab Eusebio: pro ο legitur ε. g) *VII Dynastia Memphitarum regum V, qui regnârunt diebus LXXV.* Dierum numerus augetur, ut reges singuli XV dies habeant. Quid autem de tantâ regnandi brevitate dicendum? Ad vindictam Nitocris referri non potest, cùm hi post illam collocentur. Num igitur ad ἅλωσιν Memphiticam, non ita multo pôst à *Pastoribus* perpetratam? Utcunque sit, non magni ponderis est bimestre tempus inter tot annorum centurias.

a) *VIII*

a) *VIII Dynastia Memphitarum regum XXVII, qui regnârant annis CXLVI.* Discrepat Eusebius tam Regum, quàm Annorum numero. b) *VIII Dynastia Memphitarum regum V, qui regnârunt annis C.* Quàm incerti sunt ex discrepantiâ numeri? In meris numeris quantum inane? Si supponamus obscuros aliquos Memphidis reges per annorum sesquicenturiam, *Pastoribus* fuisse contemporaneos; quid de illis non fabulosum excogitari potest? In vacuis hujusmodi Dynastiis, non immeritò suspecta est Africani fides. a) Syncell. p. 58. c. b) P. 59. a.

Vetus Chronicon Dynastias XVII, XVIII, & XXVI etiam *Memphitis* attribuit. Cùm verò Africanus & Eusebius sub aliis titulis easdem recenseant, illæ suis locis amandandæ.

Hæc autem hîc dicta sunto, ut appareat æram Memphiticam tam calce laborare, quam capite: ἀποκεφαλισμὸς sanè ab Africano fuit, qui Menem expunxit; forsan & ἀποδία.

Primi Intervalli terminus.

IN laterculo Syncelli *Concharis* rex est hujus intervalli postremus. c) Τῷ ε' ἔτει τοῦ κε' βασιλεύσαντος Κογχάρεως τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ τῆς ις' δυναστείας, τοῦ Κυνικοῦ λεγομένου κύκλου παρὰ τῷ Μανεθῶ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως καὶ οἰκιστοῦ Μεστραὶμ τῆς Αἰγύπτου πληροῦνται ἔτη ψ', βασιλέων κε'. Καὶ διεδέξαντο Τανῖται βασιλεῖς. *Anno quinto Conchareos, XXV regis Ægypti, in XVI Dynastiâ, complentur, à Mestrem primo rege & incolâ Ægypti, anni DCC Cycli Canicularis à Manethone dicti, Regumq; XXV. Et successerunt Tanitæ reges.* c) Syncell. p. 103. c.

Ennius (de primis Romæ Palilibus magis cautè, sed minus verè cecinit, d) *Septingenti sunt paulò plùs aut minùs anni.* Syncellus ab initio Menis ad finem hujus intervalli, sive *quintum Conchareos annum*, præcisè numerat annos DCC. Illo annorum spatio, & Regum XXV successione, conficit ille XVI Dynastias; quum ex e) Scaligeri calculo, juxta Africanum, *colligantur XVI Dynastiarum anni MMMDCCCXXXV.* Immensa est Numerorum differentia; Terminorum autem nulla. d) Varro R. R. l. 3. c. 1. e) Can. Isag. p. 126.

Vetus Chronicon, post *Semideos*, recenset γενεὰς XV, *Cynici Cycli annis* 443: *dein XVI Tanitarum dynastiam.* Georgius Syncellus (qui eandem statuit Cycli istius, atq; regni Ægyptiaci epocham) XV istis Regum successionibus adjicit Dynastiam XVI, annorum 257; eoq; modo vicê supplet totidē Dynastiarū, quas Africanus tātis turbis & machinis consarcinaverat. Nos, Georgii exēplo, Africanū deserimus, & ab initio *Menis* usq; ad *Pastorū* adventū, sive *Tanitarū* regum Dynastiā, statuimus annos tantùm DCC.

XVII Dynastiæ Africani.

UT autem calculi nostri non sine ratione poni videantur, par est ut istas Africani Dynastias sigillatim examinemus.

Manethonem ex Diis Semideisque primas suas Dynastias constituisse; & Africanum, istis abdicatis, suas ex ingenio plerumque confinxisse, a) diximus. Jam de singulis.

a) p. 5.

Sex primores longè melioris notæ sunt, quàm reliquæ. Reges enim nominatim recitant cum suis regnandi annis. I & II *Thinitarum*; III, IV, & VI sunt *Memphitarum*. Has integras & κτ̓ πλάτος in Synopsi nostrâ adhibuimus: & sanè totos occupant illæ DCC annos. V *Elephantinorum* seorsim dedimus. Cæteræ omnes (exceptâ XII, extra locum positâ) prorsus nihil præter numerales literas exhibent. Tanti fumi venditor Africanus.

VII & VIII sunt etiam *Memphitarum*, de quibus modò diximus.

IX & X sunt *Heracleopolitarum*; & præter ὀμάδας nihil habent. Conjecturam de istis b) fecimus.

b) p. 19.
c) Syncell. p. 59.

XI, XII, & XIII sunt c) *Diospolitarum*. XII quidem refert septem Regum nomina, inter quos *Sesostris*; unde emicuit nobis istius fragmenti ἀναχρονισμός. Itaque, libro III, in disquisitionem veniat illa: Duæ alteræ numeri sunt.

d) p. 61.

XIV desideratur Africano; Eusebius tamen illam d) *Xoitarum* fuisse docet: illa reges 76 intra 184 annos coarctat. Suspicari poteris illos Ægyptios fuisse sedibus pulsos, qui in Palustribus contra Pastores sese tutati sunt.

e) Ibid.

XV, XVI, & XVII, apud Africanum, e) *Pastorum* titulum præ se ferunt. In istis omnibus Eusebius in diversum abit: illi XV *Diospolitarum*, XVI *Thebæorum*, (quasi Thebæ non essent Diospolis) & XVII *Pastorum* dicitur. XVI & XVII Africanô, XV & XVI Eusebio, prorsus inanes sunt & nullius momenti. Sanè ea est utriusque licentia, quæ Dynastiarum fidem labefactare possit; & ex discrepantiâ non leve sit commenti argumentum.

His seriò perpensis, persuasissimum est istam Dynastiarum concatenationem esse fallacem, neque ad mentem Manethonis compositam. Accedit in cumulum, quòd in cæteris quotquot sequuntur Dynastiis, præter unam XX, nihil istiusmodi vacuum occurrit, aut ἀνώνυμον. Hæc autem nos hîc ideo non omittenda duximus; ut Chronologia hæc, quam tradimus, si non probetur viris doctis, saltem sit excusatior.

CHRO-

CHRONICI CANONIS

LIBER SECUNDUS

continet annos DCC.



HActenus Ægyptii, per septingentos annos tranquillo freti otio, Pacis artibus operam dederunt: Hactenus Israelitæ, per annos 58 in extimis Inferioris regni partibus liberè agentes, conservârunt comiter majestatem illorum Regum qvi beneficiorum Josephi non fuerunt immemores.

Cæterùm fortuna non fuit æqvabilis & perpetua: tristissima insecuta est rerum Ægyptiacarum mutatio: imbellem populum vis extranea subitò invasit, & antiqvis sedibus expulit: pars magna extorris; pars durâ oppressa est servitute; reliqva longò vexata intestinoqve bello. Gravissimâ hâc procellâ tam Superior perculsa est Ægyptus, qvàm Inferior: neque fuit ipsa *Memphis* clade immunis. Stetit tamen inconcussa res *Thebanorum*, quorum ope Ægyptus tandem ab hostibus liberata est.

Nos autem, superatis jam infrænis Africani Dynastiis, facilioribus agemus habenis. Cursum dirigit Thebanorum Regum successio, rectissima illa obscurorum temporum norma: concurrit alia Regum Extraneorum, qui ab Ægyptiis per sarcasmum *Pastores*, à regni sede *Tanita* dicti sunt.

Sæc.

Sec.	Æra Æg.	Reges Thebani (ex Eratosthene.)	an.	*Tanitæ*, *Pastores.* (ex Manethone)	an.	Per. Jul.
		(Sync.p.109.)				
VIII	701	25. THINILLUS,	8	1. SALATIS	19	3071
	710	Αὐξήσας τὸ πάτριον κράτος.				3080
	720	26. SEMPHUCRATES	18			3090
	730	*Hercules* Ἁρποκράτης.		2. BEON	44	3100
	740	27. CHUTHER Taurus *tyrannus*	7			3110
	750	28. MEUROS Φιλόσκορος	12			3120
	760	29. CHOMA EPHTHA	11			3130
	770	Κόσμος φιλήφαιστος.		3. APACHNAS	36. m. 7	3140
	780	30. ANCHUNIUS OCHY	60			3150
	790	*Tyrannus.*				3160
	800			4. APHOPHIS	61	3170
IX.	—					
	810	(p. 123.)				3180
	820	31. PENTE ATHYRIS	16.			3190
	830					3200
	840	32. STAMENEMES	23			3210
	850					3220
	860					3227
	870	33. SISTOSICHERMES	55	5. JANIAS	50. m. 1	3230
	880	Ἡρακλέους κράτος, *Herculis robur.*				3240
	890					3250
	900					3260
X.	—					3270
	910			6. ASSIS	49. m. 2.	3280
	920	34. MARIS	43			3290
	930			(*additæ*		3300
	940			*Dies V* ἐπαγόμεναι *Anno*		3310
	950			Sync. p. 123. (XXI. Dynastia Africani.)		3320
	960	35. SIPHOAS, ὁ καὶ Ἑρμῆς,	5	7. SMEDES	26	3330
	970	υἱὸς Ἡφαίστου.	14			3340
	980	(p. 147.) 36. PHRURON, *vel* Nilus	5			3350
	990	37. AMUTHANTÆUS	63	8. PSUSENES	46	3360
	1000					3370
XI.	1010					3380
	1020	Periodus Sothiaca hinc numeratur à Censorino.				3290
	1030	(Huc usq; Eratosthenes.)		9. NEPHEL-CHERES	4	3400
	1040			10. AMENOPHTIS	9	3410
	1050			11. OSOCHER	6	2420

Æra Peregrinationis	Ebraica.	Æra Attica.	Græca.	Æra Argiva.
287	*Josephus moritur, an. æt.* 110.			
303	*Levi moritur in Ægypto, an. æt.* 137.		5. PHORBAS *an.* 35.	220
			6. TRIOPAS *an.* 46.	255
347	AARON *natus.*			
350	MOSES *natus, expositus; à Pharaonis filiâ educatus.*	1	1. CECROPS *an.* 50.	
		9	*Deucalion regnat in Lycoriâ.*	
		20		
		30		
		40	(7. CROTOPUS *an.* 21. 2. CRANAUS *an.* 9.	301
390	*Moses an. æt.* 40. *Ægyptium occidit;*	51	*Iudicium in Areopago.*	
	fugit in Madianitidem.	60	3. AMPHICTYON *an.* 16.	
			CADMUS. (8. STHENELUS *an.* 11.	
		70	4. ERICHTHONIUS *an.* 50.	322
		72	(9. DANAUS *an.* 50.	
430	EXODUS *Israelitarum*	80		333
Æra Exodi	*ex Ægypto.*	90	*Panathenæa.*	
		100	*Hyagnis Phryx tibicen.*	
		110		
40	*Moses moritur, an. æt.* 120.	120	5. PANDION *an.* 40.	
41	JOSUE *ducit Israelitas trans Jordanem.*	130	(10. LYNCEUS *an.* 41. *Phœnix in Bythiniam.* Eus.	383
47	*Divisio terræ, an. æt. Calebi* 85.	140	*Minos rex Cretæ.*	
53		150	*Idæi Dactyli ferrum repererunt.*	
65	*Iosue moritur, an. æt.* 110.	160	6. ERECHTHEUS *an.* 50.	
73	Idololatrica *Generatio post Josuam* 20. 34		(11. ABAS *an.* 23.	
83		170	*Ceres Athenas advenit.*	424
93		180	*Triptolemus Eleusine Mysteria.*	
		190	*Eumolpus.* (12. PRŒTUS *an.* 17.	447
99	CUSAN *rex Mesopotamiæ dominatur an.* 8.		*Phemonoë prima vates apud Delphos.*	
107	OTHONIEL, *Calebi gener, Cusanē debellat.*	200	(13. ACRISIUS *an.* 31.	464
113	*Terra quiescit annos* 40.	210	7. CECROPS II. *fr. an.* 40.	
123		220		
133				
143		230	*Perseus Mycenis, Megapenthes Argis.*	495
147	EGLON *rex Moabitarum, cum Ammonitis & Amalekitis possidet Ierichuntem an.* 18.	240	8. PANDION II. *fil. an.* 25.	
165	EHUD *Beniamita occidit Eglonem.*	250	*Eleusinia instituta.*	
	Orientalis *terra quiescit annos* 80,	260	*Lycæa in Arcadiâ.*	
	(usq; ad incursionē Madianitarū.) 10	270	9. ÆGEUS *fil. an.* 48.	
	Interea ad Aquilonem, *Ehude mortuo,* 20			
185	JABIN *rex Canaanis occupat Hasor &*	280	*Minos II.* ἐθαλασσοκράτησε.	
193	*tenet an.* 20.	289		

N

Sec.	Æra Æg.	Reges Thebani (ex Manethone)	an. mens.	Thinitæ (ex Manethone)	an.	Per. Jul.
XI.	1060	38. AMOSIS (XVIII. Dynastia Africani)	25.4	12. PINACHES	9	3430
	1070			13. SUSENNES (XXIII. Dynastia Africani)	14	3440
	1080	39. CHEBRON	13	14. TETUBATES	40	3450
	1090					3460
	1100	40. AMENOPHIS	27.7			3470
XII.	1110	41. AMESSES	21.9	15. OSORCHO,	8	3480
	1120			*quem Herculem vocant Ægyptii.*		3490
	1130	42. MEPHRES	12.9	16. PSAMMÛS	10	3500
	1140	43. MISPHRAGMUTHOSIS	25.10	17. ZET.	31	3510
	1150					3520
	1160	*Sub hoc, Pastores victi sunt,*		*& in Abarin inclusi.*		3530
	1170	44. THUMMOSIS	9. 8			3540
		Pastores obsessi ex pacto relinquunt Ægyptum.				
	1180	45. AMENOPHIS	30.10			3550
	1190	*Sub Amenophe Pastores redierunt in Ægyptum;*				3360
	1200	*& post annos 13. expulsi sunt.* Joseph.				3570
XIII	1210	*Pastores, & qui ex eis fuerunt, regnârunt an. 511.* 46. ORUS	36.5			3580
	1220	(Circa hoc tempus omnis Ægyptus in unius Ditionem redacta est.)				3590
	1230					3600
	1240	47. ACHENCHRES	12. 1			3610
	1250	48. RATHOTIS	9			3620
	1260	49. ACHENCHERES	12. 5			3630
	1270	50. ACHENCHERES II.	12. 3			2640
	1280	51. ARMAIS	4. 1			3650
	1290	52. RAMESSES	1. 4			3660
	1300	53. RAMESSES MIAMÛN	66. 2			3670
XIV	1310			*Reges Tyri* (ex Menandro)		3680
	1320					3690
	1330			ABIBALUS		
	1340			HIROMUS		3700
	1350				34	3710
						3720
	1360	54. AMENOPHIS (XIX. Dynastia Africani.)	19. 6	BALEAZARUS	7	3730
	1370	55. SETHOSIS, *qui* SESOSTRIS, & SESAC *in Asiam.*		ABDASTARTUS	9	3740
	1380			NUTRICIS *f.*	12	3750
	1390			ASTARTUS	12	3760
	1400			ASERYMUS *fr.*	9	3770

Æra Exodi	Ebraica.			Æra Att.	Græca.
194	Interca *Shamgar occidit 600. Philistæos, & liberat Israelitas.*		30	290	*Hermes.* *Argonautica.*
203	Barak, *Nepthalita, cum Viribus Nepthali*		40	300	*Atreus & Thyestes.*
213	*& Zabulon, profligat Siseram Jabinis ducẽ.*		50	310	*Admeta Junonis Sacerdos Samon migrat.*
223	*Terra quiescit an. 40.*				
240	*Tyrus condita,* Joseph.8.2.		60	320	10. THESEUS
243			70	330	*Isthmia. Pythia.* *VII. ad Thebas. Olympia Herculis*
253	Madianitae *dominantur an. 7.*		80	340	*Expeditio Amazonum in Athen.*
263	Gedeon *expellit eos. Quiescit terra an. 40. in diebus Gideonis.*			350	*Herculis ἀποθέωσις.*
273				360	11. Menestheus
283					*TROJA CAPTA.*
293	Abimelech *regnat an.3.*			374	12. Demophon
303	Thola *judicat an. 23.*			380	*Orestes causam agit.*
313				390	*Teucer Cyprum migrat.*
323	Jair *judicat an.22.*			400	13. Oxyntes
333				410	14. Aphidas
340	*Cùm Israelita habitâssent trans Jordanem an.300.*			420	15. Thymœtes
343	*Eodẽ anno Ammonitæ & Philistæa invadũt Israelẽ.*			430	16. Melanthus
353	Ammonitae *domin. an.18*	Philistaei *dom. an. 40*		404	*Apaturia.*
363	Jephthe *judicat an. 6*	Samson *judicat. an. 20 in diebus Philistæorum.*		450	
373	Ibsan *judicat an. 7.*	Eli *judicat* : sed non liberat Israel.		460	
383	Elon *judicat an. 10.*			470	17. Codrus
393	Abdon *judicat an. 8.*	Samuel *judicat an. 16*		480	*Reditus Heraclidarum.*
403	Saul *Rex* an. 40.	(ante unctum Saulem.)		490	18. Medon
413				500	*Primus ἄρχων διὰ βίου.*
423				510	19. Acastus
433				520	
443	David *Rex* an. 40.	Isboseth *regnat in Mahanaim an. 7. m. 6.*		530	*Ionica migratio.*
453	Damasceni regni initium.			540	20. Archippus
463				550	
473				560	
476					21. Thirsippus
480	Solomon *Rex* an. 40.			570	
Æra Templi	*Templum condi cœpit.*			580	*Thraces Asiam occupãt,* Eus.
				590	
24				600	
36	Rehoboam an. 17.	Jeroboam an. 20.		610	22. Phoreas
41	An. 5. *Sesac rex Ægypti cepit Hierosolyma.*			620	
44					
54				630	23. Megacles
64				639	

Ad SECULUM VIII.

Pastores in Ægyptum.

QUandoquidem præcipua horum temporum historia ex Manethone discenda est, cujus fragmenta apud Josephum conservata supersunt; satius erit ipsa illius verba proferre, quàm nostra ingerere. Est enim in rebus antiquis longè major veteris, quàm novæ orationis, & gratia & auctoritas.

Ille adventum *Pastorum*, & maximam inde Ægypti consternationem, quæ initio VIII hujus Seculi contigit, his verbis narrat,

a) Joseph. c. Apion. l. 1. p. 1039.

a) Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν.

Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν Τίμαος ὄνομα. ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ θεὸς ἀντέπνευσε· καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἀνεστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον· καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι, τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν, καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν. πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες.

Erat nobis rex Timaus nomine: sub hoc (nescio quomodo) Deus iratus fuit, & inopinatò ex partibus Orientalibus homines genere ignobiles sumptâ fiduciâ regionem bello aggressi, illâque facile potiti sunt absque prælio : principibus ejus in potestatem redactis, quod superest urbes crudeliter incenderunt, templa everterunt; incolas cædentes, filios & uxores in servitutem redigentes.

Πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις.

Tandem etiam unum ex seipsis fecerunt regem, cui nomen Salatis.

Καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις· μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνα-

Hic fuit etiam in Memphide, & tributariam fecit tam Superiorem quam Inferiorem regionem, præsidia relinquens in locis opportunis. Maximè autem Orientales par-

ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων ποτὲ μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίᾳ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔφοδον.

Εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ Σαΐτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ' ἀπό τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, ταύτην ἔκτισέ τε, καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὁπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν.

Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων.

Ἄρξας δ' ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσεν τέσσαρα καὶ τετταράκοντα ἔτη καλούμενος Βηών. μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά. ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπωφις, ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο.

Καὶ οὗτοι μὲν ἓξ ἐν αὐτοῖς ἐγενήθησαν πρῶτοι ἄρχοντες, ποθοῦντες ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν.

Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ἔθνος Ὑκσώς· τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες. τὸ γὰρ ὙΚ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον. καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται Ὑκσώς.

partes munivit, metuens futuram Assyriorum invasionem, qui tunc erant potentiores.

Et inveniens urbem opportunissimam in Nomo Saite, ad Orientem Bubastici fluvii positam, quæ Abaris vocatur ab antiquâ theologiâ, ædificavit eam, murisque fortissimam effecit, & militum 240000 præsidium imposuit.

Inde messis tempore veniebat, tam ut frumenti mensuram iniret & stipendia exolveret, quàm ut milites exercitaret diligenter ad terrorem exterorum.

Hic cùm regnâsset an. 19. diem obiit: post quem alius nomine Beon regnavit ann. 44. Post hunc alius Apachnas an. 36. & mensibus 7. Deinde Apophis an. 61. & Janias an. 50 & mense uno. Post omnes illos Assis an. 49. & mensibus 2.

Et isti quidem sex primi apud eos reges fuerunt, semper desiderantes radicem Ægypti quasi penitus exscindere.

Vocabatur gens ista Hycsos, id est, Reges Pastores. Hyc enim, sacrâ linguâ, significat Regem; Sos verò communi dialecto est Pastor: & sic componitur Hycsos.

N 3 Τινὲς

Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι.

Quidam verò dicunt illos fuisse Arabas.

§. I. Josephus hunc Manethonis locum produxit a) contra Apionem, ut probaret *progenitorum suorum* τὴν ἐτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, *adventum aliunde in Ægyptum.* Ipse enim credidit, aliisque persuasit, *Pastores* hos fuisse Ebræos, progeniem Jacobi, qui cum illo venerant in Ægyptum. Hinc etiam Eusebius, b) *Reges Ægyptiorum Pastores conjicimus nuncupatos propter Joseph & fratres ejus, qui in principio pastores descendisse in Ægyptum comprobantur.* Chronographi autem in eâ re sunt sibimetipsis contrarii, dum Jacobi filiorumque descensum in Ægyptum sub ipsâ Pastorum Dynastiâ collocant: quasi progenies Josephi regnaverit in Ægypto ante illius deportationem.

a) p. 1041. a.

b) Chron. n. 190.

Cum verò *Pastores* isti regum primi sint in quibus conveniunt Manetho, Africanus, Eusebius atque Syncellus, licet non sine magnâ discrepantiâ; varias eorundem lectiones, vagamque Chronologorum licentiam uno intuitu perlustremus.

Manetho (ex Josepho p. 1040.) *Hycsos* (*i. e.*) *Reges Pastores.*	*Africanus* (ex Syncello, p. 61. a.) *XV Dynastia* *Pastorum Phœnicũ.*	*Eusebius* (ex Syncello, p. 61. d.) *XVII* Dynastia *Pastorum Phœnicũ.*	*Syncellus.* (p. 103. d.) *XVII Dynastia* *Tanitarũ regũ IV.*
1. Salatis *an.* 19	1. *Saïtes* *an.* 19	1. *Saïtes* *an.* 19	26. *Silites* *an.* 19
2. Beon 44.	2. *Byon* 44	2. *Bnon* 43	27. *Baon* 44
3. Apachnas 36. m. 7	3. *Pachnan* 61	* * * *	28. *Apachnas* 36
4. Apophis 61.	4. *Staan* 50	3. *Aphophis* 14	29. *Aphophis* 61
5. Janias 50. m. 1	5. *Archles* 49	5. *Archles* 30	30. *Sethos* 50
6. Assis 49. m. 2	6. *Aphobis* 61	* * * *	31. *Kertus* 29
Sum. an. 259. m. 10	Sum. 284	Sum. 106	32. *Aseth.* 20
		In Chronico, 103	Sum. 259

Eusebius in Chronico non nominat Pastores, sed ad 101, sive antepenultimum illorum annum, dicit c) *Jacobum introiisse Ægyptum cum filiis suis.* Est autem communior sententia de Aphophe. d) *Convenit*, inquit Syncellus, *inter omnes Josephum sub Aphophe potestatem exercuisse in Ægypto.* Hinc Aphophis ille pro cujuslibet rationibus susque deque fertur: qui Manethoni ordine quartus, Africano

c) n. 291.

d) Syncell. p. 62. b.

fricano sextus est Dynastiæ XV, Eusebio tertius XVII. Syncellus (& post eum a) Scaliger) reprehendit Eusebium, quòd b) *Apophim à* a) in Euseb. p. 251.
XV Dynastiâ transtulerit in XVII, decurtans illius annos 61, in 14; & numerans totius Dynastiæ annos tantùm 103; denique pro VI regibus b) p. 62. b
IV recensuerit. Sanè immeritò, quum ipse Syncellus IV tantùm reges ponat; eosque in XVII Dynastiâ: *Sethos* & *Kertus*, quos habet, sunt fictitii: *Aseth* (Manethoni *Assis*) in c) *Thebanorum* familiam ab c) p. 103. d.
illo adoptatus est.

Nos verò rationes multæ, neque minimi momenti, à Josephi sententiâ discedere cogunt. Israelitæ venerunt numero 70; Pastores autem 240000. Israelitæ manserunt in Ghosen; Pastores diripuerunt Memphim. Israelitæ redierunt post annos 215: Pastores non nisi post annos 511. Israelitæ miserâ servitute oppressi sunt; Pastores imperium exercuerunt in ægyptios; à quibus vocati sunt *Hycsos*, id est, *Reges Pastores*.

Josephus, ut postremæ huic difficultati occurreret, aliam τοῦ Ὑκσὼς interpretationem venatus est, & *Captivos-Pastores* reddit, subjiciens; d) *Vox Hyc, in alio exemplari, non Reges significat, sed è di-* d) c. Apion. p. 1040. c.
verso Captivos pastores. Hyc enim linguâ Ægyptiacâ, denso sono prolatum, Captivos expressim denotat. Atque hoc mihi videtur verisimilius & antiquæ historiæ convenientius. Subdit etiam interpretationis suæ rationem. e) *Manetho in alio quodam Ægyptiacorum li-* e) Ib. g.
bro tradit, Gentem vocatam Pastores in sacris eorum libris Captivos rectè scribi. Progenitoribus enim nostris olim mos erat esse pastores, & quia Nomadum ritu vitam degebant, Pastores dicti sunt. Rursus ab Ægyptiis Captivi non ineptè dicti sunt; quoniam progenitor noster Joseph ad Ægyptiorum regem dixit se esse Captivum; & fratres in Ægyptum posteà advocavit, præcipiente rege. Verùm Josephus non satis animadvertit vocem istam eâ significatione dictam, de mancipiis accipi quæ fuerunt verè pastores, & Ægyptiorum plebs infima: non autem de gente peregrinâ, Ægyptum subjugante, ibique regnante; quæ à servientibus ægyptiis non aliter quàm per contumeliam *Pastorum* nomen habuit. Hinc itaq; facessat illud Josephi somnium.

Ex luculento hoc historiæ Ægyptiacæ fragmento, nos locum §. II.
in Canone peregrinis istis regibus assignavimus. Sex hîc enumerantur, qui regnârunt annos 259 & menses 10, id est in Seculum X: non autem sex isti reges fuerunt tota *Pastorum* Dynastia. Sequitur enim apud f) Josephum, τούτους τοὺς προκατωνομασμένους βασι- f) P. 1040. d.
λέας

λέας τοὺς τῶν Ποιμένων καλουμένων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα, *Hos quos nominavimus reges Pastores dictos, & qui fuerunt ex istis, Ægyptum obtinuisse dicit* Manetho *annis DXI.* Quod quidem ex chronologiâ Thebanâ mox confirmabitur. Verisimile est res Ægyptiacas maximè pessundatas fuisse à primis istis sex Pastoribus, & penè radicitùs excisas; postea verò sub eorum posteris, Ægyptios, longâ necessitate armorum usum edoctos, audaciores evasisse bellumque strenuè gessisse.

a) Syncell. p. 61. 2.

Africanus hostes hos è Phœniciâ deducit. a) Ἦσαν δὲ Φοίνικες ξένοι βασιλεῖς ς', *Erant Phœnices peregrini reges sex.* Phœnicia, priscis temporibus maritima Syriæ ora, ab Ægypto vergit ad Septentriones: *Pastores* verò ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, *ex Oriente* venerunt. Ægypto ab Oriente contermina est Arabia: & reges hi expressim *Arabes* nuncupantur. Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι, *Quidam dicunt illos fuisse Arabes.* Africanus autem ad Josephi de Ebræis sententiam allusisse videtur. b) Bochartus eorum nomina, tanquam Phœnicia, interpretatus est.

b) Geogr. S. l. 1. c. 4.

Arabes autem licèt Ægyptiis ignobiles, τὸ γένος ἄσημοι, habebantur, quòd more Nomadum vitam degerent pastoritiam: Ipsi tamen seipsos mortalium nobilissimos existimant, & ab externis conjugiis semper immunes, ad Noachum usque genus numerare solent. Est & gens ista libertate nunquam imminutâ, & potentiâ antiquissimâ nobilis. c) Ferunt reges Arabum, ante Ninum, in Babyloniâ regnâsse. Ipse d) Ninus fertur cum Ariæo Arabiæ rege societatem iniisse. e) Cambyses Ægyptum invasurus fœdus cum Arabibus pepigit. Neque Persarum reges, neque Macedonum Arabiam subigere potuerunt: Illorum vires sub Antigono rege experti sunt f) Athenæus & Demetrius; sub Augusto g) Ælius Gallus. Imprimis autem Arabibus gloriosum fuit Ægyptum jam subjugâsse.

c) Syncell. p. 92. 2.
d) Diod. S. l. 2. initio.
e) Herodot. l. 3. c. 7.
f) Diod. S. Olymp. 117. 1.
g) Strab. l. 16. p. 780.

Arabes, h) τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαι φασὶ κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι· κείρονται δὲ περιτρόχαλα, ὑποξυροῦντες τοὺς κροτάφους, *dicunt se tonderi eodem modo quo tonsus est Bacchus: tondentur autem in orbem, tempora subrâdentes.* Inde Jeremias Arabas Scenitas vocare solet (juxta literam Ebraicam) i) *extremificatos anguli* (juxta Vulgatam) *attonsos in comam.* Contra istam hujus gentis superstitionem, hoc tonsuræ genus non ita multò pòst lege k) Mosaicâ discertè vetatur; *Non radetis in orbem angulum* (Arabs, *duos*

h) Herod. l. 3. c. 8.
i) C. 9. 26, & 25. 23. & 49. 32.
k) Levit. 19. 27.

duos angulos) capitis vestri. Hieronymi versio, *Neque in rotundum attondebitis comam.* LXX, οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, *Non facietis sisoen ex comâ capitis vestri.* Hesychius, Σισόη, κουρᾶ ποιά, Φασηλῖται (ita legendum) *Sisoe, species tonsuræ: Phaselitarum* vox. Phaselitæ vicini fuerunt Solymis, quos τροχοκουράδας vocat a) Chœrilus. Suidas, hanc Mosis legem respiciens, Σισόης, τὸ πλεξίδιον, *Nexus* capillorum, sive πλόκον, πλέγμα ἐκ τριχῶν, *intortum capillitium,* circi, cincinni. Bacchi capillamentum in orbem contextum videas in nummo b) Μαρωνιτῶν, cui inscribitur ΔΙΟΝΥΣΟΣ, & aversâ parte ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Indicat *Dionysia*, in honorem *Augusti*, à *Maronitis* celebrata. In pulcherrimo meo numismate aureo, unciali, in quo legitur ΑΝΤΙΝΟΟC, ejusmodi capillities, in orbem circumtexta, cernitur. * Αἱ δὲ Ἀντινόου γραφαὶ εἰσὶν αἱ πολλαὶ Διονύσῳ μάλιστα εἰκασμέναι, *Antinoi imagines maximè ad similitudinem Bacchi effingebantur.* Apud Græcos, c) Θησηῒς *tonsura sincipitis, quam quidam putant Abantes ab Arabibus accepisse.*

a) Joseph. cont. Ap. p. 1047.
b) Goltz. August. tab. 53. Tristan. l. 1. p. 98.
* Pausan. l. 8. p. 470.
c) Plutar. Theseo p. 2. f.

Sicut Arabica vivendi ratio Ægyptiis odiosa fuit, ita Arabibus Ægyptiorum superstitio. Τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν, *templa Deorum everterunt.* Priùs destrui templa, quàm condi narrantur. Est enim hæc vetustissima *Templorum* mentio: nec tam citò innotescit religio, quàm impietas. Judæi cladem Deorum ad ministerium Mosis referunt; juxta illud d) *Et in Deos illorum exercuit judicia.* e) S. Hieronymus ad Fabiolam, *Illud* (inquit) *Hebræi autumant, quòd nocte quâ egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sint, sive motu terræ, sive ictu fulminis.* Et f) Artapanus dicit, illo tempore *domos universas corruisse*, τῶν τε ναῶν τοὺς πλείστους *& templa plurima.*

d) Exod. 12. 12
e) Epist. 127. mans. 1.
f) Euseb. Præp. l. 9 c. 27. p. 436.

Ultimus Inferioris Ægypti rex Syncello dicitur *Concharis; cui successerunt Tanitæ;* Manethoni, sacerdoti Heliopolitano, βασιλεὺς ἡμῖν Τίμαος. Vox ἡμῖν regem innuit Heliopolitanum. In g) Excerptis Latino-barbaris, inter Dynastias præteritas, & *Tanitarum* & *Heliopolitarum* numerantur.

g) Scal. Euseb. p. 61.

Primus ille rex, qui Manethoni *Salatis*, Syncello *Silites*, Africano & Eusebio dicitur h) Σαΐτης, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαΐτης νομὸς ἐκλήθη, *Saites; à quo Saitis nomi nomen;* Nugæ! Nomus ab urbe

h) Sync. p. 61.

be *Sai* diu postea nomen habuit, non à fictitio hujus regis nomine.

a)c.52. v.4. Cajetanus Cardinalis ex his a) Esaiæ verbis, *In Ægyptum descendit populus meus priùs ut peregrinaretur ibi*, καὶ εἰς Ἀσσυρίους βίᾳ ἤχθησαν, *& in Assyrios vi abducti sunt*, colligit hunc regem fuisse *Assyrium*: neque satis animadvertit, Prophetam duas diversorum temporum captivitates intelligere.

b) suprà p.25. Chorographia Veteris Ægypti, quam b) tradidimus à Manethone confirmatur, qui Ægyptum in τὴν ἄνω & κάτω χώραν, *Superiorem & Inferiorem*, jamdudum distingui docet. *Thebais*, Pastoribus nunquam subdita, extra regiones istas habenda est. *Memphis* autem, Superioris quondam metropolis, Thebis non ita pridem adjecta, jam à Pastoribus capta est. Tenues deinceps res Memphiticæ; & Octava Africani Dynastia aut prorsus nulla est, aut obscura & Pastoribus tributaria.

c)l.2. p.64.d *Assyriorum* potentia formidabilis habetur ob Ctesianas ἀρχαιολογίας ex quibus Diodorus recitat c) *Ægyptum inter gentes à Nino subjectas*; atque d) *Semiramidem totam Ægyptum usque ad Hammonis oraculum peragrâsse*: Sit fides penes Ctesiam. Concedatur licet Ninum fuisse hisce temporibus vetustiorem; nulla tamen erat metûs causa à degeneris Nini successoribus, e) διὰ τὸ μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν πεπρᾶχθαι μνήμης ἄξιον, *quòd nihil memoriâ dignum ab illis gestum sit*.

d)Ib. p.72.d.

e)Ib.p.77.c.

Servitus Israelitarum in Ægypto.

Liber Exodi, res Mosis enarraturus, præfatur Israelitas, licet LXX tantùm in Ægyptum venerant (Græci habent LXXV, annumeratis forsan f) *filiorum uxoribus*) tamen g) *post mortem Josephi fratrumque & omnis cognationis illius*, temporibus istis quibus natus est Moses in tantam crevisse multitudinem, ut ab illâ metus esset regi Ægyptio. *Creverunt & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleverunt terram.* κατίσχυον σφόδρα σφόδρα.

f) Gen.46.26
g)Exod.1.6.
Vers.7.

Ab adventu Jacobi ad natum Mosem numerantur anni 135: quorum 58 liberè, 77 serviliter transacti sunt. Servitus demum durior erat; quia Reges novi h) καθ᾽ αὐτῶν αὔξεσθαι τούτους ὑπελάμβανον-

h)Joseph. l.2. c.5.

βαρων suspicabantur eorum incrementa, & sibi parum tuta existimabant. Crescente nihilominus populo; infantes masculos tolli placuit: ideoque Moses, tunc temporis natus, expositus est. Cœpit servitus vivente adhuc Josepho: ingravescit post mortem ejus, antequam Moses in lucem editus est.

Vers. 8. *Surrexit interea Rex novus super Ægyptum, qui non cognovit Iosephum: 9. Et ait ad populum suum, Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est. 10. Agamus sapienter in eum, ne fortè multiplicetur; & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, & pugnet contra nos, & egrediatur de terrâ. 11. Preparavit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus: ædificâruntque urbes thesaurorum Pharaoni Pithom & Ramesses. 12. Quantóque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur & crescebant.* Exod. c.1.

Rex novus illæ τῖς LXX & a) S. Lucæ dicitur Βασιλεὺς ἕτερος, a) Act. 7.18. *Rex alius*, id est, alienus: Sic b) *Dii novi* sunt alii, alieni. In eum sensum paraphrasis c) Josephi historici: τῆς βασιλείας εἰς ἄλλον οἶκον μεταληλυθυίας, *Regno demigrante in aliam familiam; in aliam domum:* imò, in aliam gentem. Secundùm Canonem nostrum, *Rex novus* est *Tanitarum* primus, *Salatis* nomine. *Inimici* autem, quorum partibus Israelitæ accedere poterant, sunt Ægyptii veteres, cum quibus Israelitæ diu amicè vixerant, & Thebani, qui bellum tandem Pastoribus intulerunt. b) Judic. 5. 8. c) Antiq. l. 2. c. 5.

Urbs *Pithom*, quam ædificârunt Israelitæ, est *Pelusium*: Manetho, ex antiquâ Ægyptiorum theologiâ, A*barim* vocat, illámque muris horreisque jam ornari refert. Chæremon autem, apud d) Josephum, hanc *Pastorum* urbem vocat *Pelusium*. Vetustissimum autem urbis nomen fuit A*baris*: τὴν Αὔαριν appellat Ptolemæus Mendesius, apud e) Eusebium. Syncellus primam Θεῶν βασιλείαν, in magno 36525 annorum cyclo, ex Vetere Chronico recensens, f) Πρώτην μὲν τῶν Αὐριτῶν reponit. A*uritarum* nomine intelliguntur Dii Semideique, qui tempus historicum præcessere. Quæ verò de Typhone, Deorum ultimo, conficta sunt, ad hanc urbem propriè spectant. Ipse Manetho, paulò pòst, hanc τ̃ Ποιμένων Αὔαριν à Typhone denominari docet: g) ἔστι δὲ ἡ πόλις, κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν, Τυφώνιος, *secundùm veterem theologiam Typhonis urbs est*. In hoc tractu *Lacus Serbonidis*, in quo h) λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι, d) Con. Apion. p. 1057. c. e) Præp. l. 10. c. 12. p. 497. a. f) p. 52. c. g) Con. Ap. p. 1052. g. h) Herodot. l. 3. c. 5.

 fe-

a) Steph. in Ἡρώ.

ferunt Typhonem occultari. Neque procul Heropolis. a) Ἡρώ πόλις Αἰγυπτίαση Αἷμα ἐκλήθη, διὰ τὸ τὸν Τυφῶ ἐν ταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι, ἢ αἷμα ῥυῆναι, *Hero urbs Ægypti* Αἷμα *vocabatur, ob Typhonem ibi fulmine percussum, & sanguinis fluxum.* Urbs Πιθῶ, vel Πιθῶμ, ad Typhonis nomen alludere videtur. Cùm verò Ægyptiorum Deus esset Typhon, Ebræisque b) interdictum esset Deos alienos nominare, Sapientes contumeliosâ literarum inversione alluserunt ad id nomen quod retinere non potuerunt. Istiusmodi immutationes apud illos non raræ: & de hoc Judæorum more, nomina falsorum deorum in opprobrium vertendi literis mutatis aut transpositis, vide c) Mosem de Lotzi.

b) Exod. 23. 13.

c) Præcepto Vet. 32.

d) Plutar. Iside p. 351. f.

e) Ib. p. 357. d.

Cæterùm d) Ἑλληνικὸν ἐστιν ὁ Τυφῶν, *Typhon vox Græca est;* à *fastu*, qui τῦφος nomen Ægyptiacum est *Seth.* e) Τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, *Typhonem Ægyptii semper vocant Seth.* Inde *urbs Typhonis* Ægyptiacè dicta est *Sethron*: & ab urbe, *Sethroites nomus.* At verò *Abaris* hîc ponitur ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ. Mendosè quidem. *Sais* enim in occidentali τῷ Delta parte; urbs hæc *ad Orientem Bubastici fluvii posita est.* Rectiùs, ex Manethone, Africanus, f) *Memphim,* inquit, *ceperunt,* καὶ ἐν τῷ Σεθροΐτῃ νομῷ πόλιν ἔκτισαν, *& in Sethroite nomo urbem condiderunt; ex quâ irruptione factâ Ægyptios subjugaverunt.* Vox *nomus* proleptice usurpatur: Ægyptus demum post annos septingentos à Sesostre in Nomos divisa est. Tractus autem intelligitur iste, qui Nilum interjacet & Serbonidis lacum. g) *Sethroites nomus ad lacum est.* Plinius h) *Quæ juxta Pelusium est regio nomos habet Pharbætiten, Bubastiten, Sethroiten, Taniten.* Sethroites & Bubastites ad Orientem Bubastici fluvii; Tanites & Pharbætites ad Occidentem: Sethroites & Tanites ad mare; Bubastites & Pharbætites in mediterraneis. *Abris* itaque, *urbs Typhonis, & Sethron* eadem urbs est, quæ à Græcis *Pelusium* nuncupatur.

f) Syncell. p. 61. a.

g) Strab. l. 17. p. 804. b.

h) Plin. l. 5. c. 9.

Struxerunt Israelitæ *Urbes thesaurorum,* sive *Urbes horrea,* ut Syrus. Manetho rem explicat; *Rex inde messis tempore veniebat, ut frumenti mensuram iniret, & stipendia exolveret.*

Historia S. duas urbes nominat *Pithom & Rameses*: neque aliter Interpretes. Targum Hierosolymitanū reddit *Tenin* & *Philusin,* id est, *Tanin* & *Pelusium.* A Tani, reges *Tanitæ* dicti; Pelusium, Abaris. Suspicari liceat ἐν διὰ δυοῖν (quod Judæis usitatum est) hîc dici

dici potuisse; urbemque unam intelligi a) *in terrâ Ramesis*, in quâ habitabant Israelitæ. Arabica versio quasdam urbium regiones hic exprimit. Sanè *urbs Rameses* alibi non occurrit. a) Gen. 47 11.

Græci interpretes tertiam urbem addunt. Ὠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραῶ, τήν τε Πειθὼ, καὶ Ῥαμεσσῆ, καὶ Ὢν, ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις. *Ædificarunt urbes munitas Pharaoni, Pitho, & Ramesse, & On, quæ est Heliopolis.* Distat Heliopolis à Pelusio stad. 1500. Sesostris, quum Ægyptus omnis post expulsos Pastores in unius potestatem jamdudum redacta fuisset, b) ἐτείχισε τὴν πρὸς ἀνατολὰς νεύουσαν πλευρὰν τῆς Αἰγύπτου, πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ τῆς Ἀραβίας ἐμβολὰς ἀπὸ Πηλουσίου μέχρις Ἡλιουπόλεως, διὰ τῆς ἐρήμου, τὸ μῆκος ἐπὶ σταδίους χιλίους καὶ πεντακοσίους, *Munivit* (fossa scilicet) *Orientale Ægypti latus, contra Syrorum & Arabum irruptiones, à Pelusio per desertum Heliopolim usque, ad 1500 stadiorum longitudinem.* Quæ quidem non sunt hujus ævi. c) Josephus autem inter labores Israelitarum enumerat τὸν ποταμὸν εἰς διώρυχας πολλὰς διατέμνειν, *fluvium in fossas derivare*: τείχη τε οἰκοδομῆσαι ταῖς πόλεσι καὶ χώματα, *Urbibusque mœnia extruere, & aggeres* contra Nili inundationes: addit insuper *Pyramidum extructionem*, de quâ d) diximus. Manetho dicit *Orientales partes maximè munitas fuisse*: an Heliopolim intellexerit, incertum. Certè LXX interpres inter *Urbes munitas*, quibus operam impenderunt Israelitæ, *Heliopolim* recensent. b) Diod. S. l. 1. p. 36. d. c) Antiq. l. 2. c. 5. d) p. 48.

De Pelusio autem nullum est dubium. Munimentum hoc, omnium vetustissimum, e) *Robur Ægypti*, etiam Ezechielis tempore, habebatur. *Præsidium ei impositum est militum* 240000. Paulò pòst Manetho ponit hunc locum, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον, *habentem perimetrum* 10000 *jugerum.* Quodlibet quadrati latus fuerit 2500 jugerum; area 6250000. Idem hic 240000 hominum numerus, post annos circiter 500, in Syriam etiam exiisse dicitur, postquam à bis totidem, id est, 480000 militibus obsessi fuissent. Ingentes quidem isti numeri: verùm Ægyptum seculis sequentibus supra 7000000 hominum aluisse comperimus. Sunt autem in hoc fragmento multa disciplinæ militaris antiquissimæ vestigia; Castrorum metatio, præsidia, urbium munitio, custodiæ, militum stipendia &c. exercitatio. e) Ezech. 30. 15.

Hæc de inopinato Pastorum adventu: de illorum decessu, ad Seculum XII.

Ægyptiorum Colonia.

a) Constant. Porphyrog. Them. 15. p. 46.
b) Diod. l. 1. p. 19, a.

Ægypto ad hunc modum à Pastoribus occupatâ, incolarum veterum pars magna solum vertere & novas sedes quærere coacta est. c) *Istrus de Coloniis Ægyptiorum* scripsit (sub Ptol. Euergete) sed periit liber. Diodorus quasdam habet illorum ἀποικίας. Quæ de Babylone narrat & de Athenis, hoc Seculum spectant. b) *Ægyptii*, inquit, *colonias plurimas ex Ægypto in terrarum orbem disseminatas fuisse dicunt. In Babylonem enim* (Babyloniam: nondum condita Babylon) *colonos deduxit Belus, qui Neptuni & Libyæ filius habetur; & positâ ad Euphratem sede, instituit Sacerdotes ad morem Ægyptiorum exemptos impensis & oneribus publicis, quos Babylonii vocant Chaldæos; qui, exemplo sacerdotum & physicorum astrologorumq; in Ægypto, observant stellas.* Hestiæus de hâc transmigratione dixit, c) *Sacerdotes qui effugerant* (ex hoc scilicet Ægypti incendio) *sacra Jovis Enyalii rapientes, in Sennaar Babyloniæ agrum pervenisse.* Ζεὺς Ἐνυάλιος est Βῆλος Ἄρειος. Hinc lux d) Pausaniæ: *Belus Babylonius à Belo homine Ægyptio Libyæ filio nomen habet.* Atque hæc verisimilis est *Beli Babylonii* origo.

c) supra p. 32.
d) Messeniac. p. 261.

e) African. apud Euseb. Pr. l. 10. c. 10. p. 491.
f) p. 17. b.

e) *Athenienses Ægyptiorum colonos fuisse, tum alii, tum Theopompus tradit ἐν τῷ Τρικαρήνῳ.* Diodorus, f) loco citato; *Dicunt* τοὺς Ἀθηναίους ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, *Athenienses colonos esse Saitarum ex Ægypto. Et cognationis argumenta proferunt: quòd illi Græcorum soli Urbem vocent* Ἄστυ, *à vocabulo astu quod apud ipsos est: & quòd illorum* πολιτεία *in tres classes digesta, & eodem modo ordinata sit quo Ægyptiorum. I.* Εὐπατρίδαι, *qui in disciplinis maximè exercitati & ad summos honores provecti, sicut in Ægypto Sacerdotes. II.* Γεωμόροι, *quorum est arma comparare & pro patriâ militare, sicut in Ægypto* Γεωργοὶ *subministrant milites. III. Opifices, qui artes illiberales exercent & ministeria necessaria obeunt, cui ordini similis est apud Ægyptios.* Argumentis istis adjice Atheniensium veterum *vestes lineas*, more Ægyptiorum; quas *non diu* ante Bellum Peloponnesiacum *gestare desierunt.* g) οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνας λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες. Adde etiam, quod ad Saitas propriè pertinet, cultum *Minervæ*, quæ fuit notissimum *Saitarum* numen. Hinc h) Plato de *Saitis*, Μάλα, inquit, φιλαθηναῖοι, καί τινα τρόπον οἰκεῖ-

g) Thucyd. l. 1.
h) in Timæo, p. 1043. a.

οἰκείοι τῶνδ' εἶναι φασιν, *Atheniensium amici sunt, seq; eis genere quodam conjunctos esse ajunt.*

Pergit Diodorus, γεγονέναι δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων τινὰς Αἰγυπτίους παρὰ τοῖς Αθηναίοις, *quosdam Ægyptios Atheniensibus præfuisse.* Tres memorat, *Peteon Menesthei patrem*, Cecropem, & *Erechtheum*. Desideratur Cecropis nomen: Locus enim mutilus est; sed res indicat. Τὸν γὰρ Πέτην (Πετεῶ) τὸν πατέρα Μενεσθέως τοῦ στρατεύσαντος εἰς Τροίαν ** (desunt nonnulla) ** φανερῶς Αἰγύπτιον ὑπάρξαντα τυχεῖν ὕστερον Αθήνησι πολιτείας τε καὶ βασιλείας διφυῆς δι' αὐτὸ γεγονότος. Ista in editis malè conjuncta sunt. Peteus enim Ornei filius, Erechthei Regis nepos, ab Ægeo Athenis pulsus, in Phocide consenuit; Cecrops autem & διφυὴς fuit, & Rex Athenarum; de quo ampliùs inquirendum est.

Cecrops.

GEmina a) *naturæ veram causam Athenienses ipsi non possunt reddere: manifestum est quòd cùm politiæ duplicis, Græcæ & Barbaræ, municeps esset, habebatur* διφυὴς, *partem bestiæ habens, partem hominis.* b Apollodoro, *Cecrops* est αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, *indigena, corpus habens hominis simul & serpentis.* Alii autem alias rationes excogitârunt. c) *Sive ob longitudinem corporis; sive idcirco quòd quum esset Ægyptius utramque linguam sciebat.* d) Διὰ μῆκος σώματος οὕτω καλούμενος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος: ἢ ὅτι Αἰγυπτίων τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. e) Eustathius ex fabulis refert illum ἀπὸ ὄφεως εἰς ἄνθρωπον ἐλθεῖν ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἐλθὼν εἰς Ελλάδα καὶ τὸν βάρβαρον Αἰγυπτιασμὸν ἀφεὶς, χρηστοὺς ἀνελάβετο τρόπους πολιτικούς. Sed est magis verisimile illum ex Ægypto mores magis civiles in Græciam induxisse. Alii dicunt illum homines per copulam διφυεῖς fecisse, & f) *legem tulisse, ut virgines uni viro elocarentur, secundùm legem in Ægypto à Vulcano latam.* g) Ἐν Αθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων καὶ κοινογαμίων ὄντων. *Cecrops primus Athenis unam fœminam uni viro conjunxit; cùm antea promiscuè congrederentur, nuptiæque essent communes.* Est autem rationi maximè consentaneum naturam geminam illi attributam fuisse, h) Διὰ τὸ ἀπὸ Αἰγύπτου γένεσθαι, καὶ εἰς Ελλάδα ἐλθεῖν καὶ βασιλεῦσαι, *quòd ex Ægypto*

a) Diod. l. 1. p. 17. c.
b) Apol. l. 3. p. 191.
c) Euseb. n. 460
d) Syncell. p. 153. 2.
e) In Dionys. p. 56.
f) Suid. in Προμηθ.
g) Athænei, l. 13. p. 555.
h) Suid. ib.

pto oriundus venit & regnavit in Graciâ. Hic enim primus est qui in Græciam transfretâsse, & sedes ibi posuisse, memoratur.

Littora Ægypti importuosa sunt, adeoque Ægyptii rerum nauticarum imperiti; Phœnicia autem maritimis urbibus frequens: aperto mari, & portuum securitati aderat mons Libanus, fabricandis navibus materiæ feracissimus. Hinc Phœnices primi mortalium rei nauticæ operam dederunt: hinc profectiones navales; hinc longinqua perscrutantur littora. a) Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπιπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν· καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, *Phœnices propter negotiationem ad Græcos navigantes protinùs innotuerunt; & per illos Ægyptii.* Neque fuit ista vagandi libido à Phœnicum ingenio aliena; aut sine Deorum exemplo. b) Sanchuniathon tradidit, &, *Saturnum & Astarten terrarum orbem peragrâsse.* c) Herodotus (*ex sermone Persarum*) refert *Phœnices à mari Rubro in hoc mare profectos, positis sedibus in eâ regione quam nunc quoque incolunt, continuò longinquis navigationibus incubuisse, vecturisque mercium Ægyptiarum & Assyriarum faciendis.* Alibi; d) *Phœnices (ut ipsi memorant) quondam mare Rubrum accolebant: illinc transgressi, maritima Syriæ habitant. Is autem Syriæ tractus, & quicquid Ægypto tenus est, Palæstina vocatur.* Huic sententiæ accedit is, qui de Azoto urbe dixit, e) Ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' Ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων, *illam condidit unus advenarum qui è Rubro mari fugerunt.* Strabo tamen rem dubiam facit. * *Alii,* inquit, *referunt Phœnices & Sidonios nostros esse colonos eorum qui sunt in Oceano, addentes, illos ideo vocari Phœnices* (puniceos) *quòd mare Rubrum sit:* οἱ δὲ ἐκείνους τούτων, *Alii illos horum* colonos fuisse existimant. Ambiguitatis in causâ nimia vetustas. Utcunque sit, extra dubium est hisce seculis Phœnices velificationibus inclaruisse: & Cecropem è Phœniciâ solvisse verisimillimum est. Hactenus autem f) *ratibus navigabatur, inventis in mari Rubro inter insulas à rege Erythra.*

Cyprum appulisse Cecropem innuit Porphyrius. In urbe, g) inquit, *quæ nunc Salamis, olim verò Coronis dicta, mense secundùm Cyprios Aphrodisio, mactabatur homo Agraulo filiæ Cecropis & Agraulidis nymphæ: & duravit consuetudo usque ad Diomedis tempora: tunc mutata est, ita ut homo sacrificaretur Diomedi. Intra unum autem septum erat & Minervæ templum, & Agrauli, & Diomedis. Mactan-*

a) Joseph. c. Apió. p. 1038 f.
b) Euf. Præp. p. 38. d.
c) L. 1. c. 1.
d) Herod. l. 7. c. 89.
e) Steph. Αζ.
* L. 1. p. 42.
f) Plin. l. 7. c. 56.
g) περὶ ἀποχῆς l. 2, §. 54.

ſtandus ab ephebis ductus cùm aram ter circumierit, ſacerdos eum lanceâ confodit per ſtomachum, & ſic ſuper rogum constructum ὁλοκαύτιζεν cremabatur totus. Hunc morem ſuſtulit Diphilus rex Cypri temporibus Seleuci Theologi, & ritus iſte in ſacrificium bovis mutatus eſt. Salamis in Cypro condita eſt à Teucro poſt bellum Trojanum. Agraulos Cecropis uxor a) *Actæi filia* dicitur. Cecrops autem & ἀνθρωποθυσίαν & *Minervæ* cultum in Cyprum introduxiſſe videtur. a) Apollodor. l. 3.

Cecropem *Minervæ* cultum in Græciam attuliſſe certius eſt: b) *& ex Minervæ nomine, qua Græcè Ἀθηνᾶ dicitur, Athenæ nuncupatæ.* Illa ἐφύτευσεν ἐλαίαν ἣ νῦν, ait c) Apollodorus, ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται, *produxit Oleam, quæ nunc in Pandroſio oſtenditur*: ut Ruminalis ficus, Romæ. Olea illa, à Perſis d) *accenſa, ad duos cubitos eodem die repullulâſſe* fertur. Quidam tamen *Minervam*, Ogygis tempore, e) *ad Tritonem Bœotiæ fluvium nutritam*; alii ad *Lacum Tritonis in Libyâ* natam fabulantur. b) Euſ. n. 460. c) L. 3. p. 192. d) Pauſan. l. 1. p. 48. e) Ib. l. 9. p. 593.

Cecropem etiam *Jovis* cultum in Græciam induxiſſe ferunt. f) *Primus Cecrops bovem immolans Jovem appellavit*, g) Ζῆνα προσηγόρευσεν. De victimâ diſſentit h) Pauſanias. Ο μὲν Δία τε ὠνόμασεν Ὕπατον πρῶτος, καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, *Cecrops primus Iovem Supremum nuncupavit, & nihil vitâ præditum ei immolandum duxit, ſed liba patria ad aram porricienda ſanxit.* Alibi Euſebius: i) *Cecrops primus Jovem appellavit Deum; primus Athenis aram ſtatuit; primus Minervæ ſtatuam poſuit: & poſt illum οἱ παρ' Ἕλλησι θεοὶ πάντες γενεαλογοῦνται, tota Græcorum numinum genealogia texitur.* Epiphanius etiam de Græcorum theologiâ: k) Συγγραφεῖς καὶ ἱστοριογράφοι ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐρανισάμενοι μυθοποιίας πλάνης, *Scriptores & hiſtorici à fabuloſis Ægyptiorum erroribus collectam corrogant.* l) Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς ἡλικίας τοῦ Κέκροπος, *Iſta autem ab ætate Cecropis in Græciam tranſlata ſunt.* Ex Ægypto itaque fuit ſuperſtitionis Græcæ origo. f) Euſ. n. 463. g) Syncell. p. 153. h) L. 8. p. 456. i) Euſ. Præp. l. 10. c. 9. k) Hæreſ. l. 1. §. 7. l) Ibid.

m) *Athenis mos à Cecrope (ut ajunt) permanſit corporis terrâ humandi; quam cùm proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur; ut ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur; ſolum autem, frugibus expiatum, ut vivis redderetur. Sequebantur epulæ,* m) Cic. de Leg. l. 2. prope finem.

pulæ, quas inibant coronati: apud quas, de mortui laude cùm aliquid veri erat prædicatum (nam mentiri nefas habebatur) justa confecta erant. Posteaquam (ut scribit Phalereus) sumtuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt.

a) Strab. l. 9. p. 397. De statu politico, a) *sufficiat adjecisse quod tradit Philochorus. Cùm Cares à mari, Bœoti Aones dicti à terra regionem Atticam popularentur, Cecrops primus multitudinem in XII urbes congregavit;* quarum nomina sunt Κεκροπία, Τετράπολις, Επακρία, Δεκέλεια, Ελευσίς, Αφίδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττός, Κηφισία, Φάληρος. *Theseus demum XII urbes in unam contraxit.* b) Tetrapolis fuerunt Οἰνόη, Προβάλινθος, Τρικόρυθος, Μαραθών.

b) Steph. Τετρ.

c) In Aθ. & Δια.
d) Strab. l. 9. p. 407. b.
e) Pausan. l. 9. p. 577.

Præter Athenas *Atticas* erant etiam *Bœoticæ*, quæ alio nomine Ορχομενός· & *Eubœicæ*, quæ Διάδες dictæ; aliæque quas numerat c) Stephanus. d) *Athenæ & Eleusis ad Tritonem fluvium sitæ, cùm Cecrops* (potiùs Ogyges) *præesset Bœotiæ tunc Ogygiæ dictæ, postea* e) *diluvio deletæ sunt.*

Æra Attica.

f) Marm.

AB adventu Cecropis consurgit Æra Attica, per *Reges Archontesq́; Athenienses* deducta; ad quam res Græcæ accommodantur. Author Parius Arundelliani Marmoris f) ἀνέγραψε τοὺς ἄνωθεν χρόνους, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν ἕως ἄρχοντος Ἀθήνησιν Διογνήτου, *descripsit superiora tempora, auspicatus à Cecrope primo Athenarum rege usque ad archontem Athenis Diognetum:* Id est, per annos 1318. Terminum hujus intervalli citeriorem constituit Seldenus ad annum Per. Jul. 4450. Deme annos 1318, habes annum Per. Jul. 3132, sive primum Cecropis, atque Æræ Atticæ.

Epocha Marmorea.

Αφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε, καὶ ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλουμένη Ακτικὴ ἀπὸ Ακταίου τοῦ αὐτόχθονος, ἔτη ΧΗΗΗΔΠΙΙΙ.	*Ex quo Cecrops Athenis regnavit, & regio Cecropia dicta est, antea nuncupata Actica ab Actæo indigena, anni* 1318.	Æra Attica. 1

Αφ'

Ex

		Æra. Attica.
Ἀφ' οὗ Δευκαλίων περὶ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη ΧΗΗΗΔ.	*Ex quo Deucalion juxta Parnassum in Lycoriâ regnavit, regnante Athenis Cecrope, anni* 1310.	9

Satis convenit Eusebio cum Marmore, de intervallo ab initio Cecropis ad *Excidium Trojæ*; non itèm de intervallo proximo, à casu Trojæ ad *Primam Olympiadem*. Unde evenit ut initium Cecropis, totumque hoc intervallum, apud Eusebium annis 26 recentius sit, quàm in hâc ἀναγραφῇ monuimus a) suprà, rationem daturi ad *Trojæ captæ* epocham. a) p. 84.

Ad SECULUM IX.

Epochæ Marmoreæ.

		Æra Attica.
Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησιν ἐγένετο Ἄρεϊ καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιρροθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗΙΔ'ΔΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κραναοῦ.	*Ex quo Mars & Neptunus judicio egerunt de Halirrhothio Neptuni F. & locus nuncupatus est Areopagus, anni* 1268, *regnante Athenis Cranao.*	51
Ἀφ' οὗ Κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τοὺς ὄμβρους ἔφυγεν ἐγ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸ . . . . ον καὶ τοῦ Διο . . . υο . . . δι . . . μέτειρ . . . ονιδ . . . ο . . . τὰ Σωτήρια ἔθυσεν, ἔτη ΧΗΗΙΔ'ΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κραναοῦ.	*Ex quo Diluvium sub Deucalione contigit, & is imbres effugit è Lycoriâ ad Athenas . . . . & (Jovi Phyxio) . . . . . Sacra pro salute fecit, anni* 1265, *regnante Athenis Cranao.*	54
Ἀφ' οὗ Α . . κτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ συνήγειρε τοὺς περὶ τὸν ὄρον οἰκοῦντας, καὶ ὠνόμασεν Ἀμφικτύονας καὶ π . . . ιυ . . . . καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφι-	*Ex quo Amphictyon Deucalionis F. regnavit Thermopylis, & congregavit accolas vicinos, & nominavit eos Amphictyonas*	

		Æra. Attica.
φικτύονες, ἔτη ΧΗΗΙΔΙΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.	nas & P. . . . etiamnũ sacrificant Amphictyones, anni 1258, regnante Athenis Amphictyone.	61
Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ Δευκ ... Φθιώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες ὠνομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι· καὶ τὸν ἀγῶνα Παναθήναια .... ωι ΧΗΗΙΔ:ΠΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.	Ex quo Hellen Deucalionis F. in Phthiotide regnavit, & Hellenes nominati sunt qui antea Græci appellati; & certamen Panathenæorum . . . . 1257, regnante Athenis Amphictyone.	62
Ἀφ' οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο ..... ἔκτισεν τὴν Καδμείαν, ἔτη ΧΗΗΙΔΙΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.	Ex quo Cadmus Agenoris F. Thebas advenit . . . . condidit Cadmiam, anni 1255, regnante Athenis Amphictyone.	64
Ἀφ' οὗ .... η ... νίκης ἐβασίλευσαν, ἔτη ΧΗΗΙΔ̄ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.	Ex quo . . . . . . nicà regnárunt, anni 1252, regnante Athenis Amphictyone.	67
Ἀφ' οὗ ναῦς ..η ...ων ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη Πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ... ωνη καὶ Βα ... αρειω καὶ Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν ....αιτ ... καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ Παρα..αδι ἐν Λίνδωι τῆς Ῥοδίας, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΠΙΙ, βασιλεύοντος	Ex quo Navis . . . . . ex Ægypto in Græciã transmisit, & nuncupata est Pentecontorus, & Danai filiæ Amymone & B . . . . . & Helice & Archedice sorte lectæ à cæteris filiabus . . . . & sacrificabant super littus in Parã . . ade in Lindo, quæ Rhodi urbs est, anni 1247, regnante Athenis Erichthonio.	72
.... θόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναί-	Ex quo Erichthonius, Panathenæis primò celebratis, currum junxit & certamen edidit, & Athenien-	

ους . . ον . . αι . . θεων Μητρὸς ἐφάνη ἐγ Κυβέλοις, καὶ Ὕαγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶτος ηὗρεν ἐγκ . . αιναις . . . σφ . . . . . ἐμέλισε Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε, καὶ ἄλλους νόμους Μητρὸς, Διονύσου, Πᾶνος, καὶ τὸν ἐπ . . . ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τοῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντος.	*nienses . . . . Deorum Matris apparuit in Cybelis; & Hyagnis Phryx tibias primus invenit. . . . . quæ Phrygia vocatur, tibiis primus cecinit & alios nomos Matris, Bacchi, Panis, & . . . anni 1242, regnante Athenis Erichthonio qui currum conjunxit.*	Æra Attica. 77

Areopagus.

a) P*Ostquam Minerva, inventâ oleâ, Neptunum vicerit; indignè ferens Halirrhothius Neptuni filius, oleas capite excidere; cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, & ei caput amputavit. Neptunus verò dolens filii sui obitum, Martem homicidii cœpit arguere; inde effectum est, ut Mars & Neptunus de hac re judicium apud Athenas experirentur.* Pausanias aliter; *Halirrhothius* b) *Neptuni filius vim intulit Alcippæ Martis filiæ, & à Marte occiditur.* c) *Neptuno eum in jus vocante, Mars in* Areopago, *XII Diis judicantibus, absolvitur*; Circa initium regis Cranai. Actio Neptuni, Martisque exceptio, à d) Libanio Sophistâ confictæ leguntur.

a) Ser. in Virgil. Georg. l. 1. vers. 18.
b) L. 1. p. 37. 52.
c) Apollodor. l. 3. p. 193.
d) Orat. 22. 23.

Totam hanc rem ignorabat Æschylus; qui (ex Minervæ personâ) e) dicit πάγον Ἄρειον vocatum; quòd Amazones (locum occupantes) Marti hostias immolârunt; & primum capitis judicium ibi fuisse in causâ Orestis, id est, post bellum Trojanum. Sed & antè Orestem; f) *Cephalus jaculo fortè occidit uxorem Procrin, Erechthei filiam; & in* Areopago *judicatus, perpetuo exilio damnatus est.* Et Dædalus, g) *Discipulo suo Talo, sororis filio, ex arce dejecto, condemnatus in* Areopago, *ad Minoem fugit.* De hoc autem Concilio certiora habebimus, ad Draconis, Solonisque tempora.

e) Eumenid. vers. 690.
f) Apollodor. l. 3. p. 200.
g) Ibid. p. 206.

Diluvium Deucalionis.

a) Strab. l. 9. p. 406.
b) ſuprà p. 114
c) Herodot. l. 7. c. 129.

DUO apud Græcos celebrantur Diluvia : Alterum in Bœotiâ tempore *Ogygis*, ante annos 250, quando a) *Copais lacus, obstructis in imo meatibus, aucta eſt uſque ad loca habitata : ita Eleuſinen & Athenas abſorptas* b) diximus. Alterum *Deucalionis*, in *Theſſaliâ*, quam c) *montes undique præcludunt; ad Orientem Pelion & Oſſa, ad Aquilonem Olympus, ad Occidentem Pindus, ad Meridiem Othrys. Peneus, in quem alii confluunt amnes, per planiciem fertur, & per unum anguſtumque anfractum exit in mare. Ferunt hos fluvios olim* (ſub Deucalione puta) *Theſſaliam feciſſe pelagus, & Neptunum feciſſe anfractum illum per quem meat Peneus.* Sanè Neptuno Deucalion coætaneus erat. Nondum autem uno Theſſaliæ nomine innotuit regio iſta; è quâ Homerus decem populos totidemque Dynaſtas ad bellum Trojanum recenſet.

p. 882.

De Deucalionis Diluvio, rituque Hieropolitano ab eodem inſtituto, legendus Lucianus, de Deâ Syriâ. Porrò Deucalion cultum Deorum docuiſſe fertur.

d) Apol. Rhod l. 3. v. 1085.

———— d) Ενθα Προμηθεὺς
Ιαπετιονίδης ἀγαθὸν τέκε Δευκαλίωνα,
Ος πρῶτος ποίησε πόληας καὶ ἐδείματο νηοὺς
Αθανάτοις, πρῶτος δὲ καὶ ἀνθρώπων βασίλευσεν.

Ubi Prometheus
Iapeto ſatus bonum genuit Deucalionem;
Qui primus condidit urbes, & extruxit templa
Diis, & primus inter homines regnavit.

e) V. Pyrrhi initio.
f) ſuprà p. 64.
g) Auguſtin. Civ. Dei l. 8. c. 10.

Scholiaſtes ibi : *Hellanicus tradit Deucalionem Promethei filium regnâſſe in Theſſaliâ, & aram XII Diis conſtruxiſſe. Theſſalia autem priùs vocabatur Hæmonia.* e) Plutarchus; *Quidam tradunt Deucalionem & Pyrrham, conſtructo apud Dodonam templo, ibi conſediſſe in Moloſſis.* Oraculum autem Dodonæum ex Ægypto advectum eſſe f) docuit Herodotus.

g) *Ut Varro ſcribit, regnante Athenienſibus Cranao, ſucceſſore Cecropis; ut autem noſtri Euſebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecro-*

pe

...nianente, Diluvium fuit quod appellatum est Deucalionis, eò quòd ...e regnabat in earum terrarum partibus ubi maximè factum est. Varni convenit cum Marmore; Syncellus etiam a) *sub Cranao*: neque ...ssentiunt Tatianus & Clemens, qui *sub Crotopo* συγχρόνω collo...nt. Orosius *Amphictyonis temporibus* attribuens, extrema Cro...pi respexisse videtur. a) p. 157. b.

Quòd, post Tatianum, Clemens Alex. Eusebius, Syncellus, alii, *Deucalionis Diluvium, & Phaëtontis Incendium* (res satis contrari...s) in idem tempus conjiciant; id quidem ex Platonis Timæo depromptum est; b) quem consulas. Plato autem, ex Ægyptiorum disciplinâ tradidit. Illi *Majorem* ἀποκατάστασιν, *hoc est, redintegrationem, per* ἐκπύρωσιν, *aut per* κατακλυσμὸν *perfici* c) docuerunt. b) p. 1043. e. c) suprà p. 9. 10.

Neque Belli, inter *Athenienses atque Atlanticos*, d) *ante 9000 annos* gesti, meminissem, (quod Solonem ab Ægyptiis audivisse comminiscitur Plato) si Crantor olim, & Platonis interpretes, historiam eam veram fuisse non asseverâssent. Multò sobriùs Origenes, Porphyrius, Proclus allegoriam esse existimârunt. d) In Critiâ p. 1100. b.

Concilia Amphictyonica.

NON una fuit apud Græcos Ἀμφικτυονία: vetustissima quidem Thessalica hæc, quæ idcirco instituta est ut essent Græci e) φίλοι μὲν ἀλλήλοις, λυπηροὶ δὲ τοῖς βαρβάροις καὶ φοβεροὶ, *sibi invicem amici, sed Barbaris graves & formidabiles.* f) Enumerantur gentes XII, quæ Concilii participes essent: Extra πύλας, VII; *Oetæi*, (aliis *Æniane*) *Malienses, Phthiotæ, Thessali, Magnetæ, Perrhabi*, Dolopes (ab Æschine omissi, quòd forsan ejus ætate interierat gens Dolopum:) Intra πύλας, V; *Locri, Dorienses, Phocenses, Bœoti, Jones.* g) Pausanias *Perrhabos* omisit & *Bœotos*; Suidas, Harpocration & Michael Apostolius *Thessalos & Locros*. Convenire soliti erant Amphictyones bis quotannis ad Thermopylas; ubi h) *Cereris Amphictyonidis templum, sedilia Amphictyonibus, & ipsius Amphictyonis delubrum extructa sunt.* Synodus Πυλαία vocatur, & assessores Πυλαγόραι. e) Dion. Halic. l. 4. p. 299. f) Æschinis Orat. περὶ παραπρεσβείας p. 262. g) L. 10. p. 622 h) Herod. l. 7. c. 200.

Alterum Ἀμφικτυονικὸν σύστημα apud Delphos i) *institutum fuit, quod & de publicis rebus consultaret, & communem Templi procurationem sustineret, quum pecuniæ grandes & donaria deposita custodiâ* i) Strab. l. 9. p. 420.

diâ atque sanctimoniâ indigerent. Vetustiora ignorantur; sed Acrisius memoratur primus qui Amphictyones (hos) *ordinaverit, & urbes definiverit quibus in consessu eo esset jus suffragii. Convenerunt primò XII urbes,*(non gentes) *postmodo urbes plures se adjunxerunt. Concilium vocabant Pylæam; erat & vernum & autumnale; & Cereri sacrificabant Pylagoræ.* Amphictyones hi, postquam Pythia instituta sunt, ludis istis præsidebant: Neque publicas Græciæ, sed Templi Delphici res sacras procurabant. Concilium hoc ad alterius exemplar compositum est; eadem utrobique vocabula. a) Ἀμφικτύονες, περίοικοι Δελφῶν συναγόμενοι ἐπὶ Πυλαίαν, Πυλαγόραι καὶ ἱερομνήμονες, *Amphictyones, circumhabitantes Delphos, congregati ad Pylæam, Pylagoræ & sacrorum memores* dicuntur. Pausanias utrosque distinguit: dicit, b) *Conventum Achæorum ad Ægium celebrari, καθὸ ἐς Θερμοπύλας τε, καὶ ἐς Δελφοὺς οἱ Ἀμφικτύονες, sicut tàm ad Thermopylas, quàm ad Delphos Amphictyones.* Sanè magna fuit utriusque vel similitudo, vel confusio. Neque enim c) *Amphictyones, qui templum Delphis trecentis talentis construendum locârunt,* iidem d) *Amphictyones fuerunt, qui epigrammatis & cippis exornârunt Leonidam ducesq; alios qui cum illo occubuerunt.* Ab isto coetu, ob direptionem Templi, semoti sunt ipsi e) Phocenses à Philippo Macedone post decennale bellum Sacrum; tandem verò, ob rem strenuè gestam contra Brennum Gallum, Delphos adortum, Amphictyonatum receperunt. Ad Delphicam hanc societatem pertinet Ætolorum illud III virorum sacrorum monumentum.

a) Hesychius,
b) L. 7. p. 445.
c) Herod. l. 2. c. 180. l. 5. c. 62.
d) L. 7. c. 220.
e) Pausan. l. 10. p. 622.

f) ΕΠΙ. ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ. ΕΝ. ΔΕΛΦΟΙΣ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ.
ΠΤΑΛΑΙΑΣ. ΗΣΙΗΣ. ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ. ΑΙΤΩΛΩΝ.
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ. ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ. ΔΑΜΩΝΟΣ.

f) Gruter. p. 129. 15. & p. 1021. 7.

Tertia Ἀμφικτυονία etiam Sacra fuit; instituta ad tuendam τὴν ἀσυλίαν Templi, quod Neptuno sacratum est in Calauriâ insulâ. g) Ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἑπτὰ πόλεων, *Fuit etiam ad hoc Templum Amphictyonatus quidam urbium VII; Quarum nomina Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Prasiæ, Nauplia & Orchomenus Minyeius.* h) *Androtion* dixit, quòd Ἐξ ἀρχῆς ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν περιοικούντων συνεδρεύσαντες, καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀφικτύονας τοὺς συνελθόντας, *Initio assessores è finitimis convenerunt Delphos, & qui coierunt nominati sunt* Ἀφικτύονες (ab

g) Strab. l 8. p. 374.
h) Pausan. 10. p. 622.

(ab ἀφίξεως) ἐκνικῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον τὸ νῦν σφισιν ὄνομα, *per tempus autem obtinuit nomen* Amphictyonum. a) *Anaximenes* nomen deducit ἀπὸ τῆ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, *quod coacti essent Delphis circum-vicini*, quasi, Αμφικτίονες, Scholiastes b) Thucydidis: Περικτίονες εἰσὶ, καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. a) Harpocrat. Αμφ. b) L. 3. p. 248. n. 4.

His exemplis, in Asia, c) *Panionium ex XII urbibus*; & *Triopium Doriense ex VI*, à colonis Græcis instituta sunt, Sec. XIV. c) Herodot. l. 1. c. 143, 144.

Cadmus.

ALtera Ægyptiorum exulum colonia in Græciam deducta est à Cadmo Agenoris filio. d) *Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti apud Tyrum & Sidonem regnaverunt.* Dein, e) *Raptâ Europâ, Cadmus regnavit Thebis.* §. I. d) Eus. n. 562. e) n. 587.

f) *Cadmus Agenoris filius à rege missus ad quærendam Europam Rhodum navigavit: & cùm tempestate jactatus vovisset se templum Neptuno structurum, servatus in eâ insulâ templum illi Deo condidit, & Phœnicibus quibusdam ibi relictis ejus curam demandavit; qui in Jalysiorum societatem coaluere; & ex iis fuit Sacerdotum successio.* Jalysiæ urbs fuit g) *Achæa*, postea *Jalyssus* dicta, quam condiderunt *Heliadæ*. De *Telchinibus* & *Heliadis*, Rhodi incolis, multa h) Diodorus; quem consulas. f) Diod. Sic. l. 5. p. 227. d. g) Ibid. c. h) Diod. p. 326. d.

Præter Neptuni cultum, etiam ἀνθρωποθυσίαν Phœnices in hanc insulam intulisse videntur. i) *Rhodi, mense Metagitnione ἕκτῃ ἱσταμένου XVI Kal. Novemb. homo sacrificabatur Saturno. Qui mos, cùm diu invaluisset, immutatus est. Nam ex capite damnatis unum servabant usque ad Saturnalia, quem instante festo, extra portas producentes, juxta Aristobulæ fanum jugulârunt, vinum propinantes.* i) Porphyr. de Abstin. l. 2. §. 54.

k) *Cadmus Delphis Phocidem* (vel Thebaidem) *versus pergens, vaccam habuit itineris ducem, emptam à bubulcis Pelagontis*, ἐπὶ δὲ ἑκατέρας τῆς βοὸς πλευρᾶς σημεῖον ἐπι εἶναι λευκὸν, εἰκασμένον κύκλῳ τῆς σελήνης, ὁπότε εἴη πλήρης, *in utroque item latere habentem signum candidum, circulo simile Plenilunii. Oportebat autem, ex Oraculi jussu, Cadmum cum exercitu ibi sedem ponere, ubi bos fessa procubuisset.* Oraculum habes, apud Aristophanis l) Scholiasten. Macula autem illa candida, in speciem Lunæ, superstitionem Ægyptiacam, in cultu k) Pausan. l. 9. p. 559. l) ad Ranas p. 269.

Apidis, denotare videtur: atque inde potiùs colligi poteſt Cadmum fuiſſe ægyptium, quàm ex *Minervæ ſimulacro*, fuiſſe Phœnicem. a) *Quidam putant Cadmum, qui in Thebaidem venit, fuiſſe Ægyptium, non Phœnicem: cui ſententiæ opponitur hujus Minervæ nomen,* ὅτι Σίγα κτ̀ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, κ̀ ὀ Σαῒς κτ̀ τὴν Αἰγυπτίων φωνὴν, *Quòd Siga dicitur, ſermone Phœnicio; & non Sais, Ægyptio.* Minerva ab Ægyptiis in urbe *Sai* maximè culta eſt: b) nomen autem Minervæ Ægyptium fuit *Neith*. Vox *Siga* non ſatis innoteſcit. c) *Sida Danai filia*; aliis d) *Beli uxor, Danai mater*. e) Ὄγκα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις, ἐπιχώριον ἐπώνυμον ἔχουσα. f) Ὄγκα, ἡ Ἀθηνᾶ κτ̀ Φοίνικας· unde, Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν. Sunt qui hinc in Pauſaniâ, pro Σίγα, reſcribunt Ὄγκα· ſed à lectione vulgatâ nimis diſſonum eſt nomen illud. Argumentum potiùs à Jovis nomine ducendum. g) Καρα̣ιὸς Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς. h) Bocharto interprete, Καραιὸς eſt Arietinus, *Hammon* κεροπρόσωπος.

a) Pauſan. ib.
b) ſuprà p. 92.
c) Pauſan. l. 3. p. 206.
d) Cedren. p. 21. b.
e) Heſych.
f) Stephan.
g) Heſychius.
h) Phœnic. l. 1. c. 17.

Luculentum autem originis Ægyptiacæ teſtimonium exhibet ærea illa tabula, quæ *Haliarti*, circa 200 annos poſt adventum Cadmi, in Alcmenæ ſepulcro condita, poſt annos inde plùs 900, ab Ageſilao rege Spartano ablata eſt. i) *In ſepulchro, præter armillam æream non magnam & duas amphoras figlinas, reperta eſt Ænea Tabula continens literas multas & mirabiles, utpote pervetuſtas; ex quibus nihil poterat intelligi, etiamſi apparerent poſtquam æs eſt ablutum; ſed characterum typus erat proprius quidam & barbaricus, Ægyptios maximè referens. Agetoridas itaque, ab Ageſilao miſſus, Memphim venit ad Chonuphim prophetam; petens ut ſi quid intelligeret, interpretaretur. Ille poſtquam per triduum libros vetuſtos de variis characterum formis conſuluiſſet, ad Regem reſcripſit,* τοὺς τύπους εἶναι τῆς ἐπὶ Πρωτέως βασιλεύοντος γραμματικῆς Ἡρακλέα ἣ τὸν Ἀμφιτρύωνος ἐκμαθεῖν, *Typos eſſe ſcripturæ Ægyptiacæ illius, quæ in uſu erat ſub Rege Proteo; quam didicerat Hercules Amphitryonis filius.* Herodotus, Ageſilao aliquantùm ſenior, ex k) ſacerdotum placitis, tradiderat *Proteum in Ægypto regnâſſe* ante inceptum bellum Trojanum; ad illius itaque tempora non malè refertur ætas Herculis. l) *Chonuphis* quidam *Heliopolitanus* dicitur, m) *Eudoxi Cnidii* præceptor; ut *Sechnuphis, Platonis; Sonches, Pythagoræ.*

i) Plutarch. Dæmon. Socrat. p. 557.
k) Herod. l. 2. c. 113.
l) Diog. Laert. Eudoxo.
m) Clem. Alex. Strom. 1. p. 303.

Aliam ejuſdem ætatis inſcriptionem n) Herodotus *vidit, in templo Apollinis Iſmenii apud Thebas Bœotias, literis Cadmeis in tripode inciſam: erat iſta,*

n) L. 5. c. 59.

Αμ-

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων,
Amphitryon me obtulit è gente Teleboarum.

Facta est hac ætate Laii,qui fuit Labdaci F. Polydori N. Cadmi Pronepos. a) Alterum ibidem legitur epigramma *tripodis à Scæo dicati,Hippocoontis F.ætate Oedipodis Laii F.Tertium etiam Laodamantis Eteoclis F.qui regnavit solus; sub quo Cadmei,ab Argivis ejecti, ad Encheleas se contulerunt,*in Illyrico. Istis autem inscriptionibus, nihil est literarum apud Græcos vetustius. a) C. 61.

Herodotus Καδμήια γράμματα,*Cadmeas literas* vocat; etiam φοινικήια,*Phœnicias.* Nam b) *Phœnices qui cum Cadmo venerant, cùm alias doctrinas in Græciam introduxere,tum etiam Literas,quæ apud Græcos antea non fuerant. Et quidem primæ tales fuerunt, quibus Phœnices omnes utuntur; sed progressu temporis,unà cum sono, literarum* ῥυθμὸν *modum mutaverunt; & Jones,eo tempore loca ista accolentes,Literasq; à Phœnicibus discentes,paucarum formas mutârunt; vocârunt tamen Phœnicias,quòd Phœnices eas in Græciam introduxissent.* Quod verò subjungit Herodotus,arguit istas literas *Ægyptias* potiùs,quàm *Phœnicias* nominandas esse. Καὶ τὰς,inquit, βίβλους διφθέρας καλέουσι ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ Ἴωνες,*Jones etiam priscâ consuetudine membranas appellant biblos; quia aliquando in penuriâ biblorum,utebantur pellibus caprinis & ovinis.* ἡ βύβλος,unde Græcorum βίβλος,sine dubio erat papyrus Ægyptia,non Phœnicia. Neque fuerunt Phœnices ipsi Literarum Authores : sed c) *Literas apud Ægyptios à Mercurio repertas* esse ostendimus. Græci autem,quòd Phœnices illis per commercia notiores fuerint quàm Ægyptii, & Cadmus ipse ex Phœnice venerit,Literas cum Cadmo allatas *Phœnicias* appellârunt,& Cadmum *genere Phœnicem* esse existimârunt. Apud quosdam etiam d) *ipsa gens Phœnicum in gloriâ magnâ literarum inventionis.* Ex eâ famâ,Lucanus; e) 5. II. b) C. 58. c) supra p. 37 d) Plin. l. 5. c. 12 e) L. 3.

Phœnices primi,famæ si credimus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Magis cautè Tacitus,f) *Fama est Cadmum,classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis,artis ejus auctorem fuisse.* Cadmus itaque ex Ægypto oriundus,Phœniciis ratibus in Græciam transvectus, f) L. 11.

ctus, literas istas secum intulit, quæ ultra Trojani belli tempora obtinuerunt.

Quænam autem fuerit priscis istis seculis literarum *Ægyptiarum* atque *Phœniciarum* dissimilitudo, hodie non liquet. Certè utrisque gentibus, etiam Ebræis, Syris, omnibusque Orientalibus sinistrorsum scribere commune fuit. Neque est absimile vero, istum sinistrorsum scribendi morem à Græcis initio receptum fuisse, diuque in usu mansisse. Olympiæ a) *Agamemnonis statuæ adscriptum est nomen :* γέγραπται δὲ καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν, *Id autem scriptum est à dextrâ in lævam* ; id est, sinistrorsum, ad morem ævi in quo vixerat. Paulatim desvevit ista scribendi ratio, scripseruntque Græci βουστροφηδόν. In b) Arcâ Cypseli Olympiæ dicatâ, *inscriptiones sunt literis antiquis incisæ ;* Καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες, *Et quædam literarum formæ rectâ ducuntur, aliæ autem βουστροφηδὸν, ut Græci dicunt.* τὸ δέ ἐστι τοιόνδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ, *Est autem hujusmodi. A fine versûs superioris fit conversio ad initium sequentis, ea ratione qua in diaulo curritur.* Lineæ ducuntur alternè sinistrorsum & dextrorsum. c) Hesychius rationem vocis reddit : οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ, *Ita dicitur quando quis regressus facit instar boum arantium : dicitur etiam de isto scribendi modo.* Eâdem scripturæ versurâ exaratæ sunt leges Solonis, qui Cypselo junior, Archon Athenis erat anno Attico 990. d) Τοὺς τοῦ Σόλωνος νόμους ἄξονας Ἀθηναῖοι ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐγγεγράφθαι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν, *Athenienses vocârunt leges Solonis* ἄξονας, *quòd inscriptæ essent in tabulis ligneis.* Et e) ἀνέγραψαν τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις, *Leges in Tabulas conscripserunt.* Sed & f) βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι, *Axones & Cyrbes scripti sunt eo modo quo convertuntur boves.*

a) Pausan. l. 5. p. 338.
b) Ibid. l. 5. p. 320.
c) In Βουστροφ.
d) Suid. in Νόμος.
e) Harpocrat. in Κύρβεις.
f) In ὁ κάτωθεν.

§. III.

Cadmus etiam Bacchi cultum in Græciam primus attulit : ideoque Græci Semelen ejus filiam Bacchi matrem fuisse fabulantur, & Bacchus g) Luciano vocatur Συροφοίνικός τινος ἐμπόρου τοῦ Κάδμου θυγατριδοῦς, *Cadmi cujusdam mercatoris Syrophœnicis ex filiâ nepos.* Extra dubium est hunc Deum, cum toto suo choragio, ex Oriente in Græciam advectum fuisse. De illius autem natalibus inter gen-

g) In Concil. Deor. initio.

gentes non convenit. a) Τὸν Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν ἑαυτῶ, *Tyrii* a) Achill. Tatii l. 2. initio, p. 67.
Bacchum suum esse existimant. Frustra quidem; cùm Bacchus fue-
rit istâ urbe antiquior. b) *Indorum alii Bacchum advenam Assyrium* b) Philostr. l. 2. c. 4.
fuisse; alii illum Indi fluvii filium, apud se natum, ferunt. c) *Afri eti-* c) Diod. S. l. 3. p. 140. a.
am, Oceani accolæ, hujus Dei incunabula sibi vendicant. d) Homerus d) Diod. ib.
autem *Bacchum in Nysa Arabiæ natum* cecinit,

——— σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων,
——— *Prope fluenta Ægypti.*

Ex Gentium lite, plures orti sunt Bacchi; de quibus fusè e) e) L. 3. & l. 4.
Diodorus, quem consulas. Novissimus Græcus; vetustissimus Æ-
gyptius, qui *Osiris.* f) Τὸν Ὄσιριν Διόνυσον εἶναι λέγουσι, *Osirin Bac-* f) Herodot. l. 2. c. 42.
chum esse ajunt. De Græci origine g) Diodorus in Ægyptiacis: g) L. 1. p. 14. d.
Cadmus, Thebis Ægyptiis oriundus, filiam habuit Semelen; quæ vitia-
ta, post septem menses, infantem peperit, τὴν ὄψιν οἷόν περ οἱ κατ' Αἴ-
γυπτον τὸν Ὄσιριν γεγονέναι νομίζουσι, *e... specie quam Ægyptii tribu-*
unt Osiridi. Cadmus re compertâ, & oraculo monitus ut patrum san-
cita tueretur, infantem auravit, & sacra illi congrua instituit, quasi O-
siris denuò se mortalibus exhibuisset, & procreationem retulit ad Jo-
vem; ut & Osiris honestaretur, & corrupta eximeretur ab infamia:
Quare divulgatum est apud Græcos Semelen Cadmi F. è Jove suscepis-
se Osirim. Postea verò Orpheus, ab Ægyptiis Theologia imbutus, pri-
sci Osiridis nativitatem in recentiora tempora transtulit; & Cadmeis
gratificatus, novos ritus instituit, in quibus traderetur initiatis Diony-
sum ex Semele & Jove prognatum fuisse. Sanè ante Orpheum, h) *Me-* h) Herodot. l. 2. c 49.
lampus Amythconis F. ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τοὔνομα, καὶ
τὴν θυσίην, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ Φαλλοῦ, *Græcis introduxit Dionysi no-*
men, & sacrificium, & pompam Phalli. Erat autem Melampus vir
sapiens & divinandi peritus, qui cùm alia multa, quæ ex Ægyptiis au-
diverat, Græcis invexerit, tum quæ ad Dionysum pertinent, paucis im-
mutatis. Neque enim casu contigit, ut huic Deo, tum in Ægypto, tum
in Græcia, eadem sacra fierent. Nam apud Græcos similia sunt, neque
recens introducta; neque Ægyptii à Græcis mutuati sunt aut hunc aut
alium ritum, sed omnia ferè Deorum nomina ex Ægypto in Græciam
pervenerunt.

Alii volunt Bacchum, jam adultum, Athenas advenisse. i) i) Syncell. p. 157. c.
Κατὰ Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀτ-
τι-

γικὴν ἐλθόντα ξενωθῆναι Σημάχῳ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι. ἕτερος δ' ἦν ἐκ Σεμέλης οὗτος. Hieronymus a) vertit, Sub Amphictyone *Deucalionis F. Dionysius* (*verùm non ille Semelæ filius*) *quum in Atticam pervenisset, hospitio receptus à Semacho, filiæ ejus capreæ pellem largitus est.* Paulò antè b) Ἀμπελουργία ὑπὸ Διονύσου ἐγνωρίσθη, οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης, *Vitium cultura à Dionysio prodita est, non utique illo Semeles filio.* c) Stephanus scribit Bacchum παρὰ ταῖς θυγατράσιν ἐπιξενωθῆναι· ἀφ' ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτοῦ, *à Semachi filiabus exceptum fuisse; à quibus sacerdotes Bacchi.* Traditione τῆς νεβρίδος, docuit μυστήρια καὶ τελετάς. Bacchus, cum nebride, in d) nummo CMYPNAIΩN, percusso in honorem *Iuliæ Dominæ Augustæ, sub Procos. Rufino.*

e) Conon refert *Cadmum, non missum ad investigandam Europam* (*ut Græci dicunt*) *sed ad comparandum sibi in Europâ imperium, raptæ sororis investigationem prætexuisse. Ille Thasum fratrem in Thaso insula relinquens, in Bœotia locum munivit, quem à patriâ Thebas vocavit.* Thasus autem f) *insula juxta Thraciam, in qua mortua est Telephassa Europæ mater.* Ibi g) Herculis *templum, à Phœnicibus conditum, qui ad quærendam Europam navigantes, Thasum condiderunt. Id autem quinque virorum ætatibus priùs fuit, quàm Hercules Amphitryonis in Græcia existeret.* In statere nostro ΘΑΣΙΩΝ, stat ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Herculis Salvatoris* simulacrum: & in nummis æreis ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ.

§. IV.

h) *Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix, ad Pangæum montem* in Thraciâ, invenisse dicitur. Ferunt etiam i) Cadmum *Samothraciam* appulisse, καὶ τῆς τελετῆς μεταχόντα, γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ἰασίωνος Ἁρμονίαν, *& perceptis Mysteriis, uxorem duxisse Harmoniam, Jasionis sororem.* Samothraces quidem Cabirorum Deorũ mysteriis celeberrimi fuerunt; & jactitârunt, k) *Mysteriorum ritus à Iove Iasioni filio traditos olim fuisse, in ea Insula;* ante adventum scilicet Cadmi. Verũ ex istis, quæ l) suprà dicta sunt, liquet illos sacra ista ab Oriente accepisse. m) *Initiati autem credebantur Deos habere in periculis præsentissimos, & ipsos fieri sanctiores & justiores: Ideo heroes veteres & semidei illustrissimi ritibus istis imbuti sunt, Jason, Castor & Pollux, Hercules, Orpheus* Argonautæ illi; quorum appulsum decantat n) Apollonius. Scholiastes ibi docet *Ulyssem & Agamemnonem*

a) Euseb. Chr. n. 520.
b) Syncell, p. 153. d.
c) In Σημαχίδαι.
d) Penes me.
e) Photii Bibl. p. 446. Narrat. 37.
f) Steph. in Θ
g) Herod. l. 2 c. 44.
h) Plin. l. 7. c. 56.
i) Diod. Sic. l. 5. p. 223. c.
k) Diod. ib.
l) p. 36.
m) Ib. p. 224. a
n) Argon. l. vers. 915.

rem initiatos fuisse: etiam a) *Tarquinius, Demarathi Corinthii filius, Samothracių religionibus mysticè imbutus est*; & b) Philippus Alexandri M. pater. c) Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, *Initiantur autem in Samothraciâ Diis Cabiris*. E Samothraciâ, id est, ex Cabirorum mysteriis, Græci deducunt Cybelen, sive Deorum Matrem. d) *Corybas, ajunt, Jasionis & Cybeles filius, cum Dardano & Cybele, in Asiam profectus, transtulit in Phrygiam τὰ τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν ἱερὰ, sacra Matris Deorum: Cybele τὴν θεὰν Κυβέλην ἀφ' ἑαυτοῦ, Deam, Cybelen, suo nomine; Corybas autem τοὺς ἐπὶ τοῖς τῆς Μητρὸς ἐνθουσιάσαντας, Matris sacra furore lymphatico obeuntes, Corybantes de se appellavit*. Aliis autem e) ἀπὸ τῶν Κυβέλων, Κυβέλης, à *Cybelis*, Phrygiæ monte, *Cybele* dicitur. In Samothraciâ, etiam erant Corybantum mysteria: f) Ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια. g) *Quidam Curetes & Corybantes eosdem fuisse existimarunt; illi autem fuerunt Jovis nutritii, & custodes*. Κουρῆτες Cretenses fuerunt; Corybantes, Phryges. h) *Pherecydes Corybantes IX, qui habitarunt in Samothrace, ex Apolline & Rhytiâ natos refert: ex Vulcano autem & Cabirâ Protei filiâ, Cabyros tres & tres Cabeiridas nymphas, & utrisque sua sacra fuisse; maximè autem in Lemno & Imbro; sed & in Troadis urbibus, Cabiros cultos; eorumque nomina mystica esse. Acusilaus, Vulcano Camilum; hoc, Cabeiros; his, Cabiridas ortas ait*. Erat quidem i) *Imbrus insula sacra Cabiris, & Mercurio*. In Circo Romano, k) *Tres aræ trinis Diis parent, Magnis, Potentibus; eosdem Samothracas existimant*.

Sicut *oppidum Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ* l) *nunc est arx Athenis*: ita Cadmus m) τὴν τε Καδμείαν ἐτείχισε, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἐκγόνοις ἀπέλιπεν, *& Cadmeiam munivit, & regnum posteris reliquit. Illi Thebas Cadmeiæ adjecerunt, & Bœotis plerisque imperantes, regnum propagarunt, usque ad Epigonorum expeditionem*. Regio autem Καδμηΐς n) *vocata est, usque ad annum sexagesimum post casum Trojæ; quo tempore, à Bœotis occupata, Bœotiæ nomen obtinuit*.

o) *Cum Cadmo in terram, quæ nunc vocatur Bœotia, devenerunt Gephyræi, & Tanagricum tractum incoluerunt: inde à Bœotis pulsi Athenas diverterunt; ubi certis conditionibus in jus civitatis recepti sunt*; p) *& templa extruxerunt Athenis, quæ cum aliis templis Atticis nihil habebant commune, sed ab iis erant distincta*:

in

a) Macrob. Saturn. l. 3. c. 4.
b) Plutarch. in Alex.
c) Scholiast. ib.
d) Diod. Sic. l. 5. p. 223. d.
e) Strab. l. 12. p. 567. c.
f) Suid. Σαμόθρ.
g) Ib. Κουρ.
h) Strab. l. 10. p. 472.
i) Steph. in Ἴμβρ.
k) Tertullian. Spect. c. 8.
l) Plin. l. 7. c. 56.
m) Strab. l. 9. p. 401.
n) Thucyd. l. 1. p. 5. Gr.
o) Herodot. l. 5. c. 57.
p) C. 61.

diâ atque sanctimoniâ indigerent. Vetustiora ignorantur; sed Acrisius memoratur primus qui Amphictyones (hos) *ordinaverit, & urbes definiverit quibus in consessu eo esset jus suffragii. Convenerunt primò XII urbes,* (non gentes) *postmodo urbes plures se adjunxerunt. Concilium vocabant Pylæam; erat & vernum & autumnale; & Cereri sacrificabant Pylagoræ.* Amphictyones hi, postquam Pythia instituta sunt, ludis istis præsidebant : Neque publicas Græciæ, sed Templi Delphici res sacras procurabant. Concilium hoc ad alterius exemplar compositum est; eadem utrobique vocabula. a) Ἀμφικτύονες, περίοικοι Δελφῶν συναγόμενοι ἐπὶ Πυλαίαν, Πυλαγόραι καὶ ἱερομνήμονες, *Amphictyones, circumhabitantes Delphos, congregati ad Pylæam, Pylagoræ & sacrorum memores* dicuntur. Pausanias utrosque distinguit: dicit, b) *Conventum Achæorum ad Ægium celebrari,* καθάπερ ἐς Θερμοπύλας τε, καὶ ἐς Δελφοὺς οἱ Ἀμφικτύονες, *sicut tàm ad Thermopylas, quàm ad Delphos Amphictyones.* Sanè magna fuit utriùsque vel similitudo, vel confusio. Neque enim c) *Amphictyones, qui templum Delphis trecentis talentis construendum locârunt,* iidem d) *Amphictyones fuerunt, qui epigrammatis & cippis exornârunt Leonidam ducesque alios qui cum illo occubuerunt.* Ab isto cœtu, ob direptionem Templi, semoti sunt ipsi e) Phocenses à Philippo Macedone post decennale bellum Sacrum; tandem verò, ob rem strenuè gestam contra Brennum Gallum, Delphos adortum, Amphictyonatum receperunt. Ad Delphicam hanc societatem pertinet Ætolorum illud III virorum sacrorum monumentum.

a) Hesychius,
b) L. 7. p. 445.
c) Herod. l. 2. c. 180. l. 5. c. 62.
d) L. 7. c. 220.
e) Pausan. l. 10. p. 622.

f) ΕΠΙ. ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ. ΕΝ·ΔΕΛΦΟΙΣ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ.
ΠΤΑΛΙΑΣ·ΗΣΙΗΣ. ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ. ΑΙΤΩΛΩΝ.
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ. ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ. ΔΑΜΩΝΟΣ.

f) Gruter. p. 129. 15. & p. 1021. 7.

Tertia Ἀμφικτυονία etiam Sacra fuit; instituta ad tuendam τὴν ἀσυλίαν Templi, quod Neptuno sacratum est in Calauriâ insulâ. g) Ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἑπτὰ πόλεων. *Fuit etiam ad hoc Templum Amphictyonatus quidam urbium VII; Quarum nomina Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Prasiæ, Nauplia & Orchomenus Minyeius.* h) *Androtion* dixit, quòd Ἐξ ἀρχῆς ἀφικόντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν περιοικούντων συνέδρευσαντες, καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀφικτύονας τοὺς συνελθόντας, *Initio assessores è finitimis convenerunt Delphos, & qui coierunt nominati sunt* Ἀφικτύονες

g) Strab. l 8. p. 374.
h) Pausan. 10. p. 622.

(ab

(ab ἀφίκεσθαι) ἐκνικῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον τὸ νῦν σφισιν ὄνομα, *per tempus autem obtinuit nomen* Amphictyonum. a) *Anaximenes* nomen deducit ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, *quòd coacti essent Delphis circum-vicini*, quasi, Ἀμφικτίονες, Scholiastes b) Thucydidis: Περικτίονες εἰσὶ, καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. a) Harpocrat. Ἀμφ. b) L. 3. p. 242. n. 4.

His exemplis, in Asia, c) *Panionium ex XII urbibus*; & *Triopium Doriense ex VI*, à colonis Græcis instituta sunt, Sec. XIV. c) Herodot. l. 1. c. 143. 144.

Cadmus.

§. I. Altera Ægyptiorum exulum colonia in Græciam deducta est à Cadmo Agenoris filio. d) *Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti apud Tyrum & Sidonem regnaverunt.* Dein, e) *Raptâ Europâ, Cadmus regnavit Thebis.* d) Eus. n. 562. e) n. 587.

f) *Cadmus Agenoris filius à rege missus ad quærendam Europam Rhodum navigavit: & cùm tempestate jactatus vovisset se templum Neptuno structurum, servatus in eâ insulâ templum illi Deo condidit, & Phœnicibus quibusdam ibi relictis ejus curam demandavit; qui in Jalysiorum societatem coaluere; & ex iis fuit Sacerdotum successio.* Jalysiæ urbs fuit g) *Achæa*, postea *Jalyssus* dicta, quam condiderunt *Heliadæ*. De *Telchinibus* & *Heliadis*, Rhodi incolis, multa h) Diodorus; quem consulas. f) Diod. Sic. l. 5. p. 227. d. g) Ibid. c. h) Diod. p. 326. d.

Præter Neptuni cultum, etiam ἀνθρωποθυσίαν Phœnices in hanc insulam intulisse videntur. i) *Rhodi, mense Metagitnione ἕκτη ἱσταμένου XVI Kal. Novemb. homo sacrificabatur Saturno. Qui mos, cùm diu invaluisset, immutatus est. Nam ex capite damnatis unum servabant usque ad Saturnalia, quem instante festo, extra portas producentes, juxta Aristobulæ fanum jugulârunt, vinum propinantes.* i) Porphyr. de Abstin. l. 2. §. 54.

k) *Cadmus Delphis Phocidem* (vel Thebaidem) *versus pergens, vaccam habuit itineris ducem, emptam à bubulcis Pelagontis*, ἐπὶ δὲ ἑκατέρας τῆς βοὸς πλευρᾶς σημεῖον ἐπὶ εἶναι λευκὸν, εἰκασμένον κύκλῳ τῆς σελήνης, ὁπότε εἴη πλήρης, *in utroque item latere habentem signum candidum, circulo simile Plenilunii. Oportebat autem, ex Oraculi jussu, Cadmum cùm exercitu ibi sedem ponere, ubi bos fessa procubuisset.* Oraculum habes, apud Aristophanis l) Scholiasten. Macula autem illa candida, in speciem Lunæ, superstitionem Ægyptiacam, in cultu k) Pausan. l. 9. p. 559. l) ad Ranas p. 269.

Q Api-

Apidis, denotare videtur: atque inde potiùs colligi potest Cadmum fuisse ægyptium, quàm ex *Minervæ simulacro*, fuisse Phœnicem. a) *Quidam putant Cadmum, qui in Thebaidem venit, fuisse Ægyptium, non Phœnicem: cui sententiæ opponitur hujus Minervæ nomen*, ὅτι Σίγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. *Quòd Siga dicitur, sermone Phœnicio; & non Sais, Ægyptio.* Minerva ab Ægyptiis in urbe *Sai* maximè culta est: b) nomen autem Minervæ Ægyptium fuit *Neith*. Vox *Siga* non satis innotescit. c) *Sida Danai filia*; aliis d) *Beli uxor, Danai mater*. e) Ὄγγα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις, ἐπιχώριον ἐπώνυμον ἔχουσα. f) Ὄγκα, ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας· unde, Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν. Sunt qui hinc in Pausaniâ, pro Σίγα, rescribunt Ὄγκα· sed à lectione vulgatâ nimis dissonum est nomen illud. Argumentum potiùs à Jovis nomine ducendum. g) Καραιὸς Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς. h) Bocharto interprete, Καραιὸς est Arietinus, Hammon κεροπρόσωπος.

Luculentum autem originis Ægyptiacæ testimonium exhibet ærea illa tabula, quæ *Haliarti*, circa 200 annos post adventum Cadmi, in Alcmenæ sepulcro condita, pòst annos inde plùs 900, ab Agesilao rege Spartano ablata est. i) *In sepulchro, præter armillam æream non magnam & duas amphoras figlinas, reperta est Ænea Tabula continens literas multas & mirabiles, utpote pervetustas; ex quibus nihil poterat intelligi, etiamsi apparerent postquam æs est ablutum; sed characterum typus erat proprius quidam & barbaricus, Ægyptios maximè referens. Agetoridas itaque, ab Agesilao missus, Memphim venit ad Chonuphim prophetam, petens ut si quid intelligeret, interpretaretur. Ille postquam per triduum libros vetustos de variis characterum formis consuluisset, ad Regem rescripsit*, τοὺς τύπους εἶναι τῆς ἐπὶ Πρωτεῖ βασιλεύοντι γραμματικῆς, ἣν Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος ἐκμαθεῖν, *Typos esse scripturæ Ægyptiacæ illius, quæ in usu erat sub Rege Proteo; quam didicerat Hercules Amphitryonis filius.* Herodotus, Agesilao aliquantùm senior, ex k) sacerdotum placitis, tradiderat *Proteum in Ægypto regnâsse* ante inceptum bellum Trojanum; ad illius itaque tempora non malè refertur ætas Herculis. l) *Chonuphis* quidam *Heliopolitanus* dicitur, m) *Eudoxi Cnidii* præceptor; ut *Sechnuphis, Platonis*; *Sonches, Pythagoræ*.

Aliam ejusdem ætatis inscriptionem n) Herodotus *vidit*, *in templo Apollinis Ismenii apud Thebas Bœotias, literis Cadmeis in tripode incisam: erat ista*, Αμ-

a) Pausan. ib.
b) suprà p. 92.
c) Pausan. l. 3. p. 206.
d) Cedren. p. 21. b.
e) Hesych.
f) Stephan.
g) Hesychius.
h) Phœnic. l. 1. c. 17.
i) Plutarch. Dæmon. Socrat. p. 577.
k) Herod. l. 2. c. 113.
l) Diog. Laert. Eudoxo.
m) Clem. Alex. Strom. 1. p. 303.
n) L. 5. c. 59.

Αμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἑὼν ἀπὸ Τηλεβοάων,
Amphitryon me obtulit è gente Teleboarum.

Facta est hac ætate Laii, qui fuit Labdaci F. Polydori N. Cadmi Pronepos. a) Alterum ibidem legitur epigramma *tripodis à Scæo dicati, Hippocoontis F. ætate Oedipodis Laii F. Tertium etiam Laodamantis Eteoclis F. qui regnavit solus; sub quo Cadmei, ab Argivis ejecti, ad Encheleas se contulerunt*, in Illyrico. Istis autem inscriptionibus, nihil est literarum apud Græcos vetustius. a) C. 60.

Herodotus Καδμήϊα γράμματα, *Cadmeas literas* vocat; etiam Φοινικήϊα, *Phœnicias.* Nam b) *Phœnices qui cum Cadmo venerant, cum alias doctrinas in Græciam introduxere, tum etiam Literas, quæ apud Græcos antea non fuerant. Et quidem primæ tales fuerunt, quibus Phœnices omnes utuntur; sed progressu temporis, una cum sono, literarum ῥυθμὸν modum mutaverunt; & Jones, eo tempore loca ista accolentes, Literasq́; à Phœnicibus discentes, paucarum formas mutârunt; vocârunt tamen Phœnicias, quòd Phœnices eas in Græciam introduxissent.* Quod verò subjungit Herodotus, arguit istas literas Ægyptias potiùs, quàm *Phœnicias* nominandas esse. Καὶ τὰς, inquit, βίβλους διφθέρας καλέουσι ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ Ἴωνες, *Jones etiam priscâ consuetudine membranas appellant biblos; quia aliquando in penuriâ biblorum, utebantur pellibus caprinis & ovinis.* ἡ βύβλος, unde Græcorum βίβλος, sine dubio erat papyrus Ægyptia, non Phœnicia. Neque fuerunt Phœnices ipsi Literarum Authores: sed c) *Literas apud Ægyptios à Mercurio repertas* esse ostendimus. Græci autem, quòd Phœnices illis per commercia notiores fuerint quàm Ægyptii, & Cadmus ipse ex Phœnice venerit, Literas cum Cadmo allatas *Phœnicias* appellârunt, & Cadmum *genere Phœnicem* esse existimârunt. Apud quosdam etiam d) *ipsa gens Phœnicum in gloriâ magnâ literarum inventionis.* Ex eâ famâ, Lucanus; e) §. II. b) C. 58. c) supra p. 37 d) Plin. l. 5. c. 12 e) L. 3.

Phœnices primi, famæ si credimus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Magis cautè Tacitus, f) *Fama est Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis ejus auctorem fuisse.* Cadmus itaque ex Ægypto oriundus, Phœnicis ratibus in Græciam transvectus, f) L. 2.

ctus, literas istas secum intulit, quæ ultra Trojani belli tempora obtinuerunt.

Quænam autem fuerit priscis istis seculis literarum *Ægyptiarum* atque *Phœniciarum* dissimilitudo, hodie non liquet. Certè utrisque gentibus, etiam Ebræis, Syris, omnibusque Orientalibus sinistrorsum scribere commune fuit. Neque est absimile vero, istum sinistrorsum scribendi morem à Græcis initio receptum fuisse, diuque in usu mansisse. Olympiæ a) *Agamemnonis statuæ adscriptum est nomen*: γέγραπται δὲ καὶ τοῦτ' ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν, *Id autem scriptum est à dextrâ in lævam*; id est, sinistrorsum, ad morem ævi in quo vixerat. Paulatim desvevit ista scribendi ratio, scripseruntque Græci βουστροφηδόν. In b) Arcâ Cypseli Olympiæ dicatâ, *inscriptiones sunt literis antiquis incisæ*; Καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες, *Et quædam literarum formæ rectâ ducuntur, aliæ autem βουστροφηδὸν, ut Græci dicunt.* τὸ δέ ἐστι τοιόνδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ, *Est autem hujusmodi. A fine versûs superioris fit conversio ad initium sequentis, ea ratione qua in diaulo curritur.* Lineæ ducuntur alternè sinistrorsum & dextrorsum. c) Hesychius rationem vocis reddit: οὕτως ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ, *Ità dicitur quando quis regressus facit instar boum arantium: dicitur etiam de isto scribendi modo.* Eâdem scripturæ versurâ exaratæ sunt leges Solonis, qui Cypselo junior, Archon Athenis erat anno Attico 990. d) Τοὺς τοῦ Σόλωνος νόμους ἄξονας Ἀθηναῖοι ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐγγεγράφθαι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν, *Athenienses vocârunt leges Solonis* ἄξονας, *quòd inscriptæ essent in tabulis ligneis.* Et e) ἀνέγραψαν τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις, *Leges in Tabulas conscripserunt.* Sed & f) βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι, *Axones & Cyrbes scripti sunt eo modo quo convertuntur boves.*

a) Pausan. l. 5. p. 338.
b) Ibid. l. 5. p. 320.
c) In Βουστροφ.
d) Suid. in Νόμος.
e) Harpocrat. in Κύρβεις.
f) In ὁ κάτωθεν.

§. III.

Cadmus etiam Bacchi cultum in Græciam primus attulit: ideoque Græci Semelen ejus filiam Bacchi matrem fuisse fabulantur, & Bacchus g) Luciano vocatur Συροφοίνικός τινος ἐμπόρου τοῦ Κάδμου θυγατριδοῦς, *Cadmi cujusdam mercatoris Syrophœnicis ex filiâ nepos.* Extra dubium est hunc Deum, cum toto suo choragio, ex Oriente in Græciam advectum fuisse. De illius autem natalibus inter gen-

g) In Concil. Deor. initio.

gentes non convenit. a) Τὸν Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν ἑαυτοῦ, *Tyrii Bacchum suum esse existimant.* Frustra quidem; cùm Bacchus fuerit istâ urbe antiquior. b) *Indorum alii Bacchum advenam Assyrium fuisse; alii illum Indi fluvii filium,* apud se natum, ferunt. c) *Afri etiam, Oceani accolæ, hujus Dei incunabula sibi vendicant.* d) Homerus autem *Bacchum in Nysa Arabiæ natum* cecinit,

a) Achill. Tatii l. 2. initio, p. 67.
b) Philostr. l. 2. c. 4.
c) Diod. S. l. 3. p. 140. 2.
d) Diod. ib.

———— σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων,
———— *Prope fluenta Ægypti.*

Ex Gentium lite, plures orti sunt Bacchi; de quibus fusè e) Diodorus, quem consulas. Novissimus Græcus; vetustissimus Ægyptius, qui *Osiris.* f) Τὸν Ὄσιριν Διόνυσον εἶναι λέγουσι, *Osirin Bacchum esse ajunt.* De Græci origine g) Diodorus in Ægyptiacis: *Cadmus, Thebis Ægyptiis oriundus, filiam habuit Semelen; quæ vitiata, post septem menses, infantem peperit,* τὴν ὄψιν οἷόν περ οἱ κατ' Αἴγυπτον τὸν Ὄσιριν γεγονέναι νομίζουσι, *ea specie quam Ægyptii tribuunt Osiridi. Cadmus re compertâ, & oraculo monitus ut patrum sancita tueretur, infantem auravit, & sacra illi congrua instituit, quasi Osiris denuò se mortalibus exhibuisset, & procreationem retulit ad Jovem; ut & Osiris honestaretur, & corrupta eximeretur ab infamia: Quare divulgatum est apud Græcos Semelen Cadmi F. è Jove suscepisse Osirim. Postea verò Orpheus, ab Ægyptiis Theologia imbutus, prisci Osiridis nativitatem in recentiora tempora transtulit; & Cadmeis gratificatus, novos ritus instituit, in quibus traderetur initiatis Dionysium ex Semele & Jove prognatum fuisse.* Sanè ante Orpheum, h) *Melampus Amythconis F.* ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τοὔνομα, καὶ τὴν θυσίην, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ, *Græcis introduxit Dionysi nomen, & sacrificium, & pompam Phalli. Erat autem Melampus vir sapiens & divinandi peritus, qui cùm alia multa, quæ ex Ægyptiis audiverat, Græcis invexerit, tum quæ ad Dionysum pertinent, paucis immutatis. Neque enim casu contigit, ut huic Deo, tum in Ægypto, tum in Græcia, eadem sacra fierent. Nam apud Græcos similia sunt, neque recens introducta; neque Ægyptii à Græcis mutuati sunt aut hunc aut alium ritum, sed omnia ferè Deorum nomina ex Ægypto in Græciam pervenerunt.*

e) L. 3. & l. 4.
f) Herodot. l. 2. c. 42.
g) L. 1. p. 14. à.
h) Herodot. l. 2. c. 49.

Alii volunt Bacchum, jam adultum, Athenas advenisse. i) κατὰ Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀτ-

i) Syncell. p. 157. c.

a) Euseb. Chr. n. 520.
b) Syncell. p. 153. d.
c) In Σημαχίδαι.
d) Penes me.
e) Photii Bibl. p. 446. Narrat. 37.
f) Steph. in Θ.
g) Herod. l. 2 c. 44.
§. IV.
h) Plin. l. 7. c. 56.
i) Diod. Sic. l. 5. p. 223. c.
k) Diod. ib.
l) p. 36.
m) Ib. p. 224. a
n) Argon. l. vers. 915.

ϊκιλὼ ἐλθόντα ξενωθῆναι Σημάχῳ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι. ἕτερος δ᾽ ἦν ἐκ Σεμέλης οὗτος. Hieronymus a) vertit, Sub Amphictyone *Deucalionis F. Dionysius* (*verum non ille Semeles filius*) *quum in Atticam pervenisset, hospitio receptus à Semacho, filiæ ejus capreæ pellem largitus est.* Paulò antè b) Ἀμπελουργία ὑπὸ Διονύσου ἐγνωρίσθη, οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης, *Vitium cultura à Dionysio prodita est, non utique illo Semeles filio.* c) Stephanus scribit Bacchum παρὰ ταῖς θυγατράσιν ἐπιξενωθῆναι· ἀφ᾽ ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτοῦ, *à Semachi filiabus exceptum fuisse; à quibus sacerdotes Bacchi.* Traditione τῆς νεβρίδος, docuit μυστήρια καὶ τελετάς. Bacchus, cum nebride, in d) nummo CMYPNAIΩN, percusso in honorem *Iuliæ Dominæ Augustæ, sub Procos. Rufino.*

e) Conon refert *Cadmum, non missum ad investigandam Europam* (*ut Græci dicunt*) *sed ad comparandum sibi in Europâ imperium, raptæ sororis investigationem prætexuisse. Ille Thasum fratrem in Thaso insula relinquens, in Bœotia locum munivit, quem à patriâ Thebas vocavit.* Thasus autem f) *insula juxta Thraciam, in qua mortua est Telephassa Europæ mater.* Ibi g) Herculis *templum, à Phœnicibus conditum, qui ad quærendam Europam navigantes, Thasum condiderunt. Id autem quinque virorum ætatibus priùs fuit, quàm Hercules Amphitryonis in Græciâ existeret.* In statere nostro ΘΑΣΙΩΝ, stat ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Herculis Salvatoris* simulacrum: & in nummis æreis ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ.

h) *Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix, ad Pangæum montem* in Thraciâ, invenisse dicitur. Ferunt etiam i) Cadmum *Samothraciam* appulisse, καὶ τῆς τελετῆς μεταχόντα, γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ἰασίωνος Ἁρμονίαν, *& perceptis Mysteriis, uxorem duxisse Harmoniam, Jasionis sororem.* Samothraces quidem Cabirorum Deorũ mysteriis celeberrimi fuerunt; & jactitârunt, k) *Mysteriorum ritus à Iove Iasioni filio traditos olim fuisse, in ea Insula;* ante adventum scilicet Cadmi. Verũ ex istis, quæ l) suprà dicta sunt, liquet illos sacra ista ab Oriente accepisse. m) *Initiati autem credebantur Deos habere in periculis præsentissimos, & ipsos fieri sanctiores & justiores: Ideo heroes veteres & semidei illustrissimi ritibus istis imbuti sunt, Jason, Castor & Pollux, Hercules, Orpheus* Argonautæ illi; quorum appulsum decantat n) Apollonius. Scholiastes ibi docet *Ulyssem & Agamemnonem*

nem initiatos fuisse: etiam a) *Tarquinius, Demarathi Corinthii filius, Samothraciis religionibus mysticè imbutus est*; & b) Philippus Alexandri M. pater. c) Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, *Initiantur autem in Samothraciâ Diis Cabiris.* E Samothraciâ, id est, ex Cabirorum mysteriis, Græci deducunt Cybelen, sive Deorum Matrem. d) *Corybas, ajunt, Jasionis & Cybeles filius, cum Dardano & Cybele, in Asiam profectus, transtulit in Phrygiam* τὰ τῆς Μητρὸς τ θεῶν ἱερὰ, *sacra Matris Deorum: Cybele* τὴν θεὰν Κυβέλην ἀφ' ἑαυτῆ, *Deam, Cybelen, suo nomine; Corybas autem* τοὺς ἐπὶ τοῖς τ Μητρὸς ἐνθουσιάσαντας, *Matris sacra furore lymphatico obeuntes, Corybantes de se appellavit.* Aliis autem e) ἀπὸ τοῦ Κυβέλων, Κυβέλης, *à Cybelis*, Phrygiæ monte, *Cybele* dicitur. In Samothraciâ, etiam erant Corybantum mysteria: f) Ην δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια. g) *Quidam Curetes & Corybantes eosdem fuisse existimarunt: illi autem fuerunt Jovis nutritii, & custodes.* Κουρῆτες Cretenses fuerunt; Corybantes, Phryges. h) *Pherecydes Corybantes IX, qui habitarunt in Samothrace, ex Apolline & Rhytiâ natos refert: ex Vulcano autem & Cabirâ Protei filiâ, Cabyros tres & tres Cabeiridas nymphas, & utrisque sua sacra fuisse; maximè autem in Lemno & Imbro; sed & in Troadis urbibus, Cabiros cultos; eorumque nomina mystica esse. Acusilaus, Vulcano Camilum; hoc, Cabe ros; his, Cabiridas ortas ait.* Erat quidem i) *Imbrus insula sacra Cabiris, & Mercurio.* In Circo Romano, k) *Tres aræ trinis Diis parent, Magnis, Potentibus; eosdem Samothracas existimant.*

Sicut *oppidum Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ* l) *nunc est arx Athenis*: ita Cadmus m) τὴν τε Καδμείαν ἐτείχισε, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἐγγόνοις ἀπέλιπεν, *& Cadmeiam munivit, & regnum posteris reliquit. Illi Thebas Cadmeiæ adjecerunt, & Bœotis plerisque imperantes, regnum propagarunt, usque ad Epigonorum expeditionem.* Regio autem Καδμηΐς n) *vocata est, usque ad annum sexagesimum post casum Trojæ; quo tempore, à Bœotis occupata, Bœotiæ nomen obtinuit.*

o) *Cum Cadmo in terram, quæ nunc vocatur Bœotia, devenerunt Gephyræi, & Tanagricum tractum incoluerunt: inde à Bœotis pulsi Athenas diverterunt; ubi certis conditionibus in jus civitatis recepti sunt,* p) *& templa extruxerunt Athenis, quæ cum aliis templis Atticis nihil habebant commune, sed ab iis erant distincta:*

in

a) Macrob. Saturn. l. 3. c. 4.
b) Plutarch. in Alex.
c) Scholiast. ib.
d) Diod. Sic. l. 5. p. 223. d.
e) Strab. l. 12. p. 567. c.
f) Suid. Σαμοθρ.
g) Ib. Κορυβ.
h) Strab. l. 10. p. 472.
i) Steph. in Ἴμβρ.
k) Tertullian. Spect. c. 8.
l) Plin. l. 7. c. 56.
m) Strab. l. 9. p. 401.
n) Thucyd. l. 1. p. 5. Gr.
o) Herodot. l. 5. c. 57.
p) C. 61.

a) Etymolog. in Γεφ. — *in quibus fuit Cereris Achææ templum*, & *orgia*; quæ & a) Γεφυ-ρεία Δημήτηρ dicta est. Bacchum & Cererem inter Deos Cabiros b) recensuimus.

b) suprà p. 36.

c) *Cum Cadmo etiam Arabes trajecerunt.* d) *Quidam existimant Abantes* (quos contra Trojam sub Elephenore militantes Homerus vocat e) ὄπιθεν κομόωντας, *occipite crinito*) *tonsuram eam ab Arabibus didicisse, quæ postea à Theseo dicta est* f) Θησηΐς.

c) Strab. l. 10. p. 447.
d) Plutarch. in Theseo p. 2.
e) Iliad. B. vers. 542.
f) suprà p. 105.

Lacedæmon.

NE desiderentur in Marmore nobilissimæ gentis Origenes; legendum velim g) τ̃ Λακω-νικῆς ἐβασίλευσαν, & de Eurotâ atque Lacedæmone, Regibus, intelligendum. Adeò ut Lacedæmoniorum epocha incidat in annum Atticum 67. Cùm verò illorum Mythica nondum congesta sint in Chronica; κτ̃ γενεὰς accipe,

g) Lineâ 18.

* Pausan. l. 3. initio.

- * LELEX indigena, à quo Legeles dicti.
  - MYLES
    - EUROTAS à quo fluvius
      - Sparte — LACEDÆMON Spartam condidit. (LACEDÆMON filius Jupiter — Teygeta, à quâ mons.)
        - AMYCLAS Amyclas urbem condidit.
          - ARGALUS
          - CYNORTAS post fratrem.
            - OEBALUS — Gorgophone Argiva, Persei fil.
          - *Hyacinthus*, cujus tumulus Amyclis, sub signo Apollinis. *Amyclides* dicitur, & poeticè i) *Oebalides*.
        - *Eurydice* — *Acrisius* Rex Argivorum
          - Danae.
  - *Polycaon* Andaniæ regnabat — *Messene* Argiva.
- Triopas
  - Phorbas.
    - *Messene*

h) Hesych. 'Αμυ. — h) 'Αμυκλῶ

i) Ovid. Met. l. 10. fab. 5.

HIE-

HIPPOCOON TINDAREUS, — *Leda*
fratrem ejecit. ab Hercule restitutus.

CASTOR & POLLUX *Helena* *Clitemnestra*
uxor uxor
MENELAI *Agamemnonis*,
qui dux contra Trojam.

Danaus.

ADventus Danai celebris est Græcorum epocha, quæ incidit in annum Atticum 72: illam hîc annis 36 priùs, quàm in Eusebii Canone, statui a) diximus. Danaus autem Cadmo patruelis tertiam Ægyptiorum coloniam deduxit in Græciam; & exuto Gelanore, Argivorum regnum obtinuit. a) suprà p.84.

b) *Chemmis urbs magna est in Thebaide prope Neam urbem. Dicunt Ægyptii, Danaum & Lynceum fuisse Chemmitas, & in Græciam navigâsse.* b) Herodot. l.2.c.91.

De Danao cum Marmore convenit c) Apollodoro; Ὑποθεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ, ναῦν πρῶτος κατεσκεύασε, Danaus *consilio Minervæ primus navem fabricavit, quam à filiarum numero* πεντηκόντορον *vocavit, eisq; impositis aufugit* ex Ægypto. *Rhodum verò appellens Minervæ Lindiæ statuam dedicavit. Inde Argos se contulit, regnumq; ei tradidit Gelanor.* Cur navis ista prima habebatur, docet Plinius. c) Apoll. l.2. p. 63.

d) *Navem primus in Græciam ex Ægypto Danaus advexit: antè ratibus navigabatur, inventis in Mari Rubro inter insulas à rege Erythrâ.* Hygenus e) *navem biproram* vocat. Argo navis etiam Pentecontoris. d) Pl. l.7.c.56. e) Fabula 168. 277.

f) *Danaus ex Ægypto cum filiabus fugiens, cùm appulisset Lindum Rhodi oppidum, ab incolis susceptus, Minervæ templum extruxit, & Deæ statuam consecravit. Tres autem Danai filiæ sublatæ sunt peste, quæ grassabatur in Lindo: reliquæ cum patre Argos profectæ sunt.* Sequitur, Cadmum *non ita multò pòst Minervæ Lindiæ donaria obtulisse, inter quæ Lebes æneus veteri more fabrefactus, cum inscriptione literis Phœniciis.* Sed Cadmi navigationem priorem fuisse docet Marmor. Longè autem pòst, g) *Amasis* rex Ægypti *Minervæ Lindiæ duas lapideas statuas, & thoracem lineum* (peplum) h) *admiratio-* f) Diod. Sic. l.5. p.227.d. g) Herodot. l.2.c.ult. h) L.3.c.47.

ne dignum misit : quia Danai filiæ templum Minervæ quod Lindi est, extruxisse feruntur, eò appulsæ quum filios Ægypti fugerent.

a) Pausan. l. 2. p. 118.

a) *Dum Danaus cum Gelanore Sthenelæ F. de regno contendit, lupus in taurum impetum fecit. Taurus Argivis visus est repræsentare Gelanorem, & Lupus Danaum* (extraneum.) *Cùm igitur Lupus confecisset Taurum, Danaus è re natâ regnum adeptus est; & Lupum ab Apolline immissum existimans,* Apollinis Λυκίȣ *templum posuit, & statuam. Nam & simulacra eo tempore fuisse putantur, maximè Ægyptia.* Atque in ejus rei memoriam, Lupi πϱοτομὴν in nummis Argivorum signatam habeo.

Eusebius *Gelanoris* regno nullum tempus assignat. Apud Æschylum, *filius αἰώνυμ⊙ indigena Pelasgi* (quem inter reges istos recenset b.) Hygenus) regnabat Argis, quando adveniebant Danaides.

b) supra p. 84.

c) Ικέτισι vers. 254.

c) Τȣ̃ γηγενȣ̃ς γὰϱ εἰμ' ἐγὼ παλαίχθον⊙.
Ἶνις Πελασγȣ̃, τῆσδε γῆς ἀϱχηγέτης.

d) Apollodor. l. 2. initio. l. 3. p. 163.

e) Strab. l. 5. p. 221.

Sanè d) *Pelasgum indigenam fuisse dixit Hesiodus; Acusilaus autem Jovis & Niobes filium, à quo Peloponnesi incolæ vocati sunt Pelasgi.* Et e) *Peloponnesus Pelasgia, ut Ephorus : Illi autem origine Arcades vitam militarem amplexi sunt, multisq; in idem studium perductis, & communicato omnibus nomine, apud Græcos aliosq; inclaruerunt. In Epirum, Thessaliam, Cretam, Lesbum, Lemnum, Imbrum, &* f) *Larissam Asiæ prope Cumas, deduxerunt colonias. Gens vaga & ad migrationes præceps tulit magna ac subita incrementa, ac decrementa maximè sub Æolensium ac Jonum transitum in Asiam.*

f) Strab. l. 13. p. 621.

g) Strab. l. 8. p. 371.

h) Stephan.

Sicut Cecrops Cecropiam, Cadmus Cadmeiam, ita g) *Danaus Argivorum* Ἀκϱόπολιν *condidisse perhibetur* (Arcis nomen, h) Larissa,) *tantumque præstitit ille principibus prioribus, ut qui Pelasgi antea vocati sint, Danai nominarentur; & Argivi, ob urbis gloriam. Danai sepulchrum in medio foro dicitur Palinthus.*

Ib. ex emendatione Casauboni.

i) Strab. l. 1. p. 23. d.

Danai filiæ ob puteorum inventionem templa summosque honores adeptæ sunt ; quod copiam aquarum in urbem introduxerint, ubi fuit aquæ inopia. Monstratur fons Amymone prope Lernam. i) Polybius dixit *Danaum* τὰ ὑδϱεῖα τὰ ἐν Ἄϱγει παϱαδεῖξαι, instrumenta *aquatica Argis demonstrâsse.* Ægyptii insignes fuerunt aquileges.

a) Danai

a) *Danai filiæ initiationem Cereris, quam Græci* Θεσμοφόρια *vocant, ex Ægypto attulerunt, & Pelasgicas fœminas docuerunt. Postea verò, Peloponneso omni à Doribus sedibus suis ejectâ, abolitus est iste initiandi ritus. Arcades è Peloponnensibus soli non ejecti ritum conservârunt.*

a) Herodot. l.2. c.171.

De filiarum nuptiis, & maritorum cæde, Apollodorum adeas. b) *Unus evasit Lynceus in Lyrceam oppidum, unde face signum dedit uxori Hypermnestræ, quæ vicissim à Larissâ facem extulit. Hinc Argivis* Πυρσῶν ἑορτὴ *Facularum festum annuum. Illa à patre in judicium vocata, & absoluta,* c) *templum* Αρτέμιδος Πειθοῦς *Dianæ Suadæ, &* d) Ἀφροδίτην Νικηφόρον *Venerem Victricem dedicavit.*

b) Pausan. l.2 p.130.
c) Ibid. p.122.
d) Ib. p.119.

Veneris cultus in Oriente celebris. e) *Saturnus Byblum urbem dono dedit* θεῷ Βααλτίδι, τῇ κ. Διώνῃ. *Dione* mater Veneris; unde filia f) *Dionæa* dicitur. g) *Byblus Cinyræ regia Adonidi sacra.* Byblo objicitur Cyprus. h) *Fama tradit à Cinara sacratum vetustissimum Paphiæ Veneris templum; Deamque ipsam conceptam mari huc appulsam,* id est, per mare advectam. Est & i) *Veneri Amathusiæ delubrum.* k) *Amathus urbs Cypri antiquissima, in qua colebatur Adonis-Osiris.* A Venere nomen habuerunt *Cypri urbes,* l) *Dionia,* atque m) *Urania.* Cæterùm n) *Veneris Uraniæ fanum in Ascalone Syriæ urbe omnium hujus Deæ templorum vetustissimum est. Siquidem quod in Cypro templum est, ex hoc prodiit, sicut ipsi fatentur Cyprii; & quod apud Cythera est, Phœnices ex eadem Syria condiderunt.* Pausanias, o) *Primis hominum Assyriis contigit Uraniam colere; & post Assyrios, Cypriorum Paphiis, & Phœnicum illis qui Ascalone in Palestina degunt: à Phœnicibus edocti Cytherii eandem colunt.* Alibi de Cytheris, p) *Est illic Uraniæ fanum sanctissimum, & omnium quæ apud Græcos Veneri dicata sunt antiquissimum:* αὕτη δ' ἡ θεὸς ξόανον ὡπλισμένον, *Ipsa autem Deæ statua est armata.* Similiter q) Ἐγχεῖος Ἀφροδίτη, Κύπριοι, apud *Cyprios Venus Encheos*, id est, Hastata: Neque aliter forsan Hypermnestræ *Venus Victrix.*

e) Sanchun. Euf. Pr. Eu. p.38 d.
f) Virg. Æn. 3. vers. 19.
g) Strab. l.16. p.755.
h) Tacit. hist. II. p.338.
i) Ib. An.3. p.98.
k) Stephan.
l) Ibid.
m) Diod. Sic. l.20.
n) Herodot. l.1 c.105.
o) Lib.1. p.27.
p) L.3. p.207.
q) Hesychius.

Sed & ipsa r) *Hypermnestra apud Argos sacerdotio functa est Junonis.* s) Ἡρεσίδες dictæ sunt αἱ ἱέρειαι τῆς ἐν Ἄργει Ἥρας, *sacerdotes Junonis Argivæ.* Earum prima fuit t) *Callithyia.* Tertia occurrit u) *Alcyone; cujus Sacerdotii anno 26, qui in tertiam ante Troi-*

r) Euf. n.582.
s) Etymolog. M. in H.
t) Euseb. Chr. n.376.
u) Dion. Halicar. l.1. p.18.

a) Gellii l. 15. c. 23. *Troica ætatem incidit, gens Sicula ex Italiâ migravit: ut refert Hellanicus Lesbius;* qui (12 annis a) Herodoto senior) per Sacerdotum Argivarum tempora historiam deduxit, designans quid sub quâque gestum erat. b) Νέμουσι ἢ τὰς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερέων, *Argivi à Sacerdotibus numerabant tempora.* Eam ob causam notatur c) *Admeta (ita legendum) Euristhei filia sacerdotium Argis tenuisse annis* 38. Aliæ memorantur Junonis Sacerdotes, *Cydippe, Chrysis, Phainis.*

b) Schol. Thucyd.

c) Syncell. p. 172. 2.

d) Apollodor. l. 2. Mythologi Danaum Ægyptium fuisse agnoscunt. d) *Neptunum,* ajunt, *generâsse Agenorem, qui in Phœnicia regnavit, & Belum: Hic & Ægyptum procreavit, à quo regio Ægyptus dicta est; & Danaum, qui trajecit in Græciam.* Unde Manetho e) *dicit,* ὅτι ὁ μὲν Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἀρμαῖς ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δαναὸς, *quòd Sethosis vocabatur Ægyptus, Armais autem ejus frater Danaus.* Infeliciter hic Manetho res Ægypti ad ætatem Danai confert. *Sethosis* enim est *Sesostris;* qui seculo demum XIV floruit. Neque inter Reges Ægyptios investigandus est *Danaus;* quem (ut & *Cecropem,* & *Cadmum*) patriæ clades in exilium projecit. Cæterùm vulgaris est iste Græcorum error; qui *Sesostrim* bellum Trojanum præcessisse crediderunt.

e) Jos. c. Apion p. 1041. f.

Panathenaa.

GRæci in Dies festos Ludorumque apparatus propensissimi fuerunt. Hinc in Marmore nostro tot Epochæ Ludos sacros & Theatrum spectantes. *Athenæa,* apud eos omnium vetustissima, cum cultu Minervæ, ex Ægypto in Græciam translata sunt. f) Πανηγύριας ἢ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. τεκμήριον δέ μοι τούτου τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ τευ χρόνου ποιεύμεναι, αἱ ἢ Ἑλληνικαὶ νεωστὶ ἐποιήθησαν, *Ægyptii primi hominum sunt qui conventus, & pompas, & accessus ad Deos fecerunt: & ab Ægyptiis eas didicerunt Græci. Cui rei argumento est, quòd Ægyptiaca ab antiquis temporibus facta, Græcanica autem recens videantur instituta.* g) *Ægyptii autem non semel in anno, sed frequenter conventus agunt: præcipuè Dianæ, in urbe Bubasti; 2. Isidi, in urbe Busiri; 3. Minervæ, in urbe Sai,* &c. h) *Ubi in urbem Sain sacri-*

f) Herodot. l. 2. c. 58.

g) C. 59.

h) Herodot. l. 2. c. 62.

sacrificatum convenerunt, noctu universi lucernas plurimas accendunt circumcirca domos sub dio. Lucernæ autem sunt vasa sale & oleo plena, quibus superstans incumbit ipsum ellychnium, quod totâ nocte ardet. Festi nomen est Λυχνοκαΐη *Lucernarum accensio. Qui ad conventum non ierint, noctem sacrificii observantes, Lucernas accendunt: ita Lucernæ non in Sai modò, sed etiam per totam Ægyptum accenduntur. Ritûs hujus sacra est ratio.* Solennitates istæ ipsis superstitionibus non recentiores videntur.

Hinc etiam in Græco Miervæ cultu, Lampadum ritus. a) Harpocration, *ex Polemone*, Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος, Παναθηναίοις, καὶ Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθείοις, *Athenienses tria Lampadis festa agunt, Panathenæis, Vulcanalibus, Prometheis.* Erat autem in Panathenæis Λαμπαδηδρομία equitum. b) Λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ᾽ ἵππων τῇ θεῷ, *Sub Vesperam erit Deæ certamen Lampadum ex equis.* c) Herodotus τὸ ἀγγαρήϊον *Persarum* τῇ λαμπαδηφορίῃ *Græcorum* comparat. d) *In Academia est ara Promethei, à qua Lampadas accensas ferentes in urbem decurrunt.*

a) In Λαμπ.

b) Plato l. 1. de Rep.

c) Herod. l. 8. c. 98.

d) Pausan. l. 1. p. 58.

Porrò ab Ægyptiorum moribus deduci videtur; quòd hos e) *ludos in veste tinctâ spectare* nefas esset. Athenienses f) lineas vestes serò deposuerunt.

e) Lucian. in Nigrino, p. 31.

f) supra p. 108.

De *Panathenæis* g) Harpocration, *ex Hellanico & Istro*: Ἤγαγε τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου· πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο. *Panathenæa festum egit Erichthonius Vulcani filius: ante eum vocabantur Athenæa.* Hic Sacrum illud omnibus Atticæ populis commune fecit; unde Festo nomen. Hic quadrigarum certamen instituit, discedens paululùm à ritu Ægyptio.

g) In Παναθ.

h) *Primus Erichthonius currus & quatuor ausus*
Jungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.

h) Virg. Georg. l. 3. v. 113.

Ægeus rex Athenarum i) τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει· ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας. *Panathenæorum certamen celebravit, in quo Androgeus Minois filius vicit.*

i) Apollodor. l. 3. sub finem.

k) Διττὰ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι· τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὰ δὲ διὰ πενταετηρίδος, ἅπερ καὶ Μεγάλα ἐκάλουν. *Agebantur Athenis Panathenæa duplicia; alia Annua; Alia Quinquennalia, quæ etiam Magna vocabant.* Ista autem Inferioris sunt ævi.

k) Harpocr. Suid. Παν.

a) Etymolog. M. a. Hesych. Suid.

Ad ipsum autem Erichthonium pertinet a) Ἀῤῥηφορία, ἑορτὴ ἐπιτελουμένη τῇ Ἀθηνᾷ ἐν Σκιῤῥοφοριῶνι μηνί. λέγεται δὲ διὰ τοῦ Α, παρὰ τὸ ἄρρητα καὶ μυστήρια φέρειν· ἢ ἐὰν διὰ τοῦ Ε, παρὰ τὴν Ἕρσιν τὴν Κέκροπος θυγατέρα, Ἑρσιφορία. Ταύτῃ γὰρ ἦγον τὴν ἑορτήν, *Arrhephoria, festum quod celebratur Minervæ mense Scirrophorione. Profertur autem vel per A,* (quasi ἀῤῥητοφορία) *à secretorum & mysteriorum gestatione; vel per E, Hersephoria, ab Herse filia Cecropis, quòd ipsi festum agerent.*

b) Harpocrat. in Ἀῤῥηφ.

b) Τέσσαρες μὲν ἐχειροτονοῦντο διὰ εὐγένειαν Ἀῤῥηφόροι. δύο δὲ ἐκρίνοντο αἳ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἦρχον καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν. λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν· καὶ εἰ χρυσία περιέθεντο, ἱερὰ ταῦτα ἐγίνοντο. *Ordinabantur* Ἀῤῥηφόροι *quatuor ex nobilitate. Duæ seligebantur quæ Pepli texturam ordiebantur & alia ad illum pertinentia. Albam vestem ferebant; & si aurea ponebantur, sacra illa fiebant.* In Etymologico non virgines, sed *pueri ab anno ætatis septimo ad undecimum,* sunt sacrorum administri.

c) Lib. 3.
d) Metamorph. l. 2.

c) Apollodorus fabulam narrat, & d) Ovidius;

Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actæo texta de vimine cistâ,
Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis
Servandam dederat, sed enim inconfessa quid esset;
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.

Aglauros autem ac *Herse* cistam resignant:

Infantemq; vident exporrectumque draconem.

e) Pausan. l. 1. p. 48.
f) Athenagoræ Apolog. initio.
g) Herodot. l. 8. c. 53.
h) Goltz. tab. 34.

e) *Pandrosus, quæ ex sororibus sola fidem servavit in deposito, templum habuit Minervæ contiguum.* f) Καὶ Ἀγλαύρῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖν ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα, *Quin etiam Athenienses Aglauro & Pandroso ceremonias & mysteria peragunt, quæ in aperienda arca impiè fecisse habentur.* Fuit etiam g) *ad præruptum Arcis locum* ἐς ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, *Templum Aglauri Cecropis filiæ.* Numismata habeo Cretensia, in quibus Serpens cistulam vimineam semiapertam ingreditur: & in h) nummo, quem percussit Κοινὸν Μακεδόνων νεωκόρων (in honorem *Alexandri*) serpens est *exporrectus* in cistâ semiapertâ. Serpentes autem & cistulæ etiam in Bacchi sacris: Bacchantium

a) *Pars*

a) *Pars sese tortis serpentibus incingebant,*
Pars obscura cavis celebrabant Orgia cistis. a) Catulli Epithal. Thetidis.

Mater Deorum.

MAtris Deorum religio in Phrygia ortum habuit; prima Deæ ἐπιφάνεια in Cybelis contigit: b) Κύβελα, ὄρη Φρυγίας, καὶ ἄντρα καὶ θάλαμοι, *Montes Phrygiæ, ubi antra & thalami* Matris: quæ b) Hesych. c) ἐφάνη ἐν Κυβέλοις, *in Cybelis apparuit*, anno Attico 77, *regnante Athenis Erichthonio.* At verò Pessinuntii gloriantur, apud illos esse c) Marm. d) τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, οὐδὲ ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης, *Deæ simulacrum è cœlo delapsum; neque humanâ manu tactum*: addunt, urbem suam nomen accepisse, ἐν τῷ πεσεῖν τὸ ἄγαλμα τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι, *quod deciderit simulacrum è cœlo; ibique primum apparuerit.* Sane e) *Pessinus emporium templum magnæ venerationis habet Matris Deorum, quam Agdistin vocant. Sacerdotes olim δυνάσται τινὲς ἦσαν ἱερωσύνην καρπούμενοι μεγάλην, reguli quidam erant magnum Sacerdotii fructum percipientes. Templum illustre fecerunt Romani, cùm simulacrum Deæ ex oraculo Sibyllæ acciverunt (ut & Æsculapii, ab Epidauro) Mons urbi imminet Dindymus, unde dea Dindymene, ut à Cybelis Cybelene.* d) Herodian. in Commodo, l. I. §. 35. e) Strab. l. 12. p. 567. d.

f) *Dyndamon, & Cybelen, & amœnam fontibus Idam*
Semper & Iliacas Mater amavit opes. f) Ovid. fast. 4

Et g) *Berecyntes, & omnes Phryges, & qui Idam accolunt Troës Rheam colunt, eiq; ὀργιάζουσι. Vocatur ab eis Mater Deorum, & Agdistis, & Phrygia, & Magna Dea; à locis autem Idæa, Dindymene, Pylene (lege Sipylene) Pessinuntia, Cybele.* g) Strab. l. 10. p. 469. a.

Dea hæc etiam Smyrnæ culta est, & Magnesiæ. In fœdere *Smyrnæorum & Magnetum* (inter Marmora Arundelliana) utrique jurant Νὴ τὴν Μητέρα τὴν Σιπυληνὴν, *per Matrem Sipylenen*; quæ eo nomine utrobique culta. Vetusta urbs h) *Sipylus eversa fuit regnante Tantalo.* Religio apud Magnetas superstes, vetustior forsan, sed Smyrnensis, privilegio major. Enumerat i) Ulpianus *Deos, quos S.C. & constitutionibus Principum hæredes instituere concessum est, Apollinem Didymeum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylensem quæ Smyrnæ colitur.* Smyrnam nominat, ut à Magnesiensi distin- h) Strab. l. I. p. 58. c. i) Post. Cod. Theodos. p. 92 Edit. Paris. an. 1586.

a) Lugd, an. 1593. 4to.

stinguatur. a) Posterior Theodosiani Codicis editio pro *Sipylensem* perperam substituit *Cybelen eam.*

Nummum habeo æneum ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ (in honorem *Antonini* Caracallæ *Aug.*) Aversâ parte stat Attis. Quæ Phryges narrant de *Matre & Attide*, non dissimilia sunt istis, quæ Syri de *Venere & Adonide*, atque Ægyptii de *Iside & Osiride* fabulantur: b) *Idem sub diversis nominibus religionis effectus est. Mater Deûm Terra habetur; Sol nomine* Attinis, sive Attidis, colitur. Unde ὕψιστος *Celsissimus* nuncupatus est. c)

b) Macrob. Saturn. l.1. c.21.
c) Gruter. Inscript. p.82. i.

ΜΗΤΕΡΙ. ΤΗ. ΠΑΝΤΩΝ. ΡΕΙΗ
ΑΤΤΙΘ. ΥΨΙCΤΩΙ

d) Orat. 5. in Matr. Deor.
e) De diis & Mundo, c.4.

Fabulam Attidis explicat d) *Julianus Imperator*; & ex eo, e) *Salustius* Platonicus.

Initium cultûs ex Marmore noscimus. Religio autem per Orbem Romanum latè propagata est: quod ex Nummis & Inscriptionibus constat. In numismatis meis triplex est Deæ schema, Stantis, Sedentis, Aurigantis. Stantem exhibet nummus CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Stant duæ fœminæ, capite turritæ; altera Smyrna urbs, cum thuribulo; altera Mater Sipylene, cum Leonibus ad pedes. Similis est f) Φωκαιέων, in honorem Juliæ Domnæ. Et in nummo g) ΜΑΓΝΗΤΩΝ, CΙΠΥΛ. id est, *Sipylene Mater*, stat cum Leonibus ad pedes, dextrâ tenens crotalum, sinistrâ tympanum sustentans ad humerum: aversâ parte ΜΑΓΝΗCΙΑ cum capite turrito.

f) Tristan. II. p. 146.
g) Ib. p.428.

Mater in cathedrâ sedens conspicitur in altero nummo CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚ. ΕΠ. C. CΕΞΤΟΥ, ἐπὶ στρατηγοῦ, *sub Procos. Sexto*, in honorem *Gallieni* Aug. Caput turritum est, dextra crotalum tenet, sinistra tympanum; sed nulli sunt juxta thronum Leones. h) Constantinus ex monte Dindymo in forum Byzantii transtulit *Matris Deûm Rheæ simulacrum*, τὰς περὶ ἑκάτερα λέοντας περιελὼν, *Leonibus utrinque sublatis.* In i) nummo ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥ *Sipylene Mater* sedet, cum leone accumbente: In alterâ autem k) *Magnesiâ, quæ ad Mæandrum fluvium; fuit olim templum Matris Deûm, Dindymenes* nomine.

h) Zosim. l.2. p.687.b.
i) Tristan. II. p. 567.
k) Strab. l.14. p.467.c.

Aurigantis Matris species cernitur in numismate ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ, *Hypæpenorum* sub monte Tmolo, ΕΠΙ. CΤΡΑ. Τ. ΦΛ. ΠΑΠΙΩΝΟC. *Sub Procos. T. Flavio Papione*, in honorem *Severi* Aug.

a) *Qua-*

——— a) *Qualis Berecynthia Mater*
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.

a) Virgil. l. 6 vers. 784.

Leonum bigæ in cursu sunt sine frænis: In b) nummo *Volteii*, Leones bijugi frænati sunt: In c) *Neronis* nummo, Leones quadrijugi.

b) Ursin. p. 186
c) Erizzo. p. 105.

Deam Syriam, dorso Leonis insidentem, habemus in nummo, quem in honorem *Antonini Aug.* edidit COL. AUR. PIA. METR. SID. id est, *Colonia Aurelia Pia Metropolis Sidon*. Neque dissimilis est Deæ Cœlestis effigies, in Denario Carthaginiensium, in honorem *Severi*.

Sanè numina non adeo diversa fuerunt Mater Deûm & *Dea Syria*, sive *Cœlestis*. d) Lucianus: *Astarte Luna, Europa, Dea Syria, Rhea. Nam & Leones eam ferunt, & tympanum habet, & coronam turritam in capite gestat; qualem & Lydi Rheam effigiant.* De πολυωνυμίᾳ Deæ, seipsam audiamus. e) *Me primigenii Phryges Pessinunticam nominant Deûm Matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam; illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusinii vetustam Deam Cererem; Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten, Rhamnusiam alii: & qui nascentis dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Æthiopes, Ariique, priscâque doctrinâ pollentes Ægyptii, ceremoniis me prorsus propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem.* Sanè *Isis* erat f) μυριώνυμος. Ex Ægypto autem, Deæ origo.

d) De Deâ Syriâ initio.
e) Apuleii Metam. l. XI. p. 378.
f) Plutar. de Iside p. 372. e

Cum religione Phrygiâ, nata est Harmonia sacra. g) *Satyrus Phryx invenit tibiam obliquam; Hyagnis, & ipse Phryx, harmoniam trichordam & diatonicam; Crumata verò Olympus, similiter Phryx; & Mixophrygium modum, & Mixolydium, Marsyas eâdem patriâ natus: Doricam autem harmoniam Thamyris Thrax excogitavit.* Fuit autem Hyagnis Marsyæ pater; Marsyas, Olympi præceptor. Plura si velis de *Matre*, adeas Lilii Gyraldi syntagma IV; si de *Hyagne*, & *Nomis Musicis*, Seldenum, ad hanc epocham. Nos ad Ebræorum Libertatem properamus.

g) Clem. Alex. Strom. l. 1. p. 307. c.

S *Exodus*

Exodus Israelitarum.

ANnus agebatur à *Diluvio* 857; à susceptâ Abrahami *Peregrinatione* 430; ab *ingressu* Jacobi in Ægyptum 215; ab incursione *Pastorum*, & Israelitarum *servitute*, 157; à *Josepho* Patriarchâ mortuo 143; à nato *Mose* 80; & Per. Jul. 3227; cùm jam *Stamenemes* esset 32 rex Thebanorum; in Inferiore autem Ægypto *Aphophis* Pastorum rex quartus regnâsset annos 60; quando decimo quinto die *Abib*, mensis *Septimi*, qui mox *primi* nomen habuit, (Post X plagas Ægypto illatas, 1. Sanguinis, 2. Ranarum, 3. Pediculorum, 4. Muscarum, 5. Pestis, 6. Ulcerum, 7. Grandinis, 8. Locustarum, 9. Tenebrarum, 10. Cædis primogenitorum) Israelitæ omnes, celebrato Paschate, convasatis rebus, spoliisque onusti, ad sexcenta millia virorum, præter parvulos, convenerunt in *Ramesse*, ubi a) initio collocati fuerant: inde militari ordine profecti sunt in *Succoth*, sive tentoria; inde in *Etham* & Arabiæ desertum; antecedente eos interdiu nube, & noctu igne.

a) suprà p. 90.

EXitus ex Ægypto insignissima est historiæ Sacræ epocha; cui innititur Judæorum, Christianorùmque chronographia, rerumque Ægyptiacarum dispositio: non tamen à Veteribus est rectè instituta.

Josephus, ut ex Judaicarum rerum comparatione cum Ægyptiacis suæ gentis antiquitatem, contra Apionem, vendicaret, colligit b) *Egressum tam antiquum esse, ut pene mille annis præcedat bellum Trojanum.* Verùm computatio ista magno peccat παραχρονισμῷ, neque est satis candida, sed multis modis fallax & falsa.

b) p. 1042. a.

Supponit Reges *Pastores* fuisse Ebræos, c) Οἱ καλούμενοι Ποιμένες ἡμέτεροι πρόγονοι, *Qui Pastores dicti progenitores nostri fuerunt*; & expulsionem *Pastorum* fuisse exodum Israelitarum. De errore isto d) satis dictum.

c) Ib. p. 1041. f.

d) suprà p. 102.

Ex Manethone didicit *Pastores* ejectos fuisse à *Tuthmose Thebanorum rege*. Ex eodem itaque recitat e) Thebanorum regum XVII seriem, qui regnârunt annos 333; quos in Canone exhibuimus. Horum primus est *Amosis*; sextus *Misphragmuthosis*, qui Pasto-

e) p. 1041. b.

Pastores debellavit; septimus *Tuthmosis*, qui illos expulit, & qui regnare cœpit annis 120 post initium primi Regis. Josephus autem ut tot annos in lucro suo haberet; non à Septimo, sed à Primo rege calculum ponit; eamque ob causam illius nomen mutat. Nam qui Porphyrio, ex ipso Manethone, Christianisque omnibus scriptoribus vocatur *Amosis* vel *Amos*, is Josepho sublestâ fide nuncupatur *Tethmosis*, & rex septimus per aphæresin *Thmosis*, Regibus istis XVII adjicitur, sine annis, a) *Sethosis, cujus frater Armais vocabatur Danaus.* a) p. 1041. f.

Græco hoc parapegmate instructus Josephus, XVII regum seriem ad hunc modum orditur: b) Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν Ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα, ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις ἐβασίλευσε μετὰ ταῦτα ἔτη κε; *Postquam Pastorum populus egressus est ex Ægypto in Hierosolymam, eorum ejector Rex Tethmosis regnavit annos 25*: dein numeratis ordine regum reliquorum temporibus; ex omnium annis colligit, Progenitores suos ex Ægypto egressos esse annos 393 antequam Danaus in Græciam venerit; adjectis scilicet 60 *Sethoseos* annis. b) p. 1041. b.

Neque hoc illi satis est. Cùm Eusebius (ex Castore) & Marmor Arundellianum statuerint annos tantùm 302 inter appulsum Danai & casum Trojæ, Josephus intra terminos istos tacitè numerat annos 600; & sic denium concludit Israelitarum ἀπαλλαγὴν *adeò antiquam esse*, c) ὡς ἐγγὺς τοῖς πρότερον αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις, *ut annis pene mille præcedat bellum Trojanum*. Sanè Josephus in hoc computo non tam Veritatem, quàm Antiquitatis gloriam, respexisse videtur. c) p. 1042. a.

Qualiscunque verò sit hæc Josephi chronologia, illa quidem summo studio à veteribus Christianis admissa est.

Ante adventum Danai regnatum est *Argis* annos 382, si 50 *Inachi* annos adjeceris: Numerus iste quàm proximè accedit ad annos istos 393, quos ex Regum Thebanorum temporibus collegerat Josephus. Hinc Justinus Martyr collocat d) *Mosem Judæorum ducem in temporibus Ogygis & Inachi.* Josephum etiam secutus est Theophilus: Justinum Tatianus, Tertullianus, Africanus: Tatianum, ut solet, Clemens Alexandrinus: Africanum Epiphanius, atque Georgius Syncellus. Nec quisquam repertus est d) Παραιν. p. 9. d. supra p. 4.

ante Eusebium qui de vetustate Mosis detrahere, & errorem veterem castigare ausus sit.

a) Sync. p. 67. Syncellus a) Eusebium acriter increpat, quòd adversus priscorum sententiam Mosem faciat recentiorem quàm illis visum fuit: immeritò quidem, cùm Auctoritas præponderare non debeat Veritati. Sanè Eusebius laudatissimo proposito de veteri Mosaicæ ætatis πρεσβυγονίᾳ detraxit annos 284: unde illi necesse fuit ab Africano cæterisque dissentire. p. 6. Hinc Exodus Eusebio, non sub primo, sed sub decimo tertio rege *Acherre* ponitur: neque illi opus fuit duas alias anonymorum *Pastorum* Dynastias huic intervallo inserere; quod fecit Africanus. Alioquin in rebus horum temporum Ægyptiacis Africani exscriptor est Eusebius.

Etsi Josepho non bene cesserit temporum comparatio, ille tamen Exodi epocham rectissimè posuit. b)Antiq. l. 2. c. 6. b) *Reliquerunt*, inquit, *Israelitæ Ægyptum mense Xanthico, lunâ quintadecimâ, annis quadringentis & triginta postquam progenitor noster Abrahamus in Chananæam venit: post migrationem verò Jacobi in Ægyptum annis ducentis & quindecim.*

c) suprà p. 89. Ex genealogiâ sacrâ c) stabilitur prius illud 215 annorum intervallum; non item posterius. Neque æquales sunt familiarum successiones: in tribu *Juda* recensentur *Phares*, *Hesron*, *Aram*, *Aminadab*, *Naasson*; in tribu *Levi*, *Caath*, *Amram* & *Moses*. Demetrius (non *Phalereus*, sed qui d) *Ptolemæi Quarti* tempus attigit) παιδογονίαν hanc conjectaneis annorum numeris definivit, quos ex Alex. Polyhistore refert e) Eusebius. *Caath*, natus anno 17 post adventum Jacobi in Ægyptum, an. ætatis suæ 40 genuit *Amram*, qui an. ætatis 78 genuit *Mosem*, cujus an. 80 contigit Exodus. Sub mortem Jacobi non rectè ponitur ortus Caathi, qui in f) migrante Patriarchæ familiâ recensetur.

d) Clem. Alex. Strom. 1. p. 337. d.
e) Pr. Evang. l. 9. c. 21. p. 425.
f) Gen. 46, 11.

Alii in statuendo Ebræorum Exitu μεταχρονισμῷ immani deliquerunt. Quæ ad hâc rem, ex *Manethone*, & ex *Charemone*, narrat Josephus, de *Pastorum* reditu intelligenda sunt. g) *Lysimachus* verò tradidit, ἐπὶ Βοκχόρεως τῶν Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπρὺς ὄντας καὶ ψωρὺς, *Judæorum populum leprâ & scabie infectum sub Bocchore Ægypti rege, consilio ductuq; Mosis, per desertum venisse in eam regionem quæ nunc vocatur Judæa.* Neque fuit hæc unius Lysimachi sententia. Tacitus de Judæis, h) *Plurimi*, inquit, *aucto-*

g) Joseph. c. Ap. l. 1. p. 1058
h) Tacit. hist. l. 5. initio.

auctores consentiunt, orta per Ægyptum tabe, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo id genus hominum alias in terras avehere jussum. Neque discrepat Apion Grammaticus, qui sub Tiberio scripsit. a) Ὁ δὲ Ἀπίων ὡρίσατο τὴν Ἔξοδον ἀκριβῶς κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν, *Apion Exodum exactè definivit ad annum primum Olympiadis VII, quo Phœnices condiderunt Carthaginem.* Annus iste in b) Eusebii canone est 10. regni *Bocchoreos*; quo etiam *Roma condita.* Est autem ἀναχρονισμὸς annorum 736.

a) Joseph. c. Ap. l. 2. p. 1061. e.
b) n. 1265.

Moses.

§. I.

MUlta narrant Josephus c) & Artapanus (apud d) Eusebium) de bello Æthiopico à Mose gesto: Et Chronicon Alexandrinum, ad annum ejus 31, *Moses*, inquit, *urbem Hermopolin condit, & bellum cum Æthiopibus toto decennio gerit.* Josephum sequuntur Zonaras, Cedrenus, aliique recentiorum: cum verò in historia Mosaicâ de bello isto. οὐδὲ γρῦ; e) Theodoretus, aliique recentiorum, totam narrationem rejiciunt. Si per *Æthiopas* intelligantur Thebani; si per *Ægyptios*, Pastores qui jam Inferiorem Ægyptum, in quâ degebant Israelitæ, annos amplius centenos possederant, historia ista fide digna haberi potest. Manetho enim tradit f) *Reges Thebaidis Pastores invasisse*, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συῤῥαγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον, *& bellum magnum & diuturnum cum illis gessisse*, usque ad obsidionem eorumque expulsionem. g) *Hermopolis, & Hermopolites nomus*, Thebaidi adjacent; & h) Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων, *Castellum Hermopolitanum ubi vectigal exigitur earum rerum quæ deferuntur è Thebaide.* Artapanus ejus exstructionem ad Mosis tempora referre videtur. Chronicon Alexandrinum refert hanc urbem *Myrrhim appellari, à Myrrhinâ quæ Mosem de fluvio sustulit*: aliis *Meroë* minus rectè nominatur. Thebaidem autem *Æthiopiæ* nomine insigniri i) suprà innuimus, ubi Nitocris *Ægypto & Æthiopiæ imperâsse* dicitur. k) Eustathius de Ægypto: Ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας· περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι: *Regio hæc in historiis vocatur & Aeria & Potamia, & Æthiopia ab Æthiopibus qui ibi sunt: quorum meminerunt*

c) L. 2. c. 5.
d) Pr. Eu. l. 9. c. 4.
e) Q. 22. in Num. c. 33.
f) Joseph. c. Ap. p. 1040. d.
g) Ptol. l. 4. c. 5
h) Strab. l. 17. p. 813. a.
i) p. 91.
k) In Dionysium p. 35.

nerunt plerique veterum. Æthiopiæ autem nomen Australioribus tantùm Ægypti partibus competit; neque hisce temporibus. Nam a) *Æthiopes ab Indo flumine*, seculo demum XIII, migrârunt in Ægyptum.

a) Euf. n. 402.

§. II.

MOses b) ἐπαιδεύθη πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, *Eruditus est omni sapientiâ Ægyptiorum, & erat potens in verbis & operibus.* Quænam verò fuit ista *Ægyptiorum Sapientia*? Nondum enim Mercurius Secundus absconditas Thothi artes evulgaverat. Mercurius enim iste (tam secundùm Eusebii canonem, quàm nostrum) est Mose recentior.

b) Act. Apost. 7. 22.

Accesserunt, ait c) Philo, *præceptores alii ex proximis Ægypti nomis*; οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες, *alii è Græciâ magnis præmiis conducti.* Subdit, Τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν Ἕλληνες ἐδίδασκον, *Græci doctrinâ orbem docuerunt.* Dicit etiam illum didicisse *Chaldaicam rerum* Cœlestium *scientiam*, & literas *Assyrias*, ut d) Clemens Alex. qui Philonem laudat. Istis verò fides temere non est adhibenda; Nulla enim adhuc innotuit Chaldæorum eruditio; nedum Græcorum.

c) De vitâ Mosis p. 470.

d) Strom. l. I. p. 343. d.

Inter Quæstiones ad Orthodoxos (quæ cum Justino Martyre e) editæ sunt) XXV negat *Mosem assecutum fuisse Astronomiam, Geometriam, Astrologiam, artesq; alias quæ ab illis dependent.* Causam reddit: Τῶν γὰρ Αἰγυπτίων τότε ἡ σοφία τὰ τῆς πλάνης ὑπῆρχε διδάσκουσα διδάγματα, *Sapientia enim Ægyptiorum temporibus istis fuit disciplina imposturæ.* Neque probanda est Responsio, *Artes illas tunc fuisse vulgares & nullius pretii: Hieroglyphicam verò, quæ maximi habebatur, Mosem didicisse quidem, sed non in usum adhibuisse.* Quæ de *Mercurio* Sec. X. narranda sunt, ista redarguunt; & *ex Anno Mosaico* constabit, illum rei Astronomicæ non fuisse satis peritum. *Impostura* autem illa, quam ὁ ζητητὴς asserit fuisse solam *hisce temporibus Ægyptiorum Sapientiam*, designat Magicas Ægyptiorum vanitates.

e) p. 406.

In apocrypho Enochi libro (cujus fragmenta non contemnenda servantur apud Georgium Syncellum) inter Ἐγρηγόρους, sive mulierosos angelos, qui ante Diluvium homines artibus instituisse dicuntur, f) *Undecimus* Φαρμαρὸς ἐδίδαξεν φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια, *Pharmarus* (forsan *Pharmacus*) *docuit veneficia, incantationes, artes Magorum, & incantationum remedia.*

f) Syncell. p. 12. d.

dia. a) Pseudo-Clemens tradit *Magiam*, de Cœlo transmissam: ad hunc modum à *Chamo* citra Diluvium propagatam fuisse; & *Misraimum* illam à patre didicisse, illo autem Ægyptiorum conditor fuit. Si hæc essent fide digna, satis constaret de magiâ Ægyptiacâ, etiam ante *Mosis* & b) *Josephi* tempora. a) Recognit. l. 4. b) Gen. 41. 8.

Nihilominus Ægyptiaca Magiæ factio omnium vetustissima fuit. De magicis Ægyptiorum præstigiis passim Mosaica historia. Accersivit Pharao c) *Sapientes & Maleficos*, id est, Peritissimos artis Magicæ; ἐν ᾨδῇ ὄνοιι. Priscis seculis Magia doctrinæ culmen habebatur. Plinius rectè d) *animadvertit summam literarum claritatem gloriamq́, ex eâ scientiâ antiquitùs & pene semper petitam*. Non rectè autem Judæis illam assignat, & Persicâ recentiorem existimat. *Est* e) *& alia Magices factio à Mose & Jamne & Jotape Iudæus pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem*. f) Apuleius, Plinium secutus, utrumque errorem retinet. *Ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, vel Moses, vel Iannes, vel Apollonius, vel Dardanus, vel quicumque alius post Zoroastrem & Hostanem inter Magos celebratus*. g) B. Paulus, ex Judæorum traditione, docet *Iamnem & Iambrem*; sive h) *Mambrem, restitisse Mosi*: & Numenio, philosopho Pythagoræo, apud i) Eusebium, sunt *Iannes & Iambres Ægyptii* ἱερογραμματεῖς *sacrorum scribæ, electi ut Moysi resisterent, ac gravissimas calamitates ab illo in Ægyptum invectas coram omnibus depellerent*. k) Artapanus eosdem appellat τοὺς ἱερεῖς τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν *Sacerdotes supra Memphim*. Macarius Alexandrinus, *novem dierum itinere* in eremo Ægypti, invenit *sepulcrum Iannis & Iambris fratrum*, ut ex ipsius ore refert l) Palladius. c) Exod. 7. 11. d) L. 30. c. 1. e) Ib. p. 545. f) Apologia 2. p. 541. g) II. Timoth. 3. 8. h) Lat. versio. i) Præp. l. 8. c. 8. p. 411. k) Ib. l. 9. c. 27 p. 435. c. l) Hist. Lausiac. c. 19.

Magi igitur isti ex Ægypto fuerunt. Moses autem, qui divinâ potentiâ operatus est, in Magorum censu non est numerandus: neque fuit aliqua *Iudaica Magices factio*; cùm Judæis omne genus Magiæ m) Lege Mosaicâ vetitum sit: Quædam ejus species etiam n) morte plectendæ. m) Deut. 18. 10. n) Exod. 22. 18 Levit. 20. 27.

Ex Ægypto Magia ad Babylonios derivata est. o) Diodorus, ex Ægyptiorum traditione, Φασὶ δὲ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι Χαλδαίους, ἀποίκους Αἰγυπτίων ὄντας, τὴν δόξαν ἔχειν τὴν περὶ τῆς ἀστρολογίας, παρὰ τῶν ἱερέων μαθόντας τῶν Αἰγυπτίων, *Dicunt Chaldæos in Babylone colonos esse Ægyptiorum, & ab Ægyptiis sacerdotibus edoctos ad Astrologiæ famam pervenisse*. Coloniæ p) meminimus. o) Diod. l. 1. p. 51. d. p) suprà p. 110

q) Ma-

a) Plin. l. 30. c. 1. a) Magiæ autem è *Medicinâ natæ additæ sunt Religionis vires*, & *artes Mathematicæ; nullo non avido futura de sese sciendi; atque ea è*
b) Daniel. 2, 2. *Cœlo verissimè peti credente.* Magi Babylonii b) sub Nabuchodonosoro demum agnoscuntur. Quando cœperit apud eos ars ista, incertum est: Sanè admodum obscura fuit, antequam in Ægypto floruerint *Petosiris*,

c) Auson. epist. 19. c) *Quique Magos docuit mysteria vana Nechepsos.*

§. III.

GRæci autem, qui artem Magicam à Persis serò acceperunt, Persas ejus authores fuisse volunt; & immensam jactitant *Zoroastris* cujusdam antiquitatem, quam à nugivendulis hariolis acceperant. Commenti autem vanitatem arguit ipsa sententiarum discrepantia.
d) Diog. Laert. prooem. d) *Xanthus Lydus* numerat à *Zoroastre* εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν *annos* 600. Anonymus apud e) Suidam putat illum fuisse *annis* 500 πρὸ
e) In Zωρ. τῶν Τρωϊκῶν. * *Hermodorus Platonicus* ab eodem εἰς τὴν Τροίας
* Laert ib. ἅλωσιν *computat annos* 5000. Eadem delirant f) *Plutarchus* & g)
f) De Iside, p. 369 c. *Hermippus.* h) *Eudoxus* autem eum *Platone seniorem* asserit *annis*
g) Plin. l. 30. c. 1. 6000. Ex tanto dissensu nihil aliud est colligere, quàm Græcos istos ignorantiâ temporum graviter laborâsse. Sanè veteres Græci chro-
h) Plin. ib. nologiæ technicæ fuerunt imperiti; cui non nisi post eversum imperium Persicum operam dare cœperunt. Cùm igitur ἀσύστατα ista uni viro competere non possint, duos pluresvè sibi fingunt Zoroastres.

i) Clem. Recogn. l. 4. & Greg. Turon. hist. Fr. l. 1. Quidam volunt i) *Chamum* à *Persis recentioribus* appellari *Zoroastrem, & pro Deo haberi.* Alii dicunt *Zoroastrem* non *Persam* fuisse, sed *Bactrianum.* *Rex Bactrianorum*, cui cum Nino bellum fuit
k) Just. in hist. l. 1. (in Epitome Trogi) vocatur k) *Zoroaster, qui primus dicitur artes magicas invenisse.* Et Cephalion historicus (sub Hadriano) post
l) Syncell. p. 167. b. Nini res gestas l) *tractat* γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου (ita legendum) *natalia Semiramidis & Zoroastri magi.* Verùm
m) L. 2. p. 66. d Bactrianorum rex ille m) Diodoro, ex Ctesiâ, vocatur *Oxyartes*; neque ulla est Bactrianæ magiæ celebritas. Hanc tamen sententiam amplexi sunt Arnobius, Augustinus, Orosius, alii.

Viri docti, ex Arnobii loco, plures colligunt Zoroastres; locus autem mihi videtur ita legendus: n) *Age nunc! veniat quæso per i-*
n) Arnob. l. 1. *gneam zonam magus interiori ab orbe: Zoroastres (Hermippo ut assentiamur authori) Bactrianus & ille conveniat, cujus Ctesias res gestas*
histo-

historiarum exponit in primo; Armenius Sostrtani (vel *Hostanis*) *nepos, & familiaris Pamphilus* Cyri. Unus est *Zoroastres*, cujus meminit *Ctesias*, qui ex Hermippi sententiâ fuit *Bactrianus*. Erat autem a) *Armenius genere Pamphylus*, τὸ γένος Πάμφυλος cujus filius *Er* etiam *Zoroaster* dictus est, & *duodecimo die post mortem in rogo positus revixit. Quod scripsit Plato X Politicorum.*

Apud b) Suidam, Ζωροάστρης Περσομήδης *Zoroaster Perso-medus*: ille scilicet σοφὸς παρὰ τοὺς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ· ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν Μάγων, *Astronomorum peritissimus, & princeps Magorum nominis apud ipsos recepti.* Uno *Persomedi* vocabulo, & ætas, & patria ejus designatur. *Darius* Cyri avus, gentis *Medo-persicæ* conditor erat; de quo, ad Sec. XVIII: Zoroaster igitur Persicæ amplitudinis initiis non erat vetustior: Persarum gens nullius erat nominis, ante Cyri victorias; neque Magi apud eos celebres, ante captam Babylonem. Persæ recentiores Zoroastrem *Hystaspi*, patri regis Darii, æqualem fuisse existimant: Agathias autem dubitat, c) Πέρσαι δὲ αὐτὸν οἱ νῦν Ὑστάσπεω, οὕτω δή τι ἁπλῶς φασι γεγονέναι, ὡς λίαν ἀμφιγνοεῖσθαι, καὶ οὐκ εἶναι μαθεῖν, πότερον Δαρείου πατὴρ, εἴτε καὶ ἄλλος οὗτος ὑπῆρχεν Ὑστάσπης, *Persæ hodierni Zoroastrem sub Hystaspe fuisse simpliciter dicunt; ita ut valde ambigatur, neque scire possis, utrùm Hystaspes hic fuerit Darii pater, an alius quispiam.* Ambiguitatem solvit d) Porphyrius. *Magorum*, inquit, *genus apud Persas adeo venerandum*, ὥστε καὶ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος, *ut Darius Hystaspis filius inscripserit monumento* patris (*inter alia*) *quòd fuisset Magorum magister.* Ammianus etiam Darii patrem agnoscit. e) *Scientiæ multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres, deinde Hystaspes rex prudentissimus Darii pater.* Verùm neque Rex fuit Hystaspes, neque Zoroastres Bactrianus. Apuleius prodidit Zoroastrem Cambysæ superfuisse: f) *Pythagoram, ajunt, inter captivos Cambysæ regis, doctores habuisse Persarum Magos; ac præcipuè Zoroastrem, omnis divini arcani antistitem.*

Persæ itaque rerum Domini, post acquisitam demùm Babylonem atque Ægyptum, hanc artem summopere admirati sunt, Græcisque tradiderunt. Sed revertamur.

a) Clem. Alex. Strom. l. 5. p. 598. d.

b) in Zor.

c) Agath. l. 2. p. 62. b.

d) Περὶ ἀποχῆς l. 4. §. 16.

e) Marcel. hist. l. 23. p. 253.

f) Florid. l. 2. p. 422.

Iter in Deserto.

ISraelitarum gens hucusque obscura fuit; sine Nomine, sine Patriâ, sine Lege, sine Magistratu: Moses, Libertatis auctor, Dux erat itineris; & Legislator.

a) Epist. 127. *Mansionum* 42 (de quibus *ad Fabiolam* a) scripsit S. Hieronymus) *prima* numeratur *Ramesses*, unde proficisci cœperunt Israelitæ: ubi Pascha primum ab exituris Israelitis celebratum est; in quo sanguis agni fasciculo *hyssopi* in superliminare & duos postes

b) Exod. 12. 13 ædium aspergebatur, ut esset b) *in signum*. Ritus iste semel tantùm, neque extra Ægyptum, observatus est. In Judæâ enim

c) II. Chron. 30. & 35. 11. agni c) Paschales cæsi sunt in atrio Templi, eorumque sanguis ibi effusus.

d) Hæres. 19. p. 39. b. d) Epiphanius ad primum illud Pascha retulit non dissimilem Ægyptiorum morem. Ἐν τῷ καιρῷ ὅτε τὸ Πάσχα ἐγίνετο ἐκεῖσε, (ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ ἔαρος, ὅτε ἡ πρώτη ἰσημερία) ἐκ μίλτεως λαμβάνουσι πάντες Αἰγύπτιοι καὶ χρίουσι μὲν τὰ πρόβατα, χρίουσι δὲ καὶ τὰ δένδρα, τὰς συκᾶς, καὶ τὰ ἄλλα, φημίζοντες καὶ λέγοντες, ὅτι τὸ πῦρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατέφλεξέ ποτε τὴν οἰκουμένην. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριόν ἐστι τοῦ τοσαύτης πληγῆς καὶ τοιαύτης. *Quo tempore Pascha illic celebratum fuit (id autem est ineunte Vere, ad æquinoctium) Ægyptii omnes rubricâ oves, & arbores, & ficus, & alia ejusmodi inficiunt: dicentes illo die totum mundum conflagrâsse; & speciem sanguinis esse amuletum igneum istius calamitatis.*

e) Exod. 14. 22 Statione IV, e) *ingressi sunt Israelitæ per medium sicci maris*, per-

f) Genebr. in Chron. p. 66. sequentibus Ægyptiis. f) *Hebræi negant majores suos tranâsse mare Rubrum totum, sive à littore Ægyptio ad littus Arabicum, sed, quod grandius est miraculum, ad idem littus, ducto intra mare longo circuitu, & quasi semicirculo, unde ingressi fuerant revertisse. Id probant, quia hærebant in deserto Etham ante transitum, deinde post transitum in eodem se ostendunt, ubi per tres dies vagati castra ponunt in Mara. Deinde mare Rubrum dividit Ægyptum ab Arabiâ, non à Terrâ Sanctâ. Imò verò non fuit necesse ut ingrederentur mare, nisi ut submergeretur Pharao.* Hanc Judæorum sententiam refert etiam Gregori-

g) Histor. l. 1. c. 10. us Turonensis, g) *Dicunt alii, quòd ad ipsam ripam, facto modico per*

mare

mare circuitu, unde ingressi fuerant, sint reversi. Eam tuentur Tostatus Abulensis, H. Grotius, alii.

In adverso littore, a) *apud Ichthyophagos brevium accolas, vetustissima est traditio, totam sinûs regionem quæ Viridis videtur ingenti quondam refluxu desiccatam fuisse, mari in opposita littora refuso, & terram detectam usque ad fundum maris; per gravem denuo æstum undam pristino alveo restitutam esse.* a) Diod. Sic. l. 3. p. 122. c.

Statio V *Mara*; ab aquarum amaritudine dicta. In istis Arabiæ partibus fuerunt b) *Lacus quidam Amari vocati, qui cùm essent antiquitùs amari, fossâ factâ* (à Sesostre, ex Nilo in sinum Arabicum, juxta urbem Arsinoen postea dictam) *& admixto flumine immutati, postea piscibus ac volucribus aquatilibus abundabant.* Etiam c) *ab urbe Arsinoe dextra littora legentibus occurrunt plurimis in locis amnes è petris in mare præcipitantes, qui amarum habent salsilaginis saporem.* b) Strab. l. 17. p. 804. c. c) Diod. Sic. l. 3. p. 120. d.

Statione VIII, d) *in deserto Sin, inter Elim & Sinai, 15to die mensis secundi post exitum ex Ægypto,* * *vesperè ascendit Coturnix, & cooperuit castra.* Rursus, Statione XIII, post decessum à Sinai, ad e) *integrum mensem,* f) *ventus abripuit coturnices trans mare, & demisit in castra, undequaque dispersas ad iter unius diei; & ad altitudinem duorum cubitorum super terram, cum quisque plures acervos collegisset:* g) *& siccaverunt eas;* more Ægyptiorum, qui coturnices condire solebant. h) Χέννιον, ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον ταριχευόμενον· *Chennium, quoddam avitium in Ægypto sale conditum.* Athenæus (*ex Cleomene*) numerat i) Χέννια ταριχηρὰ μύρια· *Chennia salsa decies mille:* μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρτύγιον· *sunt autem parva coturnices.* Josephus, k) Ὀρτύγων πλῆθος (τρέφει δὲ τοῦτο τὸ ὄρνεον, ὡς οὐδὲν ἕτερον, ὁ Ἀράβιος κόλπος) ἐπιπτᾶ τὴν μεταξὺ θάλασσαν ὑπερελθόντα· *Magna vis coturnicum (hoc enim avium genus, præ cæteris, alit Arabicus sinus) mare intermedium transgressa, advolavit.* Nullibi major coturnicum ubertas, quàm in Ægypto, & confiniis. *Rhinocoruræ* (aliarum rerum indigæ) l) *retibus ex fissis calamis compactis, & in multa stadia prope littus positis, coturnices (quæ ex Mari per magnos greges eò se conferunt) capiunt; quantum ad eorum victum sufficit.* Plinius, *Coturnices advolant non sine periculo navigantium, cùm appropinquavère terris. Quippe velis sæpè insidiant, & hoc semper noctu, merguntque navigia.* Tanta solet esse istarum avium copia. d) Exod. 16. 1. * 13. e) Num. 11. 21. f) v. 31. g) v. 32. h) Hesych. X. i) Deipn. l. 9. c. 11. k) Antiq. l. 3. c. 1. p. 72. c. l) Diod. Sic. l. 6. p. 38. d. L. 10. c. 23.

T 2 Ælia-

a) Animal. l. 6, c. 33.

Ælianus refert, a) *Ægyptios*, μαγείᾳ τινὶ ἐπιχωρίῳ, *magicâ quâdam ratione, illi genti propriâ*, τοὺς ὄρνιθας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταφέρειν, *Aves de cœlo deducere*; τῶν δὲ φωλεῶν τοὺς ὄφεις, ἐπαοιδαῖς [illegible] καταγοητεύσαντες, εἶτα μέντοι προάγουσι ῥᾷστα, *atque Serpentes, carminibus quibusdam* primùm *incantatos, è latibulis postmodùm facillimè extrahere.*

b) Num. 33. 41 c) c. 21, 9.

Statione XXXV b) *Tsalmona* (ab *imagine* dictâ) c) *fecit Moses Serpentem æreum & posuit eum super perticam; quem cùm percussi aspicerent, sanabantur:*

d) Lucan. l. 9. v. 930. e) suprà p. 43.

Sic —— d) *Pestis nigris inserta medullis*
Excantata fugit ——

f) Plin. 7. 2. g) Strab. l. 15. p. 706. c.

Ægyptii imprimis (e) μαγείᾳ τινὶ ἐπιχωρίῳ) ob serpentum incantationem celebrantur: post eos, f) *Psylli*, Africæ populi. g) *Nearchus* (Alexandri M. in Indiâ comes) refert Serpentes ibi scatere, incolisque molestas esse: sed ἐπῳδοὺς περιφοιτᾶν πεπιστευμένους ἰᾶσθαι, καὶ εἶναι σχεδόν τι ταύτην μόνην ἰατρικὴν, *circumvagari incantatores, qui mederi putantur, & hanc ferè solam esse medicinam.* Apud Colchos (illi autem Ægyptiorum coloni habentur) Medea Dracônem, aurei Velleris custodem, fertur

h) Apollon. Argon. l. 4. v. 1. 7.

h) Ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι, *Suavi voce mulsisse.*

i) Servius in Virgil.

Illa i) *Iasonem secuta dicitur ad Italiam pervenisse: & populos quosdam, circa Fucinum lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur, docuit remedia contra Serpentes. Sunt autem isti Marsorum populi:*

k) Æn. l. 7. v. 750.

—— k) *Marrubiâ venit de gente sacerdos,*
Vipereo generi, & graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte levabat.

l) Tzetzes Chil. 1. hist. 54. v. 852.

Apud veteres Græcos, l) *Orpheus* (qui Ægyptiacis disciplinis imbutus erat) *Eurydicem, à serpente ictam, ex Inferis revocasse fingitur*; quia

—— Ὑπὸ ὄφεως αὐτὴν τῷ ὄντι δεδηγμένην
Καὶ κινδυνεύουσαν θανεῖν, ταῖς ἐπῳδαῖς, αἷς οἶδε
Καὶ ἀγχινοίᾳ, μάσῃ τι, καὶ πολυμαθείᾳ
Αὐτὴν ἐζωοποίησεν ——

Al-

Ab angue ipsam revera morsam, & de vita periclitantem, incantationibus, quas noverat, & solertia, & musa, & multa doctrina, ad vitam revocavit. Tzetzes Orpheum hujus artis peritum fuisse probat, ex ejus opere De *Lapidibus*; in quo sic scripsit: Ibid.

> Ῥοῖζόν τε φῆσαι χαμαὶ ἐρχομένοιο δράκοντος
> Εἴσεται, ἠδὲ ὄφεων ἰὸν σβέσαι ἑρπυστήρων.
> *Stridoremque sistere humi venientis draconis*
> *Sciet, & serpentum repentium venenum extinguere.*

Suidas Timotheli Syracusano hoc opus tribuit.

Nummum habeo argenteum ΠΑΡΙ, id est, ΠΑΡΙΑΝΩΝ, in quo Caput est, ore hiulco, linguâ exertâ, & (instar Medusæ) serpentibus crinitum. *Parium* urbs est in orâ Hellesponti, juxta Lampsacum. a) *Ibi ferunt* Ὀφιογενεῖς *cognationem quandam habere cum serpentibus; & eorum mares iis medicari, qui à vipera morsi sunt, continenter tangendo (ut solent incantatores.) & livorem in se primùm transferre, deinde inflammationem doloremque sedare: dicunt ejus generis* ἀρχηγέτην *è Serpente in Heroëm fuisse mutatum.* Heros iste signatur in nummo.

a) Strab. l. 13. p. 588. c. Plin. 7. 2.

Apud Ebræos etiam serpentes excantandi ratio viguisse videtur; cùm b) David, c) Solomon, d) Jeremias serpentum meminerint, qui incantari nollent. Moses autem, Serpente æneo perticæ imposito, non tam serpentes igneos incantabat, ne nocerent; quàm eorum *venenum extinguebat*, & ... *morsus arte levabat.* Erat τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριον τῆς ταύτης πληγῆς, *amuletum igneum istius calamitatis.*

b) Psal. 58. 5. c) Eccles. 10. 8. d) 8. 7. supra p. 10. & 1[illegible]

Mansio autem XII, in deserto e) *Sinai*, præ cæteris celebratur; ubi Israelitis, per annum ferè integrum hærentibus, Lex promulgata est; omnium quæ literis mandatæ sunt, vetustissima; & propter excellentiam, nobis non leviter prætereunda.

e) Exod. 19. 1

Lex Mosaica.

JOsephus, Apionem redarguens, Mosem Legesque Mosaicas, tum ab Antiquitate, tum à Præstantiâ summopere collaudat. Παραλογισμὸν Josephi f) animadvertimus. Legis præstantia inde colligitur, quòd, tanquam fons Omnis Sapientiæ, à populis universis

f) supra, p. 138

in Exemplum ducta sit. Cujus sententiæ sectatores habet Christianos magni nominis, tam Veteres, quàm Recentiores.

a) Con. Ap. l.1. p.1046.c. *Pythagoras*, a) inquit, *Samius, qui & antiquus erat, & Sapientia divinaque pietate philosophis omnibus præstantior, non solùm* τὰ παρ' ἡμῖν *res nostras manifestò cognovit, sed etiam* ζηλωτὴς αὐτῶν *earum æmulator ut plurimùm extitit. Ejus quidem nulla reperiuntur scripta*; sed ex *Hermippo* Smyrnæo (qui sub Ptolemæo Euergete vitam Pythagoræ composuit) doctrinam recitat Pythagoricam de *Anima*, de *Munditie*, de *Blasphemia interdicta*: *dein adjicitur, Hæc autem fecit dixitq; tum Judæorum tum Thracum imitatus doctrinas, quas & sibi assumpsit. Verè enim dicitur vir ille* πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν, *multa eorum quæ Judæis recepta sunt in suam transtulisse philosophiam.*

b) p.1047.a. Judæos etiam b) *Herodoto cognitos* fuisse affirmat. Fuit is Pythagora aliquantùm junior: verùm cùm Herodotus *circumcisos* illic appellet Σύρους τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ c) *Syros in Palæstinâ*, verisimile est non satis agnitum illi fuisse nomen *Judæorum*; qui ex Babylone non ita pridem reversi fuerant. Neque de Judæis intelligendus est *Chœrilus antiquus poeta*, in eandem rem à d) Josepho laudatus, sed de e) *Solymis* juxta Pisidiam.

c) suprà p. 74.

d) Ibid.

e) suprà, p.105

f) L.2. p.1081 a. Mitto allata de Judæis Testimonia quæ sunt Alexandri M. temporibus recentiora. In epilogo tandem operis, *Qui* f) inquit, *apud Græcos philosophati sunt Jura patria observare quidem visi sunt, verùm in ipsis vitæ actionibus atque inter philosophandum, illum* (Mosem) *secuti sunt, similia sentientes de Deo, & Vitæ perfectionem mutuamq; Communionem edocentes. Quin etiam Cultûs nostri æmulatio non exigua populos jam olim incessit: neque ulla est civitas, aut gens, sive Græca, sive Barbara, ad quam non pervenerit consuetudo Diei Septimi (quem Nos Laborum vacatione celebramus;) & Jejunia; & Lumina accensa: observantur etiam multa circa ea quæ nobis comedere non licet. Imitari etiam conantur mutuam, quæ inter nos est, Concordiam; Æquam rerum distributionem; Industriam in artibus; &, quoties ad necessitatem aliquam pro Legibus adacti sumus, Constantiam.* g) ὥσπερ ὁ Θεὸς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου πεφοίτηκεν, οὕτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβάδικεν. *Sicut Deus consistit in universo mundo, ita Lex transiit ad omnes homines.*

g) Ib.c.

h) Con. Celsum, l.1. p.13. Ex Josepho Origenes, h) λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον ἱστορηκέναι, Πυ-

Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν, *Fertur & Hermippus prodidisse Pythagoram philosophiam suam à Judæis in Græciam traduxisse.* Josephus citat α΄ τῶν περὶ Πυθαγόρου. Origenes α΄ περὶ Νομοθετῶν.

Justinus Martyr a) Platonem etiam doctrinam suam à Mose mutuatum esse contendit; b) καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνατον, ἢ θεωρίας οὐρανίων, ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν Προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται, καὶ ἐξηγήσαντο, *Quicquid Philosophi & Poetæ de immortalitate Animæ, aut Suppliciis post mortem, aut Cælestium rerum contemplatione, aut doctrinis similibus dixerunt, à Prophetis argumento sumpto, & intelligere ea & exponere potuerunt.*

a) Apolog. 2. p. 92. c.
b) p. 81. d.

Clemens Alexandrinus (ex Aristobulo quodam, qui ad Ptol. *Philometora scripsisse* dicitur) c) refert, non tantum *Pythagoram* πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν *multa quæ sunt à nobis recepta, in suæ Sectæ dogmata transtulisse*, sed etiam *Platonem Leges & instituta nostra secta-tum esse; & singulas earum partes ab illo curiosè & diligenter inspectas & excussas esse.* Alibi etiam asserit d) *Peripateticam philosophiam ex Lege Mosaicâ aliisq; pendere Prophetis*, ex Aristobulo *qui fuit Ptolemæi Philadelphi tempore; cujus meminit Epitomator Maccabaicorum.* Ille autem, Seleucidarum e) *anno* 188, διδάσκαλος erat *Ptolemæi* Physconis. Alibi Clemens f) *Aristobulum* Peripateticum nominat, id est, Sectæ Aristotelicæ.

c) Stromat. l. 1. p. 342. b.
d) Strom. l. 5. p. 595. b.
e) II. Maccab. 1. 10.
f) Strom. l. 1. p. 305. b.

Eadem g) Eusebius ex eodem recitat. Et mirum est Josephum in suas partes Aristobulum hunc non adduxisse. Ut autem vetustis Pythagoræ temporibus aliqua Græcorum consuetudo cum Judæis videri posset, commentum adjicit Aristobulus, quod assertionis suæ veritatem labefactare videtur. h) *Ante Demetrium*, inquit, *Phalereum* (sive LXX Interpretes Græcos) *ab Aliis priusquam Alexander aut Persæ rerum potirentur* (Græcè) *versa sunt quæ in Ebræorum Exitu ex Ægypto gesta fuerunt, Regionisque acquisitio, & totius Legis expositio. Adeo ut clarum sit Philosophos ex eis multa sumpsisse.* Non dissimilis est apud Talmudicos fabula de i) *Lege in Linguis Septuaginta conscriptâ*, ut Gentes illam intelligerent. Judæi exules vivebant Babylone usque ad initium imperii Persici: & k) *Historicorum Græcorum vetustissimi paululum præcesserunt Persarum expeditionem contra Græcos.* Huic itaque fabulæ non malè competit id quod

g) Præp. Evang. l. 13. c. 12.
h) Euseb. ib. p. 664.
i) Seder Olam Rab. c. 21.
k) Joseph. con. Apion. l. 1. p. 1034. f.

a)In Euseb. n.1734. deAristeâ suppositio dixit Scaliger;a) *Vides quantâ licentiâ Ἑλλωίϛαι illi Alexandrini usi sint in affingendis iis, quæ neque historia, neque rerum natura patitur.*

L.3.Epist.20 S. Ambrosius aliam reddit Sententiæ causam. *Cùm,* inquit, *ex populo Judæorum (ut plerique arbitrantur) genus Pythagoras duxerit, ex ejus disciplinâ derivavit etiam magisterii præcepta.* Sanè non satis perspecta est Judaica hæc Pythagoræ prosapia.

§.II. b)De Sapien. Ver. l.4.c.2. Ab his omnibus dissentit Lactantius. b) *Equidem,* ait, *mirari soleo, quòd cùm Pythagoras, & postea Plato, amore indagandæ Veritatis, ad Ægyptios & Magos & Persas usque penetrâssent, ut earum gentium ritus & sacra cognoscerent (suspicabantur enim Sapientiam in Religione versari) ad Judæos tamen non accesserint, penes quos tum solos fuit, & quò faciliùs ire potuissent.*

Neque verisimile videbitur Philosophiam Platonicam aut Pythagoricam ex fonte Judaico derivatam fuisse; si vel Judæorum Rempublicam, vel illorum Mores examinemus.

c) c. Apion. l.1 p.1038.c. Objiciebant quidam, apud c) Josephum, Νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, οὐκ τῷ μηδὲν περὶ ἡμῶν λελέχθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, Judaicæ reipub. *constitutionem videri novellam, eò quod nihil de eâ dictum sit à Scriptoribus Græcis.* Ante Captivitatem Babylonicam, sive VII Sapientum ætatem, Græci non solùm Philosophiæ, sed & rerum suarum, magis Exterarum, incuriosi fuerunt. Post reditum è Babylone, Judæorum Respublica sub Persis adeo obscura fuit, ut vel Nomen eorum (ætate Herodoti) Græcis inauditum fuerit. * *Dum Assyrios penes Medosque & Persas Oriens fuit, vilissima pars servientium.* Ab expeditione Alexandri Græcis primùm (ni fallor) innotuerunt Judæi; sub Seleucidis demum inclaruerunt. Post Alexandri victorias obvia erat Judæorum memoria.

* Tacit. hist. l.5

d)Ibid. Si mores Judæorum inspiciamus; nulla fuit iis consuetudo cum Exteris; neque visebant eos, neque ab iis visebantur. d) *Nos* (inquit Josephus) *neque terram habitamus maritimam, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causâ cum aliis consuetudinem habemus, sed urbes nostræ procul sunt à mari: nos autem terram fertilem incolentes, in ejus culturâ laboramus.* e) *Præterea, cùm sit nobis Propria vivendi ratio, nihil fuit antiquis temporibus quod nobis conversationem faceret cum Græcis.* Alibi Josephus non negat, quod

e) Ibid. d.

quod objicit Molo, Judæos a) *neminem ex aliis gentibus recipere diversa de Numine sentientem; neque communicare cum iis qui aliam sequuntur vitæ rationem* præter Judaicam. Sanè Judæi, ex decreto Sapientum, Gentiles omnes pro immundis habebant, adeo ut ex eorum contactu contraheretur immundities. Hinc Judæi, b) *ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, non introierunt in Prætorium* Pilati. Et S. Petrus, c) *Vos*, inquit, *scitis quomodo abominatum sit viro Judæo conjungi aut accedere ad alienigenam.* Aliam causam comminiscitur Justinus. d) *Quoniam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eâdem causâ invisi apud incolas forent; caverunt ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemq; convertit.*

a) Ib. p. 1079. b.
b) S. Joan. 18. 28.
c) Act. Apost. 10. 28.
d) Histor. l. 36.

Quod autem ad Legis Mosaicæ communicationem attinet; Gloriabantur Judæi e) *Legem fuisse hæreditatem ac peculium Ecclesiæ Jacob*; adeoque sibi propriam, neque Gentibus aliis, per versionem aliquam in profanum sermonem, communicandam. f) Miranti Ptolemæo Philadelpho; cur Legum Mosaicarum *nec Historicorum nec Poetarum quisquam meminisset*; respondit Demetrius, *Divinitùs pœnas dedisse quosdam, qui eas sollicitâssent: Theopompum mente, Theodecten visu orbatum fuisse.* Etiam Romanis libri Mosaici arcani fuerunt, & inaccessi:

e) Deut. 33. 4.
f) Joseph. Antiq. l. 12. c. 2. fine.

g) *Judaicum ediscunt, & servant, & metuunt jus,*
Tradidit Arcano quodcunque volumine Moses.

g) Juvenal. Sat. 14. v. 102.

Quantum displicuerit Judæis Hierosolymitanis Alexandrina Pentateuchi translatio, satis constat ex h) Calendario Judaico, ad VIII diem mensis Tebeth. *Jejunium. Scripta est Lex Græcè, diebus Ptolemæi Regis: Tenebræ triduò per totum Orbem.* Ex detestatione, *tenebras* fabulantur; ex *Jejunii* autem institutione, liquet illos istam Bibliorum versionem inter calamitates lugendas posuisse.

h) Scalig. Can. Isag. p. 42.

Judæis autem Ægyptiensibus gratissimâ fuerunt Biblia Græca, eaque in Synagogis legebant; atque inde Ἑλληνισταὶ dicti sunt. i) Μέχρι νῦν, inquit Philo, ἀνὰ πᾶν ἔτος ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἄγεται κατὰ τὴν Φάρον νῆσον, εἰς ἣν οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον, ἀλλὰ καὶ παμπληθεῖς ἕτεροι διαπλέουσι, τὸ χωρίον σεμνύνοντες ἐν ᾧ πρῶτον τὸ τῆς ἑρμηνείας ἐξέλαμψε, *Usque hodie in Pharo insulâ celebratur quotannis festum & panegyris, eoq; trajiciunt non solùm Judæi, sed*

i) De Vitâ Mosis, l. 3. p. 510. f

etiam

etiam alii plurimi, locum venerantes in quo primùm effulsit Translatio illa. In a) Kalendario Rustico, mensi Aprili tribuitur SACRUM. PHARIÆ. ITEM. SARAPIA, id est, Festa Ægyptia, à Romanis admissa: Et in b) nummo, ISIS FARIA. Philo Isidis festum, quod in Pharo insulâ celebrari solitum Deæ nomen dederit, intellexisse videtur. Nam Gentiles etiam idem festum celebrâsse asserit. Idololatriam elevat prætextu Legis ibi Græcè versæ. Neque magis mirum est ab omnibus diversæ religionis hominibus Isidem coli in Pharo, quàm Serapidem in Alexandriâ; cujus rei testis satis idoneus est Adrianus Aug. in c) epistolâ ad Servianum Cos. *Illic*, ait, *qui Serapin colunt, Christiani sunt; & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic Archisynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum Presbyter, non Mathematicus, non Aruspex, non Aliptes* (qui non Serapin colat.) *Ipse ille Patriarcha* (Judæorum) *quum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Paulò pòst, *Unus illis deus est* (Serapis:) *Hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & gentes*, cujuscunque essent religionis aut professionis. Adeo d) *tepida* fuit, imminente Persecutione, Ægyptiensium tam Judæorum quàm Christianorum Religio. *Patriarchæ* autem titulum in Ecclesiâ Christianâ nondum, Adriani temporibus, obtinuisse e) alibi docuimus.

a) Gruter. Inscript. p.138.
b) Tristan, l.3. p.743.
c) Vopiscus in Saturnino, p. 245.
d) Apoc. 3,16.
e) In Propylæo ad Monast. Anglic.

Cùm igitur non sit verisimile Græcos, vetustioribus Persarum temporibus, à Judæis edoctos fuisse; nihilominùs tanta sit Philosophiæ Græcæ Iudaicæque congruentia, ut Iosephus, Clemens, alii illam ex hâc prognatam esse arbitrati fuerint: Videamus an non utraq; ita conveniat in Tertiâ aliquâ disciplinâ, ut ex illâ propagationis ratio elucescere possit.

f) Lactantius dixit *Pythagoram & Platonem, amore indagandæ Veritatis, ad Ægyptios penetrâsse.* Est enim extra omnem controversiam Græcorum veteres, doctrinâ maximè insignes, discendi gratiâ in Ægyptum profectos esse, atque tam Sacram quàm Moralem suam disciplinam inde deduxisse. Ex Sacris etiam Literis cognoscimus Ebræos diutinos fuisse Ægypti incolas: Illos autem mores Ægyptios non penitus exuisse, sed mansisse aliquas disciplinæ Ægyptiacæ reliquias non immeritò suspicari possumus. Multæ Mosis Leges ex antiquis moribus. Quicquid verum Numinis Cultum impediret, strictè interdicitur. Moses plerosque Ægyptiorum ritus ab-

f) suprà p.152.

abrogavit, quosdam immutavit, quosdam pro indifferentibus habuit, quosdam permisit, imò & jussit. Ista rerum Ægyptiacarum ἀδιαφορία in iis maximè cernitur quæ ad Ebraicas propiùs accedunt; cujusmodi occurrunt non paucæ, tametsi de rebus istis magna sit auctorum penuria.

CORpus Juris Mosaici vel rectam Credendi Faciendique rationem; vel Ritus Sacros; vel Rempublicam spectat.

Si fides Apollinis Oraculo adhibenda sit (quod, apud a) Eusebium, profertur à Porphyrio) Philosophia Divina, viam ad Beatitudinem demonstrans, ex Ægyptiorum Scholâ prodiit; quæ fuit Ebræorum Philosophiâ vetustior. a) Præp.Evang.l.9.c.10.

Αἰπεινὴ γὰρ ὁδὸς μακάρων τρηχεῖά τε πολλόν,
Χαλκοδέτοις τὸ πρῶτα διοιγομένη πυλεῶσιν,
Ἀτραπιτοὶ δ' ἔασιν ἀθέσφατοι ἐγγεγαυῖαι,

Via felicium valde ardua est & aspera; introitu portis aneis reseratis, semitæ verò inenarrabiles;

Ἃς πρῶτοι μερόπων ἐπ' ἀπείρονα πρῆξιν ἔφηναν
Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης.

Quas in immensam utilitatem hominum primi docuerunt Ægyptii.

Ἡ μακάρων ὁδὸς, *Via Felicium*, vel ad Felicitatem ducens, Porphyrio Oraculum explicanti dicitur ἡ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, *Via ad Deos*, sive *Deorum Via*. Abraham præcepit filiis, b) *ut custodiant Viam Domini, & faciant justitiam*. Et in c) Evangelio non semel occurrit ἡ ὁδὸς τοῦ Θεοῦ, *Via Dei*. In Cebetis Tabulâ vocatur ἡ ὁδὸς ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, *Via ad Veram Eruditionem*, quæ ducit ad Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, *Beatorum domicilium*. d) Josepho est *Philosophia de Deo, &* ἐντέλεια βίου, *recta Vitæ ratio*; quam Græcos à Judæis didicisse contendit. Oraculum autem, ut Ægyptios primo, ita Ebræos ultimo loco recenset. b) Gen. 18.19. c) Mat. 22.16. Mar. 12.14. Luc. 20.21. d) c. Apion. p.1081.a.

Πολλὰς καὶ Φοίνικες ὁδοὺς Μακάρων ἐδάησαν,
Ἀσσύριοι, Λυδοί τε καὶ Ἑβραίων γένος ἀνδρῶν.

Multas etiam Felicium Vias cognoverunt Phœnices, Assyrii (sive Chaldæi) Lydi, atque Ebræi. Verùm Apollo, parum sibi constans, in altero Oraculo Sapientiam Veram tantùm apud *Chaldæos & Ebræos* viguisse denunciat.

V 2 a) Μοῦ-

a) Euseb. ib.

a) Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι, Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Chaldæi & Ebræi soli sortiti sunt Sapientiam, Numen æternum sanctè venerantes. Certè nulla est controversia quin περὶ μοναρχίας *de Unius regimine*, sive de Deo Unico, reverens fuerit & rectissima Ebræorum, non item recta Ægyptiorum, existimatio.

Ethicam & Civilem Ægyptiorum disciplinam satis testatur illud Moralis vitæ symbolum, quod in funeribus illi exhibere soliti sunt. *Cùm condiant* (b) inquit Porphyrius) *nobiles defunctos, alvum privatim eximunt, & in arcâ reponunt: dein, inter alia quæ in mortui gratiam faciunt, arcam ad Solem attollentes, eum invocant, uno ex Libitinariis hujusmodi orationem habente pro defuncto, quam Euphantus ex linguâ Ægyptiacâ transtulit.*

b) De Abstin. l. 4. §. 10.

Domine Sol Diiq; omnes qui vitam hominibus largimini, Me accipite, & Diis ἀϊδίοις σύνοικον *contubernalem tradite.*
Ἐγὼ γὰρ τοὺς θεοὺς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν ὅσον χρόνον ἐν τῷ ἐκείνων αἰῶνι τὸν βίον εἶχον. *Ego enim Deos, quos mihi parentes commonstrârunt, piè colui quamdiu in hoc seculo vixi.*

Τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας ἐτίμων ἀεί·
Et illos qui corpus meum genuerunt semper honoravi;
Τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὔτε (τινὰ) ἀπέκτεινα·
Neque aliorum hominum occidi quemquam;
Οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα·
Neque eos deposito fraudavi;
Οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεστον διεπραξάμην.
Nec aliud quippiam inexpiabile malum admisi.

Si verò dum viverem peccavi vel edendo vel bibendo aliquid quod fas non erat, non per me peccavi, sed per ista; (ostendens arcam in quâ erat venter.) Atque hæc locutus in fluvium eam conjicit; reliquum autem *corpus tanquam purum condit.*

Talis erat funebris Ægyptiorum Apologia: quæ quidem non est prorsus dissona ab istis, quæ in secundâ Decalogi tabulâ præcepit Moses; aut ab istis, quæ à Magistris Talmudicis *Noachidarum Præcepta* vocitantur; & juxta eorum traditionem, ad hanc ætatem pertinent. In Gemarâ enim Babyloniâ legitur; c) *Decem Præcepta acceperunt*

c) Tit. Sanhedrin. c. 7. §. 5. p. 268. edit. Coch.

perunt Israelitæ in Marâ: VII quæ Noachidarum fuere; jam verò adjecta sunt 8. *Judicia;* 9. *Sabbatum;* & 10. *Parentum honos.* Statio ista *in Mara* fuit intra mensem ab Exitu; & dies circiter quadraginta ante promulgationem Decalogi. Ut autem de Traditione istâ, totâque suppellectile Talmudicâ, dilucidiùs judicare possimus; rei ortum à fonte repetamus.

Talmud.

POstquam Macedones rerum in Oriente potiti essent; & Hasmonæi patriæ libertatem asseruissent; ex Antigoni Sochæi scholâ prodierunt *Pharisæi* (*à separatione* dicti) qui a) *νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ, ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις, Tradiderunt populo præcepta multa, à Majoribus accepta; quæ inter Leges Mosaicas non sunt scripta*: Refragantibus interim aliis Antigoni discipulis, qui (à Sadoco duce, *Sadducæi*, vocati) *dixerunt*, *ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν, Præcepta ea, quæ scripta sunt, observari debere; non autem observari debere ea, quæ* (tanquam) *ex Majorum traditione*, docentur à Pharisæis.

a) Jos. Ant. l. 13. c. 18. p. 453. 8.

Ad hunc modum Judæi in sectas distrahi cœperunt: quarum nulla est in Ebræorum monumentis memoria, ante principatum *Jonathæ* (qui Judæ Machabæo fratri successit, anno Nabonassari 588. Per. Jul. 4553.) Κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον (ait b) Josephus) *τρεῖς αἱρέσεις τῶν Ἰουδαίων ἦσαν, αἳ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων διαφόρως ὑπελάμβανον, Eo tempore, tres erant sectæ Judæorum; quæ de rebus humanis* (sive de Fato) *diversè sentiebant: una Pharisæorum dicta; altera Sadducæorum; tertia Essenorum*, sive *Essæorum*: οἱ τὸν *πρακτικὸν ἐζήλωσαν καὶ διεπόνησαν βίον, qui vitam activam exercent*: ita illos distinguit c) Philo à θεωρητικοῖς, quos Θεραπευτὰς nominat: Neque aliter Philonem intellexit d) Photius; Ἀνεγνώσθησαν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων τήν τε θεωρητικὴν, καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίοι· ὧν οἱ μὲν Ἐσσηνοί, οἱ δὲ Θεραπευταὶ ἐκαλοῦντο. *Lectæ sunt philosophantium apud Judæos vivendi rationes; & Contemplativa, & Activa: quorum hi Esseni, illi Therapeutæ appellantur.* e) Scaliger, eùmque secutus f) Petavius utrosque *Essenos* fuisse scripserunt; Eusebius g) *Christianos*. Esseni autem (h) παρώνυμοι ὁσιό-

b) Antiq. l. 13. c. 9. p. 442.

c) De vitâ Contempl. initio.

d) Biblioth. N. 104.

e) Emend. l. 6. p. 538.

f) Misc. Exerc. ad Jul.

g) Hist. Eccl. l. 2. c. 17.

h) Philo Probus, liber p. 678.

τηῖ©, *à sanctitate denominati*) κωμηδὸν οἰκοῦσι, τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι *vicatim habitant, urbes fugiunt.* a) *Gens sola, sine ulla fœmina, sine pecunia, socia palmarum*; à populorum frequentiâ separata. Adeo ut non mirum sit, tantum esse de iis silentium in Evangeliis; cùm essent illi Hierosolymis peregrini & ignoti; neque Rabbinorum quispiam eorum Hebraicè meminit, ante Zachuthium, scriptorem b) nuperum.

a) Plin. l. 5. c. 17.

b) An. 1502.

Pharisæi autem & Sadducæi, in aulâ Hierosolymitanâ, magnas agebant æmulationes: c) *à Sadducæorum partibus stabant ditiores; at Pharisæi multitudinis favore utebantur.* Sanè ista πατροπαράδοτα ἄγραφα Pharisæorum, indies receptiora & in scholis authentica, ore tenus à Rabbinis ad discipulos propagata sunt; neque in scriptis publicabantur. Tandem verò cum Hierosolyma, à Tito excisa, ab Hadriano ità instaurata essent, ut neque nomen, neque gentem, neque religionem pristinam retinerent; dum ex seditione Barchocebæ, d) *Judæa pene omnis in desertum redacta est*; dumque ipsi Iudæi, e) *Dispersi, palabundi, cœli & soli sui extorres, vagantur per orbem; sine homine, sine Deo Rege; quibus nec (advenarum jure) terram Patriam, saltem vestigio, salutare conceditur.* Dum (inquam) f) *prohibiti sunt Iudæi Terram, de quâ ejecti fuerant, ingredi*; & defecerunt Scholæ, quæ ad disciplinam Pharisaicam promovendam destinatæ, antea numerosæ fuerunt; g) *Rabbi Iehuda* (quem *Hakadosh*, *Sanctum* appellant) *collegit omnes traditiones, omnia judicia, sententias, & expositiones, quas singularum ætatum Synagogæ super universâ Lege docuerant; Ex his omnibus librum Mishnæ composuit, publicéq; legit.* Ideo autem hoc opus corrasit, ne Majorum traditiones exciderent, aut nullibi comparerent. Vixit autem ille sub tribus Antoninis, Pio, Marco, Commodo: sub hoc, h) *absolutum fuit Syntagma Misnæ, anno ab excidio Templi 120*, anno Æræ Christianæ 190. Est autem *Misna*, δευτέρωσις, *Lex Secunda*; à priore scilicet, quæ scripta.

c) Jos. l. 13. c. 18. p. 454. a

d) Xiphilin. in Adri. Zonar. tom. 2.

e) Tertul. Apolog. c. 21.

f) Hieron. ad Isaiæ c. 6. 11.

g) R. Moses Maimonides præfat. ad Misn.

h) D. Gantz. an. M. 4978.

Libri Misnæ primus Christianorum meminit Iustinianus Aug. qui an. ejus 25, an. Chr. 551, Iudæis Scripturas Sacras in Synagogis Græcè legere concessit: i) *Eam verò, quæ ab eis dicitur Secunda Editio* (Δευτέρωσις, Misna) *interdicit omnimodò; utpote sacris non conjunctam libris, neque desuper traditam de Prophetis: sed inventionem* (ἐξεύρεσιν, commentum) *constitutam virorum ex solâ loquen-*

i) Novel. 146. p. 195.

quentium terrâ, & divinum in ipsis habentium nihil. Cùm verò neque Origenes, neque Epiphanius, neque Hieronymus (qui de Traditionibus Iudaicis passim verba faciunt) libri Misnæ usquam meminerint; Cùm Augustinus dicat, a) *habere (præter Scripturas Legitimas, & Propheticas) Iudæos quasdam Traditiones suas; quas non Scriptas habent, sed memoriter tenent; & alter in alterum loquendo transfundit; quam* Δευτέρωσιν *vocant*: Verisimile est hunc Misnæ librum nondum, anno Chr. 400, aut literis mandatum fuisse, aut Orbi saltem nondum innotuisse; quod volunt Magistri. a) con. Ad. vers. Leg. & Prophet. l. 2. c. 1.

* *Trecentis circiter annis post excidium Templi, Rabbi Iochanan, caput Synagogæ in Palestinâ, Gemaram* (πλείωσιν, *complementum*) adjecit, quæ *Hierosolymitana* vocatur; Gemara hæc, cum Misnâ Judæ, conficit *Talmud Hierosolymitanum.* Judæis demum è Romano Imperio in Persicum migrantibus, † *post annos circiter centum, R. Ase, in terrâ Babylonis, aliam Gemaram (Complementum* Misnæ) composuit quæ *Babylonica* dicitur; & fabulas plerasque continet portentosas. Hæc, cum Misnâ, *Talmud* facit *Babylonicum*, quod maximè est in usu. *Talmud* autem est *Doctrinale*; quasi omnis Judæorum doctrina & scientia, omne jus Divinum & humanum in eo libro comprehenderetur. Nomen *Talmud* pro *Gemarâ* sæpe usurpatur. Sadducæi in Talmude non memorantur; nisi quà (sub *Hæreticorum*, aut *Epicureorum* nomine) damnantur. * Maimonid. ibid. † Ibid.

Continebat autem *Misna* non tantùm *Constitutiones*, quas suo quæque tempore Consistoria sanxerunt, sed etiam syntagma *Traditionum*, quas *Legem Oralem* vocant, & ab ipso Mose acceptas prædicant. b) R. Eliesar; *Moses 40 diebus, quibus in Monte egit, interdiu in Scripturâ legebat, noctu verò in Misnâ.* In Gemarâ c) Babyloniâ, modus narratur, quo *Moses Legem Oralem exposuerit Aharoni, filiisque ejus, & Senioribus.* Pirke Aboth (*Capitula patrum*, tractatus Talmudicus) *Seniores eam Prophetis; & Prophetæ tradiderunt viris Synagogæ Magnæ.* Cùm verò hæc, nimis compendiose dicta, successionem non plenè arguant; Recentiores rem magis particulatim explicant. b) Perke, Cap. 49. edit. Vorst. p. 123. c) ad tit. Erubin c. 5.

Post absolutum Talmud, uno aut altero seculo, tenebræ quidem sunt in Judæorum historiis; tandem verò expulsis Babylone Judæis, d) Scholisque eorum eversis, circa an. Chr. 1040, Magistrorū popu- d) D. Gantz. an. M. 4797

pulique pars magna in Europam, præsertim in Hispaniam, se recepit; cùm antea nulla esset Europæorum Judæorum memoria. Ab eo tempore *Rabbini* innumerabiles, non ut priores fabulis Talmudicis incubantes, sed variarum scientiarum peritissimi, in hunc usque diem scripserunt; Cabbalæque successio in Occidente quæsita est. R. Moses ben Maimon (vulgò *Maimonides* & *Rambam* dictus) natus Cordubæ, an. Chr. 1135, septuagenarius obiit: Hic in præfatione commentarii sui in a) Misnam, Seriem exhibet eorum, qui Legem Oralem successivè propagarunt. Cùm autem recensio ista non satis continua haberetur, *R. Abraham Zacuth* (Salmantiensis, qui scripsit *Iuchasim*, an. Chr. 1502) ejusque contemporaneus, b) *Don Isaac Abarbinel* (*exul Hispanus*) & post eos, *David Ganz* (qui *Tzemach*, *Germen Davidis*, sive Chronologiam suam perduxit ad an. Chr. 1592) propagatorum successiones magis concatenatas invenerunt. Zacuth quidem, Maimonidem; Ganz, Abarbinelem sequutus est: Successiones istas inter se comparat c) *Guil. Vorstius*; qui *ex diversâ supputandi ratione, ex interruptione, & hiulcâ conjunctione Catalogum planè fictitium esse arguit*. Sunt nihilominùs inter Theologos Christianos, qui istam *Traditionum* continuationem in rem suam seriò arripiunt. Non est hujus loci, Seriem istam novemque Judaicorum Doctorum classes curiosè examinare. His itaque in antecessum datis, ad *Noachidarum Præcepta* nos accingamus.

a) ad Tit. Zeraim, de traditione Legis.

b) Ganz. an. M. 6269.

c) Observat. in Ganz, p. 213.

Noachidarum Præcepta.

Mishna horum Præceptorum non meminit: sed in Gemarâ Babyloniâ legitur; d) *Traditur à Rabbinis, Septem Præcepta imperata esse Noachidis; de Iudiciis, de Maledictione Numinis, de Cultu Extraneo, de Revelatione Turpitudinum, de Sanguinis effusione, de rapinâ* seu *furto*, *de Membro animalis viventis. R. Chanina dixit etiam, de Sanguine viventis; R. Chidka etiam, de Castratione; R. Simeon etiam, de Magiâ; R. Elieser etiam, de Heterogeniorum animalium admissione, Arborumque insitione.* Adeo inter Magistros non convenit de Præceptorum numero. Maimonides e) ait sex priora Adamo mandata fuisse; illud de membro animalis f) Noacho; Abrahamo, aliud de Circumcisione. *Noachidas* autem vocant Magistri Gentes omnes, præter Ebræos; qui *Abrahamidæ*, vel poti-

d) ad tit. Sanhedrin. c. 7. §. 5

e) Halak. Melakim. c. 9.

f) Gen. 9. 4.

potiùs *Israelitæ*, vocari amant: VII autem Præcepta ista nunquam non obtinuisse perhibent; & pro Iure Naturali, omniumque hominum Communi, sumunt. Ex istis videamus, quid senserint illi de Veterum Religione, ante Legem; & post Legem, quâ conditione Peregrinis in terrâ Israeliticâ commorari licuerit. Dum enim sui juris erant Ebræi, in eorum territorio nullum a) idololatræ Gentili domicilium permittebatur: Qui verò, coram tribus viris, VII illa Præcepta in se susceperat, *Proselytus Domicilii* habebatur, & licet neque circumcideretur, neque baptizaretur, ut inquilinus, inter Ebræos habitare potuit. a) Exod. 23. ult.

De Noachidarum Præceptis, ex Talmudicorum scriniis, toto demensa horreo congessit Vir præstantissimus *Joannes Seldenus*, *libris VII. de Iure Naturali & Gentium, juxta Disciplinam Ebræorum:* Qui cùm sint summâ diligentiâ & mirâ eruditione conscripti; nemini, saltem è doctioribus, non sunt sedulò evolvendi. Ex illo fonte nos sitim satiravimus. Ex præceptis autem duo sunt, quæ ad cultum Divinum: quatuor, quæ ad mutua Hominum officia pertinent.

I.

DE *cultu Extraneo*, sive Idololatriâ.

Ægyptii, *Cultûs Extranei* nomine, detestari videntur quicquid *οἱ γονεῖς οὐ παρέδειξαν parentes non commonstrârunt.* Secundùm Ebræos autem, eo nomine, cujuscunque creaturæ cultus humano generi interdicitur, tam Angelorum, Corporumque Cœlestium ac Terrestrium, quàm Imaginum. Illis enim (ut & Christianis) Pietatis fundamentum est, Deum Unicum agnoscere. Tacitus religionem Ægyptiacam Ebraicamque non malè discriminat, de Judæis agens. b) *Corpora condere, quàm cremare, è more Ægyptio; eademq́; cura; & de Infernis persuasio. Cœlestium contrà; Ægyptii pleraque Animalia, effigiesq́; compositas venerantur; Iudæi mente solâ, Unumq́; Numen intelligunt; profanos, qui Deûm imagines mortalibus materiis in species hominum effingant; summum illud & æternum, neque mutabile, neque interiturum. Itaque nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt.* Sanè Ebræi Insociabilem Divinæ Majestatis Unitatem suspiciunt: Ægyptii autem Deos Medioxumos adhibuerunt. Porphyrius, c) *Ægyptii*, inquit, τὴν ἐπὶ πάντα δύναμιν τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν συννόμων ζώων, ἣν ἕκαστος τῶν

b) Histor. l. 5.

c) De Abstin. l. 4. §. 9.

X θεῶν

θεῶν παρέσχεν, ἐθρήσκευσαν, *per Nomorum suorum animalia, venerabantur Dei in res omnes potestatem, quam singuli deorum declarârunt.* Neque aliter Maimonides de Idololatris: a) *Nemo*, inquit; *eâ sententiâ Cultu Extraneo utitur, ac si aliud non esset Numen præter id quod colit. Neque enim cuipiam in mentem venit Statuam (ex metallo, saxo, ligno confictam) esse ipsum Cœli Terræque creatorem & gubernatorem: sed ita eam colunt quatenus rei alicujus imaginem induit, quæ velut intermedia sit inter ipsos & Deum.*

a) More Neboch part. 1. c. 36.

A temporibus Abrahami Idololatria Ebræis crimen omnium gravissimum habebatur, & velut pestis ante alias fugienda: quæ autem in Decalogo legibusque aliis non semel interdicitur, multiplicem Ægyptiorum idololatriam respicere videtur. In Inferioris Ægypti partibus, maximus Hircis habebatur honos: Israelitæ, illic collocati, adeo τραγολατρεία Mendesiâ insanierunt, ut interdicto speciali opus esset. b) *Non sacrificabunt ampliùs sacrificia sua Pilosis, post quos fornicati sunt.* Hircos intellige, qui καθ' ἐξοχὴν *pilosi* dicuntur, quos in Ægypto impensè coluerant. De cultu isto, satis dictum. c) Maimonides τραγομόρφους, vel τριχῶντας *pilosos*, *dæmones* intelligit, qui Hircorum specie credentibus apparent. d) *Ex Zabiis quidam fuerunt qui Dæmones colebant, & existimabant eos habere formam Hircorum. Unde etiam dæmones* Seirim, *hoc est hircos, appellabant. Quæ opinio Mosis tempore jam longè lateq; in orbe diffusa fuit; sicut ait*, Et non sacrificabunt ultra sacrificia sua *Lasseirim* hircis, *id est, dæmonibus ita appellatis: & hinc apud illud hominum genus prohibitus quoque erat esus hircorum.* Zabiorum autem nomine, Ægyptios, maximè Mendesios, intelligere videtur.

b) Levit. c. 17. vers. 7.

c) supra p. 65.

d) Doct. Perplex. l. 3. c. 46. p. 480.

Præter *Hircos*, & *Boves*, & *Oves*, alia fuerunt plurima in Ægypto *pilosa* numina; *Feles, Canes, Ursi, Lupi, Leones, Ichneumones, Cebi, Simiæ, Mustelæ*; quibus omnibus Ebræos, in Ægypto habitantes, serviisse verisimile est: neque *quadrupedibus* tantùm, sed etiam *volucribus, reptilibus, aquatilibus* Ægyptiorum Diis. Argumento sit unum illud Mosis interdictum, quo multiplicem idololatriam, *Omnigenumq; Deûm monstra* succinctè perstrinxerit. e) *Ne faciatis vobis sculptile, similitudine masculi aut fœminæ:* f) Boves utriusque sexûs sacri; mares Osiridi, fœminæ Isidi. (g) *similitudinem cujuscunque animalis quod est in terrâ:*) h) Omnis Ægyptus bo

e) Deut. c. 4. v. 16.
f) Herodot. 2. 41.
g) v. 17.
h) Strab. l. 17. p. 812. c.

bovem, canem, felem colunt; Thebani & Saitæ ovem; Lycopolitæ Lupum; Leontopolitæ Leonem; capram & hircum Mendesii; Ichneumonem Heracleotæ; Cebum Babylonii juxta Memphim. Cebus faciem habet satyro similem, cætera inter canem & ursum; in Æthiopiâ nascitur. (*similitudinem cujuscunque avis pennatæ, quæ volat in cælo:*) a) Omnis Ægyptus accipitrem & ibin colunt; a)Strab ib.
Thebani aquilam. (b) *aut similitudinem cujuscunque reptantis* b)v.18.
super terram:) c) Circa Thebas serpentes sunt Jovi sacri: d) Κνήφ c)Herodot. 2. c. 74.
serpens divinus, accipitris caput habet; e) θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀθάνατος, Cneph *deus generationis expers, & mortis.* (*aut similitudinem alicujus piscis, qui est in aquis sub terrâ.*) f) Omnis Ægyptus Lepidotum piscem & Oxyrrhynchum veneratur; Latum Latopolitæ: est etiam anguilla piscis sacer. Ex amphibiis, crocodilum, Urbs crocodilorum, & g) qui circa Thebas & Mœridis lacum; Hippopotamum Papremitani colunt. *Dæmones* ἔνυδροι *aquatiles* h) intelliguntur, Deuter. 32. 17. d)Euseb. Pr. Ev.l.1.c.ult. p.41.c. e)Plutar.de Iside p. 359.d. f) Strab.ib. g) Herod. 2. c. 71. h) Grot. in loc.

i) *Solis, Lunæ, Stellarumq;* adoratio Ægyptiis communis erat cum gentibus aliis. Quod autem subjungit Moses, liquidò demonstrat interdictum hoc, de quadruplici animalium genere, superstitionem Ægyptiacam respexisse. k) *Vos*, inquit, *assumpsit Dominus, atque eduxit vos de fornace ferreâ* (id est, servitute durâ) *de Ægypto, ut essetis ei in populum hæreditarium.* Excusso servitutis jugo, etiam excutienda sunt Ægypti βδελύγματα. Deus Opt. Max. est invisibilis, non per simulacra aut symbola colendus. l) *Non vidistis*, inquit Moses, *aliquam similitudinem in die quâ locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne fortè decepti faciatis vobis sculptile.* m) *Effugit oculos: cogitatione visendus est.* Eo cultûs genere Ebræi cæteris gentibus longè prudentiores fuerunt, & ad extremum τῆς πολιτείας excidium laudatissimi. i)v.19. k) v.20. l) v. 15. m) Senec. Nat. Quæst. VII. 30.

Ne recrudesceret Idololatriæ contagio, mandatum est, n) *Diruere loca omnia in quibus Deos suos coluere Gentes, quas possidebitis*, seu intra solum Israeliticum; neque o) *fœdus inire* cum populis ibi idola colentibus: imò nec consuetudinem cum idololatris, nec commercium ullum habere licuit. n)Deut.12.2. Exod.34. 13. o)Ib. vers.15. Deut.7.2.

Ante Legem, p) Jacobus Patriarcha erexit στήλην, *cippum, statuam*: & Moses, ante constructum Tabernaculum, q) *erexit altare, & XII Titulos.* Lex autem, ne daretur Idololatriæ occasio, ista ve- p)Gen 35.14. suprà p. 56. q) Exod.24.4.

a) Lev. 26. 1. tat. a) Οὐ ποιήσετε ὑμῖν αὐτοῖς χειροποίητα, οὐδὲ γλυπτά· οὐδὲ στήλην ἀναστήσετε ὑμῖν· οὐδὲ λίθον σκοπὸν θήσετε ἐν τῇ γῇ ὑμῶν προσκυνῆσαι αὐτῷ, *Non facietis vobis ipsis imagines, neque sculptilia; neque erigetis cippum*, sive *titulum* (opus aliquod ideo constructum, ut ad illud publicus fieret conventus ad peragenda illic sacra qualiacunque;) *neque ponetis in terrâ vestrâ saxum formatum ut adoretur super*

b) Deut. 16. 21 *ipsum*, extra Templum. Alibi, b) *Neque plantabis Lucum ex ullâ arbore juxta Altare Domini.* Quoniam ritus ii erant Idololatrarum.

(Selden. l. 2. c. 6.) Leges istæ, Israelitis peculiares, Noachidem per se non obstringebant; cui extra ditionem Ebraicam ista pro arbitrio facere licuit, modò non in Cultum Extraneum: Intra Terram autem Promissam, ne exemplo arriperetur ansa idololatriæ, non magis Noachidi, ex more recepto, quàm Israelitæ *permissum est sive statuam erigere, sive lucum plantare, sive imagines facere, sive quæ sunt id genus alia, ne quidem Ornatûs causâ.* Magistri imaginem Humanam protuberantem illicitam habent, non item quæ in plano est, aut in concavo: Cœlestium rerum imagines neque prominentes neque planæ erant licitæ ornatûs causâ, sed tantùm *docendi discendiq; gratiâ*, ut in diagrammatis Astronomicis ad designandam Lunæ visionem, & similibus. Figuras alias tam Israelitæ quàm Noachidi pro libitu formare fas erat.

c) Deut. 7. 26. (Seld. 2. 7.) c) *Non inferes quippiam ex idolo in domum tuam.* Imagine, Ornatûs tantùm gratiâ factâ, inter bona uti frui licuit: Cultûs gratiâ à Gentili factam, in usum promiscuum adhibere non licuit; neque victimas, oblationes, vasa, instrumenta idololatrica aut possidere, aut vendere: Pretium fuit etiam illicitum. Neque uspiam retinenda res erat, cujus interdictus est usus; sed aut comburenda, aut conterenda & in aerem, flumen, Mare projicienda: neque licitus cineris aut carbonum usus. Idolum autem liquefactum aut comminutum & à Gentili communibus usibus addictú, id est, resecratum, & antequam in Israelitæ possessionem deveniret religione solutum, non aliter atque bona alia in vitæ usum licitè adhiberi potuit. Resecrato idolo resecratur ejus supellex. Quicquid autem ab homine non factum est (ut Mons, Fons, Flumen, Pecus) etiamsi velut idolum, cultum fuerit, ejus usus & possessio non interdicitur. Lucus (aut Arbor) cultûs causâ plantatus, vel ut obumbraret idolum, idolumve ornaret, adeo erat illicitus, ut nec licitum esset umbræ refrigerium;

um; nec transitus per eum, si alia esset via; nec ova aut pulli volucrum in eo nidificantium; neque Lignatio ex eo; neque panes aut cibi eo ligno cocti; neque radius textorius ex eo ligno factus, aut pannus eo radio textus; neque ligni cinis. Licitus autem erat herbarum ibi satarum usus, quia solum non erat illicitum. Quicquid autem Israelitæ facere aut possidere nefas, id nec Proselyto Domicilii fas erat.

D*E maledictione Nominis Sanctissimi*, sive Blasphemiâ. II.
Ægyptios interdictum de Blasphemiâ docuisse verisimile est. a) *Hermippus* enim, *in vita Pythagoræ*, cujus doctrinæ ex Ægypto acceptæ sunt, scitis quibusdam istius sectæ (de Animâ, de Mundicie) hoc adjicit, πάσης ἀπέχειν βλασφημίας, *ab omni abstinere Blasphemiâ.* a) suprà p.150

Israelitis dixit Dominus, b) *Custodite mandata mea ac facite. Ego Dominus. Ne profanetis Nomen meum Sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel.* Diligentior Legis observatio vocatur Ebræis *Sanctificatio Nominis* Divini; & adversus Legem aliquid patrare est Nominis *Profanatio.* Insigniora Idololatriæ, Homicidii & Coitûs illiciti interdicta, ne ob imminentis quidem Mortis metum, violanda sunt: Levioris enim periculi omnino nulla est ratio. Persecutionis publicæ tempore, vita legis ullius violatione non erat redimenda. Alio tempore, satius erat ad violationem Legis, Mortis minis impellenti obtemperare, quam mortem subire; saltem si in impellentis emolumentum actu cederet: veluti ubi opus ei in Sabbato præstandum; aut si decem pluresve Ebræi non adessent. Vetita comedere, ut se morti eriperet, ægroto licuit. Quin etiam peccatum in mores sanctiores & humanam societatem, etsi non in Legem, est *Profanatio Nominis Sancti.* Nemini plenè remissa est Profanatio ante ipsum mortis momentum, juxta illud, c) *Non expiabitur iniquitas hæc vobis donec moriamini.* Βεβήλωσις *pollutio, profanatio* ista Nominis Divini, d) Apostolo βλασφημία vocari videtur. Non autem ea est cujus interdicto hic tenetur Noachides; & in exemplum affertur e) *Naaman* Syrus leprâ mundatus.

b) Lev. 22. 32
(Seld. 2, 10.)
c) Isai. 22. 14.
d) Rom. 2. 24. I. Tim. 6. 1. Tit. 2. 5.
e) II. Reg. 5. 18

Blasphemia, sive *Maledictio* (hoc præcepto interdicta) est horrendum illud flagitium, ὀνειδισμὸς, κατάρα, *Execratio* Divini Nominis, quando in Deum convitium & procacior verborum contume- (Seld. 2, 11.)

melia palam ac disertè ingeritur. Quali blasphemiâ Dominum insectati sunt a) *Shelomithæ filius*, & *Rabsaces*.

a) Lev 24.13. II. Reg. 18.30.

Etiam quando Majestas Divina scienter & superbè negari deprehenditur ex alicujus actûs aut professionis consequentiâ. Velut ubi quis, non ex ignorantiâ, sed ex proterviâ Idololatriam amplexandam profitetur, aut aliis suadet; etsi idolum is non coluerit, ex ipsâ professione, Deum consequenter negat, & pro blasphemo habendus est. Huc spectat Lex sacra, b) *Anima quæ fecerit per manum elatam*; (ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, *in manu superbiæ*; Vulgata, *per superbiam*) *sive fuerit ex indigenis sive ex proselytis* (tam Domicilii quàm Justitiæ) *in Dominum is blasphemus est* (τὸν Θεὸν ὅτος παροξυνεῖ, *Deum is irritat*; Vulgata, *quoniam adversus Dominum rebellis fuit*) *excidetur anima illa de populo suo*. De hâc lege c) Maimonides, *Nemo*, inquit, *ita peccat, nisi in cujus animam irrepserit dogma aliud quod Legi repugnet. Loquitur ibi Scriptura etiam de Cultu extraneo, quoniam iste adversatur ipsis Legis fundamentis*. Blasphemus par est Idololatræ: uterque negat totius Religionis principium. Peccata alia ex errore, aut ignorantiâ, etiam concupiscentiæ causâ, aut ex morum pravitate sponte ac contemptim commissa, vel expianda sacrificiis, vel aliis pœnarum generibus castiganda fuere: Idololatria & Blasphemia *Excisione* cœlitùs infligendâ puniendæ sunt. Sed & d) *Lapidatione* luenda est Blasphemia.

b) Num. 15.30

c) More Neboch. p. 3. c. 41

d) Lev. 24.16.

III. **D**E *effusione Sanguinis*, sive Homicidio.

In Morali Ægyptiorum disciplinâ fuit hoc *Homicidii* interdictum (quod ex e) Libitinarii Confessione manifestum est) Τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὅτι (τινὰ) ἀπέκτεινα, *Aliorum hominum neminem occidi*. Ad Noachidem verò attinet illud, f) *Requiram sanguinem vestrum de animabus vestris*. Quod de incruentis etiam cædis generibus intelligendum est. Quidam *de sui cæde* interpretantur. g) *Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis ejus effundetur*, non Judicio forensi, sed talionis jure naturali. Instauratur hoc interdictum in Decalogo, *Non occides*; atque h) alibi non semel in corpore Juris Mosaico.

e) p. 156.

f) Gen. 9. 5. (Seld, 4.1.)

g) Vers. 6.

h) Exod. 21.12. &c.

i) Βρεφῶν ἔκθεσις παρὰ πολλοῖς τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἕνεκα τῆς φυσικῆς ἀπανθρωπίας, χειροήθες ἀσέβημα γέγονε, *Expositio infantium apud multas gentes, propter nativam inhumanitatem, vulgaris*

i) Philo de leg. special. præcept. 6. & 7

garis est impietas. Ebræis vetitum est vel fœtum in utero extinguere, vel liberos exponere. a *Augendæ multitudini consulitur. Nam* a) Tacit. hist. l. 5.
& necare quemquam ex gnatis nefas. Ægyptii etiam, b) τὰ γεννώμενα παιδία τρέφουσι ἐξ ἀνάγκης ἕνεκα τῆς πολυανθρωπίας, *necesse* b) Diod. Sic. l. 1. p. 51.
habent natos cunctos alere, ut suppetat hominum multitudo ; quæ ad patriæ felicitatem quàm plurimùm conducit.

Cædes voluntaria, ex forensi sententiâ, Gladio punienda : c) τοὺς ἀνελόντας ἀνασκολοπίζεσθαι, *suspendi in patibulo*, tradit d) c) Vide Casaub. Exerc. Baron. 16. n. 76.
Philo Judæus. e) *Qui percusserit* (occiderit) *hominem, morte plectatur. Jus unum sit vobis : sicut Proselyto* (Justitiæ, non item Domicilii) *sic Indigena erit.* Ita enim intelligunt Magistri ; & d) De Leg. spec. p. 617.
quoad homicidii pœnam, discrimina quædam habent inter Gentiles, sub ditione Israeliticâ degentes, atque Originarios Proselytosque ritè circumcisos. e) Levit. 24. 17. 21. 22.

f) *Vindex sanguinis interficiet homicidam, cùm apprehenderit eum* extra Asyli loca. Jus Vindicis sanguinis, in ditione Israeliticâ, non minùs ad Gentiles atque ad Proselytos domicilii, quàm ad Ebræos spectabat : utrùm apud Noachidas ante Legem, an apud Ægyptios obtinuerit, incertum est : Sanè nomen id, non tam ex constitutione Mosaicâ, quàm ex more anteriore usurpari videtur. Erat autem Vindex, hæres occisi proximus. f) Num. 35. 19

Homicida ex casu, aut errore, Asyli jus habuit. De Φυγαδευτηρίων jure, seu Urbibus Refugii, multa statuit g) Lex sacra; (Seld. 4. 2.) g) Num. 35.
multa Magistri ad Legis interpretationem necessaria. Ad Gentilem non attinebat Refugii privilegium ; is Vindici sanguinis erat obnoxius : Neque ad Proselytum domicilii, infortuitâ Circumcisi cædes; is autem Asyli jure gaudebat, quando alium sui generis casu occiderat.

h) *Non stabis adversus sanguinem proximi tui.* Id est, Non stabis otiosus, quando mortis periculum congeneri tuo imminet. h) Lev. 19. 16. (Seld. 4. 3.)
Vis aggressoris occidendi animo, etiam pæderastis, adulteri, incestuosi, vitæ jacturâ impedienda est, ne peccent : Scelesta hujusmodi vis vi privatâ punienda ; si fieri possit, verbere, aut membri mutilatione ; sin verò, etiam occisione. Si Israelita Israelitam, vel ejus bona, in Gentilium potestatem tradiderit, fas erit illum occidere, ne tradat alios ; aut ipsum in potestatem Gentilium tradere. Israelitam *Prævaricatorem* (id est, Idola colentem, vel in contemptum

Nu-

Numinis peccantem) uti & *Epicureum* (id est , Apostatam, Legem & Prophetias abnegantem) in publico trucidare gladio fas erat Israelitæ cuiquam , etiam dolo : *Proximi* enim nomen ex prævaricatione & apostasiâ desiit. Gentilem idololatram , in sui exitium , dolo circumvenire non licuit : neque tamen morte imminente, cùm non sit proximus , liberare eum Lex jussit.

a)Exod. 22.2. Alia fuerunt Homicidii genera , Privatis permissa. a) Fur nocturnus , ædes invasurus , impunè occidebatur. Quod etiam in
b)Lib.9. Legibus b) Platonicis ; & XII Tabularum. In puerperio, ob salutem Matris , fœtum in utero extinguere fas erat. Ob cultum
c) Exod.32.28 Vituli Aurei , trucidata sunt c) tria millia ; non 23000, ut in Vulgatâ.

d) Num.25.7. d) *Phinees Eleazari F. Aaronis N.* zelo accensus , hastâ trajecit *Zimri* , *& Cosbi* paganam ; in stupro palam deprehensos; &
e)Num.25.11 (Seld.4.4.) à Domino laudatur , e) *quia zelaretur zelum meum inter eos.* Ab hoc exemplo manavit jus Zelotarum , quo Privatis zelo ductis , quoties Israelita Numinis, Templi , Gentis sanctitatem (palam & coram decem minimùm Israelitis) violaret, verbere, vulnere , etiam perseverantis cæde , facinus ipso momento cohibere licuit. Rece-
f)I. Mac. 2.24 pto hoc Zelotarum jure , f) Mattathias Judæum, ritu Græco sacrificaturum, trucidavit. Et D. N. Jesus Christus, privatam personam sustinens, κολλυβιστὰς & negotiatores , Templi sanctitatem pollu-
g)S.Joan.2.17 entes , vi flagelli citra reprehensionem ejecit ; quòd *Domum Orationis* fecissent *Speluncam Latronum*. Factum Domini ad g) *Zelum Domûs tuæ* referunt Discipuli. Ejusdem juris obtentu , in ipsum Dominum, quasi blasphemiæ reum , in Consessu irruebant , & colaphis cædebant. Et minister quidam eum statim percussit , quòd visus sit , responsione parum reverenti , Summi Pontificis sanctitatem
h)Act.7.57. violâsse. Eodem obtentu , h) S. Stephanus Lapidibus obrutus est; &
i)Cap.23.13. conjuratio in i) S. Paulum suscepta; atq; bello demum Judaico immanis pullulavit flagitiorum seges.

Universali huic *Homicidii* interdicto derogare videntur , quæ de Abrahamo filium immolaturo ; & de hostiarum Humanarum
(Seld.4. 6.) religione diximus. Neque desunt qui existiment Ebræis pariter licitum fuisse , ex Lege sacra de *Anathemate* , consecratione ultro-

neâ,

neâ, filios servosque, quos in potestate suâ habuerunt, neci devovere; & Jeptham, ajunt, filiam devotam immolasse.

Post a) *Vota æstimationum* (ubi non tam res ipsæ, seu personæ, quàm earum pretia Deo consecrata sunt) sequitur Lex de Devotis absque redemptione. b) *Omne anathema quod devoverit homo Domino ex omnibus quæ habet, ex homine & è pecore & ex agro possessionis suæ, non vendatur, nec redimatur: Omne anathema sanctissimum est Domino.* c) *Omne anathema quod devovetur ex homine* (ἀπὸ τ̃ ἀνθρώπων, *ab, de,* vel *ex hominibus*) *non redimatur; Morte moriatur.* Anathema primum est ipsum donarium ultroneum, in sacros usus Numini devotum, neque in profanos revocandum; secundum verò, quicquid jure Belli internecioni devotum. Captâ Hierichunte; Metalla, primi generis, d) *venerunt in Thesaurum Domini*; Secundi autem, Urbs ipsa resque cæteræ ac personæ, incendio & nece sunt disperditæ: Achan utriusque reus horrendo periit supplicio. e) Mos iste devovendi, bello prævius, non hostes tantùm, sed etiam cives, jura militaria violantes, morti tradidit. Hujusmodi erat f) anathema Populi de non ascendentibus ad Mizpa; ob cujus violationem, g) incolæ Jabesh-Gilead universi cæsi sunt. Et h) Saul Rex, cum Palæstinis prælium initurus, devovebat omnes qui ante noctem quid comederent: Jonathan regis filius, ex anathematis ignorantiâ, morte liberatus est.

a) Levit. c. 27.
b) Vers. 28.
c) Vers. 29.
(Seld. 4. 10.)
d) Josua 6. 19.
e) C. 7.
f) Judic. 21. 5.
g) v. 10.
h) I. Sam. 14. 24. 27. 44.

Alia fuerunt, extra Bellum, anathemata. i) *Maledictus sit qui ædificaverit Hierichuntem.* In edicto Ezræ, k) *Quicunque non adfuerit intra triduum, juxta decretum Principum & Seniorum, anathematizabitur (auferetur) universa substantia ejus, & ipse disterminabitur ab Ecclesiâ Transmigrationis.* Separatus ad hunc modum, sive Excommunicatione obstrictus, solitæ popularium consuetudinis libertate privabatur; neque illi fas erat intra spatium 4 cubitorum alteri assidere, usque dum Pœnitentiam sequeretur Absolutio; post 60 dierum Contumaciam sequebatur Anathema, sive Execratio; quæ tamen post resipiscentiam rescindebatur. Qui à cœtu hominum ita separatur, ἀποσυνάγωγος dicitur in l) Evangelio. Istiusmodi autem anathemate devotum interficere cuilibet non erat permissum; sed tuguriolum ei constructum, quo (extra aliorum consuetudinem) ali posset.

m) *Jeptha vovit votum Domino, dicens, Si tradendo tradideris*

i) Josua 6. 26.
k) Ezra 10. 8.
l) Joan. 9. 22. 16. 2.
m) Judic. 11.

(Seld, 4. 11.) *ris filiis Ammon in manum meam, erit ut egrediens quod egressum fuerit* (καὶ ἔσαι ὁ ἐκπορευόμενος ὃς ἂν ἐξέλθῃ , *& erit exiens quicunque exierit* : In Vulgatâ , *Quicunque primus fuerit egressus*) *de foribus domûs meæ in occursum meum , cùm reversus fuero in pace de filiis Ammon , erit Domino , & offeram ipsum in Holocaustum.* (*Et offeram* ,) copulativè intelligitur quibusdam, qui Jephtham ex voto filiam immolâsse volunt : inter quos a) Josephus , Τὴν παῖδα, inquit, ὡλοκαύτωσεν, ὅτε νόμιμον ὅτε τῷ Θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἐπιτελῶν , *Filiam immolavit , sacrificium solvens neque legitimum, neque Deo gratum.* Alii interpretantur (*&*) pro (*aut*,) ut disjunctivi vim habeat ; quasi dixisset , b) *Erit Domino consecratum , si non sit idoneum holocausto ; aut offeram in holocaustum, si fuerit holocausto idoneum. Sic* (&) *sumitur pro* (aut) *in Lege , Qui percusserit patrem & matrem : Atque hæc interpretatio pulchra est.* Jephthæ occurrit filia unica ; c) *& fecit sicut voverat*, id est, d) *fecit ei domum, & introduxit in eam , atque ibi remansit seclusa à filiis hominum & à rebus secularibus. Atque statutum est in Israel , ut quotannis eam inviserent Israelitides.* Pater præ dolore * *vestimenta laceravit*, quòd nulla prolis ex filiâ suscipiendæ spes esset reliqua.

a) Antiq. l. 5. c. 9.
b) D. Kimchi in locum.
c) Vers. 39.
d) Kimchi ib.
*) Vers. 35.

Cædes itaque humana nullo Ebræorum jure permissa est, extra Pœnæ legitimæ , justique Belli rationem. Ipse actus, utcunque licitus , adeo invisus & impurus habebatur , ut Lustratione opus esset. e) *Quicunque occidit quempiam, & qui tetigit cadaver, purificetur , tam vos quàm captivi vestri.*

e) Num. 31. 19

IV. **D***E revelatione Turpitudinum* , sive Concubitu illicito.

Ab ipsis rerum initiis petitur Matrimonii tum Origo , tum Necessitas. f) *Masculum & Fœminam creavit eos ; & benedixit illis Deus , dixitq; , Fructificate & multiplicamini :* Quod g) Noachidis repetitum. Ex jure naturali, interdictus est Coitus 1 cum *Matre* , 2 cum *Novercâ* , 3 cum *Uxore alienâ* , 4 cum *Sorore* Uterinâ , 5 cum *Masculo* , 6 cum *Bestiâ*. Quartum de *Sorore* interdictum ab Adami liberis non observari necesse erat ; Reliqua nunquam non fuerunt illicita. Sed & post h) *multiplicatum genus humanum* usque ad Legem datam , Soror Germana paterni tantùm sanguinis , & non Uterina , fratri non erat interdicta. Abraham de Sarâ , i) *Verè* , inquit, *Soror mea est: Est enim filia patris mei, tamen-*

f) Gen. 1. 27.
g) Ibid. 9. 1. (Seld, 5, 1.)
h) Genes. 6. 1.
i) Gen. 20. 12.

tamensi non sit filia matris meæ, & facta est mihi in uxorem. Atque inde colligunt a) τὰς ὁμομητρίας μὴ δεῖν ἄγεσθαι πρὸς γάμον, *Sorores Uterinas non oportere in uxores duci.* b) *Solon Atheniensis* ὁμοπατρίας ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίας ἐκώλυσεν, *uxores ducere permisit eodem patre natas; non eâdem matre. Contrà Lacedæmoniorum legislator* τὸ ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸ πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπειπὼν, *uterinis connubium permisit, non eodem patre natis.* *Ægyptiis autem* fas erat ἁπάσας ἀδελφὰς ἄγεσθαι, τὰς μὲν ἰδίας τοῦ ἑτέρου τῶν γονέων, τὰς δὲ, ἢ οὐδὲ, ἢ τὰς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ τὰς οὐ νεωτέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρας καὶ ἰσήλικας· καὶ διδύμοι γὰρ πολλάκις ἐγεννήθησαν, *Sorores quascunque ducere, tam quæ sunt ex alterutro parente, quàm ex utroque; non solùm minores, sed etiam natu majores, atque æquales. Gemelli enim non rarò nascuntur.* Tam Uterinæ, etiam & Gemellæ, quàm Germanæ connubium permittebatur.

a) Clem. Alex. Strom. 2.
b) Philo Jud. de Spec. Leg. 6.7. p. 6. 2. a.

Exemplum, c) ab Iside ductum, inter Macedones invaluit: *Arsinoe Ptolemæum Philadelphum* (inde nominatum) habuit d) —— κασιγνητόν τε πόσιν τε· *& fratrem, & maritum:* Ὡς δὲ καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη. *Sic & Deorum sacra connubia confecta sunt.*

c) suprà p. 68.
d) Theocrit. Idyll. XVIII. v. 130.

——e) *Dii nempe suas habuere Sorores:*
Ut Saturnus Opim junctam sibi sanguine duxit:
Oceanus Tethyn, Junonem Rector Olympi.

e) Ovid. Met. l. 9. v. 498.

Ut hinc intelligamus, Occidentis Numina ex Ægypto traducta fuisse. Philadelphus & Arsinoe, quodam ἀποθεώσεως connubio, ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ titulum, in nummis & marmoribus, obtinent.

Apud Persas, serò Cambysis exemplo, introducta sunt Sororum conjugia: f) Responderunt ei Jurisconsulti, Νόμον οὐδένα ἐξευρίσκειν ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελφεόν, *Nullam se invenire legem quæ sororem fratri nubere sinat.* g) Πέρσαι δὲ μάλιστα αὐτῶν οἱ σοφίαν ἀσκεῖν δοκοῦντες οἱ Μάγοι, γαμοῦσι μητέρας· *Persæ verò, & inter eos potissimùm (qui sapientiam profiteri videntur) Magi, cum Matribus matrimonia contrahunt.*

f) Herod. l. 3. c. 31.
g) Sex. Empir. Pyrrh. l. 3. c. 24. p. 153.

h) *Nam Magus ex Matre & Gnato nascatur oportet.*

h) Catull. Epigr. 91.

a) Lucian. de Dea Syriâ. Antiochus Soter a) Stratonicen *Novercam* deperiens, exemplo satis inusitato, illam à patre accepit in Uxorem. Matrimonium illud jure Orientis potiùs quàm Græco non erat illicitum. Quid multa? Incestus omnigenus, Adulterium, etiam Ἀῤῥενομιξία, Veterum nonnullis, Sapientiæ quidem nomine claris, inter ἀδιάφορα habebantur. Sextum Empiricum adeas Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων l. 3. c. 24.

Primævis illis sex interdictis pleraque de Incestu adjecit Moses; adversus Ægyptiorum maximè consuetudines: Quod Legis præfatio indicat. b) *Non facietis juxta factum (consuetudinem,* κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα, *secundum instituta) terræ Ægypti in quâ habitastis.* Hæc priorem Legis partem de Consanguinitatis gradibus spectant, usque ad comma 19. *Neque juxta factum regionis Canaan, in quam ego vos introduco.* Ista ad posteriorem Legis partem attinent, quâ Molochi sacrificia, adulteria, pæderastia, bestiarum concubitus interdicuntur.

b) Levit. 18.

Præter *Matrem* (ver. 7.) à Mose prohibetur *Matertera* (ver. 13.) Præter *Novercam* (v. 8.) *Amita* (v. 12.) & *Patrui uxor* (v. 14.) Præter *Sororem Uterinam* (v. 9.) etiam *Soror* Germana, sive *Novercæ & Patris filia* (v. 11.) Fratria, sive *fratris uxor*, relictis liberis (v. 16.) Nurus, sive *filii uxor* (v. 15.) & *Neptis* tam ex *filio*, quàm *filiâ*, (v. 10.) Filia ipsa ex interpretatione, non verbis disertis, interdicitur. c) *Turpitudinem fœminæ & filiæ ejus non revelabis; filiam filii ejus, & filiam filiæ ejus non accipies.* Expressim hic *Socrus*, *Privigna*, tam *Privigni* quàm *Privignæ filia*, vetitæ sunt: *Filia* etiam ex argumento à minori ad majus; & eâ ratione quâ *Neptis Uxoris*, etiam utraque *Prosocrus*, sive tam paterna quàm materna Uxoris Avia. Adjicitur d) *Uxoris Soror*, sive uterina, sive germana, *dum ipsa uxor adhuc vivit.* Ita Fœminæ XIX, sive ob affinitatem sive consanguinitatem, Lege Leviticâ matrimonio interdictæ sunt; quarum VII Uxori sanguine conjunctæ: Tres interpretatione, cæteræ Legis verbis designantur. Lex autem de Uxoribus tantùm loquitur; neque est incestus nisi ex matrimonio; non ex stupro, seu adulterio.

(Seld. 5. 10.)

c) Vers. 17.

d) Vers. 18.

Mos erat vetustissimus ducendi fratris conjugem, sine liberis defuncti. Juda Patriarcha dixit filio suo Onano, (qui ante Israelitarum introitum in Ægyptum e) mortuus est) f) *Ingredere ad uxorem fratris tui, & leviri jure duces eam, ut suscites semen fratri tuo.*

e) Gen. 46. 12.
f) Cap. 38. 8.

tr.. *Hic autem sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.* Jus illud fratriam ducendi a) lege singulari confirmavit Moses. b) *Magistrorum aliqui causam & mysterium conjugii hujus Fratriæ & Leviri ex Mete... nescio qua opinione petendam contendunt:* Opinio autem illa in Ægypto nata est. Etiam apud Ægyptios, Leviri jus illud ex priscis eorum Legibus ad usque Zenonis Augusti tempora ...atum est. *Ægyptii* (inquit c) Zeno) *idcirco mortuorum fratrum sibi conjuges matrimonio copularunt, quòd post illorum mortem mansisse Virgines dicebantur; arbitrati scilicet, quod certis Legum conditoribus placuit, cùm corpore non convenerint, Nuptias non videri esse contractas.* Ex Legis ratione quam reddunt Ægyptii, liquet Contractum nuptialem apud eos absque coitu non fuisse perfectum: neque aliter se res habuit apud Ebræos ante Legem; postea verò, ex Civili Ebræorum Jure, ad contrahendum Matrimonium solus sufficiebat Consensus. a)Deut.25.5. b)Selden.Ux. Ebr.l.1.c.13. c)Justiniani Cod.l.5. tit.6.leg. 8

Ante Legem Ebræis innuptis licitum fuit corporis copiam pro libitu facere: d) παρὰ ἢ πολλοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐυκλεές, *Etiam in honore fuit apud multos ex Ægyptiis.* Lex vetat. e) *Non sit Meretrix.* d)Sex Empir. Pyrrh.l.3.c. 24. p.152. e)Deut.23.17.

Pactum matrimoniale ante Legem eò usque stabile manebat, dum in consensu utrinque perseveraretur; renuntiante vel viro vel uxore, solvebatur matrimonium. Apud Athenienses erat f) καὶ ἀποπομπῆς δίκη, *& jus ejiciendi uxorem*; καὶ δίκη παρὰ τῆς ἀνδρὸς ἀπολείψεως, *& jus relinquendi maritum.* g) Ἔδει τὸ ἀπολείψεως ...ματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θεῖναι, μὴ δι' ἑτέρων ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. *Oportebat uxorem libellum divortii, non per alterum, sed præsentem, Archonti offerre:* ut coram inireretur utrinsque gratia, si fieri posset: sin minùs, Archontis erat sortiri Judices, apud quos de causa disceptaretur. Lex Mosis introduxit h) *Libellum Divortii* (τὴν ἀπο...) ut esset res forensis: ἀπόλειψις serò à i) Salome, Herodis Majoris sorore, inducta est. f)Pollux.l. 3. c.3. S.5. g) Plutarch. Alcibiade, p.159. c. h)Deut.24.1. i)Joseph.Antiq. l.15. c.11.

Ante Legem Lamech, Abraham, Jacob, Esau plures acceperunt Uxores: Quod & k) Lege permissum est. Elcana *binas uxores*, David plures, Solomon plurimas habuit, tametsi Regi vetitum esset l) *multiplicare uxores*, ultra Octodecim, secundùm Magistros. Totidem uxores habuit m) Rex Rehoboam: easque n) Josephus *Legitimas* (Seld.5.6.) k)Deut.21.15 l)Deut.17.17 m)II.Chron. 11,21. n)L.8.c.3.

appellat. Εἶχε τὰς μὲν νόμῳ συνοικούσας αὐτῷ γυναῖκας ὀκτωκαίδεκα.

a) Halach Ishoth, c. 14. De Ebraicâ Polygamiæ licentiâ Maimonides, a) *Fas est*, inquit, *quotcunque uxores, etiam centum, sive simul omnes, sive alteram post alteram ducere; neque potestas Uxori antea ductæ virum hîc impediendi, modò illi facultas fuerit præstare Alimenta, Vestitum atque Debitum conjugale, secundùm id quod unicuique earum competit.* Monuerunt tamen *Sapientes*, b) Ibid. b) *ut nemo duceret plures quàm quatuor uxores, tametsi esset opulentissimus*; ut scilicet hebdomadatim uni earum reddatur debitum, neque ulli ultra menstruam solutionis moram. De c) Hæres. 80. œconomiâ veteri etiam Epiphanius; c) *Tametsi quidam è Patribus duas & tres uxores habuerunt,* οὐκ ἐν μιᾷ οἰκίᾳ αἱ γυναῖκες ἦσαν, d) Diod. Sic. l. 1. p. 51. 2. *non tamen in unâ domo uxores fuerunt.* d) Γαμοῦσι δὲ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ μὲν ἱερεῖς μίαν, τῶν δ' ἄλλων ὅσας ἂν ἕκαστος προαιρῆται, *Ægyptiorum sacerdotes unam uxorem ducunt; alii quot quis velit.* Ebræ- e) Levit. 21. 13 orum Sacerdos summus e) *uxorem ducet Virginem*; ex eo quod singulariter dicatur, unicam ei ducendam designant Magistri.

f) Deut. 21. 10 (Seld. 5. 3.) Præter legem illam singularem quâ f) Militi Ebræo fas erat semel ante nuptias cum captivâ Gentili concumbere; nullum omnino Ebræis jus erat aut coitûs, aut matrimonii cum Exteris, in Judaismum nondum ascitis: Neque Proselytis omnibus idem erat jus Connubii cum Ebræis. Post institutam apud Ebræos Circumcisi- g) Gen. 34. 14 onem, ante introitum in Ægyptum, Sichemo dixerunt filii Jacob, g) *Non possumus facere rem istam, ut demus Sororem nostram viro Incircumciso: nam id opprobrio esset nobis.* Ἔστι γὰρ ὄνειδος ἡμῖν. Vulgata, *Quod illicitum & nefarium est apud nos.* De Gentibus, Mo- h) Deut. 7. 3. Exod. 34. 16. (Seld. 5. 14.) ses: h) *Affinitatem cum eis non contrahes; filiam tuam non dabis filio ejus, neque filiam ejus accipies filio tuo.* Lex illa non attinet tantùm i) Ezra c. 9. 10. ad VII populos ibi memoratos, sed ad Incircumcisas nationes i) uni- k) Deut. 23. 3. versas. k) *Ammonites & Moabites non intrabit* εἰς ἐκκλησίαν Κυρίου *in congregationem Domini, etiam in generatione decima: nullus ex ipsis veniet in Ecclesiam Domini usque in seculum.* Id est, Nunquam l) Ibid. v. 7. Israelitidem ducet in uxorem. De Circumcisis gentibus longè aliter Lex statuit: l) *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium abominaberis, cùm peregrinus fueris in terrâ ejus: liberi qui geniti fuerint eis, in tertiâ generatione venient in Ecclesiam Domini.* Circumcisi fuerunt Ægyptii; ut & Idumæi ab Esau, qui & Edom, pro-

prognati; & Ismaelitæ, ab Ismaele, quem a) circumcidit ipse Abrahamus. a)Gen. 17.25.

b) Ἄραβες, μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον. Ἰσμαῆλος γὰρ ὁ κτίσας αὐτῶν τὸ ἔθνος ἐν τούτῳ περιτέμνεται τῷ χρόνῳ, *Circumciduntur Arabes post annum ætatis decimum tertium: quia Ismael, princeps eorum generis, ea ætate circumcisus est.* Origenes, contra Genethliacos disputans, quærit; c) Quomodo fieri possit, τῶν μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ [illegible] ὡς ὀκταημέρους αὐτοὺς λαβεῖν περιτομήν; *In Judæa natis omnibus eandem esse posituram, ut octavo die circumcidi debeant?* τῶν δὲ ἐν Ἰσμαηλίταις τοῖς κατὰ τὴν Ἀραβίαν [illegible] τρισκαιδεκαετεῖς; *at Ismaelitis, qui sunt in Arabia, talem esse posituram, ut omnes anno ætatis decimo tertio circumcidendi sint?* b)Joseph. Antiq. 1.13. c)Euseb. Pr. l.6.c.1. p.293.b.

S. Ambrosius dixit, d) *Ægyptios anno decimo quarto circumcidi:* quasi illi etiam ex Ismaele prognati fuissent. e) *Circumciduntur Ægyptii, & Saraceni (sive) Ismaelitæ, & Samaritani, & Judæi, & Idumæi, &* (eorum pars) *Homeritæ: quorum plerique non propter Legem id faciunt, sed consuetudine quadam, citra rationem.* Cum neptibus itaque neptibusque Proselytorum sive Ægyptiorum sive Idumæorum Israelitis permissa sunt conjugia. Quidam hâc lege *Filios* designari volunt, adeoque harum gentium *Filias* non esse vetitas; ut sint licitæ Salomonis nuptiæ cum Proselyta Pharaonis filiâ. d)suprà p.75. e)Epiph. hær. [illegible] XXX. §[illegible]

f) *Non ingredietur* (θλαδίας, οὐδὲ ἀποκεκομμένος) *eunuchus attritis testiculis, neque abscisso veretro, in Ecclesiam Domini.* * *Non ingredietur Manzer* (hoc est, e coitu Turpitudinis, seu Incesti nominatim interdicto, natus) *in Ecclesiam Domini usque ad decimam generationem.* Eunuchus generationi impar, de quo Maimonides, g) *Prohibitum est,* inquit, *quod tale conjugium sit inutile; quin & nuptiæ [illegible] offendiculo essent tum ipsi virgini, tum eis qui eam in amorem pellexerint.* De Spurio item, præcepti rationem reddit; h) *ut inde incesti [illegible] videant, se prolem suam irreparabili labe affecturos, si actum ejusmodi infamem perpetrent.* Ob defectum Natalium connubia Israelitis [illegible] Manzeribus perpetuò sunt interdicta: posteros sequebatur parentum vitium; retinebantur nomen atque infamia. Nuptiis tamen Proselytorum Justitiæ aut Libertinorum non arcebantur. Si serva Proselyta Manzeri jungeretur, filius ex eâ servilis conditionis genitus, per manumissionem, Libertinus censebatur. Tali natalium emen- f)Deut.23.1. (Seld.5.16.) * Vers. 2. g) More Neboch. par. 3. c. 49. p.507. h)Ibid.

emendatione ipſe ejusque poſteri Manzerum nomen exuebant, pariique cum Proſelytis jure fruebantur.

Ingenuus in Judaiſmum cooptatus *Proſelytus Juſtitiæ* dictus eſt; Servus, in ipſo cooptationis actu libertate donatus, *Libertinus*: eadem utrique Regeneratio & cognationis priſtinæ deletio; eadem Juris Judaici Nominisque participatio; eadem in poſteris Peregrinitatis retentio. Proſelytis & Libertinis, non minùs quàm Originariis, illicita erant conjugia cum Exteris, aut cum Servis: inter ſe invicem, è qualicunque gente, matrimonium ritè contrahebant: Neque ad hos, ſed Originarios, attinent conjugia cum gentibus jam dictis diverſimodè interdicta. Quando Gentilis fiebat Proſelytus; aut ſervus, Libertinus, conſanguinitas qualiſcunque deſiit; neque erant inceſtæ cum Sorore aut cum Matre nuptiæ. Inter Proſelytæ filios nulla erat fraternitas, niſi uterque tam conceptus quàm natus eſſet in Sanctitate. Davidi ex Maacâ captivâ adhuc Gentili (ut dicunt) concepta filia erat Thamar; ex Ahinoamâ uxore, filius Ammon: huic illa reſpectu ſanguinis erat Soror germana, non autem jure Regene-
a)II. Sam.13.13. rationis. Ammoni vim inferenti reſpondet illa, a) *Quin potiùs loquere ad Regem, & me tibi non negabit.* Sublatâ per Matris proſelytiſmum conſanguinitate, conjugium non erat illicitum.

(Seld. 5.17.) Ancilla in Judaiſmum cooptata, ſervitute retentâ, juris Matri-
b) L.4.c.8. monialis non erat ritè capax. Joſephus b) inter Leges Moſaicas refert, Δούλας μὴ γαμεῖσθαι τοῖς ἐλευθέροις, *Ancillas ingenuis matrimonio non jungendas.* Manumiſſæ, integram nactæ libertinitatem, permiſſum erat conjugium. Cum ancillâ partim libertinâ, integro
c)Lev.19.20. nondum ſoluto libertatis pretio, ſponſalia neque fuerunt irrita, neque vim integram habuerunt. c) *Quicunque dormierit cum muliere concubitu ſeminis quæ eſt ancilla deſponſata viro, non tamen redimendo redempta, nec libertate donata, ipſa vapulabit; non autem morientur, quia non fuit libera.* Supplicium ultimum, velut ob adulterium, non erat irrogandum, quia matrimonium cum ancillâ partim manumiſsâ non erat abſolutum.

Servus proſelytus, retentâ Servitute; juris Civilis (extra Sacra) non erat particeps. Inter ſervos nulla habebatur Cognationis ratio; neque legitimum connubium. Cum matre ſuâ, cum filiâ commiſceri nefas ſervo non erat. Ancilla ſervo, ut in fructu prolem haberet, à domino conjuncta non Uxor erat, ſed Contubernalis.

Ser-

Se[illegible]um contubernia ad arbitrium Domini dissolvebantur; neque in eâ re discrimen erat inter eos & jumenta. Inter Christianos demum o[illegible]nuit jus *De Servorum conjugio*.

Eodem Pontificum jure, Nuptiæ usque ad a) Septimum consanguinitatis gradum interdictæ sunt; juxta Cognationum nomina, in Jure Cæsareo, quibus hæreditates & tutelæ deferuntur. In Concilio autem Lateranensi, an. D[i] 1215, sancitum est, b) *Ne prohibitio copulæ conjugalis Quartum consanguinitatis & affinitatis gradum excedat.* In Angliâ, rationes Leviticæ c) lege restitutæ sunt.

a) Caus. 35. q. 2. & 3.
b) Cap. 50.
c) Statut. 32. Hen. 8. c. 38.

V.

DE *Furto* ac Rapina.

Præcepto hoc prohibetur tum rei alienæ surreptio, tum damni (citra cædem) qualiscunque illatio contra Jus Fidemque. Ægyptios Furti interdicto teneri liquet ex Funebri eorum d) Apologiâ, in quâ ὄυτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα. Refragari videtur id quod A. Gellius e) *legit in libro Aristonis Jureconsulti, haudquaquam indocti viri; Apud veteres Ægyptios (quod genus hominum constat & in Artibus reperiendis solertes extitisse, & in Cognitione rerum indagandâ sagaces) Furta omnia fuisse licita & impunita.* Sanè apud Ægyptios lex erat de Furibus perquam singularis. f) *Jussit enim ut qui furto operam darent, nomen profiterentur* πρὸς τ Ἀρχιφῶρα *apud Principem furum; sponderentq; rem surreptam ad illum protinus adferre; ut qui res amiserint itidem ad illum scriberent de re quaque amissâ, & de jacturæ loco, die & horâ. Hoc modo rebus facilè repertis, qui amisit sua recuperavit, quartâ parte pretii solutâ. Cùm enim [illegible] nequeat ut omnes à furto abstineant, Legislator viam invenit per quam parvo redemptionis pretio tota res surrepta servaretur.* Furtum verò clandestinum illicitum fuisse apparet exemplo furis, qui g) *Rhampsiniti regis ærarium expilavit*, & laqueo captus, caput sibi amputari maluit, quàm detegi.

d) supra p. 156.
e) L. 11. c. 18.
f) Diod. Sic. l. 5. p. 50. d.
g) Herod. l. 2. c. 22.

Et vi Naturalis hujus interdicti, juxta Talmudicos, h) *Noachides [illegible] tenebatur, sive res Gentilis sive Israelitæ furatus esset: Neque [illegible]erat sive Palam sive Clàm surripuerat; sive Bona sive Personas; aut mercenario Mercedem detinuerat; aut quid ejusmodi aliud [illegible]erat.* Furtum simpliciter in Lege Mosaicâ non semel interdicitur, in i) Decalogo, Οὐ κλέψεις, *Non furaberis.* Ut Rerum, ita *Hominum*, tum servorum tum liberorum, k) *Qui furatus fuerit Homi-*

h) Gem. Bab. tit. Sanhed. c. 7 (Seld. 6. 2.)
i) Exod. 20. 15
k) Exod. 21. 16

minem, ὃς ἂν κλέψῃ τις τινὰ τ̃ υἱῶν Ισραὴλ, & vendiderit eum; convictus noxæ, morte moriatur. Quod etiam jure a) Romano vetitum. Etiam *Mercedis* defraudatio interdicitur. b) *Non negabis Mercedem indigentis tam pauperis fratris tui, quàm proselyti inter portas tuas; sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum.*

a)FF. de Furtis, 37. 60.
b)Deut. 24. 14

Alia sunt ejusmodi *Furta*, quæ *non manifesta* vocantur: quale dolus malus in dimovendis agrorum Terminis. c) *Maledictus qui transfert terminos proximi sui*; scilicet d) *terminos quos posuerunt Patres in hæreditate tuâ.* De metis intelligitur in primâ terræ Sanctæ distributione positis; Etiam de vicinarum Gentium terminis, citra justam Belli causam. e) Ορυς γῆς μὴ ἐξέσω κινεῖν, μήτε οἰκείας, μήτε ἀλλοτρίας, πρὸς ὓς ὅτιν ἡμῖν εἰρήνη. Φυλαττέσθω δ᾽ ὥσπερ Θεῦ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κειμένην ἀναιρεῖν, *Terminos terræ movere non liceat, neque propria, nec aliena quibuscum nobis pax est. Sed cavendum ne auferatur, quod velut Dei calculus in æternum figitur.*

c)Deut. 27. 17
d)Deut. 19. 14
e)Joseph. Antiq. l. 4. c. 8. p. 123. d.

Apud Ægyptios Dolus malus debitas pœnas dabat. f) *Lex jussit utramque manum præcidi* τῶν νόμισμα παρακοπτόντων *illis qui Monetam adulterarent*, ἢ ἕτερα καινὰ σταθμὰ παραποιούντων *aut nova Pondera substituerent*, ἢ τῶν παραγλυφόντων τὰς σφραγῖδας *aut Sigilla simularent*; ἔτι δὲ τῶν γραμματέων τῶν ψευδεῖς χρηματισμοὺς γραφόντων, *etiā Scribis qui falsas tabulas exararent*, ἢ ἀφαιρούντων τι τῶν ἐγγεγραμμένων, καὶ τ̃ τὰς ψευδεῖς συγγραφὰς ἐπιφερόντων, *vel quippiam de inscriptis demerent, aut ementitas Syngraphas obtruderent. Ut scilicet quisque eâ corporis parte pœnam lueret quâ in Legem peccâsset, & damno irreparabili commonefactos alios ab ejusmodi facinore deterreret.*

f) Diod. Sic. l. 1. p. 50. a.

Ebræis autem interdicitur non tantùm Dolus malus in Falsis ponderibus & mensuris adhibendis; sed etiam Verborum fraus in Contractibus, sive Mendacium in alterius damnum. g) Οὐ κλέψετε, οὐ ψεύσεσθε, οὐδὲ συκοφαντήσει ἕκαστος τὸν πλησίον, *Non furabimini, non Mentiemini, neq; fallaciter agetis quisquam cum proximo suo.* Etsi Israelita Gentilem pro *suo proximo* non haberet, ex Naturali tamen Furti interdicto pronuntiant Magistri, Gentiles in negotiationibus non esse defraudandos. *Nefas est* (ajunt) *quemquam decipere in emptione & venditione, aut in consensum arte pellicere: Quod pariter obtinet in Gentilibus atque in Israelitis.*

(Seld. 6. 3.)
g) Lev. 19. 11.

Cæterùm in violatione hujus interdicti diversum fuit jus alienige-

surrnarum ab indigenarum. a) *Si operarius* in vineto, vel oliveto, *alio tempore quàm quo ipse operabatur, comederat* fructus, *reus erat furti*, si esset Noachides; *Quod non ita obtinet in Israelita.* Discrimen oritur ex Jure Mosaico. b) *Ingressus vineam proximi tui, comede uvas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Et si intraveris segetem proximi tui, decerpes spicas manu tuâ; falce autem non metes.* Hac lege datur Israelitis, non furandi licentia, sed Juris modus. Josepho eadem est ratio c) *maturorum pomorum viatoribus, tam Exteris, quàm Indigenis.* a) Gem. Bab. loco citat. b) Deut. 23. 24. c) Antiq. l. 4. c. 8. p. 124. b.

Aliud sit hujus discriminis exemplum à Valore rei surreptæ, qui à Mose non taxatur; ex majorum autem instituto, Ebræus Furti non tenebatur si surriperet alteri *id quod minoris Protá valeret.* (Nummulus is est minimus, *octava pars ὀσαρίου, ponderans dimidium grani argenti puri.*) Noachides autem d) *reus erat si tantillum furatus fuerat, ut nec protá id valeret*; adeoque *etiam ob tantillum Gladio plectendus*; ex Naturali hoc interdicto, non ex civili Ebræorum jure, quod neque placationem Numinis, neque compensationem Proximi inde postulabat. Pœna autem capitalis in Ebraicâ ditione, ex Gentium jure, Gentilibus quomodocunque ferè reis præstituta est. d) Gem. Bab. ibid.

Damnum cuiquam illatum, sive palam sive clam subtrahendo vel detinendo quod alteri debetur, Furtum habebatur. Non autem violabatur Naturale hoc interdictum per damnum à nocivâ bestiâ in alicujus bona illatum: quia lex est Mosaica e) de *Bove cornupetâ*, quæ de aliis etiam bestiis est intelligenda. Inde autem jus aliud Gentilis erat, aliud Ebræi. *Si bos Israelitæ cornu feriret bovem Gentilis, Lege non continebatur*, neque compensatio ab Israelitâ præstanda erat: *quoniam Gentiles hominem non habent reum ex eo quòd ejus bestia damnum intulerit*: Judicabatur juxta jus Noachidarum. *Si bos Gentilis feriat bovem Israelitæ, compensatio damni ei præstanda*, juxta jus Israeliticum. e) Exod. 21. 35

Restituebatur Damnum f) *re ipsâ*, aut pretio, *& quintâ insuper parte* hæredibus, si mortuus fuerit is qui damnum passus est: *& si nullus fuerit propinquus cui restituatur, reddatur Domino, eritq; Sacerdotis*, inter Sacerdotes ejusdem ἐφημερίας distribuendum. Hæres Israelitæ deesse non poterat: intelligendum itaque de Proselyto; cui nulla cognatio, nullus hæres nisi post regenerationem f) Num. 5. 7. 8

 ejus

ejus natus: Neque Occupanti jus erat in Bona quæ à Proselyto sine hærede mortuo surrepta fuerant.

(Seld. 6. 4.) a) Deut. 22. 2. Restitutio rerum Deperditarum, non ex Naturali de Furto jure, sed ex Lege Mosaicâ pendebat. a) *Reduces ad Fratrem tuum —— & restitues illi —— omnem rem perditam Fratris tui, quam perdidit ille, & tu invenisti. Non enim poteris occultare eam.* Rem Gentilis casu amissam, veluti Derelictam, aut nondum Occupatam, retinere licuit; rem Israelitæ perditam retinere non licuit. b) Maimonid. Gihz Waib. c. 11. Gentilem calculo fallere non licuit: sed b) *si Gentilis in rationibus putandis ex errore prætermitteret aliquid, de eo jus idem obtinuit quod de re ab illo deperditâ: adeoque retinere illud fas erat.* c) Ibid. c. 14. Etiam Israelitæ res deperdita, c) *si dominus desperaret de eâ, repertentis fiebat*, quasi derelicta; aut *si signa non haberet unde sic dignosceretur ut reddi deberet, præsumendum erat de eâ dominum desperâsse.*

d) Lev. 25. 14. Illicitum erat impar Pretium. d) *Si venditione vendideris proximo tuo, aut emeris de manu proximi tui, non damnum inferetis* (Seld. 6. 5.) *quisquam fratri suo.* Lex hæc de *bonis mobilibus* intelligitur; de Agris & ædibus, lex Redemptionis. *Neque ad Gentilem attinet; at si Gentilis pretio impari damnum Israelitæ intulerat, ex Fori sententiâ refundendum erat.* Ex receptâ Legis interpretatione, si pretium esset sextâ parte minus vero valore, nihil erat restituendum; si sextâ majus, emptori pretium, venditori rem suam repetere licuit.

Furti pœna capitalis erat ex jure Noachidarum, non ex E- e) Exod. 22. 1. bræorum; sed e) *Quintuplum, Quadruplum, aut Duplum* erat præstandum: Si Furti reus non esset solvendo, ille ex sententiâ Fori in f) Vers. 3. f) *servitutem* actori addicebatur, usque dum ejus ministerium æquaret Furti pretium: Dupli autem, Quadrupli, vel Quintupli pœna (Seld 6. 7.) post servitutem ex fortunâ beatiore expectanda erat. Neque ob furtum suum vendebatur Fœmina. Quin nec Proselyto Justitiæ, nedum Domicilii, aut Gentili, addicebatur furti reus, sed tantùm Ebræo; qui Victum, Vestitum ac Domicilium non tantùm Addicto præstabat, sed etiam Uxori ejus liberisque, qui tamen illi non g) Exod. 21. 3. serviebant, sed finitâ mariti ac patris servitute abibant. g) *Servus Ebræus si venerit (μόνος) cum corpore suo, egredietur cum corpore suo; si uxorem habuerit secum, egredietur Uxor. Sin vero dominus ei dederit fœminam quæ peperit ei filios vel filias, Fœmina & liberi ejus erunt*

[illegible] *nisi ; ipse verò exibit solus.* Servo Ebræo, sententiâ fori addicto (qui ex uxore legitimâ Multiplicationis mandato [illegible]erat) permissus erat concubitus cum ancillâ Cananæa, ut dominum servis ex eâ susceptis ditaret: modò ab uxore aut liberis non [illegible]ungeretur ille; neque uni servo conjungeretur pluquam una ancilla; neq; servis binis, una.

Aliæ inter Ebræos fuerunt Servitutis causæ. a) *Si paupertate compulsus [illegible] fuerit Si tibi frater tuus*, &c. b) *Si quis [illegible] filiam [illegible] ancillam*, &c. Addictiones istæ non erant permissæ nisi in extremâ paupertate; adeo ut nihil omnino ne vestis quidem) superesset; pretio[illegible] tantum vita sustentaretur. Filiæ venditio de Minori intelligitur; nec sine spe nubendi, aut emptori, aut ejus filio: absque sponsalibus, c) *libertatem [illegible] gratis*, quamprimum [illegible] pubertatis signa comparuerint. Ebræis privatim [illegible] servis; ut venditi dignitas conservaretur: neque erat illis servitudo d) *cum duritia*, aut [illegible]: sed morte domini, aut Jubilæo [illegible]. Opera [illegible] ex servis aliarum gentium exigenda erant; in quos dominari & [illegible] licebat. e) *Servus tuus & ancilla tua sint tibi de nationibus quæ sunt in circuitu vestro*, &c. *Hos habebitis in possessionem, & hereditario jure transmittetis ad posteros. In perpetuum, veluti servos, eos habebitis.* Ita tamen, ut pro libitu dominus servum manumittat. Non autem in foro cogebatur dominus vestitum victum[que] servis præstare, tametsi operas cum sævitiâ exigere[illegible]: Sin f) *oculum dentemve servo excusserit*, aut exterius aliquod membrum præcipuum, quod redintegrari nequit, mutilaverit, manumissionis libello *Libertatem* ei donare, ex fori sententia, cogebatur; dummodo servus [illegible]issimum in se susceperit.

Servitutis autem Origo à * *maledictione* Chami ducenda videtur quam in caput filii *Canaan* contorsit Noe. Ille enim [illegible] sui verenda Patri ostendisse g) dicitur.

Ex ista autem Egeni, tum sui, tum liberorum venditione, ut [illegible] sustentari, satis liquet, *propter necessitatem furari non licuisse* jure Naturali apud Ebræos. Eleemosyna autem, non tantum h) Lege pauperibus debita; sed & quæ foro placeret, non sine pœna plagarum, exigebatur.

Usuram exercere non i[illegible] semel in Lege vetitum est. Fœnerator usuram, veluti rem Furto surreptam, ex fori sententiâ, debitori red-

a) Levit. 25. 39.
b) Exod. 21. 7
c) Ib. vers. 11.
d) Levit. 25. 43.
e) Lev. 25. 44. (Seld. 6. 8.)
f) Exod. 21. 26.
* Gen. 9. 25.
g) Bereschith Rabba, §. 37.
h) Deut. 15. 7. Lev. 25. 35.
i) Exod. 22. 25. Levit. 25 37.

a)Deut. 23. 20. reddere cogebatur. a) *Extraneo fœnerabis; & fratri tuo non fœnerabis.* Gentilis bona furari non minùs illicitum, quàm Israelitæ;
(Seld, 6.9.) Fœnus autem cum Gentilibus permissum; cujus contractus, tam ex accipientis, quàm dantis consensu nascitur. Neque enim, ex jure Naturali, illicitum erat mutuum fœnori tradere.

(Seld, 6, 11.) Furti reus (ex Majorum scitis) habebatur Ebræus qui Aleâ, talis, Judicris pecorum, ferarum, aut volucrum certaminibus, lucri quid sibi faceret. Neque enim, contractu ex fortunâ pendente, rem ritè adquiri judicabant. Non autem Furtum erat si Judæus, cum Gentili certans, pignus lucrifaceret; etsi id etiam, tanquam humanæ societati inutile, prohiberetur. Ex eodem jure, etiam *Fur* erat qui Columbas aliasve aves sive feras sive pecora sic instituerit, ut exeuntes illices redirent comitatiores, in lucrum domini: neque in loco habitato, aut intra quatuor milliaria, columbas aucupio sectari licuit; quoniam in bonis fuere alienis; & vel in sacrificia, vel in victum nutrirentur. Neque columbarium extruere cuiquam licuit in agro suo, nisi solum haberet cubitorum quinquaginta in quamlibet plagam circumjacens.

VI. De *Judiciis*, sive Regimine Forensi ac Obedientiâ Civili.

b)Maimonid. Hal. Melak. c. 9. Magistri capitulum hoc de Judiciis ita intelligunt, b) *ut ex eo debeant constituere Judices & Præfectos pagatim, qui tum judicent de cæteris illis Sex Præceptis, tum populum commoneant* de eorum observatione. Atque ita demum Lex jussit, c) *Judices & Magistros*
c)Deut. 16.18 *constituere in omnibus portis tuis, per singulas Tribus tuas.* Præfecturæ Juridicæ passim constitui jubentur, prout Civiles hominum Societates postulaverint. De Judiciis Mosaicis, mox dicendum.

* Lib. 1. Multa disseruit Vir summus * *De Synedriis Veterum Ebræorum, in illo Temporis intervallo quod Legis sacræ in Sinai dationem antevertit*: Mihi verò nondum liquet Patriarcharum quenquam, ante Mosem, Jurisdictionem forensem exercuisse, nedum Præfecturas Juridicas per urbes & pagos constituisse. Ebræorum Familia, à d) Semo
d)Gen. 11. 10. propagata ad Abrahamum, in Mesopotamiâ degebat; neque satis constat an esset sui juris. Abrahamidæ peregrinatione continuâ jactati sunt, donec consederunt in Ægypto; in quâ jure proprio nequaquam usi sunt. Nulla fuit Ebræorum Respublica, nullum Tribunal aut præfectura forensis, ante eorum Exitum ex Ægypto. Multipli-

explicato demum Dei populo,& in XII Tribus diviso, Præceptum de Judiciis in Marâ datum. a) *Ibi posuit ei Deus Statutum & Judicium.* a)Exod.15.25

Apud Magistros occurrit *Domus Judicii Methusalæ*; etiam *Semi*,atque *Eberi*: quæ quidem, non pro Præfecturis juridicis,sed pro *Scholis* accipiendæ sunt. Maimonides,b) *Sapientes*,ait. *dicunt de Prophetis qui antecesserunt* Mosem,*Domus Judicii Eberi,Domus Judicii Methusalæ*,id est,*Schola Methusalæ. Omnes fuerunt Prophetæ, & docebant homines ad morem Concionatorum,Doctorum, & Præceptorum.* Neque aliter de Abrahamo dicitur; c) *Scio quod præcepturus sit filiis suis & domui suæ post se, ut custodiant Viam Domini, & faciant justitiam & Judicium.* Oeconomica res erat,non Politica. b) More Neboch.par.2. c.39. c)Gen.18.19.

Post Diluvium,edixit statim Deus; d) *Qui effuderit sanguinem hominis,per hominem sanguis ejus effundetur*: Non tam Forensi illorum temporum Judicio,quàm naturali Talionis jure. e) *Cùm lex hæc lata est,nondum constituta erant Judicia: aucto humano genere,& ingentes distributo,merito solis Judicibus permissum fuit jus illud primævum.* d)Genes.9.6. supra p. 166. e)Grot. in locum.

Simeon & Levi,ob f)Dinam sororem à Sichemo Hivitâ violatam,illum patremque ejus & cunctos urbis masculos interfecerunt. Res Bello gesta est,non in Foro acta; neque in exemplum hic ducenda est privatæ ultio injuriæ. f) Gen.34. (Seld.7.5.)

g) *Nunciatum est Iudæ,Thamar nurus tua fornicata est,& gravida est per fornicationes. Dixitque Iuda,Educite eam,ut comburatur.* Dictum hoc,temere atque iracunde prolatum,pro sententiâ Juridicâ non est habendum. Ex Lege Mosaicâ,h) *Sacerdotis filia ob fornicationem* (Adulterium,non stuprum,intelligunt Magistri) *vivicomburio plectenda erat.* Thamar verò neque Sacerdotis filia, neque nupta erat,sed Leviri nuptias expectabat; & Lex hæc nondum erat lata. Alii Legem istius familiæ peculiarem fuisse putarunt: Quod [illegible] Noachidarum Juri non est satis consonum; ex quo,innuptæ [illegible] in delictis non habebatur. Maimonides,de Thamarâ; *Ante Legem datam coitus cum scorto erat sicut coitus hominis cum uxore sua; hoc est,coitus erat,nec homini fugiendus*,velut delictum. *Et merces quæ dabatur scorto fuit sicut dos quæ hodie datur uxori, cùm repudio dimittitur.* Thamar itaque,ex jure tunc obtinente,pro rea non est habenda. Unde alii *Combustionem* non de ultimo supplicio intel- g) Gen.38.24. h)Lev.21.9.

telligunt, sed de *signo* fronti inurendo, *quo eam scortum esse indicaretur*. Cæterùm cùm *educeretur* Thamar (non *ad pœnam*, ut Vulgata) re detectâ, Juda a) *non cessavit cognoscere eam*. Id est, Nurum duxit in uxorem: cujusmodi nuptiæ, ante Legem Mosaicam, non erant illicitæ. Locus iste vertitur ὐ προσέθετο ἔτι τοῦ γνῶναι αὐτήν, *Non adjecit ultrà cognoscere eam*; vel, *Ultrà non cognovit eam*. Nam verbum יסף & *adjicere* significat, & *cessare*. Interpretatio prior magis arridet; cùm b) ex partu illo deducatur Davidis regis, Christique genealogia.

a) Gen. 38. 26
b) Matth. 1. 3.

Hæc cùm ita se habeant, neque facilè reperiantur apud Ebræos Præfecturæ Juridicæ, Mosaicis vetustiores; videamus quodnam fuerit in Republicâ Israeliticâ jus Noachidarum de Judiciis. *Qui præsunt*, inquit c) Maimonides, *Tribunalibus Israeliticis Judices Proselytis Domicilii præficere debent, ut jus eis dicatur secundùm jura Noachidarum; ne Societas humana quid detrimenti capiat: Judices hos, sive ex ejusmodi Proselytis, sive ex Ebræis, pro eorum arbitrio constituant.* Atque d) alibi: *Noachides ex unius Judicis sententia, atque ex unius Testis testimonio afficitur ultimo supplicio; idque sine Præmonitione atque testimonio propinquorum: minimè verò ex testimonio fœminæ. Neque licuit fœminæ illis jus dicere*, ut nec Ebræis. Ex Civili Ebræorum jure, III minimùm Judices de causis pecuniariis, XXIII de capitalibus, non sine testium pluralitate, & Præmonitione, cognoscebant. Ex recepto Noachidarum jure, VII horum Præceptorum violatio in Proselyto Domicilii parili, id est, ultimo Gladii supplicio puniebatur: Israelita autem, ex jure suo, ob tria posteriora violata non erat morte puniendus. e) *Non puniebatur ex Gentilibus quisquam Minor, Surdus, aut Mentis inops, quoniam hi non erant filii Præceptorum*, eorum capaces. f) *Noachides Blasphemus, aut Idololatra, aut Adulter cum Noachidis uxore, & dein Proselytus Justitiæ factus, non in judicium vocandus, sed liber erat: Verùm si Israelitam occiderat, aut cum Israelitæ uxore concubuerat, dein Proselytus Justitiæ factus, ob homicidium Gladio, ob adulterium strangulatione plectendus erat*; Pœna scilicet Israelitarum. Diluuntur denuo nascentis crimina, in pares commissa, etiam in Deum; non in Israelitam.

(Seld. 7. 6.)
c) Hal. Melak. c. 10.
d) Ibid. c 9.
(Seld. 7. 7.)
e) Ibid. c. 10.
f) Ibid.

HOrum Sex Præceptorum vestigia cernuntur non levia in libro Jobi, g) *Sancti & mirabilis viri, qui nec indigena, nec Proselytus*,

(Seld. 7. 11.)
g) August. de Civ. l. 18. c. 47.

tus, id est, advena populi Israel fuit; sed ex gente Idumæâ genus ducens, [illegible] *tus, ibidem mortuus est.* Gens illa Legibus Mosaicis non erat [illegible] ... a : Vir justus a) victimas, filiorum nomine, obtulit; non autem ad Legis Mosaicæ formulam; quâ sancitum est (sub pœnâ Excisionis) ut Sacrificia ad Tabernaculi ostium immolarentur. Hinc quidam illum ante Legem datam floruisse volunt b) *alii dicunt Iobum nunquam extitisse, sed ejus historiolam fuisse Parabolam:* Quod refellunt alii ex Ezechiele, c) qui Jobi meminit. Utcunque sit, hæc habet liber iste ad Jus Naturale spectantia. a) Job. 1. 5. b) Maimonid. More Nebocb. par. 3. c. 22. c) 14. 14, 20.

1. De Idololatriâ. d) *Si aspexi Solem cùm splenderet, aut Lunam nobiliter incedentem, & seductum est in abscondito cor meum, & applicata est manus mea ori meo. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum Altissimum.* d) C. 31. v. 26.

2. De Blasphemiâ. e) *Manè obtulit holocausta juxta numerum eorum. Dicebat enim Job, ne forte peccaverint filii mei, & maledixerint Deo in cordibus suis.* e) C. 1. v. 5.

3. De Homicidio. f) *Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat. Non permisi ut peccaret guttur meum, ut maledictionem animæ illius imprecarer. An non viri tabernaculi mei dixere, Quis det de Carne ejus? non saturamur.* f) C. 31. v. 29

4. De Adulterio. g) *Si seductum est cor meum, γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, super uxore viri alterius, & ad ostium proximi mei insidias posui; alteri molat uxor mea, & super eâ incurvent se alii:* vel, ut Vulgata, *Scortum alterius sit uxor mea.* Molam versare inter prisca erat Uxoris ministeria. g) C. 31. v. 9.

5. De Furto, sive illicitâ rei alienæ contrectatione (ut & de adulterio, & homicidio) agit Capite 24. Postea, h) *Si in manibus meis hæsit macula, seminabo ego ut alius comedat, & progenies mea eradicetur.* h) C. 31. v. 7.

6. De Judiciis verba facit, i) ubi seipsum iis præfuisse [illegible]. i) C. 29. v. 7. &c.

VII.

De *membro animalis viventis* non comedendo.

Præceptum hoc post Diluvium accessit, secundùm Magistros, qui dicunt, Carnis esum, qui fuit Adæ interdictus, Noacho permissum fuisse. & interdictum hoc intelligunt in illo de Sanguine non comedendo. Adæ k) *dixit Deus, Dedi vobis in escam omnem herbam, & omnem arborem in quâ est fructus.* k) Gen. 1. 29.

 a) *Vetus*

a)Ovid. Metam.l.15.

a) —— *Vetus illa Ætas, cui fecimus Aurea nomen,*
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

b) Gen.9.3.

Noachidis postea dixit, b) *Omne quod se movet & vivit erit vo[bis] in escam: Quasi virentem herbam dedi vobis omnia: At carnem c[um] animâ suâ sanguine suo non comedetis.* Πλὴν κρέας ἐν αἵμα[τι] ψυχῆς οὐ φάγεσθε, *At carnem in sanguine animæ non comedetis.* J[o]sephus dicit eos c) *Dominos factos esse omnium animalium* χω[ρὶς] αἵματος· ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν ἡ ψυχή, *absque Sanguine: nam in [eo] est Anima.* Anima sumitur pro Vitâ. Esus Sanguinis, Lege L[e]viticâ, vetatur eâdem formulâ d) qua immolatio filii Moloch e) *Ponam faciem meam in comedentem Sanguinem.* Neque i[n] tertio aliquo præcepto occurrit hæc loquendi ratio; quod obser[vat] Maimonides, f) *quia istius comestio ad cultum Dæmonum occas[io]nem præbebat:* & interdicti rationem petit ab idololatris qui *Sa[n]guinem cibum esse Dæmonum existimârunt.* Hinc g) *Effusio sang[ui]nis* præcipitur; Morticinum, Suffocatum interdicitur. At ve[ro] piscium mundorum, Locustarum, & sanguinem è gingivis distilla[n]tem deglutire fas erat.

c) Antiq.l.1. c.4.

d)Lev.20,3.

e)Levit.17.10

f) More Neboch. par.3. c.46. p.484.

g)Levit.17,13

h)Scal. in Euseb. p.88.

Carmen elegantissimum (*Phocylidis* h) nomine editum admonet:

i)Phocyl. v.131.

i) Μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕλῃαι.

Pecudis, secundùm temporis sui *mensuram* (vel sponte) *mortui [ci]bum ne ceperis.* θνητὸν κατὰ μέτρον est θνησιμαῖον, *morticinum,* senectute, vel morbo mortuum. k) θνησιμαῖον καὶ θηριάλω[τον] οὐ φάγονται, μιανθῆναι αὐτοῖς ἐν αὐτοῖς, *Morticinum & captum à be[stia] non comedent, nec polluentur in eis.* Rursus,

k)Lev.22,8.

l)Ib.v.136.

l) Μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσι δε
Λείψανα λεῖπε κυσί. θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται.

Neque à feris depastam carnem comedas; sed canibus velocibus lin[que] reliquias: feris feræ vescantur. Verisimile est poetam legisse [il]lud Mosis. m) Κρέας θηριάλωτον οὐκ ἔδεσθε, τῷ κυνὶ ἀποῤῥίψ[ατε] τι αὐτό, *Carnem à bestia captam* (vel *prægustatam*) *non comede[tis] sed projicietis canibus.* Alibi Lex; n) *Non comedetis morticin[um] ullu[m]*

m)Exod. 22. ult.

n)Deut.14 21

n[illegible]m. *Peregrino qui intra portas tuas est dabis ut comedat, aut [illegible] das [illegible] ei.* Unde quidam colligunt Sanguinis esum Proselytis Do[illegible], aut Noachidis, non fuisse vetitum; sed carnem tantummodo ab animali vivente discerptam; veluti exsectos agni testiculos. Maimonides interdicti rationes affert: a) *Tum quia id signum est Crudelitatis; tum quia Reges Gentium eo seculo ita facere solebant, idololatriae causa. Scilicet abscindebant animali membrum aliquod, illudque comedebant.* De Bacchanalibus, Clemens; b) Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, *Bacchi orgias celebrant Dionysium Manolem, crudarum carnium esu sacram insaniam agentes; & caesarum carnium divulsionem peragunt, coronati serpentibus.* De crudivoris istis festis c) Arnobius: *Caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. In* d) *Chio sacrificabant Baccho Ὠμαδίῳ (crudis gaudenti) hominem membratim discerpentes. Idem in Tenedo obtinuit* Stoica Chrysippi disciplina ejusmodi ἀνθρωποφαγίαν docuit; e) Ἐὰν τῶν ζώντων ἀποκοπῇ τι μέρος πρὸς τροφὴν χρήσιμον, μήτε κατορύττειν αὐτό, μήτε ἄλλως ῥίπτειν· ἀναλίσκειν δὲ αὐτό, ὅπως ἐκ τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γίνηται, *Si pars aliqua ad esum utilis ex vivis abscindatur, neque defodere illam, neque temere projicere; sed eam ita consumere, ut fiat ex nostris pars alia.*

a) More Neboch par. 3. c. 48. p. 49.
b) Protreptico, p. 9. d.
c) Con. Gentes. l. 5.
d) Porphyr. Abstin. l. 3. §. 55.
e) Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. l. 3. c. 25.

Hactenus de Praeceptis VII Naturalibus, humano generi pridem imperatis, jam demum *in Mara* (juxta Talmudicos) instauratis. Est & praeceptum aliud, *in Mara* (ut f) ajunt) datum, in Decalogo confirmatum: neutiquam hic omittendum; cùm sit, inter M[illegible]alia, primarium.

f) supra p. 157.

Honor Parentum.

P[illegible] Judaeo Praeceptum hoc est *ultimum Primae tabulae, & in[illegible]o utriusque.* Ratio est; g) Τῶν γονέων ἡ φύσις ἀθανάτου [illegible] οὐσίας ἔοικεν εἶναι μεθόριον, *Natura Parentum videtur esse [illegible] immortalis & mortalis essentiae.* Immortalis, διὰ τὴν τοῦ [illegible] Θεὸν τὸν γεννήσαντα τὰ ὅλα ἐξομοίωσιν, *quia gignendo referunt Deum omnium Genitorem.* In ejus violatione summam ponit inhumanitatem Deo hominibusque invisissimam. h) Τῆς ἀσεβειότητος

g) De Decalogo, p. 586.
h) De Decalogo, p. 586.

τηλος οἴσονται τα πρωτεια οἱ γονέων ἀλογοῦντες, *Feritatis primas fe-runt ii qui Parentes negligunt.*

a)Plutar. de Philadelphiâ p.479. f. a) Οἱ πάντες λέγουσι καὶ ἄδουσιν,ὡς γονεῦσι τιμὴν μετὰ θεοὺς πρώτην καὶ μεγίστην ἥ τε Φύσις,ὅτε τὴν Φύσιν σώζων νόμος ἀπέδωκε *Omnes dicunt atque canunt,primum ac præcipuum honorem post Deos Parentibus destinâsse & Naturam,& Naturæ legem.*

Eodem loco (post cultum Divinum proximo) collocatur hoc

b)suprà p.156 *de Parentibus honorandis* præceptum in Ægyptiorum b) Apologiâ. Τοὺς τὸ σῶμά μου φυτεύσαντας ἐτίμων αἰεί,*Illos semper honoravi qui corpus meum genuerunt.*

c)Herod.2. 35. Ægyptii autem miram adhibent distinctionem : c) Τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμίη ἀνάγκη,μὴ βουλομένοισι· τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη,καὶ μὴ βουλομένῃσι.*Alendi parentes nulla est necessitas filiis,nolentibus; sed filiabus summa,etiamsi nolint:* Neque adjicitur ratio. Proculdubio autem filii Parentes vivos summo honore prosequuti sunt; cùm illos,etiam mortuos,piè venerarentur.

d)Diod.Sic. l.1.p.58.d. d) Σεμνότατα δὲ διείληπται παρ' Αἰγυπτίοις τὸ τοὺς γονεῖς ἢ τοὺς προγόνους φαίνεσθαι περιττότερον τετιμηκότας,εἰς τὴν αἰώνιον οἴκησιν μεταστάντας,*Sanctissimè receptum est inter Ægyptios,ut appareant Parentes aut majores,ad æternam habitationem translatos,impensiùs honorâsse.*

Ibid. Νόμιμον δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου· τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τε μέγιστον ἀκολουθεῖ,καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν στέρησις ταφῆς, *Apud eos licitum est mortuorum parentum cadavera pro creditis oppignerare : qui autem nexos non repignerant,hos summa sequitur contumelia,& post mortem,privatio sepulturæ.*

Cum Apologiâ Ægyptiacâ bene convenit Scholæ Pythagoricæ,cujus disciplina in Ægypto nata est. Nam in *Aureo Carmine*

e)Vers.4. post Cultum Deorum,sequitur e) Τοὺς τε Γονεῖς τίμα---- *Et honora Parentes.*

Sed & diu ante Pythagoram (Seculo X) Lex hæc in Eleusinia

f)De Abstin. p.14 & 399. Cereris templo posita fuit. Porphyrius (ex *Hermippo*) f) Φασὶ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι· καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ Φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι. Τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι. S. Hieron.

g) Jovian.l.2. p.528. transtulit : g) *Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantùm præcepta in templo Eleusinæ residere scribit : Hono-*

ram

randos Parentes: Venerandos Deos: Carnibus non Vescendum. Socrates, apud a) Xenophontem, τῆς μὲν ἄλλης ἀχαριστίας οὐδεμίας ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει· ἐὰν δέ τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε ἐπιτίθησι καὶ ἀποδοκιμάζουσα οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον, &c. *Civitas*, ait, *ingratitudinis alterius rationem non habet, neque datur actio in eam: verum si quis Parentes non honorârit, & actio adversùs eum scribitur; & Magistratum capessere non permittitur.* Nam ἐν τῇ δοκιμασίᾳ, quâ in vitam inquirebatur moresque eorum qui Magistratus sortiti essent, interrogabantur primò An essent utrinque ab abavis cives Athenienses? Secundò b) Εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι *An Parentes honorârint*? Neque enim in *Patriam* pius censeri potest, qui est in *Parentes* impius.

a) Memorabil. l. 2. p. 743.

b) Pollux. l. 8. c. 9.

In Decalogo dicitur, *Honora Patrem tuum & Matrem tuam.* Alibi Lex est, c) *Unusquisque Patrem suum & Matrem suam timeat.* Inter *Honorem* & *Timorem* discrimen faciunt Magistri. d) *Ex Timore*, seu reverentiâ, *filius neque stet neque sedeat in loco Patris assueto; nec verbis ejus contradicat; nec eum, sive superstitem, sive mortuum, suo nomine appellet, sed dicat, Pater Dominus meus. Ex honore, præbeat parentibus cibos ac potum & vestitum, calceos induat, introducat atque educat*, observantiâ assiduâ. In *Honore* exhibendo, Pater matri præferendus erat; in *Timore*, Mater patri: *ut paribus utriusque dignitas cognosceretur.* De *Filiis rebellis*, patrem aut matrem execrantis vel percutientis, pœnâ capitali, & de Magistrorum ea de re miris subtilitatibus, e) alibi legas. Nos enim in his fortasse nimii sumus.

c) Lev. 19. 3.

d) Selden [illegible] locum.

e) Seld. Synedr. II. c. 13. p. 555.

Annus Ebraicus.

AD f) *Ritus Sacros* jam pergamus; quos apud gentes diversas non adeo diversos reperiemus. g) *Mirum est quam vetustissima [illegible] inter se congruant.* Ægyptii ut πολιτεία, ita & h) Religione ceteras præcesserunt; eorum Ritus ad alios populos translati, [illegible] ab Ebræis (non sine emendatione forsan) usurpati sunt. Ut e[illegible]t hujus assertionis veritas; in dispositionem veniant eorum F[illegible] Sacrificia, Sacerdotia; id genus alia.

f) Suprà p. 131.

g) Grot. in Levit. 1. 9.

h) Suprà p. 34. 57.

Prima liberi populi constitutio fuit Anni ordinatio. Israelitæ quamdiu in Ægypto commorati sunt, non aliam habuerunt Anni

ni formam, quàm quâ usi sunt ipsi Ægyptii. Sub Exitu, qui fuit mense septimo, sive *Nisan*, datum est mandatum hoc, a) *Hic mensis vobis erit principium mensium. Primus ille sit vobis inter menses anni.* Thot primus est Ægyptiorum mensis, qui respondet Ebræorum *Tisri.* Moses caput anni ex Autumnali mutavit in Vernum: Nisan æquinoctio Verno proximus.

a) Exod. 12. 2.

De innovatione istâ egregius est Josephi locus. Dicit b) *Mensem Secundum à Macedonibus Dium, ab Ebræis Marsvan dici. Ita enim Ægyptii annum constituerant. Moses autem fecit Nisan, qui est Xanthicus, primum mensem, ob festa, quòd eo mense eduxisset Ebræos ex Ægypto; eundemque etiam omnium quæ ad rem divinam pertinerent exordium constituit*: Alioqui, *quod ad rerum venalium nundinationes, actusq; alios civiles attinet*, τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε, *pristinum decorem servavit.* Πρῶτος κόσμος est æquabilitas anni Ægyptiaci, qui XII habuit æquales tricenûm dierum menses, id est, dies 360. Nondum enim Ægyptii anno addiderant V dies ἐπαγομένας.

b) Antiq. l. 1. c. 4. p. 9. c.

Duplex itaque, ab Exodi tempore, fuit Ebræorum annus; alius Civilis, alius Sacer. *Civilis*, quo in contractibus, pactis, nuptiis, & id genus aliis usi sunt, æquabilis fuit, & plenos habuit dierum triginta menses; neque in eo Luna locum habuit: ejus initium à Thoth, sive Tisri, id est ab Autumno, fuit. Annus *Sacer*, sive *Mosaicus*, fuit Lunaris, & inæqualis. Mensis Lunaris (sive Synodicus Lunæ à coitu ad coitum motus) dies facit 29, horas 12, & majorem horæ partem; adeo ut annus Lunaris habeat dies 354, & horas ferè novem. Ebræi autem menses sacros, non à Luminarium coitu, sed à visione Lunæ instituebant. Tempus Visionis incertum fuit; cùm Luna novella sæpe triduò videri non posset; unde evenit ut mensis & annus nunc plures, nunc pauciores dies habeat, qui ante exitum anni vel mensis certò definiri non possunt. Propter inæqualitatem istam, Neomeniæ classico indicabantur, ut ritè celebrarentur.

Istis Ebræorum mensibus non dissimiles sunt menses Romuli, qui c) *Initium cujusque mensis ex illo sumebat die quo novam Lunam contigisset videri. Quia verò non continuò evenit ut eodem die semper appareat, sed modo tardiùs modò celeriùs ex certis causis videri soleat; contigit ut cùm tardiùs apparuit præcedenti mensi plures dies, aut cùm celeriùs pauciores darentur; & singulis quibusque mensibus perpetuam*

c) Macrob. Saturnal. l. 1. c. 15.

tuam numeri legem primus casus ad[illegible]. Sic factum est ut alii triginta & unum, alii undetr[illegible] sortirentur dies.

Cæterum uterque [illegible] annus, cùm â periodo Solari plurimùm discrepet, adeo vagus fuit & incertus, ut nisi adhibita fuisset [illegible]erkalatio, Pascha, cum semper vernum esse debeat, nunc æstivum foret, [illegible] autumnale, nunc hybernum. Multa tradunt Ebræorum Magistri de *Secundo Adar*, sive mense Interkalari: mihi tamen nondum est compertum quis fuerit Interkalationis istius author, quo [illegible] tempore.

[illegible] autem disciplina anni Ebraici melius [illegible]notescat, distinguenda sunt Ebræorum tempora. alia fuit eorum Chronologia ante Captivitatem; alia post Reditum, alia denique post institutum ab Hillele juniore Cyclum Decemnovennalem, anno Chr. 358. Ludunt operam Chronologi, qui vetera Ebræorum tempora ad rationes cyclicas reducunt. Vetere[illegible] non ex [illegible], n[illegible] [illegible]; sed ex observatione, neomenias [illegible] notab[illegible] tempora, [illegible], eò sunt incertiora: nullum extat in S. L[illegible]teris interkalationis ve[illegible]; neq; constat chronologiam technicam, stante primo Templo, Judæis fuisse cognitam.

Dicunt Magistri jus interkalandi ad Synedrium Magnum pertinuisse: verùm a tempore τ̃ κληρȣχίας a) nulla cogebantur Synedria; donec à b) Jehosaphato rege sunt instaurata. Cum autem & David rex & Solomon XII præfectos constituerint, c) *secundum XII menses anni*; verisimile est mensem XIII, sive Adar Secundum, istis temporibus nondum in annos Ebraicos fuisse receptum. a) Joseph. l. 5. c. 2. p. 146. e. b) II. Chron. 19. 5. c) I. Reg. 4. 7. I. Chron. 27.

Sub Regibus constat solennitates sacras aut diu intermissas, [illegible] ri[illegible]e celebratas fuisse, temporibus divino præcepto congruis. Ip[illegible]as, ex consultu Synedrii, celebravit d) *Pascha mense secundo*, [illegible]um jam in Templi instauratione prætermisset 16[illegible] dies [illegible]oque legitimum Paschatis tempus; visum est, pro necessi[illegible]oris, festum celebrari mense Jiar, quo, non nisi e) *impuris at[illegible]ntibus*, pascha ritè celebrandum erat. Verum regi pio non [illegible]et id (contra divinum præceptum) fecisse, si modò fuisset [illegible] usu ordinarius aliquis interkalandi modus. d) II. Chron. 30. 2. 29. 5. e) Num. 9. 11.

Veteris hujus anni Ebraici defectus ortum habuisse videtur ab anno Ægyptiaco, qui Exodi tempore f) nondum ad cursum Solis reformatus fuit. f) Vide Sec. X.

Dies

Dies Festi.

a)Lev.23.5. PRimo a) *mense, die mensis decimâ quartâ, inter duas vesperas* (spatio 24 horarum) *erit Pascha Domino.* Mensis *Abib*, seu *Nisan*, in quo contigit *Exodus*, factus est *Mensis Primus*, qui fuit antea mensium *Septimus*: & mensis *Tisri*, qui non solùm Anni, sed & Mundi initium habebatur, septimum exinde locum habuit in anno Ebraico. Mense *Abib* celebratur Pascha: ideo sancitum est, ut ab eo mense Ebræi annum Sacrum ordirentur. Nam à Paschate numerantur Festa reliqua.

b) Deut.16.16. Lex Mosaica tres anniversarias πανηγύρεις sacras constituit. b) *Tribus anni temporibus apparebunt omnes tui masculi coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit: in solennitate* (sive *tripudio*) *Azymorum; in solennitate Hebdomadarum; & in solennitate Scenopegiæ.*

c)Joseph.l.3.c.10.p.93.d. Solennitates istæ agriculturam spectabant. Festo Paschatis, sive c) *Azymorum die secundo*, τὰς ἀπαρχὰς τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι, *Hordei primitias Deo offerunt: ex quo licitum cuique messem metere.* Græci interpretes vocant mensem *Abib*, τὸν μῆνα τῶν νέων (γεννημάτων) *mensem novarum* frugum.

d)Exod.23.16 Festum Hebdomadarum, sive Πεντηκοστὴ, dictum est d) Ἑορτὴ τοῦ θερισμοῦ πρωτογεννημάτων, *Festum Primitiarum messis.*

e)Ibid. Festum Scenopegiæ, sive *Tabernaculorum*, dictum est e) Ἑορτὴ

f)Deut.16.13 συντελείας, *Festum Consummationis* sive *Collectionis, in exitu anni.* f) *Quando collegeris de areâ, & de torculari.* Festum hoc non ob segetes *collectas*, sed ob fructus arborum.

g)Joseph.l.3.c.10.p.93.f. g) Ἔστι δὲ οὐδεμία τῶν ἑορτῶν καθ' ἣν οὐχ ὁλοκαυτοῦσιν, οὐδὲ τῶν πόνων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἄνεσιν οὐ διδόασιν, *Nulli agitur festum sine holocautomate, & laborum vacatione.* Scilicet duæ sunt Festorū causæ; Dei honor, & Laborum intermissio. Quotidianorum laborum intermissionem secuta est *Hilaritas*, & jucundioris vitæ usus. Quod apud gentes notissimum, etiam ab Ebræis observatum est. Præcepta enim multa sunt apud Magistros de lætitiâ dierum illorum quos *Bonos dies* vocant.

h)Strab.l.10.p.467. h) Κοινὸν τοῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων ἐστὶ, τὸ τὰς ἱεροποιΐας μετ' ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι, *Commune hoc est & Græcis & Barbaris, sacra celebrare cum festâ laborum intermissione:*

a) re-

a) καὶ τοῦ ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει, *idque Natura sic dictavit.* Ab omni populo, ab omni tempore factum est. Longè vetustissimus mos fuit dies Sacros celebrare, & festos à profastis distinguere; ejusque origo à priscis fuit agricolis, qui (conditis in horreum frugibus) collecta cum primitias Diis offerre solebant; & quum daretur feriandi occasio (post exantlatos vertentis anni labores) conventus celebrabant; ut relaxarent animum & hilaritati indulgerent. Hinc b) Aristoteles, Αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνον) γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον Ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς, *Prisca sacrificia & conventus post fructuum collectionem fieri videntur, ut Primitiæ. His enim temporibus maximè cessabant à labore.* a) Ibid. b) Ad Nicomach. 8. c. 11.

Ægyptii, qui c) primi mortalium delubra & πανηγύρεις Diis instituerunt, sacrificiaque curârunt, & Assyriis Græcisque ritus sacros commonstrârunt, etiam primi sunt qui *Dies ἑορτασίμους* celebrârunt. *Melampus* qui d) Sacra ex Ægypto ad Græcos transtulit, *Mose* [illegible] quantò junior. Hic diem obiit regnante Athenis *Pandione*, sub *Erechtheo* ejus filio floruit Ille. Cùm verò solennitates e) *Ægyptiacæ antiquæ, Græcæ autem recentes haberentur*; Festa Ægyptiorum temporibus Mosaicis vetustiora fuisse meritò videri possunt. c) supra p. 34. & 57. d) supra p. 125 e) supra p. 13

Enumerantur ab f) Herodoto VI Ægyptiorum Festa: 1. *Dianæ in urbe Bubasti*; 2. *Isidi, in urbe Busiri*; 3. *Minervæ, in urbe Sai*; 4. *Soli, in Heliopoli*; 5. *Latonæ in urbe Buti*; 6. *Marti, in urbe Papremi.* g) *Busiris urbs, in qua Isidi πανηγυρίζουσι, sita est in medio Delta Ægypti, [illegible] ea [illegible] maximum templum Isidis, quæ Græcè vocatur* Δημήτηρ *Ceres.* [illegible] *Isis h) numen maximum censetur, & maximum Festum ei [illegible].* [illegible] τὴν προσηνεστάτην τῇ Ἴσι, καὶ ἐπὴν καταρξῶνται, θύουσι [illegible], *P[illegible] quam pridie festi jejunaverunt, & postquam precati sunt, b[illegible], cumque corio exuunt & alvo tota vacuant: intestina [illegible] linquunt intra ventrem; crura truncant & extremos lumbos [illegible] ac cervicem. His actis reliquum bovis corpus stipant p[illegible] & melle & uva passa & ficis & thure & myrrha atque ali[illegible]. Ubi hæc infarserunt, adolent, multum vini oleique inf[illegible]. Jejuni autem sacrificant. Dum sacrificium ardet, omnes [illegible]rant. Postquam autem verberare desierunt, dapes ex [illegible] quit proponuntur.* Horum rituum nonnulli Mosaicis [illegible]ficandi præceptis non sunt prorsus dissimiles. f) L. 2. c. 59. g) Ibid. h) Ibid. c. 40.

a) Diod. Sic. l. 1. p. 9. c.

a) Κατὰ τὸν θερισμὸν τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς θέντας τοὺς ἀνθρώπους, κόπτεσθαι πλησίον τοῦ δράγματος, καὶ τὴν Ἶσιν ἀνακαλεῖσθαι, Solent *homines messis tempore, Primitiis spicarum oblatis, plangere juxta manipulos, & Isidem invocare: idq; adhuc faciunt in honorem Deæ pro inventis frugibus, sicut ab initio, ipsius inventionis tempore. In quibusdam etiam urbibus,* τοῖς Ἰσείοις, *cùm festum Isidis celebratur, in pompâ tritici & hordei vascula circumferuntur; in memoriam eorum quæ initio à Dea solerter inventa sunt.* Cerealia itaque prima sine dubio ab Ægyptiis instituta sunt.

Sabbatum Primum.

(Seld. 3. 9.) & deinceps.

PRæceptum de Sabbato, datum in Marâ, post dies circiter quadraginta in Decalogo renovatum est, cum adjectione (*Sicut præcepit tibi Dominus*) scilicet, in Marâ: & primum Præcepti vocabulum (*Recordare*) refertur ad Sabbatum ibi priùs institutum. Celebratum autem est Sabbatum Primum Mansione X, in *Alush*, quæ pars est *deserti Sin.* Venerunt autem b) *ab Elim in desertum Sin* 15to. *die mensis Secundi.* Sex diebus collecta est Manna; & c) *sabbatizavit populus die septimo.* Adeo ut in ejusdem mensis diem XXII inciderit prima Sabbati observatio. *Mensis* hic, ab Exitu *Secundus*, postea *Jair* dictus est. (Nondū enim nata sūnt Ebraicorū mensium nomina.) Ejus dies XXII respondet XXXIII Maji in an. Juliano. *Seder Olam* hunc mensem Cavum facit, id est, dierum XXIX; non Plenum, seu dierū XXX. Unde in computandis horum mensium feriis orta est unius diei discrepantia inter Chronicon illud & Talmudicos. Verùm alterna illa Mensium distinctio priscæ non bene competit Ebræorum chronologiæ.

b) Exod. 16. 1.
c) Ib. vers. 30.

d) De vitâ Mosis, l. 1.

Per miraculosam depluentis Mannæ cessationem d) Philoni primùm innotuisse videtur *Dies Septima*, ἡ τοῦ Κόσμου γενέθλιος, ἐν ᾗ τόδε τὸ Πᾶν ἀποτελέσθη, *quæ fuit Mundi Natalis, in qua Universum hoc absolutum est.* Cultus Sabbaticus, jam primùm institutus, non sine miraculo demonstrat, Quis dies in hebdomadicâ dierum periodo Septimus à Mundi conditu annumerari debuerit: antehac is dies Ebræis ipsis prorsus erat incognitus. Ad hunc locum & hoc tempus à Magistris quibusdam referuntur *Benedictio & Sanctificatio diei Septimi*, quæ in Creationis historiolâ (per prolepsin) & in

De-

[illegible] memorantur. a) *Benedixit Deus*, scilicet quòd *die sexto* [illegible] dementsum; *Sanctificavit*, quòd *septimo* nihil o- [illegible] descendebat. Alii Septenariam Dierum periodum, ab [illegible] institutam & à sex Creationis diebus inchoatam arbitrantur. Alii dicunt b) *Sabbatum invenisse Annos, Menses, Septimanas.*

a)Solom. Jarchius ad Genes. 2.
b)Glycas, p. 121.

Philo [illegible] (de Κοσμοποιίας agens, & *de numero Septenario* [illegible]) c) *Habetur*, inquit, *in honore etiam apud illustres tam Græcorum quàm Barbarorum*, οἳ τὴν Μαθηματικὴν [illegible] *qui in Mathematicis disciplinis versantur.* Sanè [illegible] Mathematicos Magistri fuerunt Ægyptii, à quibus Schola Pythagorica atque Platonica edoctæ, imprimis philosophantur de vi & dignitate Numeri generatim d) *Septenarii, quem Græci ἑβδομάδα appellant. Is numerus Septentriones majores minoresq; facit in Cœlo; item Vergilias, quas Πλειάδας vocant: facit etiam stellas Erraticas. Neque Zodiacus septenario numero caret; Nam in Septimo signo fit* [illegible] *brumâ,* [illegible] *stitio; in Septimo Æquinoctium ab æquinoctio.* (e) Unde *in sacris Osiridis, sub Solstitium Hybernum*, τὴν βοῦν ἑπτάκις περὶ τὸν ναὸν περιφέρουσι, *Vaccam circa templum septies circumducunt: toties autem circumeunt, quia Septimo mense, Solis decursus ab Hyberno solstitio ad Æstivum conficitur.*) f) *Pericula quoque vitæ fortunarumq; hominum, quæ Climacteras Chaldæi appellant, gravissima quæque fieri affirmant Septenariis.* De numero hoc, præter g) Philonem & h) Clementem Alexandrinum (apud quos leguntur *Solonis* [illegible] *versus* de Climactericâ vitæ humanæ mutatione) i) [illegible] vide in Somnium Scipionis. Numerus septenarius etiam in sacris, purificationibus, invocationibus, aliisque ritibus [illegible]. k) Apuleius Isidem invocaturus, *Me*, inquit, *purificandi studio, marino lavacro trado, septies submerso fluctibus capite, quòd eum numerum præcipuè Religioni aptissimum divinus ille Pythagoras prodidit.* Invocationes etiam verbis arcanis septies repetebant.

c) P. 21. f.
d)A. Gell. l. 3. c. 10. ex Varrone.
e)Plutar. Iside, p. 372. c.
f)A. Gell. ib.
g)Κοσμοποι. p. 18.
h)Strom. l. 6 p. 685.
i) L. 1. c. 6.
k)Metamor. l. XI, initio.

——— l) *Longâ cum veste Sacerdos*
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

l)Virgil. Æn. l. 6. vers. 645.

De *Dierum* etiam numero septenario, m) *animadverterunt Lunæ cursum quater septenis, id est 28. diebus confici. Ad homines*

m) A. Gell. ib.

Bb 2 quo-

quoque naſcendos vim numeri iſtius pertinere: primos Septem dies, quartam Hebdomadam & Septimam obſervant. a) Ἔξω τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζον) Ἀθήνησι θεοῖς τισιν. Νουμηνία, καὶ ἑβδόμη, Ἀπόλλωνι· τετρὰς, Ἑρμῇ· ἡ ὀγδόη, Θησεῖ, *Athenis quidam Menſis dies, præter feſta, Diis quibuſdam ſacrati ſunt: ut Novilunium, & Septimus, Apollini; Quartus, Mercurio; Octavus, Theſeo.* Heſiodus tantundem

a) Schol. Ariſtoph. in Plut. p. 107. c.

> b) Πρῶτον ἔνη, τετρὰς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ·
> Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.
> *Primùm Prima, Quarta, & Septima dies ſacra eſt:*
> *Hac enim Apollinem auri-enſem genuit Latona.*

b) Ἡμερ. v. 6.

In ritibus etiam Moſaicis inſignis eſt numerus Septenarius. In conſecratione c) *Altaris Oleum Septies aſpergitur.* d) *Septem diebus completur conſecratio* Sacerdotum. In expiatione e) *peccati per ignorantiam ſanguis vituli ſepties aſpergitur.* f) *Mulier, ſi peperit maſculum, immunda eſt ſeptem diebus, juxta dies ſeparationis; ſi fœminam, duabus hebdomadibus.* g) *Immundus per contactum mortui expiatus eſt die Septimo.* In purificatione Leproſi h) *ſeptem aſperſiones ſeptemq; dies:* & Naaman i) *lavit in Jordane ſepties.* Job pro amicis obtulit k) *ſeptem tauros & ſeptem arietes.* Balaam l) *ædificavit ſeptem aras, & paravit ſeptem vitulos ſeptemq; arietes.* m) *Septem ſacerdotes, clangentes ſeptem buccinis, ſepties circuibant Herichuntem; & die ſeptimo mœnia corruerunt.* Septem ſacerdotes n) *clangebant tubis coram Arcâ, & immolabantur ſeptem tauri ſeptemq; arietes.* Ezechias o) *obtulit ſimul tauros ſeptem & arietes ſeptem, agnos ſeptem & hircos ſeptem.* Apud Ezechielem, p) *Arma combuſta ſunt ſeptem annis:* q) *Terra mundata ſeptem menſibus.* r) *Altare expiatur ſeptem diebus.* Daniel per s) *Hebdomadas* tempora numerat. In Apocalypſi, t) *Liber ſignatus eſt ſeptem ſigillis.* u) *Agnus habet cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei.* x) *Septem Angelis datæ ſunt ſeptem tubæ;* & y) *ſeptem phialæ.* Is numerus in Myſteriis perfectiſſimus haberi ſolet.

c) Levit. 8. 11.
d) Lev. 8. 32.
e) Lev. 4. 6. & 16. 14.
f) 12. 2, 5.
g) Num. 19. 19
h) Lev. 14. 7. 9. 51.
i) II. Reg. 5. 10. 14.
k) Job. 42. 8.
l) Num. 23. 1, 14.
m) Joſua 6. 15
n) I. Chron. 15. 24.
o) II. Chron. 29. 21.
p) Ezech. 39. 9
q) Verſ. 12.
r) Ez. 43. 25.
s) Dan. 9. 24.
t) Apoc. 5. 1.
u) Verſ. 6.
x) Apoc. 8. 2.
y) 15. 7.

Eſt autem celeberrimus, & rem quam tractamus maximè ſpectat, Septenarius Dierum Cyclus, ſive dies Septimus in hebdomadicis dierum periodis perpetuò recurrens; qualis eſt Ebræorum Sabbatum

m. Ægyptii, vetustissimi Temporum artifices, Orbem dierum madicum a Planetarum numero derivasse, illamque temporationem, unà cum Astrologica suâ disciplinâ, propagâsse ferunt. Herodotus a) de inventis Ægyptiorum, Καὶ inquit, τάδε ἄλλα πλοισί ἐστι ἐξευρημένα· μεις τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί, τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος, ὁτέοισι ἐγκυρήσει, καὶ ὅκως τελευτήσει καὶ ὁκοῖός τις ἔσται· καὶ τούτοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρήσαντο, *Alia etiam ab Ægyptiis inventa sunt: Quis Mensis & Dies cujusque sit Deorum: & quo quis die genitus, qualia sortiet, & quam mortem obiet, & qualis existet. Quibus rebus usi sunt ii Græcis in poesi versabantur.* Ἡμέραι τῶν θεῶν *Dies Deorum*, dies Septimanæ, à VII Planetis denominati. Illæ enim in geliacâ Ægyptiorum arte Deorum nomen obtinent; & cuilibet stæ sua assignatur feria. b) Τὸ δὲ δὴ εἰς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ, πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, *Quòd vero Dies assignantur Septem stellis, quæ Planetæ vocantur, id certè inventum est Ægyptiorum.*

a) L. 2. c. 82.

b) Dio Cass. hist. l. 36. p. 37

In denominatione Dierum non is est Planetarum ordo qui in um cœlestium serie. Cujus rei causas alii alias excogitârunt. nostratis ratio, quò simplicior, eò est melior. c) *Gentiles, in- quasi jure Primam diem Soli, quia maximum est luminare; Secun- Lunæ, quia secundum luminare est, se consecrare putabant. Dein atâ alternatione, Tertiæ diei primam à Sole stellam* (Martem;) *tæ primam à Luna* (Mercurium;) *Quintæ secundam à Sole* (Jo-) *Sextæ secundam à Luna* (Venerem;) *Septimæ tertiam à Sole* turnum) *præponebant.*

c) De Temporatione, c. 6.

Saturni sidus, apud Astrologos, triste est & malevolum: ideo dimus, ex eorum disciplinâ, ater habetur & inauspicatus, & regendis inidoneus. Ejusmodi superstitionem docuerunt Or- & Hesiodus. Quam & Tacitus, de Judæis agens, respexisse tur. d) *Septimo die otium placuisse ferunt; quia is finem laboerit. Alii honorem eum Saturno haberi; seu quòd è septem* (*quis mortales reguntur*) *altissimo orbe, & præcipuâ potentiâ, turni feratur; ac pleraque cælestium vim suam & cursum septe- numeros conficiant.*

d) Hist. l. 5.

Planetaria hæc Dierum denominatio, licèt à Græcis & Occirò recepta sit; illius tamen origo apud Ægyptios vetusta fuit,

it, neque ipsâ Astrologiâ recentior, aut ætate Mercurii, qui Anni temporumque rationem Ægyptiis tradidit. Neque desunt ex Rabbinis qui denominationem istam dierum, ante datum Decalogum, Gentilibus in usu fuisse existimârunt.

a) De Abstin. l.4.c.7. Sacerdotes Ægyptii, in Purificationibus suis, Septimanas observabant. Chæremon, apud Porphyrium, a) Ὁ δὲ χρόνος ὅτε, ὁπότε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν, προλαμβανόντων ἡμερῶν ἀριθμὸν, οἱ μὲν δυοῖν καὶ τετταράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάσσους, οὐδέποτε μέν τι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, πάντως μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, *Cùm instaret tempus quo sacrum aliquem cultum celebraturi erant, per* (septenarium) *præcedentium dierum numerum, nonnulli per XLII,* (id est VI Septimanas) *alii per plures, alii per pauciores, nunquam verò infra Septem dies* (sive unam Septimanam) *abstinebant ab omnibus animalibus,* &c.

Hæc cùm ita se habeant, verisimillimum est Hebdomadicum Dierum Orbem, ex Mathematicâ disciplinâ, atque ex intimo Ægyptiacæ antiquitatis penu, deprompttum fuisse: Sacrum verò Septimi cujusque diei Cultum, & Hebdomadici Sabbati festum (Lege Mosaicâ constitutum) jam primò in Religionem Ebraicam publicè receptum esse.

b) Exod. 31.13 Certè præceptum hoc *de Sabbato* Israelitis peculiare fuit. b) *Signum est* (inquit Deus) *inter Me & Vos in generationibus Vestris; ut sciatis Me esse* Dominum *qui sanctifico Vos. Custodietis igitur Sabbatum; est enim vobis sanctum.* Neque ad Gentes omnino pertinuisse volunt Magistri; aut ad Proselytos Domicilii.

Baptismus Ebræorum.

c) Exod. 19. 1. M*Ense* c) *tertio exitûs ex Ægypto, in die eodem* (ejusdem numeri, id est, tertio) *venerunt in desertum Sinai:* &, post bidui præ-

* Vers. 14. parationem, datus est Decalogus die sexto. Cùm autem Israelitæ disciplinis Mosaicis essent initiandi, *descendit ad populum Moses,* καὶ ἡγίασεν αὐτοὺς· καὶ ἔπλυναν τὰ ἱμάτια, *& sanctificavit eos: & la-*

d) Lev. 11. 25. *vârunt vestimenta.* Ablutione vestimentorum hìc atque d) alibi

14. 47. intelligitur ablutio ipsorum qui vestiebantur; secundùm illud, e)

e) Lev. 15. 10. 11, 21, 22, 27. Πλυνεῖ τὰ ἱμάτια, καὶ λούσεται τὸ σῶμα ὕδατι, *Lavabit vestimenta, & lavabit corpus aqua.*

Judæi

[illegible] hic Baptismi sui originem deducunt. Illi lustrationem Lavacri non solum ad purgationem sordium, sive καθαρισμὸν aut [illegible]orum ablutionem; sed etiam ad Regenerationem Proselytorum, in [illegible] iamenti [illegible] adhibuerunt. Præter quotidianas Judæorum [illegible] tiones, Pœnitentes etiam se lavacro purgabant, in vitæ [illegible]que novati[illegible]; cujus ritus meminit Esaias a) Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, Lavamini, [illegible] estote, auferte mala ex animabus vestris. a) Esai. 1. 16.

[illegible] autem Proselyti ablutio, quum is Judaismo nomen [illegible], inter initiamenti ritus observabatur ab hoc, de quo [illegible] tempore. Jam enim Proselytos plurimos factos esse tradit Philo; inter quos primus habetur Jethro Mosis socer. Tres au- b) De Monarchia, l. 1. [illegible] fuerant Initiamenti ritus, quibus in Ecclesiam Ebraicam adhibebantur Gentiles; Circumcisio, Baptismus, & Oblatio. De Circumcisionis institutione c) diximus. c) p. 73.

Baptismus Proselyti coram III viris peragebatur, ut & Circum- (Seld. 2. 2.) [illegible] post sanatum Circumcisionis vulnusculum abluebatur corpus integrum, non artificioso, sed naturali aquæ conceptaculo. Unitate in faciendo Proselyto Lavatio, neque in posteris iterabatur. [illegible]ionis hujus is erat effectus, ut Proselytus ritè factus Regeneraretur, & Novus homo, velut infans ex nova matre renatus, [illegible]ma nova cœlitus illapsâ indutus; adeo ut cognationem qua[illegible]que pristinam exueret, & nullos postmodum censeretur ha[illegible] consanguineos, aut Connubii ratione, aut Successionis in[illegible], præter istos qui Baptismum [illegible] Paren[illegible]rum, liberorumque [illegible] cogna[illegible] nec [illegible] hæredes ulli, sed [illegible] Vacantia, [illegible] Occupanti. Neque Natales [illegible] Paganus Proselytus, qui Judæus postea & [illegible]upabatur, & [illegible] [illegible] renatus, pro Judæo revera habebatur: eodem illo Re[illegible] nomine; postquam [illegible] d) post re- d) Joseph. Antiq. l. 1. 3. c. 5 [illegible] Judæi [illegible] Ebræi sive [illegible] tam Originariis quam Proselytis [illegible]batur. [illegible] Ebraicorum [illegible] e) Arrianus. Ὅταν (inquit e) In Epictet. l. 2. c. 9. [illegible] τὸ [illegible] [illegible] καὶ ἔστι [illegible] καλεῖται [illegible]. Quum quispiam induerit sibi affectum

ctum Baptizati & inter sectatores asciti, tunc & est revera, & appellatur Judæus.

Fuit etiam apud Græcos quædam *Regenerationis* species, sed sine baptismo, neque ad initiamentum. Quum diu absentes, & more mortuorum deplorati, ex insperato reverterentur; ex orco reduces habebantur, & δευτερογενεῖς. Vocabantur autem Δευτερόποτμοι sive ὑστερόποτμοι. a) Hesychius, Δευτερόποτμος, ὁ ἀπὸ λινων ὑστερόποτμος. οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. (οἱ δὲ πολέμοις) καὶ ἀπείρηται τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασὶ θεῶν. ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς, ἔπειτα ἐπανελθών. ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδὺς (ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις) ἐκ δευτέρου γεννᾶται, *Ita dicunt quando justa funera alicui tanquam mortuo facta sunt, & is postea vivus apparet. Istis autem ajunt non fas esse sacellum Eumenidum ingredi. Vel qui dicitur (in bello) aut in terrâ peregrinâ mortem obiisse, & postea domum redit. Vel qui per stolæ muliebris sinum iterum demissus (ut mos erat apud Athenienses) denuo nasci videtur.* (Verba, uncis inclusa, sunt suspecta: Meursius legit ὁ δὲ Πολέμων, scilicet Φησί. b) Petitus, εἰ δὲ πολεμοῖ· quasi illis tantùm non licuit sacellum adire, qui militatum abierant.) Hoc modo, c) *Herculem* (μετὰ τὴν ἀποθέωσιν αὐτοῦ) *à Junone* υἱοποιήσασθαι *adoptari*, ajunt: *illa lectum ingressa, Herculem suo corpori admotum, subter vestes demisit ad terram, ut imitaretur verus partus.*

a) Hesych. Δευτ.

b) In Leg. Att. p. 15.

c) Diod. Sic. l. 4. p. 170. b.

Ex Attico hoc ritu derivatur jus & religio *Postliminii* apud Romanos. Παλιγγενεσία etiam facta est ex auctoritate Cæsareâ, cùm mutaretur natalium conditio. d) *Si quis manumittens servum aut ancillam suam Cives denunciaverit Romanos, qui libertatem acceperit habebit & aureorum annulorum & Regenerationis jus:* id est, jura Ingenuitatis.

d) Justinian. Novell. 78. c. 1

Baptismus autem Ebræorum, ab exemplo forsan Ægyptiorum. Lavacrum, in sacrorum initiamentis, solenne fuisse docet Apuleius, ipse Isidi initiandus. e) *Sacerdos*, inquit, *stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas; & priùs sueto lavacro traditum præfatus Deûm veniam, purissimè circumrorans abluit.* Neque dubium quin id veteri more factum fuerit. De his aliisque Tertullianus. f) *Nationes*, inquit, *sacris quibusdam per lavacrum initiantur.*

e) Metam. l. IX. p. 394.

f) De Baptis. c. 5.

tu, Isi u alicujus, aut Mithra (summi apud Persas numinis) *Ipsos e- is in Deos suos Lavationibus efferunt. Caterùm villas, domos, templa, t rasq; urbes aspergine circumlata aqua expiant passim. Certè lu- di Apollinaribus & Pelusiis tinguntur. Idque se in Regenerationem, & impunitatem perjuriorum suorum, agere præsumunt.* Pro *Pelusiis*, scribe *Eleusiniis*; a)Nam Ὑδρανὸς, ὁ ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων, *Aquarius*, dictus est, *qui expi t aliquem sacris Eleusiniis.* Et *Ilissus* Atticæ fluvius in hunc r um sacratus, b) οὗ τὸν καθαρμὸν τελοῦσι τοῖς ἐλάττοσι Μυστηρίοις, *ubi Lustratio fieri consuevit Minoribus Mysteriis*; per quæ ad Maj ra transire solebant. Sacra ista c) mox ex Ægypto Athenas aducta sunt ab Erechtheo rege.

a)Hesych. T.
b) Polyæni Stratag. l. 5. in Heraclide.
c)Diod.Sic.l.1

Sacrificia.

RItuum Sacrorum vetustissima fuit Sacrificiorum oblatio. Ex d) *pelliceis tunicis* e) quidam *Adamum* pecudes ma asse colli- nt. Magis liquet de *Abelis* & *Caini* oblationibus. P D luvi- sacrificârunt *Noachus, Abrahamus, Jacobus*; & præter Ebræos, *us, Bileamus, Jethro*: neque dubitandum de Ægyptiis, Noachi eris.

d)Gen. 3.21.
e)Cloppenburg. Schola Sacrif. p.12.

De vetustioribus istis Sacrificiis Gemara Babylonica. f) *Uni- a animalia ritè offerebantur, sive Pecus, sive Fera, sive Avis, idque fœminea quam mascula, tam vitiosi quàm integri corporis, modò undis essent, non item* g) *immunda. Et victima sic oblata fuere æ Holocausta.* Pecudum Sexusque discrimen, & vitii corpora- tio, post exitum ex Ægypto in re igionem Ebraicam recepta. Neque Moses primus Sacrificia instituit, sed Sacrificandi mo- p escripsit.

f)Tit. Zebach. c. 14. p. 115.
g)Gen. 8.20.

S. Hieronymus ad illud Jeremiæ, h) (*Patribus vestris non præce- erbo holocaustomatum & victimarum*) i) *Manifest* , inquit, *in- nur, quod primùm Decalogum dederit in tabulis Lapideis scriptum Dei*: & k) *post offensam Idololatriæ caputq; Vituli, postea jusse- m agis fieri quàm Dæmonibus; auferens puram religionem man- Dei, & concedens sanguinem victimarum carnesq; desideri-* Atque alibi, l) *Hostiæ ergo & immolatio vi imarum non prin- r à Deo quæsita sunt, s d ne Idolis offerrentur.*

h)C. 7 v. 22.
i)Tom. II. p. 535.
k)Act. 7. 42.
l)In Esai. c. 1. v. 12.

agis explicatè Theodoretus de Legislatoris consilio: m) *Israe- lem,*

m)Græc. affect. Serm 7. de Sacrif. p. 584.

ctum Baptizati & inter sectatores asciti, tunc & est revera, & appellatur Judæus.

Fuit etiam apud Græcos quædam *Regenerationis* species, sed sine baptismo, neque ad initiamentum. Quum diu absentes, & more mortuorum deplorati, ex insperato reverterentur; ex orco reduces habebantur, & δευτερογενεῖς. Vocabantur autem Δευτερόποτμοι sive ὑστερόποτμοι. a) Hesychius, Δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος. οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. (οἱ δὲ πολέμοις) καὶ ἀπείρηται τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασὶ θεῶν. ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς, ἔπειτα ἐπανελθών. ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδὺς (ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις) ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι, *Ita dicunt quando justa funera alicui tanquam mortuo facta sunt, & is postea vivus apparet. Istis autem ajunt non fas esse sacellum Eumenidum ingredi. Vel qui dicitur (in bello) aut in terrâ peregrinâ mortem obiisse, & postea domum redit. Vel qui per stolæ muliebris sinum iterum demissus (ut mos erat apud Athenienses) denuo nasci videtur.* (Verba, uncis inclusa, sunt suspecta: Meursius legit ὁ δὲ Πολέμων, scilicet Φησί b) Petitus, εἰ δὲ πολεμοῖ· quasi illis tantùm non licuit sacellum adire, qui militatum abierant.) Hoc modo, c) *Herculem* (μετὰ τὴν ἀποθέωσιν αὐτοῦ) *à Iunone* ὑποποιήσασθαι *adoptari*, ajunt: *illa lectum ingressa, Herculem suo corpori admotum, subter vestes demisit ad terram, ut imitaretur verus partus.*

a) Hesych. Δευτ.

b) In Leg. Att. p. 15.

c) Diod. Sic. l. 4. p. 170. b.

Ex Attico hoc ritu derivatur jus & religio *Postliminii* apud Romanos. Παλιγγενεσία etiam facta est ex auctoritate Cæsareâ, cùm mutaretur natalium conditio. d) *Si quis manumittens servum aut ancillam suam Cives denunciaverit Romanos, qui libertatem acceperit habebit & aureorum annulorum & Regenerationis jus:* id est, jura Ingenuitatis.

d) Justinian. Novell. 78. c. 1

. Baptismus autem Ebræorum, ab exemplo forsan Ægyptiorum. Lavacrum, in sacrorum initiamentis, solenne fuisse docet Apuleius, ipse Isidi initiandus. e) *Sacerdos*, inquit, *stipatum me religiosâ cohorte deducit ad proximas balneas; & prius sueto lavacro traditum præfatus Deûm veniam, purissimè circumrorans abluit.* Neque dubium quin id veteri more factum fuerit. De his aliisque Tertullianus. f) *Nationes*, inquit, *sacris quibusdam per lavacrum initiantur.*

e) Metam. l. IX. p. 394.

f) De Baptis. c. 5.

tor, Ludis alicujus, aut Mithra (summi apud Persas numinis) *Ipsos etiam Deos suos Lavationibus efferunt. Caterùm villas, domos, templa, tasq; urbes aspergine circumlata aqua expiant passim. Certè lu... pollinaribus & Pelusiis tinguntur. Idque se in Regenerationem, & ...nitatem perjuriorum suorum, agere præsumunt.* Pro *Pelusiis*, ... *...nis.* a)Nam Ὑδρανὸς, ὁ ἁγνιςὴς τῶν Ἐλευσινίων, *Aquarius*, ... *qui expiat aliquem sacris Eleusiniis.* Et *Ilissus* Atticæ fluvius in ... m sacratus, b) ὃ τὸν καθαρμὸν τελοῦσι τοῖς ἐλάττοσι Μυ... *Lustratio fieri consuevit Minoribus Mysteriis*; per quæ ad M... transire solebant. Sacra ista c) mox ex Ægypto Athenas ... ta sunt ab Erechtheo rege.

a)Hesych. v. b) Polyæni Stratag. l. 5. in Herachde. c)Diod. Sic. l. 1

Sacrificia.

Rituum Sacrorum vetustissima fuit Sacrificiorum oblatio. Ex d) *pelliceis tunicis* e) quidam *Adamum* pecudes mactâsse colligunt. Magis liquet de *Abelis* & *Caini* oblationibus. Post Diluvi... sacrificârunt *Noachus, Abrahamus, Jacobus*; & præter Ebræos, ... *us, Bileamus, Jethro*: neque dubitandum de Ægyptiis, Noachi posteris.

d)Gen. 3. 21. e)Cloppenburg. Schola Sacrif. p. 12.

De vetustioribus istis Sacrificiis Gemara Babylonica. f) *Universa animalia ritè offerebantur, sive Pecus, sive Fera, sive Avis, idque tam fœminea quàm mascula, tam vitiosi quàm integri corporis, modò ... mundis essent, non item*: g) *immunda. Et victimæ sic oblatæ fuere ... Holocausta.* Pecudum Sexûsque discrimen, & vitii corpora... ratio, post exitum ex Ægypto in religionem Ebraicam recepta ... Neque Moses primus Sacrificia instituit, sed Sacrificandi mo... præscripsit.

f)Tit. Zebach. c. 14. p. 115. g)Gen. 8. 20.

S. Hieronymus ad illud Jeremiæ, h) (*Patribus vestris non præce... verbo holocaustomatum & victimarum*) i) *Manifeste*, inquit, *in... tur, quod primùm Decalogum dederit in tabulis Lapideis scriptum ... Dei: &* k) *post offensam Idololatriæ caputq; Vituli, postea jusse... ... sibi magis fieri quàm Dæmonibus; auferens puram religionem man... ...rum Dei, & concedens sanguinem victimarum carniumq; desideri...* Atque alibi, l) *Hostiæ ergo & immolatio victimarum non prin... ...er à Deo quæsita sunt, sed ne Idolis offerrentur.*

h)C. 7 v. 22. i)Tom. II. p. 535. k)Act. 7. 42. l)In Esai. c. 1. v. 12.

Magis explicatè Theodoretus de Legislatoris consilio: m) *Israe-lem,*

m)Græc. affect. Serm 7. de Sacrif. p. 584.

lem, inquit,*longum tempus in Ægypto versatum,pravisq; indigenarum moribus imbutum,& Idolis ac dæmonibus immolare ab illis edoctum,& ludis choreisq; ac musicis organis oblectari,in harum rerum habitu constitutum liberare volens,Sacrificare quidem permisit,non tamen omnia sacrificare,neque falsis Ægyptiorum Diis,sed Sibi soli Ægyptiorum Deos offerre.* Et mox: *Itaque Sapientissimus Medicus hoc remedii genus adhibuit Ægyptiæ ægritudini,dum Sacrificare quidem Judæis propter eorum imbecillitatem indulsit,sed ea quæ prius colebant immolare jussit.*

a)Homil. 6 in Mat. 2. 9. S.Chrysostomus (de Magis agens,per stellam vocatis) a)*Ne id,* inquit,*Deo indignum putes; cùm sic omnes Iudæorum ritus insimulabis; & Sacrificia; & Purificationes; & Novilunia; & Arcam; & ipsum etiam Templum.* Καὶ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς ταῦτα παχύτητος ἔλαβε τὴν ἀρχὴν,*Ista enim ex pingui Gentium ingenio sumpserunt originem.*

b)More Neboch part. 3. c. 32. p. 432. Neque aliter Maimonides. b)*Est contra naturam hominis, id momento relinquere cui longo tempore assuetus est. Ideo Deus,quando misit Mosem,Doctor ut esset nobis,primò in Cognitione Dei, deinde in Cultu: atque cultus tunc erat universalis,ut variæ animalium species offerrentur in templis,in quibus collocabantur imagines; ut coram illis procumberetur,& adoleretur;& cultores quidam,ad eum cultum destinati,exercebantur in templis istis,Soli stellisque dicatis: Ideò (inquam)* Sapientia Dei mandare noluit, *ut omnes illi cultus derelinquerentur aut abolerentur. Id enim cor humanum non caperet; quod ad ea semper inclinat,quibus assuetum est. Deus itaque Cultus adhuc retinuit: sed eos à rebus creatis ad Suum Nomen transtulit,præcepitque nobis, ut illos exhiberemus Ipsi: ita præcepit,ut Ipsi Templa ædificaremus; ut Altare esset Suo Nomini consecratum; ut Sacrificia Ipsi offerrentur; ut incurvaremus nos,& suffitum faceremus coram Ipso: Sic separavit Sacerdotes,ad cultum Sanctuarii. In Divinâ autem hâc Sapientiâ consilium fuit,ut idololatriæ memoria deleretur,& maximum illud de Dei Existentiâ & Unitate fundamentum in Gente nostrâ confirmaretur: neque tamen obstupescerent hominum animi propter istorum cultuum abolitionem,quibus assueti fuerant.*

c)Ibid. c. 47. p. 490. Postea dicit, c)*Legem Divinam Mosi datam esse,ut minuat cultus & labores circa Sacra; & si quid videatur molestiam & defatigationem aliquam habere,id ex eo provenit,quod nos ritus & consuetudines in illis temporibus usitatas ignoramus.* Dein τῇ παιδοθυσίᾳ Gentium comparat *Combustionem pulli columbæ,aut pugilli similæ;* & apud Zabi-

Zabios Pollutionem multò plus tædii afferre docet, quàm apud Ebræos. Alibi profitetur a) *multarum Legum rationes & causas sibi innotuisse ex cognitione fidei, rituum, & cultûs Zabiorum.* Et paulò post, b) *Cognitio*, inquit, *disciplinæ in eorum libris contentæ rituumq; juxta ... eorum est magna porta* (multum facit) *ad reddendas Præceptorum causas.* Conjungit ibi *Casdæos Zabiosq;*, id est, Chaldæos, ... atque Ægyptios. Nam inter eorum libros, c) *Celeberrimus*, inquit, *est de Cultu* (sive, ut vetus versio, de *Agricultura*) *Ægyptiorum.* Cultus tam agrum respicit, quàm Sacra; & Ægyptiorum sacra ... culturam maximè spectabant. Dicit d) *gentem Zabiorum ... torum Orbem:* id est, Superstitiones Ægyptias longè lateq; fuisse propagatas. a) Ibid. c. 19. p. 424. b) Ib. p. 427. c) p. 425. d) p. 428.

Religio primæva, per Gentes diffusa, pro cujuslibet ingenio variegata est. Fœcunda fuit Ceremoniarum mater Ægyptus; quarum causas & origines investigare non conceditur: ex disquisitione verò Veterum Sacra non inter se dissimillima fuisse compertum est.

Ægyptii ob πολυθεΐαν plurima Victimarum genera, & pro locorum diversitate diversa Templa, diversos Ritus habuerunt. e) Ἡ ἐξαίρεσις τ ἱρῶν καὶ ἡ καῦσις ἄλλη περὶ ἄλλο ἱρόν σφι κατέστηκε. *Victimas exenterandi atque adolendi modus alius alia apud templa ab eis institutus est.* Moses autem, ad Dei Unici cultum, Unum adorationis locum, & certas Victimarum species præcepit. e) Herod. l. 2. c. 40.

De Victimis Maimonides: f) *Docuit nos Lex Divina, secundùm expositionem Onkelis, Ægyptios coluisse sidus vel signum Arietis* (Hammonem, Herodotus) *ac propterea non solùm prohibitum inter ipsos fuisse mactare Oves, sed & in summo contemptu & abominatione fuisse* g) *Pastores ovium. Hinc dicit Moses,* h) (*Ecce sacrificabimus abominationem Ægyptiorum.*) Sequitur; *Ut ergo memoria erronearum ... arum opinionum ex animis hominum deleretur, præcepit nobis, ut has ... s bestiarum species, Arietes, Hircos & Boves solùm in Sacrificiis nostris offeramus; sicut dicitur,* i) Ἀπὸ τῶν κτηνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν βοῶν, καὶ ἀπὸ τῶν προβάτων προσοίσετε τὰ δῶρα ὑμῶν. *Ita ut illud, quod ... pro summo peccato habebant, Deo offerri debeat, illoq; peccata ... stra expianda sunt. Sic enim curantur opiniones pravæ per extremum ipsorum contrarium.* Tacitus de Judæis: k) *Cæsus Aries velut in contumeliam Hammonis: Bos quoque immolatur, quem Ægyptii ... colunt.* l) Manetho Mosem *Osarsyphum* vocat, illumque in- f) More Neboch. part. 3. c. 46. g) Gen. 46. 34. h) Exod. 8. 26. i) Levit. 1. 3. k) Histor. l. 5. initio. l) Joseph. c. Ap. p. 1053 a.

innovationis insimulat. Ὁ δ', inquit, πρῶτον μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο, μήτε τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ζώων ἀπέχεσθαι μηδενός, *Ille primùm eis Legem posuit non abstinendi ab animalibus quæ maximè sacra sunt Ægyptiorum legibus* : καὶ πλεῖστα ἄλλα μάλιστα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθισμένοις ἐναντιούμενα, *& multa alia maximè Ægyptiorum consuetudinibus contraria* sancivit.

Etiamsi Memphitæ *Bovem*, Mendesii *Hircum*, Thebani *Arietem*, colerent; nihilominus tres istæ victimarum species (quæ ex Leviticæ Νομοθεσίας indulgentiâ Israelitis concessæ sunt) etiam ab Ægyptiis, diversis in locis, immolabantur. a) Θεοὺς γὰρ δὴ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντες ὁμοίως Αἰγύπτιοι σέβονται, *Non enim omnes Ægyptii eosdem deos similiter colunt.* b) *Qui Jovis Thebani templum incolunt, aut ex nomo sunt Thebano, ii omnes abstinentes ab ovibus Capras immolant : Qui verò Mendetis templum obtinent, aut ex nomo sunt Mendesio, ii à capris abstinentes Oves immolant.* c) Τοὺς μὲν νυν καθαροὺς ἔρσενας τῶν βοῶν καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι, *Ægyptii autem universi Boves mares eosdemque mundos ac Vitulos immolant.*

a) Herodot. 2. 42.
b) suprà p. 67.
c) Herodot. 2. 41.

Sacrificia Ebræorum vel *Ilastica* fuerunt, seu Propitiatoria, ad expianda peccata, aut purgandam immunditiem ; vel *Eucharistica*, quæ & *Pacifica* dicta sunt, ob acceptum accipiendumvé beneficium. Expiatoria & purgatoria illa sacrificia vel *Publica* fuerunt, statis temporibus pro salute populi celebrata, vel *Privata*, pro peccatis ex ignorantiâ, aut imbecillitate. Philo d) Sacrificium aliud refert πρὸς Θεοῦ τιμήν, *ad honorem Dei*, & hoc est *Holocaustum* ; aliud ad τῶν θυόντων ὠφέλειαν, *sacrificantium utilitatem* ; *quod & duplex*, ad μετουσίαν ἀγαθῶν *participanda bona*, & φυγὴν κακῶν *evadenda mala*. Hujusmodi erat *Caper Emissarius*.

d) De Victimis. p. 648.

Hircus Ἀποπομπαῖος.

Levit. 16. 4. v. 7. 8.

Aron tunicâ lineâ vestietur ; cùm fuerit lotus ; Duos Hircos stare faciet coram Domino in ostio Tabernaculi ; mittetque Aaron super utrumque sortes ; unam Domino ; alteram, Azazeli.

In die Expiationis, Summus Sacerdos (tanquam in mœrore) non omnia induit ornamenta sibi solita, sed qualia sacerdotes alii.

De

De vestibus lineis, & sacerdotum ablutionibus, mox ubi de eorum munditie.

Vox *Azazel* ipsis Judæis ignota est: unde alii *Montis*; alii ipsius *Capri*; alii *Cacodæmonis* nomen esse volunt: Kimchius vocem compositam esse dicit ex *ez*, quod caprum *capramve* significat, & *azal* quod est *abire*. Originationem istam probat a) Grotius; rejicit b) Bochartus, qui vocabulum *Arabicum* esse contendit. Cùm verò LXX ἀποπομπαῖον, quid obstat quin hariolemur esse *Ægyptiacum*? LXX (v. 8.) vertit τῷ ἀποπομπαίῳ, (v. 10.) εἰς τὴν ἀποπομπήν, (v. 26.) τὸν διεσταλμένον εἰς ἄφεσιν. Unde Symmachus ἀπερχόμενον, *abeuntem*; & Aquila ἀπολελυμένον, *dimissum*; & Hieronymus *emissarium* vertit. Josephus, sensu longè diverso, c) πέμπεται ἀποτροπιασμὸς καὶ παραίτησις τοῦ πλήθους παντὸς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἐσόμενος, *Amandatur, ut malorum depulsio, & satisfactio populi pro peccatis.* Suidas in Ἀποπομπαῖος, Θεοί τινες οὕτως ἐκαλοῦντο, καὶ ἀποπομπὴ ἀντὶ τοῦ ἀποτροπή, *Dii quidam vocantur* Ἀποπομπαῖοι, & ἀποπομπὴ *sumitur pro aversione* malorum. Quinam sint Dii isti, docet d) Pollux. Οἱ δὲ δαίμονες, οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀράς, ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι uno verbo, *Averrunci*. e) Ἀποπομπαὶ ἡμέραι τινὲς, ἐν αἷς θυσίαι ἐτελοῦντο τοῖς ἀποπομπαίοις Θεοῖς, *Apopompæ dies festi, in quibus sacrificatur Diis Averruncis.* Theologiam Græcam non scrutor, in quâ Dii isti satis obvii, sed hisce temporibus recentiores.

a) In locum.
b) De animal. S. l. 2. c. 56. p. 651.
c) L. 1. c. 10.
d) L. 5. c. 26.
e) Hesych. Ar.

Existimabant veteres, f) θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους· τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον Δαίμονα καλοῦσιν, *duos esse deos, quasi contramachinantes; hunc enim bonorum, illum malorum creatorem; Meliorem vocant Deum, alterum Dæmonem.* Quicquid *Zoroastres magus* & Persæ de *Oromaze deo Lucido, & Aresmanio Tenebricoso*; quicquid Chaldæi de g) *Planetis, diis Beneficis & Maleficis*; quicquid Græci de *bonâ forte Jovis Olympii, & malâ* Ἀποτροπαίου Ἅδου *Ditis Averrunci*; quicquid Philosophi de *Principiis contrariis*; quicquid ejusmodi commenti sunt alii; id quidem omne à vetustissimâ Ægyptiorum theologiâ ortum habuit.

f) Plutarch. de Iside, p. 369. d.
g) Ib. p. 370.

Tradunt illi Osirin Bonum esse Genium, Typhonem Malum. h) Ὁ μὲν γὰρ Ὄσιρις καὶ ἡ Ἶσις ἐκ δαιμόνων ἀγαθῶν εἰς Θεοὺς μετήλ-

h) Plut. ib. p. 361. e.

a) Ibid. τηλαξαν, *Etenim Osiris & Isis è Bonis geniis in Deos transierunt* : a) τὴν δὲ τοῦ Τυφῶνος ἠμαυρωμένην καὶ συντετριμμένην δύναμιν ἔτι δὲ καὶ ψυχορραγοῦσαν καὶ σφαδάζουσαν, ἔστιν αἷς παρηγοροῦσι θυσίαις καὶ πραΰνουσιν, *Typhonis verò labefactatam confractamque potestatem, imò quidem etiam animam ægrè agentem ac palpitantem nonnullis sacrificiis placant ac deleniunt.* b) Πάντα τε ζῶα, καὶ φυτά, τε πάντα τὰ φαῦλα καὶ βλαβερά, Τυφῶνος ἔργα καὶ μέρη καὶ κινήματα πεφυκότα, *Omnia animalia, & stirpes, & affectus malos & noxios pro Typhonis operibus & partibus & motibus habentes.* Typhoni c) λαμπρὸν οὐδὲν, οὐδὲ σωτήριον οὐδὲ τάξις, οὐδὲ γένεσις οὐδὲ κίνησις μέτρον ἔχουσα τε λόγον, ἀλλὰ τἀναντία προσήκει, *nihil splendidum, aut salutare, nullus ordo, nulla procreatio, aut motio quæ modum habet & rationem, sed contraria conveniunt.* Ὅσον δ' ἐστὶν ἄμετρον καὶ ἄτακτον ὑπερβολαῖς τε ἐνδείαις, *quicquid est immodicum & inordinatum in excessu vel defectu, id Typhoni imputatur.* d) *Neque tantùm siccitas, aut ventus, aut mare, aut tenebræ, sed quamcunque habet Natura partem noxiam & destructivam, Typhonis ea est.* e) *Nec desunt qui umbram terræ, in quam Lunam illapsam deficere existimant, Typhonem vocant.* Plura si velis, Plutarchum adeas. Τυφῶνος πολυπλοκώτερον θηρίον, *Typhone multiplicior bellua*; proverbialiter dixit Socrates, apud f) Platonem.

b) p. 371. d.

c) p. 371. d.

d) p. 369. a.

e) p. 368. f.

f) in Phædro.

g) Plutarch. ib. p. 362. f.

Porrò Ægyptii g) *Typhonem* ἐκταπεινοῦσι καὶ καθυβρίζουσιν ἔν τισιν ἑορταῖς, *in quibusdam festis deprimunt & contumeliis afficiunt*, τῶν μὲν ἀνθρώπων τοὺς πυῤῥοὺς καὶ προπηλακίζοντες, ὄνον δὲ τε κατακρημνίζοντες, ὡς Κοπτῖται διὰ τὸ πυῤῥὸν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα, τε ὀνώδη τὴν χρόαν, *Rufos homines probris insectantes, & asinum præcipitem dejicientes, ut* Coptitæ; *quia Typhon rufus erat, & asinini coloris.* *Busiritæ & Lycopolitæ à tubis omnino abstinent, quia ruditûs sonum referunt; planeque asinum* οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ δαιμονικὸν ἡγοῦνται ζῶον εἶναι, *pro immundo animali & dæmonico habent, ob similitudinem cum eo.* Propter id ipsum, h) *non nisi rufos boves mactant, & adeo accuratè explorant, ut si vel unum pilum habeat nigrum aut album,* ἄθυτον, *non mactandum judicent.* Θύσιμον γὰρ οὐ φίλον εἶναι θεοῖς, *Quod enim ad victimam aptum, non est Diis charum: sed contrà, ea quæ animas impiorum & injustorum hominum, εἰς ἕτερα μεταμορφουμένων σώματα in alia corpora transeuntes, exceperunt.* Διὸ τῇ μὲν κεφαλῇ τοῦ ἱερείου καταρασάμενοι καὶ ἀποκόψαντες, εἰς τὸν ποταμὸν ἐῤῥίπτουν πάλαι,

h) Ib. p. 363. b.

[illegible] ῶ ἢ τοῖς ξένοις ἀποδίδονται, *Itaque in caput victimæ execrati, am-
p[illegible]m abjiciebant in flumen antiquitùs, nunc dant peregrinis.*

Judæorum nonnulli *Azazelem* inter malos dæmones nume-
[illegible] in die propitiationum hircum emissarium a) *munus Satanæ* a)Buxtorf.
[illegible] æstimant. Et b) Julianus Imp. Molem ὑπὲρ ἀποτροπαί- Syna.c.21.
[illegible] A[illegible] *nis* scripsisse asserit. Alii putârunt ex duobus hircis c) b)Cyril. in
[illegible] *sacrificium Deo, alterum autem* ἀποπομπαίῳ τινὶ καὶ πο- Julian. l.9.
[illegible] δαίμονι πεμφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον, *ad averrun-* c)Ib. part. 2.
[illegible] *& malum atque impurum Dæmonem amandatum esse in* p.121 com.5.
[illegible] καὶ τοῦτο διὰ χειρὸς ἱερέως, καὶ ἐκ νομικοῦ θεσπίσματος,
[illegible] *manum sacerdotis, & ex decreto Legis.* Verùm errorem
[illegible] redarguerunt Cyrillus, Theodoretus, alii.

Ver. 20. *Et adducet hircum vivum (21.) & imponet Aaron*
[illegible] *suas manus super caput ejus; & confitebitur super illud omnes*
[illegible] *quitates filiorum Israel; & omnes prævaricationes eorum, in omnibus*
[illegible] *m peccatis; & dabit eas super caput hirci: & emittet eum, per ho-*
[illegible] *em paratum, in Desertum. (22) Et portabit hircus super se omnes*
[illegible] *quitates eorum in terram sejunctionis* (εἰς γῆν ἄβατον) *& dimis-*
[illegible] *erit in deserto.*

Q[illegible]idam tradunt hircum emissarium de summâ rupe præci-
pitatum fuisse; *sicut a Coptitis asinum.* Isti sententiæ favet d) H. d) In locum.
[illegible]rotius; cùm tamen Lex ἀφέσιν *dimissionem* jubeat. Similis lex est
[illegible]e purificatione leprosi: e) *duarum avium mundarum*, unâ cæsâ, al- e)Lev.14.4.
[illegible]era emissa evadit libera. Impositio manuum manumissionem in-
n[illegible]t concessamque libertatem: peccata cum hirco longe amandan-
[illegible]r, ut in conspectum Dei n[illegible]n redeant.

Ἀφέσιμος & ἀνέσιμος de animalibus dicitur deo cuipiam per di- f) L.7.c.7.
[illegible]ssionem consecratis. f) Athenæ[illegible]s ἱερὸν ἰχθὺν τὸν ἀνετικῶς καὶ p.282.b.
[illegible]ν βοῦν τὸν ἄνετον, *sacrum piscem, ut & sacrum bovem, dimissione con-*
[illegible]ratum refert. g) Διὸς βοῦς, ὁ τῷ Διὶ ἄνετος βοῦς· ἔστι δὲ ἑορτὴ g) Hesychius.
[illegible]σίων, *Bos Jovis, Bos dimissione Jovi sacratus, est Milesiorum fe-*
[illegible]. Epimenides, h) *Athenas à peste liberaturus, oves nigras albas-* h) Diog. La-
[illegible] adduxit in Areopagum; & inde, quocunque vellent, discedere permi- ert. in vitâ
[illegible]. i) *In atrio* templi Hieropolitani, ἄφετοι νέμονται, *liberi pascun-* ejus.
[illegible]r boves magni, & equi, & aquilæ, & ursi, & leones: neque homines i) Lucian. Sy-
[illegible], sed sunt omnes & sacri, & mansueti: sacerdotes autem multi ri. Dea. p.907.
[illegible] *admittuntur.* Ultra Euphratem, k) *Bores Dianæ Persicæ* k) Plutarch. in
(quam Lucullo. p.
507.e.

(quam incolæ maximè colunt) sacratæ pascuntur: his ad victimam solùm utuntur; de cætero per regionem vagantur ἄφετοι *liberæ;* χαρὰγματα φέρουσαι τοῦ θεοῦ, λαμπάδα, *facem ferentes, insignia Deæ.* Libertas aliquibus quasi præmium data. Valentinianus Imp. a)

a) Am. Marcel. l. 29. *Innocentiam ursam, ut bene meritam, in sylvas abire permisit innoxiam.* Quædam ἄφετα sub custodiâ. b). Synesius dixit seipsum

b) Epist. 57. p. 194. c. vixisse in mundo, ὥσπερ ἐν ἱερῷ περιβόλῳ ζῶον ἄφετον, ἀνειμένον, *tanquam in sacro septo solutum animal, liberè degens.* c) Philostra-

c) Vit. Apollonii, l. 2. c. 6. tus Elephanti μακροβιωτάτου meminit, quem Indi μυρίζειν τε καὶ ταινιοῦν, *inungere & corollis ornare* solebant.

d) De die Propit. c. 3. §. 4. Refert d) Maimonides *Sacerdotem in capite hirci emissarii ligâsse linguam coccineam*, id est frustum panni cocco tincti, in formam linguæ, *& sic eum direxisse versùs locum in quem dimittendus erat.*

Tam in Pacificis, quàm Expiatoriis Sacrificiis adhibebatur

e) Exod. 29. 10. 15. 19. Lev. 1. 4. 3. 2. 4. 33. 8. 14. 18. 16. 21. χειροθεσία, ritus e) *imponendi manus super caput* victimæ. Peccator scilicet precabatur, ut quicquid pœnarum immineret, converteretur in victimam. Per Ægyptum universam similis erat *sacrificandi ritus.* f) *Pecudem obsignatam ducentes ad aram ubi immolatur,*

f) Herod. 2. 39. *ignem accendunt; dein vinum supra hostiam libantes, & deum invocantes, eam mactant: mactatæ caput amputant, & reliquum corpus excoriant:* κεφαλῇ δὲ ἐκείνου πολλὰ καταρησάμενοι, *Capiti autem illius multa imprecati, asportant in forum, si sint Græci quibus vendant* (similis est

g) suprà, p. 186 Lex, g) de *morticino*) *sin minùs, in flumen abjiciunt. Capita autem execrantur hâc formulâ.* Εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ, κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι, *SI QUID MALI AUT IPSIS IMMOLANTIBUS AUT TOTI ÆGYPTO FUTURUM SIT, ID IN HOC CAPUT CONVERTATUR. Et circa capita pecudum immolandarum, & libamen vini, omnes Ægyptii, in omnibus pariter templis, eodem ritu utuntur: & ex eo ritu fit, ut nemo Ægyptiorum gustet de ullius animantis capite.*

Ver. 23. *Et revertetur Aaron in tabernaculum* (24.) *& lavabit carnem suam in loco sancto.* (26) *& qui dimiserit caprum emissa-*

h) Lev. 16. 26. Num. 19. 7. *rium lavabit vestimenta & corpus aquâ & sic ingredietur in castra.*

Victimæ enim ἀποτρόπαιοι credebantur illos polluere qui eas

i) Porphyr. Abstin. l. 2. §. 44. attigissent. h) *Quicunque ea combusserit, lavabit vestimenta sua;* &c. i) Πάντες γὰρ ἐν τούτῳ ὡμολόγησαν οἱ θεολόγοι, ὡς οὔτε ἰάπτεον

ἐν

ἐν ταῖς Ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων καθαρσίοις τε χρήσιον. *De hoc convenit inter omnes theologos, in Sacrificiis Averruncis nihil esse degustandum; sed & lustrationem adhibendam.* Ajunt enim neminī licere in urbem aut suam domum ire, nisi vestibus & corpore priùs flumine aut fonte mundatis. Hujusmodi victima, inquit Maimonides, a) *contaminat tangentem, propter multitudinem iniquitatum quas portat.*

a) More Neboch. part. 3. c. 47. fine. §. I.

In cultu divino, Ebræi Luctum, Precationes, Jejunia, & similes κακωχίας ritus ad peccatorum expiationem adhibuerunt. b) *Affligetis animas vestras, nullumque opus facietis in die Expiationis.* Eo die c) Διατηρῶσιν ἕως ἑσπέρας. *Jejunant usque ad vesperam.* Alibi: Israelitæ d) *sedentes flebant coram Domino, jejunaveruntque die illo usque ad vesperam.* Neque aliter Ægyptii, e) Ἐπὴν προνηστεύσωσι τῇ Ἴσιδι, ἐπὴν κατεύξωνται, θύουσι τὴν βοῦν, *Postquam pridie festi jejunarunt Isidi, & postquam precati sunt, bovem immolant.* Fœminæ itidem f) Cyrenææ, νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι, *Jejunia Isidi & dies festos agunt.*

b) Levit. 16. 29
c) Joseph. Antiq. 3. 10. p. 91. d.
d) Judic. 20. 26
e) Herod. 2. 40
f) Herod. 4. 186.

In Sacrificiis *Expiatoriis* (non *Holocaustis*) victimæ pars cedebat Sacerdotibus, qui epulabantur soli: in *Pacificis* pars cremabatur, pars à Sacerdotibus, pars ab Offerentibus retinebatur, ut cum amicis læti convivia agitarent. g) *Comedetis in conspectu Domini, ac lætabimini,* &c. i) *Epulaberis coram Domino,* & h) *Epulaberis in tripudio tuo, tu & filius tuus,* &c. Hujusmodi conviviorum appendices erant ludi sacri. k) *Cras est,* inquit Aaron, *solennitas Domino. Surgentesque manè obtulerunt holocausta & hostias pacificas: & sedit populus, ut manducaret & biberet; & surrexit, ut luderet.* Moses l) *Vocem cantantium audivit, & vidit choros.* LXX, Φωνὴν ἐξαρχόντων οἴνου ἐγὼ ἀκούω, *Vocem audio præcinentium Vinum.* Vox οἴνου malè irrepsit: quia m) *Quadraginta annis in deserto Vinum & siceram non biberunt.* Festivitas ista, ritu Ægyptio, celebrata est in cultum *Vituli Aurei,* n) sive Apidis. Nam Ægyptii in honorem Apidis o) πανθυσίαν agere solebant. Sed & ad Veri Dei cultum ludos sacros adhibuerunt Ebræi: Rex ipse David post peracta sacrificia, coram Arcâ, p) *saltabat & ludebat.* Apud Græcos etiam τὸ μεθύειν *inebriari* dicitur, quia μετὰ τὸ θύειν: *post sacrificia* vino liberiùs indulgebant. *Epicharmus,* apud q) Athenæum, ἐκ θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο, *E sacrificio epulum, ex epulo compotatio fuit.*

g) Dan. 12. 7.
h) 16. 11.
i) Vers. 14.
k) Exod. 32. 6.
l) Vers. 18.
m) Deut. 29. 6.
n) suprà, p. 63.
o) Suidas in Ἄπις.
p) I. Chron. 15. 29.
q) Deipnos. l. 2. c. 2.

a) Malach. 1. 7.12.
b) Exod. 29.40
c) Num. 15.4.5
d) Levit. 2.13.

Sanè ipsum Sacrificium quasi Convivium fuit: *Altare*, cui imis ponebatur victimæ caro, a) Malachiæ vocatur *Mensa Domini*: *Pan* (non προθέσεως, qui in sacerdotis usus cedebat, sed μαναὰ) cum b) jugi sacrificio bis quotidie offerebatur: c) *simila cum oleo, & Vinum* in omni fuerunt sacrificio; & d) *Sal ad condimentum*. Non autem *fermentum* neque *Mel adolebatur in sacrificio* Ebræorum: In

e) supra, p. 193
f) In Prometh. p. 117.

Ægyptiorum, *panis puri & Mellis*, ex Herodoto, e) meminimus. f) Lucianus, ex personâ Promethei, huc alludit: Deos, ait, μάλιςα χαίροντας τῷ καπνῷ, καὶ τὴν εὐωχίαν ταύτην ἡδίςην οιομένους, Sacrificiorum *fumo valde lætari, & Epulum jucundissimum existimare, quando*

g) Homer. Iliad. α.

g) Κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.
Nidor ad cœlum pervenit circumvolutus fumo.

h) De Sacrif. p. 355.
i) Levit. 1. 17. Num. 28. 2.

Alibi h) illos *epulantes* exhibet, ἐπικεχηνότας τῷ καπνῷ, καὶ τὸ αἷμα πίνοντας τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον, ὥσπερ αἱ μυῖαι, *fumo inhiantes, & sanguinem aris affusum, muscarum instar, ebibentes*. In sacris literis non semel vocatur i) *Holocaustum, oblatio suavissimi odoris Domino*.

§. II.
k) Strab. l. 17. p. 805. c.

Ægyptiorum k) *Templorum structura talis est. In Fani ingressu Pavimentum est latitudine jugeri, aut paulò minus, longitudine triplâ, aut quadruplâ: unde Callimacho* Δρόμος *Cursus dicitur. Postea magnum* πρόπυλον *Vestibulum, & ubi processeris aliud vestibulum, rursumq; aliud.* Μετὰ δὲ τὰ προπύλαια, ὁ Νεὼς πρόναον ἔχων μέγαν καὶ ἀξιόλογον, τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον· ξόανον δ' οὐδὲν, ἢ οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τινός. *Post vestibula Templum habet Atrium magnum & eximium. Delubrum vero mediocre. Simulacrum aut nullum, aut non ad hominis, sed alicujus bestiæ formam effictum.* Templi itaque Ægyptii quatuor sunt partes, Λιθόστρωτον, Προπύλαιον, Πρόναον & ὁ Ναός.

l) Exod. 25. 8.
m) 26. 1.
n) 27. 18.
o) Joseph. Antiq. 3. c. 4.
p) Exod. 26. 33
q) Ezec. 41. 3.

Moses l) *Sanctuarium* Deo confici jussit. Eo nomine continetur m) *Tabernaculum* & *Atrium*, cum *Arcâ* & suppellectile sacrâ. n) *Atrium in longitudine occupabat cubitos centū, in latitudine quinquaginta.* Tabernaculū (σκηνὴ) quòd Israelitæ essent in itinere, Templū erat portatile, o) ὅπως καὶ μεταβαίνοντες ἀλλαχοῦ ταύτην ἐπιφερώμεθα, *quod etiam migrantes secum circumferre possent.* Intra Tabernaculum, p) *Velo dividebantur Sanctum & Sanctum Sanctorum.* In Templi etiam descriptione, apud q) Ezechielem, legi-

legitur *Pavimentum stratum lapide* (id est, Λιθόστρωτον) *Atrii Exterioris*.

Sacrificia in Atrio peracta sunt : intra Tabernaculum fuit *Altare Suffitûs* & *Candelabrum*. a) Θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ, *Suffimentum juge fuit*, ad discutiendum nidorem ex victimis necessarium. Ejus confectio curiosa. b) Λάβε ἡδύσματα, σακτὴν, ὄνυχα, χαλβάνην ἡδυσμοῦ, καὶ λίβανον διαφανῆ, *Recipe aromata*, *stacten*, & *onycha* (myrrham forsan, & bdellium) *galbanum boni odoris*, & *thus lucidissimum : æqualis ponderis erunt omnia. Facies*que *suffimentum compositum opere unguentarii*, *mixtum diligenter*, & *purum*, & *sanctificatione dignum. In tenuissimum pulverem contundes*, & *pones ex eo coram Tabernaculo testimonii. Talem compositionem non facietis in usus vestros*, sub pœnâ c) Excisionis. a) Exod. 30.8. b) Vers. 34. c) Vers. 38.

Sacerdotes Ægyptii, ad purgandum aerem, d) ἡμέρας ἑκάστης τριχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ Ἡλίῳ, *quotidie ter Soli adolent ; Resinam sub ortum*, *Myrrham meridie*, Κῦφι *circa occasum*. e) Τοῦτο Μάνεθως ὁ Αἰγύπτιος κατασκευάζειν, *Hujus compositionem descripsit Manetho Ægyptius*. Ex illo, vel ex Dioscoride, Plutarchus : f) Κῦφι *mixtura est XVI rerum in unum compositarum*, *Mellis*, *vini*, *uvæ passæ*, *cyperi*, *resinæ*, *myrrhæ*, *aspalathi*, *seselis*, *junci odorati*, *bituminis*, *folii ficulni*, *rumicis*, *juniperi utriusque*, *cardamomi*, & *calami. Ista non temere componuntur ; sed seplasiariis*, *dum miscent*, *sacra literæ recitantur. Numerus* τετράγωνος ὑπὸ τετραγώνῳ *quadratus à quadrato*. In Mosaicâ compositione quaternio. g) Philo *stacten* ad Aquam, *onycha* ad Terram, *galbanum* ad Aerem, *thus* ad Ignem refert. *Trochisci Kypheos Democratis* hodie (paucis mutatis) habentur in pharmacopæis. d) Plut. de Iside, p. 372. c. e) Suid. in Κῦφι. f) De Iside, p. 383. c. g) De Herede Divin. p. 397. a

Candelabri usus ad illustrandum Tabernaculum necessarius videtur. Neque enim de fenestris legimus. h) Josephus inter ea quæ Gentes ab Ebræis didicerunt recenset Λύχνων ἀνακαύσεις, *Lumina accensa*. Apud Judæos mos erat vetustus quemlibet patremfamiliâs Sabbati vesperâ Lucernas insequenti nocti accendere. i) *Quin tametsi* (ob paupertatem) *deesset quod comederet*, *ostiatim mendicandum erat*, *ut oleum sibi ad hanc rem compararet. Quoniam pars hæc erat lautitiæ Sabbaticæ*. Ritum hunc hodiernis Judæis usitatum esse docet k) Leo Modena. *Encania*, à Judâ Maccabæo h) Con. Apiô. p. 1081. i) Mishna tit. Sabbath, c. 2. k) Rit. Hebr. par. 3. c. 1. § 13.

 demum

a) Antiq. l. 11. c. 11. p. 416. 2. demum instituta, ætate a) Josephi φῶτα quidem vocabantur, sed non à lucernarum copiâ.

b) Strom. I. p. 306. c. c) suprà, p. 133 d) suprà, p. 62. Clemens autem Alexandrinus, b) Αἰγύπτιοι, inquit, λύχνους καίειν πρῶτοι κατέδειξαν, *Lucernas accendere primi docuerunt Ægyptii.* Nos Lucernarum c) meminimus, in urbe Saï, in festo Minervæ: & d) *Mycerini Regis*, qui filiam *in Bovis auratæ utero sepelivit, ut ei* (sicut Osiridi) *Odores quotidie adolerentur, & Lucerna noctu incenderetur.* Seneca utriusque gentis ritûs meminisse videtur. e) Epist. 96. e) *Accendere*, inquit, *Lucernas Sabbatis prohibeamus; quoniam nec lumine Dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Atque alibi, f) De vitâ beata, c. 27. f) *Linteatus* (ait) *senex, medio lucernam die præferens, conclamat iratum aliquem Deorum.*

§. III. Multa jubet Lex, multa vetat; quorum causas non tradidit Moses. Hæret in his ingenium humanum; nisi ad Consuetudines pristinas concedatur refugium. Magistri dicunt ne Solomoni quidem patuisse, cur *Vacca* (cujus cineri miscebatur aqua lustralis) g) Num. 19. 2. g) *Rufa* potiùs esse debuerit, quàm alterius coloris. An igitur dicamus, ex incertâ Dei voluntate? an potiùs ex ejus permissione ortum habuisse? h) Plutarch. de Iside, p. 363. 2. h) Αἰγύπτιοι δὲ πυρρόχρουν γεγονέναι τ. Τυφῶνα νομίζοντες, ἐ τῶν βοῶν τὰς πυρρὰς καθιερεύουσιν, οὕτως ἀκριβῆ ποιούμενοι τὴν παρατήρησιν, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκὴν, ἄθυτον ἡγεῖσθαι, *Ægyptii autem, quia Typhonem colore rufo fuisse censent, Boûm quoque non nisi Rufos immolant, & explorationem adeo accuratam adhibent, ut si vel unum pilum nigrum aut album habeat, non immolandum judicent.*

i) Levit. 14. 4. k) More Neboch. par. 3. c. 47. fine. l) Num. 19. 6. m) Exod. 12. 22 n) Porphyr. De Abstin. l. 4. §. 6. ex Chæremone. Cur purificatio Lepræ facta fuerit i) *Ligno Cedrino, Hyssopo, Cocco vermiculi, & duobus Passeribus? Mihi* (inquit k) Maimonides) *nondum ullius ex istis vera ratio constat: quemadmodum nec Ligni Cedrini, Hyssopi, & Cocci Vermiculi in* l) *Vaccâ Rufâ: Fasciculi etiam* m) *Hyssopi, quo aspergebant Sanguinem Paschatis, nullam invenio rationem cui inniti possim.* Ægyptii autem vim Mundatricem Hyssopo attribuebant: unde Sacerdotes n) *panem* non nisi σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες ἤσθιον, *cum hyssopo concisum comedebant:* Τὸ πολὺ γὰρ αὐτὸ τ. δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τ. ὕσσωπον. *Hyssopum enim nimiam panis virtutem purgare ajebant.*

Quænam ratio nobis apparet quòd *Septem agni* offerri debeant,

ant, non plures, neque pauciores? Verùm enim verò a) *Eum numerum Religioni aptissimum* prodiderunt Ægyptii. Inde Virgilius; a) supra, p. 195

> b) *Nunc grege de intacto Septem mactare juvencos* b) Æneid.
> *Præstiterit, Totidem lectas de more bidentes.* l. 6. v. 38.

Sed nec minùs anceps est causa, ob quam Animalia quædam in censu c) Impurorum enumerantur, tam Sacrificii ratione, quàm edulii; quorum non esu tantùm, sed & tactu polluerentur homines. Cur immundæ sunt quadrupedes quarum ungulæ non sunt fissæ? Cur lepores, cuniculi, sues Ebræis illiciti, qui apud gentes alias inter cibos legitimos habentur? Discrimen hoc alii à bestiarum naturâ, alii à Numinis voluntate arcessunt. Quidni ex priscis atque oblitteratis hominum institutis derivari existimemus? Non enim hæc mundorum immundorumque animalium distinctio jam primùm Lege Mosaicâ constituta est, cùm olim d) Noacho non fuerit incognita: neque par est ut illum discrimen futurum prospexisse putemus. c) Levit. 11. Deut. 14. d) Gen. 7. 2.

Super Judaico Suis odio plurima conjectavit Plutarchus in e) Symposiacis: neque illud ibi in mentem venit, quod f) alibi de *Sacerdotibus Ægyptiis* refert. Τὴν ὗν ἀνίερον ζῶον ἡγοῦνται· ὡς μάλιστα γὰρ ὀχεύεσθαι δοκεῖ τῆς σελήνης φθινούσης, *Suem animal impurum esse æstimant: plerumque enim coire videtur cùm Luna decrescit.* g) Ἡ ὗς δὲ τῶν ἰδίων τέκνων ὑπὸ τῆς λαιμαργίας ἀφειδῶς ἔχει· καὶ μέντοι καὶ ἀνθρώπου σώματι ἐντυχοῦσα οὐκ ἀπέχεται, ἀλλ᾽ ἐσθίει. Ταύτη τοι δὲ ἐμίσησαν Αἰγύπτιοι τὸ ζῶον ὡς μιαρὸν δὲ πάμβορον, *Sus præ voracitate ne propriis fœtibus parcit; & cùm in humanum corpus incidit, non abstinet, sed illud mandit. Proinde Ægyptii hoc animal oderunt, ut pollutum & omnivorum.* h) Herodotus, ante alios; Ὗν Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι, *Ægyptii Suem immundam bestiam esse arbitrantur; quam si quis vel transeundo contigerit, abit immersum se flumini cum ipsis vestimentis. Eoq; Subulci soli indigenarum Ægyptiorum in templum nullum ingrediuntur. Nemo filiam eis nuptum dat, aut eorum filiam ducit: sed subulci inter se filias dant accipiuntque. Plenilunio tamen Lunæ & Libero sues immolant; extremam caudam, lienem, & omentum adipe alvi operiunt ac igni adolent: reliquâ carne Plenilunii die vescuntur; alio die non gustant.* i) *Galatæ Pessinuntii* etiam ὑῶν οὐχ ἁπτόμενοι, *sues non attingunt: quia Attes, ut ajunt, ab*

e) L. 4. qu. 5. f) De Iside, p. 353. f. g) Ælian. hist. l. 10. c. 16. h) Herod. l. 2. c. 47. i) Pausan. Achaic. p. 340.

Dd 3 apro

a)Orat.V. p.332. *apro interemptus.* Aliam abstinentiæ istius rationem reddit *Julianus Aug.*(in oratione a) ibidem habitâ) quum Pessinuntia Matris Deûm sacra restituisset.

b)Herod. 2. 38. c) (Ib.c.153.) Ut ritè offerretur animal, non modò *Mundum* esse debuit; sed etiam *Immaculatum.* Ægyptii b) *boves mares Epaphi esse censent* (c) *Apis autem est Græcâ linguâ Epaphus*) *ideoq; bovem explorant : ac si pilum in eo nigrum vel unum viderint, nequaquam mundum censent. Exquirit autem sacerdos ad id constitutus, pecude cùm stante, tùm resupinatâ; linguâ etiam exertâ : inspicit & caudæ pilos : si sit omnimodo mundus, notat eum byblo cornibus alligato; dein terrâ sigillari applicatâ, annulum imprimit : & sic abducitur victima. Qui non signatum immolat, morte punitur.* Ægyptios *boves, non nisi Rufos,* immolare d)Suprà, p.206. d) diximus. Οἱ Σφραγιςαὶ, *Sigillatores* dicebantur sacerdotes isti. Servius, ad illud Virgilii —— *lectas de more bidentes. De more, inquit, scilicet antiquo; omnibus noto : id est, ne habeant caudam aculeatam; ne linguam fissam; ne aurem nigram.* De hâc re, Chæremon, e)Chæremon. ibid. apud Porphyrium, Ægyptii, inquit, e) καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐποιοῦντο παραίτησιν, *alia etiam* (præter immunda animalia) *non sine eorum criminatione, recusant;* οἷον τῶν βοῶν τὰς θηλείας παρῃτοῦντο· τῶν δὲ ἀῤῥένων ὅσα δίδυμα, ἢ κατάστιλα, ἢ ἑτερόχροα, ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ, ἢ δεδαμασμένα, (ὡς ἤδη καθωσιωμένα τοῖς πόνοις) ἢ ἑτερόφθαλμα, ἢ πρὸς ἀνθρωπείαν ἐμφέρειαν νεύοντα, *Boves scilicet fœminas; & marium quotquot Gemelli, aut Maculosi, aut coloris diversi, aut deformes, aut domiti (utpote jam laboribus consecrati) aut oculo privati, aut Hominum (vel Deorum suorum) similitudinem ferentes.* Μυρίαι δὲ ἄλλαι παρατηρήσεις ἐν τῇ περὶ αὐτὸ τέχνης τῶν καλουμένων Μοσχοσφραγιστῶν, ἄχρι συντάξεων προάγουσα βιβλιακῶν, *Infinita sunt hujusmodi observationes; & libri conscripti sunt de illorum arte qui Victimarum Sigillatores vocantur.* Ista Animalium vitia non sunt Ebraicis adeo dissimilia.

f) Deut. 17.1. Βδέλυγμά ἐστιν, *abominatio est* f) *Bos & ovis in quo est macula aut quidpiam vitii.* Ὁλόκληρον *corpore integrum* oportet esse, & g) Philo de Victimis, initio. ἄμωμον *vitio carens.* g) Τοσαύτη γοῦν ἐστι πρόνοια, &c. *Tanta igitur est cautela & offerentium victimas & sacrificorum, ut sacerdotum peritissimi ab extremis pedibus scrutentur tam partes omnes conspicuas quàm quæ ventre feminibusq; celantur, ne vel minima labecula lateat.*

lateat. Quod in aperto non est, sed in intestinis, & intuenti non discernitur, pro vitio non habetur.

Lex est a) *Qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens tam de bobus quàm de ovibus, Immaculatum offeret, ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. Si caecum fuerit, si fractum, si linguâ fissum* (τυφλὸν, ἢ συντετριμμένον, ἢ γλωσσότμητον) *si papulas, aut scabiem, aut impetiginem;* (ἢ μυρμηκιῶντα ἢ ψωραγριῶντα, ἢ λειχῆνας ἔχοντα) *non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini. Bovem & ovem aure & caudâ amputatis* (ὠτότμητον καὶ κολοβόκερκον) *voluntariè offerre potes; Votum autem ex eis solvi non potest. Omne animal quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisq; testiculis est* (θλαδίαν, καὶ ἐκτεθλιμμένον, καὶ ἐκτομίαν, καὶ ἀπεσπασμένον) *non offeretis Domino. Et in terrâ vestrâ hoc omnino ne faciatis.* Ejusmodi Vitia aliquot corporalia pauld b) antea recensentur, quae Hominem à Sacerdotii functione arcent. Verùm Magistri ajunt, recensiones illas non omnia vitia explicare, sed esse tantùm vitiorum exempla: Et quidem quinquaginta faciunt quae tam Sacerdotes quàm Victimas vitiabant; praeter alia quàm plurima quae vel hominem tantùm, vel animalia tantùm spectabant. Caetera, quae in Misnâ habentur & in Gemarâ Babyloniâ, recitare longum esset.

a) Levit. 22. 21. 22. 23. 24.
b) Lev. 21. 22.

Sacerdotes.

SAcerdotes Ægyptii (c) θεοσεβέες περισσῶς ἐόντες μάλιστα πάντων ἀνθρώπων, *omnium mortalium longè superstitiosissimi*) rem religiosissimam existimârunt Munditiem. Hinc 1 Circumcisio, 2 Tonsura, 3 Lavatio quotidiana; hinc 4 Vestitus 5 Victusque singulares; hinc 6 Purificationes, id genus alia.

c) Herod. l. 2. c. 37.

§. I.

De utriusque Gentis *Circumcisione* d) disseruimus: Ægyptii e) τὰ αἰδοῖα περιτάμνονται καθαρειότητος εἵνεκεν, προτιμῶντες καθαροὶ εἶναι ἢ εὐπρεπέστεροι, *Virilia circumcidunt Munditiei causâ, pluris facientes se mundos esse quàm decoros.* Philo Judaeus, inter alias Circumcisionis Judaicae causas, hanc exhibet; f) τὴν δὲ ὅλου τοῦ σώματος καθαρότητα πρὸς τὸ ἁρμόττον τάξει ἱερωμένῃ· παρ' ὃ καὶ ξυρῶνται τὰ σώματα προσυπερβάλλοντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ τῶν ἱερέων· ἀποσυλλέγεται γὰρ καὶ ἀποστέλλει καὶ θριξὶ καὶ πιλίαις ἔνια τῶν ὀφθλόν-

d) supra p. 73.
e) Herodot. ib.
f) De Circumcis. p. 625. c.

των καθαρεύῃ, *Ut totum corpus sit purum; & sacerdotalibus officiis congruens. Quam ob causam, Sacerdotes Ægyptii etiam radunt corpora; ne quid sordis hæreat sub pilis, vel sub præputiis, quod munditiei officiat.* Lavandi, circumcidendi, radendi eadem est causa; ne sordibus polluantur. Chæremon, apud a) Porphyrium, Εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον λουτρῷ τὸ σῶμα, *Si fortè in somnis* (eruptione seminis) *pollurerentur, statim se lavacro purgant.* Cui planè geminum illud Mosis, b) *Vir de quo egreditur semen coitûs lavabit aquâ omne corpus suum, & immundus erit usque ad vesperam.* Toto illo capite de Seminis immunditie agitur. Alibi, c) *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, ad vesperam lavetur aquâ.*

a) De Abstin. l. 4. § 7.
b) Lev. 15. 16.
c) Deut. 23. 10.

Ex singulari quâdam Circumcisionis Sanctitate inolevit opinio Incircumcisos fuisse immundos; adeoque non tantùm à Conjugio, aut Concubitu, sed etiam ab omnimodâ consuetudine cum exteris abstinendum esse. De Judæis d) modò diximus. At verò, etiam Josephi Patriarchæ temporibus, οὐκ ἐδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι συνεσθίειν μετὰ τῶν Ἑβραίων ἄρτους. e) Βδέλυγμα γάρ ἐστι τοῖς Αἰγυπτίοις, *Ægyptiis illicitum fuit comedere cum Ebræis, & profanum putant hujusmodi convivium.* De iisdem f) Herodotus: οὔτ' ἀνὴρ Αἰγύπτιος οὔτε γυνὴ ἄνδρα Ἕλληνα φιλήσειε ἂν τῷ στόματι· οὐδὲ μαχαίρῃ ἀνδρὸς Ἕλληνος χρήσεται, οὐδὲ ὀβελοῖσι, οὐδὲ λέβητι, οὐδὲ κρέως καθαροῦ βοὸς διατετμημένου Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται, *Nemo Ægyptius Ægyptiave viri Græci aut os suaviatur, aut cultro, aut veru, aut ollâ illius utitur; aut purâ bovis carne cultro Græco incisâ vescitur.* Pythagoras g) *ut cum Ægyptiorum Prophetis congredi posset, per eos circumcisus fuit.* h) Ἁγνεύσαντας γὰρ ἔδει προσιέναι, καὶ πολλῶν ἀποσχομένους. Καὶ τοῦτο ὥσπερ κοινὸς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν θεσμός ἐστιν, *Qui enim illos accedebant, sese priùs purgare, & à multis abstinere oportuit. Mos iste apud omnes Ægypti sacerdotes receptus est.* i) Τῶν ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνεβίουν, *Nemini cultûs extranei convivebant.* k) Οἵ γε ἐν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα, *Quinetiam ex Ægypto navigare pro re impiissimâ habuerunt, caventes sibi à luxu & moribus Exterorum.* Nimirum ista περὶ τὸν βίον ἰδιότης, *propria vivendi ratio*, & à negotiationibus Exteris abstinentia, quam Judæis attribuit l) Josephus, etiam apud Ægyptios

d) p. 153.
e) Gen. 43. 32.
f) L. 2. c. 41.
g) Clem. Strom. I. p. 302. c.
h) Chærem. loc. cit.
i) Ib. §. 6.
k) Ib. §. 8.
l) suprà, p. 152.

os in more fuit. Sanè Ægyptus a) *Terra suis contenta bonis, non indigâ Mercis.* a)Lucan.l.8.

§.II.

b) *Sacerdotes Deorum alibi sunt comati; in Ægypto derasi. Apud alios homines more receptum est ut in Luctu capita tondeantur ab iis quos potissimùm is attingit; at Ægyptii in morte suorum sinunt capitis barbaque pilos crescere, quùm alioqui rasi fuerint.* c) Οἱ ἱρέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρης, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς, *Sacerdotes tertio quoque die totum corpus eradunt, ne pediculus aut alia sordes Deos colentibus creetur.* Anubis (apud Juvenal.) b)Herod. 2.36 c) Ibid.37.

--- d) *Grege linigero circumdatur, & grege calvo :* d) Satyr. 6. v. 534.

& Martiali Isidis sacerdotes vocãtur --e) *Linigeri calvi sistrataq; turba.* e)L. 12. Epigram. 29.

Lex Mosaica jussit, ut ad initiamentum f) *Levitæ radant omnes pilos carnis suæ; cumq; laverint vestimenta, mundi sint :* Ut ad purgationem, g) *Leprosus radat omnes pilos corporis, & lavetur aquâ :* Ut expleto voti tempore, h) *Nazaræus radatur ante ostium Tabernaculi, & cæsaries comburatur :* Ut Sacerdotes i) *Comam capitum suorum non nutriant*; neque k) *Sacerdos Maximus comam capitis sui nutriat.* Ita Chaldaica Paraphrasis; rectiùs quàm Græca, Τὴν κεφαλὴν ὑμῶν οὐκ ἀποκιδαρώσετε, aut Vulgata, *Capita vestra nolite nudare.* Crines promissi eâ lege interdicti sunt. Sacerdoti Ebræo, vicem sacram obeunti, neque rasum caput, neque intonsum erat. Ezechiel de sacerdotibus Templi Secundi, l) *Caput suum non radent, neque comam nutrient : sed tondentes attondent capita sua.* Ita Vulgata, juxta Ebraicam. Discrepant LXX, τὰς κόμας αὐτῶν οὐ ψιλώσουσι, καλύπτοντες καλύψουσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, *comas suas non ad pressum tondebunt : operientes operient capita sua.* Magis Syrus, *Capita sua ne tondeant, & cincinnos suos ne nutriant, sed omnino radent capita sua.* Quod de *non nudandis capitibus* habent interpretes, Ebræorum placitis non convenit. Lex est de Nazaræis, m) *Novacula non transibit super caput ejus, usque ad complementum dierum quibus consecratur Domino.* Tempus illud, ex more recepto, nunquam erat XXX diebus brevius : unde Magistri colligunt, Comam Sacerdotis, ultra XXX dies nutritam, illum functioni imparem reddere, donec tonderetur. Sacerdos Summus, cujus functio assidua, qualibet Sabbati vesperâ æque tondebatur circumquaque. f) Numer. 8.7 g)Levit. 14.8. h)Num. 6. 18. i)Lev. 10.6. k) 21.10. l) Ezech. 44. 20. m)Num. 6.5.

§.III.

Sacerdotes Ægyptii, n) λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ὕδατι ψυ- n)Herod. 2.37

χρῶ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτὸς, *quotidie lavantur frigidâ, bis interdiu, bis noctu.* Chæremon, a) Τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ, ἀπὸ τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστου, καὶ πρὸς ὕπνον, *Ter unoquoque die se frigidâ abluunt, à lecto, ante prandium, & cùm dormitum eunt.* De Baptismo Ebræorum b) diximus. Ad Sacerdotum munditiem, c) *Facies Labrum æneum ad lavandum. Et missâ aquâ lavabunt in eâ Aaron & filii ejus manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt Tabernaculum.* Sacerdotes nudis pedibus in Templo ministrabant. Solomon ad instar hujus Labri d) *Mare æneum* multò capacius fabricatus est. e) *Non erat necesse ut sacerdotes cæteri sacerdotem, in immunditie suâ sacra obeuntem, in Forum deducerent; sed sacerdotes, qui per ætatem nondum ministerio sacro pares erant, eum extra Atrium protrahebant, & cerebrum ejus fustibus elidebant;* singulari scilicet zelotarum jure.

a) Porphyr. loc. cit.
b) suprà, p. 198
c) Exod. 30. 18.
d) I. Reg. 7. 23.
e) Misna. tit. Sanhedrin, c. 9. §. ult.

Ἡμεροβαπτισταὶ dicti sunt apud Judæos, qui religionis causâ quotidie lavabant. *Banus* autem *Eremita* ille, cujus ζηλωτὴς f) Josephus, ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λούεσθαι πρὸς ἁγνείαν, *purificationis causâ, frequenter interdiu & noctu se frigidâ abluere* solebat.

f) Initio Vitæ suæ.

Ægyptii g) ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι, διασμέωντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντες, *Ex poculis aheneis potant, singulis diebus ea extergentes: non eorum aliquot, aliquot etiam non, sed universi.* h) *Omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum: & à foro nisi baptizentur, non comedunt: Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis servare;* ut βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν, *lotiones poculorum, & urceorum, vasorumque æneorum, atque lectorum.* Vasa ærea, si polluta crederentur, abluebantur; testacea frangebantur. Recumbentes in Lectis, cibum sumebant in tricliniis.

g) Herodot. 2. 37.
h) S. Marc. 7. 3.

§. IV.

Ægyptii i) *vestimenta Linea ferunt semper recens abluta, huic rei maximè vacantes. Sacerdotes autem vestem tantummodo Lineam gestant, & calceos byblinos: neque illis fas est aliam vestem, aut alios calceos induere.* k) Apuleius, *Zachlan Ægyptium prophetam Linteis amiculis intectum, pedesq; palmeis baxeis indutum, & adusque deraso capite, producit in medium.* Alibi, l) *Lana,* ait, *Orphei & Pythagoræ scitis, profanus vestitus est: sed mundissima Lini* *seges*

i) Herod. 2. 37. Ibid.
k) Metamor. l. 2. p. 153.
l) Apolog. p. 56.

seges indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum Sacerdotibus usurpatur. Cur illi essent *Linigeri*, disquirit Plutarchus, quem a) adeas. Ex Platone, b) Cicero: *Color albus præcipuè decorus Deo est, tum in cæteris, tum maximè in textili.* Apud omnes gentes, Niveus color Sacris proprius.

a) Initio de Iside.
b) De Leg. 2. p.339.

De Ebraicis lex est, c) *Filiis Aaron parabis* χιτῶνας, καὶ ζώνας, καὶ κιδάρεις, *tunicas lineas, & baltheos, & tiaras.* d) *Et facies* περισκελῆ λινᾶ *femoralia linea.* Quatuor istæ Vestes, Sacerdotibus sacra obeuntibus gestandæ (alio enim tempore ταῖς ἰδιωτικαῖς *plebeiis* indui solebant) Albæ fuerunt, ex *Lino* contextæ. *Femoralia* erant braccæ, sive subligacula, quibus femora & pudenda velabantur, nullibi scissurâ disjuncta, prope axillas constricta genua attingebant. *Tunica*, sive camisia, talaris erat; e) *tam arcta, & strictis manicis, ut nulla omnino in veste esset ruga.* Cingulum, sive *Baltheus*, cingebat tunicam multoties circumplicatum, cùm esset circa 32 cubitos longum, latum verò circa tres aut quatuor digitos. *Tiara*, sive Pileus, erat tela 16 cubitos longa, multis voluminibus caput circumplicans in formam Galeæ, & in occipitio redimiculo constricta.

c) Exod. 28. 40.
d) 42.
e) Hieronym. epist. 128. ad Fabiolam.

De Sacerdote Summo dicitur, f) *Tunicâ lineâ vestietur; feminalibus lineis verenda celabit; accingetur zona linea; cidarim lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta.* Quatuor ista indumenta Summo Sacerdoti cum cæteris communia erant; (nisi quòd hujus baltheus accuratior, & pilei plicatura aliquantò discreparet) quibus solis ille semel in anno usus est, cùm piaculare sacrum in adytis faceret. Præter istas, Sacerdos Summus vestes habuit proprias, quibus munus sacrum (excepto Expiationis festo) semper obiit. g) *Sacerdos Summus in octo vestibus ministrabat; Gregarius quatuor; in Tunica, & Femoralibus, & Tiara, & Baltheo: Sacerdos Summus his addidit Pectorale, & Ephod, & Pallium, & Laminam.* Pectorale, quod *Rationale Judicii.* *Ephod*, Ἐπωμὶς, *amiculum humerale*, h) ἐπὶ βάθος πηχυαῖος *mensuræ cubitalis*, cui circa medium pectus aderat *Rationale*, i) σπιθαμῆς τὸ μέγεθος *mensuræ palmaris.* Hyacinthinum *Pallium* erat tunicæ operculum, cum tintinnabulis & malis Punicis. *Lamina aurea*, in quâ Tetragrammaton inscriptum erat, ad tiaram vittâ hyacinthinâ astringebatur, quæ k) *Corona sacra* & *diadema* vocatur. Princeps Sacerdotum adyta ingressus *vestes Albas*, alibi *Aureas* ποικίλας auro & coloribus *variegatas*, gestabat.

f) Lev. 16.4.
g) Misna tit. Joma, c.7.§.5.
h) Joseph. Antiq.3.8.
i) Ibid.
k) Exod.39.39.

§. V. In fragmento egregio *Cheremonis Stoici* (ἀνδρὸς φιλαλήθους τε καὶ ἀκριβοῦς, *viri veracis & acurati*) de Sacerdotum Ægyptiorum institutis (quod conservavit a) *Porphyrius*) hæc de eorum victu. Δίαιτα λιτὴ καὶ ἀφελής. Οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ᾽ ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, *Victus tenuis est & simplex. Vinum alii omnino non bibunt, alii parcissimè degustant. Pane neutiquam utuntur purificandi temporibus; alii cum hyssopo concisum comedunt. Oleo multùm abstinent: plurimi in totum; & si quando cum oleribus utantur, pauxillum adhibent quod gustum mitigare possit.* Philo, b) de Judæis θεωρητικοῖς (quos *Therapeutas* vocat) qui in Ægypto circa Mareotem degebant; dicit eos *à vino penitus abstinuisse; neque carnes ullas degustasse; ad potum, aquâ solâ usos esse; neque ad panem aliquid condimenti adhibuisse, prater sal atque hyssopum.* Sacerdotes c) *Ægyptii*, ἁγνεύοντες δὲ καὶ τὸν ἅλα φεύγουσι, *in purificationibus suis etiam salem vitant.*

a) De Abstin. l. 4. §. 6.

b) Θεωρητικ. p. 692. b. & 696. d. Euseb. hist. l. 2. c. 17.

c) Plutarch. Sympos. l. 8. Q. 8. p. 729. a.

De vino Moses; d) *Dixit Dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui quando intratis in Tabernaculum*, dum stolam feretis. Rursus Chæremon: Τῶν μὲν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἅπτεσθαι, τῶν δὲ κατ᾽ αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον, ἰχθύων τε ἀπείχοντο πάντων καὶ τετραπόδων, ὅσα μώνυχα, ἢ πολυσχιδῆ, ἢ μὴ κερασφόρα· πτηνῶν δὲ, ὅσα σαρκοφάγα, *Nefas erat gustare cibos aut potiones qua extra Ægyptum nascebantur: ex iis verò qua protulit Ægyptus, Piscibus omnibus abstinebant; & Quadrupedibus, quotquot ungulas solidas haberent, aut multifidas, aut non Cornigeris; & Volucribus omnibus carnivoris.*

d) Lev. 10. 8.

De Pane extraneo Lex est, e) *De manu alienigena non offeretis panes.* f) Hieronymus intelligit *Panes propositionis quos (juxta traditiones Hebraicas) ipsi serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebant:* & in Sacerdotum usus cedebant.

e) Lev. 22. 25.

f) In Malach. 1. 7.

Piscium meminit Herodotus. g) Ἰχθύων δ᾽ οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι, *Non licet illis gustare de piscibus.* Hinc Pythagoræ symbolum; ἰχθύων μὴ γεύεσθαι, *Pisces ne gustato.* h) *Homerus non tantùm Græcos à piscibus abstinentes facit, etiam cùm ad Hellespontum castra haberent; sed neque delicatis Phæacibus, aut Procis luxuriosis (utrisque insulanis) cibum è mari petitum proposuit. Et Ulyssis socios eadem necessitas, & ad piscandum, & ad cædendum Solis boves adegit. Non ita-*

g) L. 2. c. 37.

h) Plutarch. Symp. p. 730. c

itaque apud Ægyptios solùm, aut Syros, sed etiam apud Græcos erat ἁγνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων, *sanctimoniæ pars, abstinere à Piscibus.*

a) *Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,*
Ostreaque in conchis tuta fuere suis. a)Ovid.fast.6. v.173.

Julianus Imperator, b) in Matris Deorum sacris, illicitum esse, ait, ἰχθύσιν ἅπασι χρῆσθαι, *ullo piscium genere vesci:* κοινὸν δέ ἐστι τοῦτο καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, *est autem id cum Ægyptiis commune.* Duas abstinentiæ causas comminiscitur; tum quòd *pisces Diis non sacrificantur;* tum quòd *illi in profundum demersi, cælum non respiciant.* b)Orat. V. p. 330.

Μὴ κερασφόρα non dixit Moses; quia c) *Solidas habent ungulas quæ non sunt cornigera.* Cum istis comparentur Immunda Legis d) Leviticæ animalia. c) Plin. l.11. c. 45. d)Cap. 11.

e) *Ægyptii Fabam in terrâ sua nec omnino serunt, nec sponte provenientem comedunt, aut coctam in escam distribuunt: Quin imo Sacerdotes eam ne aspicere quidem sustinent, arbitrantes haud mundum illud Legumen esse.* e)Herod.l. 2. c.37.

Faba quidem Lege Mosaicâ non interdicitur. Pueri quatuor, inter quos Daniel, in captivitate sua petebant, ut illis f) *darentur legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum;* g) *ne pollnerentur de mensâ regis; neque de vino potûs ejus.* Sanè Ebræis Legumen erat cibus Lugentium: & h) *Patres* dicuntur *in Vivicomburio Haranis, in morte Abrahami, in Captivitate, Legumina comedisse.* Et cùm Summo Sacerdoti inter *Lugentes* versari nefas esset, verisimile est illum etiam *legumine* abstinuisse. Pythagoras, in Ægypto institutus, Fabæ esum vetuit. Et i) *in Eleusiniis præcipitur* (inter alia) *ut à Fabâ abstineant.* Apud Romanos, k) *Fabam neque tangere* (flamini) *Diali mos erat, neque nominare;* l) *Quòd eâ putabatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus, jaciebatur Larvis; & Parentalibus adhibebatur sacrificiis.* Aliis sacris arcebatur Faba. m) Κύαμος πάσης τελετῆς καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται· φακὴ δὲ πένθος προαγορεύει, *Faba ab omni festivitate & sacrificio exclusa est; lens luctum præsagit.* f)Dan.1. 12. g)Vers. 8. h)Eleaz. in Pirke c.35. i)Porphyr. Abstin.4. §.26. k)A. Gel. l.10. c.15. l)Festus in F. m) Artemid. Onirocr. l.1. c.70.

Purificandi ritus vetustior erat Lege Mosaicâ. n) *Jacob* (*convocatâ familia*) *ait, Mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* Sacerdotes Ægyptii, *quando sacrum aliquem cultum erant celebraturi,* §.VI. n)Gen. 35.2.

a) supra, p. 198
b) Chær. apud Porphyr.
c) Chæ rem. ib.

per a) septimanas aliquot se præparabant, & præter ablutiones quotidianas b) παντὸς μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὀσπρίου, περὶ δὲ πάντων ἀφροδισίων καὶ ὁμιλίας γυναικείας. ἄρρενι μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετεῖχον, *Animalibus omnibus abstinent, & ab omni olere & legumine; sed præcipuè à Mulierum consuetudine. Mascula enim venere nullo vitæ tempore utuntur.* Paulò antè de iisdem dixerat; c) Πολλοὶ δὲ καθάπαξ τῶν ἐμψύχων, καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες, ὁπότε μὴ δὲ ὠὸν προσίεντο, *Animalibus multi omnino abstinebant; in Purificationibus omnes, adeo ut ne Ovum quidem ederent.*

d) Herodot. 2. 64. Clem. Alex. p. 306. c.

Ægyptii etiam d) *primi* prohibuerunt μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, μηδὲ ἀλούτους ἀπὸ γυναικῶν ἐς ἱρὰ ἐσιέναι, *cum mulieribus coire in templis, aut illotos ab uxore sacra adire.* Ad Purificationem itaque requirebantur tria; Lavare, Jejunare, in Casto esse.

e) Exod. 19. 14.
f) Ib. 34. 28.
g) Lev. 15. 31.
h) 1. Sam. 21. 4.

Moses, Decalogum à Deo accepturus, e) *Sanctificavit populum: cumque lavissent, dixit ad eos, Estote parati, & ne appropinquetis Uxoribus vestris.* Ipse in monte f) *Jejunavit diebus quadraginta.* Judæi Orationi jungebant Jejunium, à cibo & potu abstinentes usque ad noctem, cùm aut in mœrore essent, aut cùm à Domino aliquid impetrare vellent. De *Jejunio* autem & *Ablutione* dictum est: De Immunditie lex est, g) *Docebitis filios Israel, ut caveant ab immunditiis, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerent Tabernaculum meum.* Sacerdos Davidi panem sanctificatum negavit, h) *nisi Mundi essent juvenes, maximè à Mulieribus.*

i) Plaut. Aulular. Act. 3. sc. 6.
k) Persei Sat. 2.

Ab Oriente manavit religio in Occidentem. i) *Eo lavatum, ut sacrificem* k)

Hæc sanctè ut poscas, Tiberino in gurgite mergis.
Manè caput bis terque; & Noctem flumine purgas.

l) Tibul. l. 2. Eleg. 1.

Nox dicitur pro nocturno concubitu.

——— l) *Discedite ab aris*
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.

m) Diod. Sic. l. 1. p. 51. 2.
n) Lev. 21. 13.

Ad Sacerdotum castimoniam attinet; m) Γαμοῦσι παρ' Αἰγυπτίοις οἱ μὲν Ἱερεῖς μίαν, τῶν δὲ ἄλλων ὅσας ἂν ἕκαστος προαιρῆται, *Apud Ægyptios, Sacerdotes unam uxorem ducunt: alii quot quisque velit.* Lex Mosaica de Sacerdotali matrimonio, n) *Virginem ducet uxorem, puellam de populo suo.* Ex singulari numero colligunt,

ligunt, Uxores binas simul Sacerdoti non ducendas. Nam ex a) a)Ezec. 44. 22
Ezechiele constat, hoc de quovis Sacerdote intelligendum esse; & παρθενικῶς sumenda, quæ tribus versiculis præcedentibus de Sacerdote summo dicuntur. b) Josephus autem de Sacerdote Magno b)Antiq. l. 3. c. 10.
accipit: Μόνην δ' αὐτῷ δέδωκε γαμεῖν παρθένον, καὶ ταύτην φυλάττειν, *Concessit ei Unicam Virginem ducere, atque eam servare.* Neque dissimile jus Atticum de Rege Sacrorum. c) Τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τοιαύτην ἔστω ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρί, ἀλλὰ Παρθένον γαμεῖν. Oportebat illius uxorem non tantum esse *Virginem*, sed etiam ἀστὴν *civem*, id est, *de populo suo.* c)Demosth. in Neæram.

Ad Munditiem etiam referenda sunt interdicta de Heterogeneis. Tam Ebræis enim quàm Ægyptiis ἑτερόζυγα impura habebantur. §. VII.
d) *Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diverso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris.* LXX. Τὰ κτήνη σου οὐ κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ· καὶ τὴν ἀμπελῶνά σου οὐ κατασπερεῖς διάφορον· καὶ ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον κίβδηλον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ, *Pecora tua non dabis in admissuram animali diversi generis: & vineam tuam non seminabis differentem: & vestimentum ex duobus textum (adulteratum) non injicies tibi.* Lex repetita ita se habet. *Non seres vineam tuam (mixturis) altero semine; ne & sementis quam sevisti, & quæ nascuntur ex vineâ, pariter sanctificentur,* vel *polluantur* potiùs (ut Chaldaica, & Maimonides.) *Non arabis in Bove & Asino. Non indueris vestimento quod ex lanâ linoque contextum est.* Tres itaque heterogeneorum commixtiones vetitæ sunt: *Animalium* diversi generis (mundi immundique simul) vel ad coitum, vel ad aratrum, plaustrumve: *Seminum* diversi generis (in rem cibariam) in eâdem vineæ, vel agri parte: *Lanæ & Lini* in vestibus. Lana scilicet e) *prophanus vestitus est; sed mundissima Lini seges.* Atque commixtiones istæ nunquam non fuerunt immundæ & illicitæ. Est autem quarta heterogeneorum commixtio, ad certum tempus impura, quæ paulatim impuritatem exuit. f) *Quando plantaveritis arborem (cibi.) pomiferam, auferetis præputia ejus, poma quæ germinant; tribus annis erunt vobis immunda, nec edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus ejus sanctificetur Domino. Quinto anno comedetis fructum ejus; fit vobis proventus ejus.* Insitivæ arbores heterogeneæ sunt; earumque fructus

d)Lev. 19. 19. Deut. 22. 19. v. 10. 11. e)suprà, p. 218 f)Lev. 19. 23.

a) Lev. 27.31.
b) ſuprà, p. 175.
c) Deut. 20. 19
d) Plutarch. Iſid. p. 365. b.

ctus per tres annos impurus eſt, & penitus deſtruendus; anno quarto, Deo dicatus, vel edendus, vel redimendus, inſtar a) *Decimarum* ſecundarum; quinto demum, proſunt Domino. Adeo gradatim evaneſcit immunditiès. Non aliter licèt conjugia cum alienigenis immunda ſint, tamen Proſelytorum Ægyptiorum, & Idumæorum b) *liberi, in tertia generatione, venient in Eccleſiam Domini.* Inter Bellicas, Lex eſt de c) Arbore fructiferâ, in obſidionales machinas non ſuccidendâ. d) Καὶ τοῖς Ὄσιριν σεβομένοις ἀπαγορεύε῀) δένδρον ἥμερον ἀπολλύναι: *Etiam Oſiridis cultoribus interdicitur arborem hortenſem perdere.*

§. VIII.
e) Joſeph. c. Ap. l. 2. p. 1069. c.
f) Herod. l. 2. c. 35.
g) Ib. c. 37.

Jus Sacerdotii apud Ægyptios à Græcanico plurimùm diſcrepabat. e) *Nemo Ægyptiorum Diis ſacrificat* præter Sacerdotes. Illic f) *nulla Mulier Dei Deæve Sacerdos eſt, ſed Viri Deorum omnium Dearumque*: g) Ἱρᾶται ᾗ ὐχ εἷς ἑκάστου τ῀ Θεῶν, ἀλλὰ πολλοὶ, τ῀ εἷς ὄντων Ἀρχιερεύς. Ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ, τούτου ὁ παῖς ἀντικαθίστα῀), *Neque unicus eſt Sacerdos ſingulis Deorum, ſed multi; quorum unus eſt Summus Sacerdos. Ubi quis Sacerdotum defunctus eſt, ejus filius ſurrogatur.*

h) Num. 1. 50.
† Ib. 3. 10.
* Levit. c. 8.
i) 1. Chron. 24. 4.
k) Ibid. 23. 4.

Non autem diſſimile fuit Sacerdotum jus apud Ebræos. Aaronicæ familiæ commiſſum eſt Dei Opt. Max. ſacerdotium; Levitis cæteris Miniſterium ſacrum; perpetuâ ſucceſſionis ſerie. h) *Levitas conſtitue ſuper Tabernaculum.* † *Aaron & filii ejus cuſtodient Sacerdotium.* Ipſe Aaron ex* Lege Summus Sacerdos; ad cujus poſteros maſculos dignitas illa, jure hæreditario, tranſmiſſa eſt: Nepos ex filiâ, non aliter ac filia, ſacerdotio arcebatur. A binis Aaronis filiis, binæ fuerunt familiæ Sacerdotales, *Eleazaridarum* atque *Ithamaridarum.* Moſes ſingulas in IV Claſſes diviſiſſe dicitur, ut eſſent omnino VIII; & qualibet hebdomade, per vices adeſſent ſacris. Alii tradunt XVI Claſſes fuiſſe ſub Moſe, id eſt, ſingulis VIII: & Davidem regem in Ithamaridis nihil innovâſſe; ſed unaquâque Eleazaridarum in binas tributâ, XXIV i) Claſſes conſtituiſſe. Ab eodem k) inſtituti ſunt ex *Levitis* ἐργοδιῶκ῀), *in miniſterium domus Domini*; Γραμματεῖς καὶ Κριταὶ *Scribæ & Judices*, Πυλωροὶ *Janitores*, & Αἰνοῦντες τῷ Κυρίῳ ἐν ὀργάνοις, *Pſaltæ canentes Domino in Organis.* Verùm iſta non ſunt hujus ſeculi.

l) Chær. apud Porphyr. l. 4. §. 6.

Apud Sacerdotes Ægyptios, l) σύμβολον ἦν ἑκάστῳ τ῀ τάξεως ἐμφαντικὸν, ἣν ἔλαχεν ἐν τοῖς ἱεροῖς· πλείους γὰρ ἦσαν αἱ τάξεις, *Unicui-*

nicuique ſymbolum erat inſigne ejus ordinis quem in ſacris ſortitus eſt: Multi enim erant eorum Ordines. Recenſentur a) Προφῆται, Ἱεροστολισταὶ, Ἱερογραμματεῖς, Ὡρολόγοι, Παστοφόροι, Νεωκόροι, aliique ὑπουργοὶ τοῖς θεοῖς· de quibus, eorumque ſymbolis, ad ſeculum proximum. a) Ibid. §. 8.

Sacerdotes Ægyptii b) *dicunt, Duo ſibi à Regibus ab initio præcepta fuiſſe,* τήν τε τῶν θεῶν θεραπείαν, καὶ τῆς σοφίας τὴν ἐπιμέλειαν, *Cultum Deorum, & Sapientiæ ſtudium.* Illi itaque c) ἀπεσπασμένοι πᾶσαν τὴν ἄλλην ἐργασίαν καὶ πράξεις ἀνθρωπίνας ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ, *Renunciantes omni occupationi & negotiationibus humanis, per totam vitam contemplationi rerum divinarum ſe tradebant. Inter ſimulacra Deorum ſemper verſabantur. Ex habitu gravitas: inceſſus æquabilis, aſpectus ſtabilis, riſus rarus, manus ſemper intrà veſtem.* d) *Multus illis ſermo de retinendis moribus Patriis. Noctem deſtinabant ad Cæleſtium obſervationem, aliquando ad purificationem; Diem ad Deorum cultum; quotidie ter quaterve illos Hymnis celebrantes, manè & veſperi, ipſo meridie & poſt meridiem. Reliquum tempus in ſpeculationibus Arithmeticis Geometricisque occupati erant, ſemper aliquid elaborantes atque adinvenientes,* περὶ τὴν ἐμπειρίαν *in rerum exploratione verſati.*

§. IX. b) Joſeph. c. Ap l. 2. p. 1069 b. c) Chær. loc. citat. d) Ibid. §. 8.

Nobiliſſimum autem eorum inventum fuit *Immortalitas Animæ;* ita ut de Vitâ ſpem aliquam haberent, etiam poſt hujus vitæ interitum. e) Πρῶτοι τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, *Ægyptii primi fuerunt qui dicerent Animam hominis eſſe Immortalem.* Cùm verò ratiocinatione ſuâ nihil magis de Animâ Hominis, quàm de Beſtiæ, aſſecuti fuerint; exiſtimabant Animas de hominibus in Beſtias; de beſtiis in homines tranſire. f) Τοῦ σώματος καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεσθαι, *Corpore defuncto, in aliud atq; aliud corpus genitum, migrare Animam.* Verùm de *Animâ*, atque de *Inferis*, ad Sec: XI.

e) Herod. 2. 123. f) Herodot. ib.

Ebræorum autem veterum ſapientia in ſui Juris prudentiâ poſita erat. Dixit Dominus ad Aaron, g) *Præceptum eſt in generationes veſtras, & ut habeatis Scientiam diſcernendi inter Sanctum & Prophanum, inter Pollutum & Mundum; & ut Doceatis filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moſis.* De ſtatu poſt Mortem illi minùs erant ſolliciti. Eâ de re, V. Cl. Hugonis

g) Lev. 10. 10.

a) De Verit. Relig. Christ. l.2.§.9. nis Grotii verbis uti liceat. a) *Moses in religionis Judaicæ institutione, si diserta Legis pacta respicimus, nihil promisit supra hujus vitæ bona, terram uberem, penum copiosum, victoriam de hostibus, longam & valentem senectutem, posteros cum bonâ spe superstites. Nam si quid est ultra, id umbris obtegitur, aut sapienti ac difficili ratiocinatione colligendum est: quæ causa fuit, cur multi, qui Legem Mosis sequi se profitentur, ut Sadducæi, spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projicerent.* Vide Exod.c.23.v.25,&c. Levit.c.26.v.3,&c. Deuter.c.7.v.12.&c. totumque caput 28. Adde Hebr.c.8.v.6.

Jam verò ad Novi populi πολιτείαν nos recipiamus.

Ebræorum Regimen.

POST migrationem ex Ægypto Moses, per 40 vitæ suæ annos, summæ rerum Ebraicarum solus præfuit, populumque Jure Regio gubernavit. Neque defuit *Regis* nomen. Nam inter Benedictiones dicitur, b) *Legem præcepit nobis Moses, hæreditatem Ecclesiæ Jacob; & fuit Rex in Jesurun*, id est, *in Israel*; Ut Targum Onkelos, & versio Syriaca: atque ipsum Mosem hîc *Regem in Jesurun* dici volunt plerique tam Judæorum, quàm Christianorum. Philo c) Mosem appellat ἄριστον Βασιλέα καὶ νομοθέτην, *Optimū Regem & Legislatorem.* d) *Ille cùm circumcideretur, nomen habuit Joakim, à parentibus impositum: Moysis nomen dedit Regina, cùm eum ex aquâ sustulisset: Môy enim Ægyptiacè aqua dicitur.* Ἔχει δὲ καὶ τρίτον ὄνομα ἐν οὐρανῷ μετὰ τὴν ἀνάληψιν (ὥς φασιν οἱ μύσται) Μελχί, *Habuit autem tertium quoque nomen in cœlo, post Assumptionem ejus (ut dicunt Mystæ) Melchi* (Rex.) S.Hieronymus, e) *Erat quidam senex, nomine Malchus (quem nos Latinè Regem possumus dicere) Syrus natione & linguâ.* Hesychio Μάλχος (non μάκκος) Βασιλεύς.

b) Deut. 33.4. c) De Vitâ Mosis, l.3. p.527. a. d) Clem. Alex. Strom. 1. p.343.c. e) In Vitâ Malchi Eremitæ.

Moses autem licet ex se uno penderent omnia, non sibi tamen sed Numini summam rerum potestatem detulit, & quæcunque gerebantur, Dei judicio geri professus est. De instituto hoc scitè Josephus, f) *Cùm*, inquit, *aliæ gentes potestatem reipublicæ Monarchiis, aliæ Oligarchiis, aliæ Democratiis commiserint; Legislator noster, nihil horū intendens, Θεοκρατίαν (ut verbo utar) declaravit Rempublicam, Soli Deo maximè imperium & potestatem attribuens.*

f) c. Ap. l.2. p.1071.

g) Exod.18.14. Aliquandiu Moses g) *solus Judiciis* præfuit: post Legem autem

tem in Sinai datam duæ erant Judicum constitutiones; altera, Statione XII, ex consilio Jethronis; altera, Statione XIII. Jethro a) *venit ad Mosem ubi castrametatus est in monte Dei*, sive b) *in Horeb*; qui mons idem est cum Sinai, aut ejusdem jugum (Res hæc in Exodi libro per anticipationem narratur.) Ex illius monitu, Moses c) *elegit viros potentes ex omni Israel, & posuit eos Principes super populum, Principes mille, Principes centum, Principes quinquaginta, & Principes decem: & illi judicarunt populum omni tempore: sed causam Difficilem referebant ad Mosem.* Cùm verò d) 600000 virorum ex Ægypto decessisse tradantur, mirandum facit Gemara horum Judicum numerum. e) *Chiliarchæ fuerunt* 600: *Centuriones* 6000: *Pentecontarchi* 12000: *Decani* 60000: *ita conficitur numerus Judicum* 78600. Ingens iste numerus immane quantum à f) Josepho auctus est. Rationi autem magis competit Recentiorum sententia; qui g) Abulensem sequuti, Magistratus illos ex Familiarum, non ex Personarum numero denominatos intelligunt.

a) Exod. 18. 5.
b) Deut. 1. 6.
c) Exod. 18.
d) Exod. 12. 37. & Num. 11. 21.
e) Tit. Sanhedrin, c. 1. §. 19.
f) Antiq. l. 3. c. 3.
g) In Exod. 18. Quæst. 7.

Frustra viri docti ex institutione istâ Subordinationem, Provocationem, causarum Sacrarum & Civilium Distinctionem eliciunt. Nulla hîc Judicum subordinatio; nullum Causarum discrimen, nisi quod ex difficultate ortum est. Quæ non satis explorata erat & intellecta ad Mosem, ut antè, afferebatur. Ex novitate Legis difficultates subinde ortæ sunt, quæ non nisi consulto Numine expediri possent: cujusmodi occurrunt nonnullæ usque ad extrema Mosis tempora.

Altera Judicum institutio fuit in Deserto Pharan. Exitûs h) *Anno secundo, mense secundo, vigesimâ die mensis, profecti sunt Israelitæ de deserto Sinai in desertum Pharan*; i) *itinere tridui.* Statio ista XIII dicta est *Tabera*, Ἐμπυρισμός, k) *Incensio, eò quòd ignis Domini incensus fuisset contra murmurantes.* Synedrium ibi constituitur. Moses l) *congregavit LXX viros è Presbyteris populi, & statuit eos circa Tabernaculum. Et descendit Dominus per nubem & locutus est ad eum & accepit de Spiritu qui super eum & dedit viris LXX Presbyteris. Et factum est cùm quiesceret super eos Spiritus, ut prophetarent, nec cessarent.* Græci autem καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο, *nec ultra adjecerunt*: id est, Pro tempore tantùm prophetabant. Vocis Ebraicæ ambiguitatem m) indicavimus.

h) Num. 10. 12.
i) Ib. v. 33.
k) Ib. c. 11. v. 3.
l) Ib. v. 16.
m) suprà, p. 184.

Presbyteri, ſive *Senioris* titulus vetuſtus eſt, & diu ante Moſis tempora in Ægypto uſurpatus. Joſepho *ad ſepeliendum patrem* aſcendente ex Ægypto, a) *aſcenderunt cum eo omnes ſervi Pharaonis*, ϰ̀ οἱ Πρεσβύτεροι τȣ̃ οἴκȣ αὐτȣ̃, καὶ πάντες οἱ Πρεσβύτεροι τ̃ γῆς Αἰγύπτȣ, *& Presbyteri domûs ejus, & cuncti Presbyteri terræ Ægypti*. Abrahamus etiam, qui ex Ægypto b) *valde dives* redierat, habuit c) *ſervum, Presbyterum domûs ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat*: is eſt, d) *Eliezer Damaſcenus*. Dum adhuc Iſraelitæ eſſent in Ægypto, e) *Moſes & Aaron congregaverunt cunctos Presbyteros Iſrael*, τὴν γερȣσίαν: Et Jethro, ante conſilium ſuum, f) *omnes Presbyteros Iſrael*, id eſt, eminentiores, excepit convivio. De numero illorum non conſtat. Quidam tamen Septuagenarium fuiſſe putant à numero *Septuaginta animarum quæ deſcenderunt in Ægyptum* (Græci legunt πέντε καὶ ἑβδομήκοντα LXXV, quam lectionem retinet g) S. Stephanus) adeo ut LXX Seniorum numerus jam non tam inſtitutus fuerit, quàm continuatus. Cum his conjunctus erat Moſes princeps; ita ut Conſiſtorium eſſet omnino Septuaginta uniuſvirale.

a) Gen. 57.
b) Gen. 13. 2.
c) Gen. 24. 2.
d) Gen. 15. 2.
e) Exod. 4. 29. & 12. 21.
f) Exod 18. 12.
g) Act. Apoſt. 7. 14.

Maimonides diverſas vocis h) *Spiritûs* notiones explicat: 1 Aeris, 2 Venti, 3 Vitalis, 4 Animæ, *Quintò*, inquit, *eſt nomen Influentiæ intellectualis Divinæ in Prophetas à Deo inſtillatæ, quâ prophetant*: atque hos LXX Presbyteros in exemplum profert. *Sextò eſt nomen Propoſiti ac Voluntatis*, tam in Homine, quàm Deo. *Ubicunque autem vox Spiritus tribuitur Deo, aut notione Quintâ ſumi debet, aut Sextâ, pro Voluntate.* In utrâque notione *Spiritus Domini* & *Spiritus Sanctus* apud Magiſtros dicitur. Alibi Maimonides complures ponit *Prophetiæ* gradus. i) *Primus eſt cùm quis auxilio divino ita inſtructus eſt & præditus, ut eo moveatur & animetur ad magnum aliquod facinus perpetrandum, illumq; motum in ſe ſentit & animadvertit. Hoc donum vocatur Spiritus Domini, & Spiritus Sanctus, Quo præditus fuit Moſes à tempore quo virilem ætatem aſſequutus eſt. Secundus gradus eſt cùm homo in ſe ſentit rem vel facultatem quampiam exoriri & ſuper ſe quieſcere, quæ eum impellit ad Loquendum; ita ut loquatur vel de Scientiis & artibus; vel Pſalmos & hymnos; vel utilia & ſalutifera rectè vivendi præcepta; vel res Politicas & civiles; vel denique Divinas: & hoc fit inter vigilandum, & in vigore ſenſuum ordinario. Et hic eſt, de quo dici ſolet, quod loquatur per Spiritum Sanctum. Hac ſpecie Spiritus S. inſtructi ſunt*

h) More Neboch. part. 1. c. 40.
i) Ib. par. II. c. 45.

Ha-

Hagiographi: Ex hoc genere fuerunt LXX Presbyteri, de quibus dictum est, ut suprà. De cæteris gradibus, ipsum adeas.

Ex eo quod præcipitur (a) *Congrega Mihi*) Magistri colligunt Synedrium hoc in perpetuum constitutum esse; atque hinc Synedrii Magni (quod florentibus postea Judæorum rebus, præfecturam Juridicam illustrissimam fuisse ajunt) originem deducunt. a) Num. 11.16

Conscripti jam LXX Patres, cum Prophetico Judicandi munere, in locum Præfecturæ, quam suasit Jethro, successisse videntur. Illius enim posthac expressa non occurrit notitia. Ad illam tamen à b) Viro Doctissimo referuntur c) *Principes populi*, qui judicabant eos qui sacrificaverunt Beelphegori; ut & d) *Presbyteri, Præfecti, & Judices*, οἱ Δικασταὶ, καὶ οἱ Γραμματεῖς, qui sub Josuâ *stabant ex utraque parte Arcæ*. Obscura etiam sunt LXX viralis hujus Consessûs vestigia. Mosis autem potentia (quâ ipse solus, ex Dei responsis, de rebus gravissimis decernebat) manifesta est. Tali decisione, e) Pascha mensis Secundi præscriptum erat *Immundis & distantiâ loci impeditis*: f) Lignans in die Sabbati; & Blasphemus g) *Selomithæ filius* lapidibus obruti sunt. Et paulò ante excessum Mosis, simili judicio, Midianiticâ idololatriâ inquinati, post lapidationem, h) *suspensi sunt in conspectu solis*; Et quinque i) *Zelophchadi filiæ* hæreditatis paternæ compotes factæ sunt. Moses moribundus (apud k) Josephum) hanc politiæ formam Israelitis commendat. Ἀριστοκρατία μὲν οὖν κράτιστον καὶ ὁ κατ' αὐτὴν βίος· καὶ μὴ λάβοι πόθος ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ ταύτην στέργοιτε τοὺς Νόμους ἔχοντες Δεσπότας, κατ' αὐτοὺς ἕκαστα πράττοντες. Ἀρκεῖ γὰρ ὁ Θεὸς ἡγεμὼν εἶναι, *Optima quidem est Aristocratia, & juxta eam vivendi ratio: neque alterius regiminis desiderium vos capiat, sed eam diligite: & Leges habentes pro Dominis, actiones vestræ sint illis consentaneæ. Sufficit enim Deum esse Præsidem.* In militiâ etiam eandem suadet Θεοκρατίας rationem; *Exercitum*, inquit, *contra hostes educite*, στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ, ὑποστρατηγὸν δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τῇ ἀρετῇ προέχοντα. *Sit Deus vobis summus Imperator: sed & unum aliquem fortem virum eligite, qui sub eo ducat exercitum.*

b) Grot in loc.
c) Num. 25.4.
d) Jos 8.33.
e) Num. 9.6.
f) Num. 15.32.
g) Lev. 24.11
h) Num 25.4.
i) Num. 27.1.
k) L. 4. c. 8. p. 123 b.
Ibid. p. 119. f.

Primarium de Judiciis & Tribunalibus constituendis præceptum in *Marâ* datum, inter Noachidarum l) recensuimus. m) *Judices* l) supra, p. 18 m) Deut. 16.18

dices & Ministros (Γραμματοεισαγωγεῖς, Officiales executioni præficiendos) *constitues tibi in omnibus Portis tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi secundum Tribus tuas, qui judicabunt populum judicio justo.* Per Synecdochen *Porta* sumitur pro Urbe.

Ex hoc præcepto, in Terrâ Sanctâ, duo alia Synedria Minora initium posthac habuerunt. Judicum verò numerus incertus: Josephus a) *Septem viros* statuit; In Misnâ b) *Synedrium Magnum LXXI judices habuit, Minus XXIII.* Uter rectiùs, dicere nequeo: cùm loca fortasse, aut tempora diversa respexisse poterint. Synedrium alterum Triumvirale fuit, de quo Misna. c) *Causæ pecuniariæ à tribus dijudicantur: quisque litigantium sibi eligit unum: & bini illi judices adsciscunt sibi tertium.* Verùm ista non sunt hujus temporis.

a) Antiq. l.4. c.8. p.121. c.
b) Tit. Sanhedrin, c.1. §.1.
c) Ibid. c.3. §.1.

Ad
SECULUM X.
Terra Promissa.

MOSI successit Josua, qui bellum internecinum Chananæis intulit. De jure Belli, lex est Mosaica. d) *Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, primò offeres ei Pacem: quam si acceperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est* ἔσονταί σοι φορολόγητοι καὶ ὑπήκοοί σοι, *erunt tibi sub tributo, & servient tibi. Sin*
12. *autem fœdus inire noluerit, & fecerit contra te bellum, oppugnabis eam.*
13. *Et cum Dominus Deus tuus tradiderit eam in manum tuam, percuties*
14. *in eâ omnes masculos acie gladii. Mulieres tantùm & parvulos, jumenta & quicquid fuerit in civitate, & omnem prædam tibi diripies, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ dederit tibi Dominus Deus*
15. *tuus. Sic facies cunctis civitatibus, quæ à te longiùs dissitæ fuerint, quæ non sunt de urbibus istarum gentium quas in possessionem accepturus es.*

d) Deut. 10.11.

Ebræi hinc colligunt fas esse bellum hujusmodi *Ultroneum*, ritè indictum, adversùs finitimos gerere, pro arbitratu eorum qui rebus præessent; absque ullâ Injuriæ, aut Vindictæ, aut Tutelæ suæ ratione; sed tantùm ad acquirendum sibi Imperium: Hæc illis satis idonea erat Justi belli causa. e) *Una ea & vetus causa bellandi profunda libido*

e) Salust. in Catilina.

bido imperii. Ad Pacem verò fœdusque, præter *Tributum*, & *Servilem* cultum, necesse erat ut susciperentur VII Noachidarum præcepta.

Pergit Lex ad alterum Belli genus de *Terra Israelis*, ad quod ipsi *mandato Numinis* obstricti erant. a) *De civitatibus autem populorum istorum quos dederis Dominus* Deus *tuus tibi in hæreditatem,* a)Deut. 20.
non permittes vivere ullum qui spirat. Quin exterminando extermi- 16.
nabis eos, ἀναθέματι ἀναθεματιεῖτε αὐτοὺς, *nempe Hitthæum, Amor-* 17.
ræum, Chananæum, Pherezæum, Hevæum, Iebusæum (ϗ Γεργεσαῖον adjiciunt Græci) *sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: Ne scilicet* 18.
doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi fecerunt Diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.

Ut autem ritè dignoscatur *Terra Chanaan* (ab Israelitis, duce Josuâ, adquisita) res paulò altiùs petenda est. §. I.

Chanaan (Chami F. Noachi N.) XI filios habuit, à quibus orti sunt totidem *Chananæorum* populi; qui terrarum quicquid est ab Idumæâ usque ad Orontem (forsan ad Euphratem) tenuerunt.

1. b) *Sidon Primogenitus*; in medio fratrum collocatus. b)Gen. 10. 15.
Sidon maritima urbs notissima: Sidoniorum regio cum Antilibano versus Orientem extendebatur. Utrinque recensentur Fratrum sortes; Quinque ad Meridiem, totidem ad Septentrionem.

2. *Hitthæi* ad Austrum, circa Hebronem & Bersabeam.

3. *Iebusæi* circa Hierosolymam. Hi arcem Sionis tenuerunt usque ad Davidis tempora.

4. *Amorræi* in Montanis Judææ: sed Jordanem transgressi, Basan & Hesbon tractumque inter fluvios Arnon & Jabok occupârant. Illos c) modò delevit Moses. c)Num. 21.

5. *Gergesæorum* reliquias circa *Gerasa* vel *Gadara* trans Jorda- 13, 24.
nem hæsisse docet d) Evangelium. d) S. Matth. 8.

6. *Hevæi* ad montem e) *Hermonem*, versùs Orientem. Eo- 28. e)Jos. 11. 3.
rum gens f) *Gabaonitæ* Hierosolymis finitimi; & g) *Sichemitæ* jux- f)Ib. v. 19.
ta Samariam. g)Gen. 34. 2.

Hi quinque populi ad meridiem Sidonis & montis Antilibani habitabant: ad Septentrionem autem isti.

7. Am-

a) Antiq. l. 1. c. 7.

7. *Arkæi.* Arcen *in Libano* ponit a) Josephus; ejus meminit Ptolemæus; à quâ *Venus Architis.*

b) L. 16. p. 755 d.

8. *Sinæi.* Σινναν in monte Libano, locum munitissimum, habet b) Strabo. Sanè *Sin* Sinæorum urbs non procul fuit ab Arcâ, teste S. Hieronymo.

c) L. 16. p. 753. c.

d) Strabo, ib.

e) Ib. p. 754.

9. *Arvadæi.* Græci & Targum Onkelos habent *Aradios*, sed Hierosolymitanum *Antaradios.* Quæ Plinio & Ptolemæo *Antarados* dicitur, c) Straboni est ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ, Urbs *vetus Aradiorum.* Antiquas gens illa sedes habuit in continente; Salmanassarum fugiens, migravit in insulam. Sic *Palæbyblos*, & *Byblos : Tyrus* Insularis, & *Palætyrus*; de quâ posthac. d) Τὴν χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν, *Aradii agrum sorte divisum tenent.* *Ajunt quosdam è Sidone exules condidisse* Urbem Insularem. Crediderim potiùs originem cum nomine ab Aradiis accepisse. e) *Aradii olim per se Reges habuerunt, sicut & qualibet alia urbs Phœnicum*, & Chananæorum.

10. *Samaræi.* Targum Hierosolym. *Emesenos* reddit. Emesa urbs Cœlosyriæ mediterranea ad Orontem sita. Mendosè Hieronymus, *Samaræi, quibus Edessa nobilis Syriæ Cœles civitas.* Edessa non in Cœlosyriâ sed trans Euphratem.

f) Amos 6. 2.

g) Antiq. l. 1. c. 7.

h) In Amos. l. 3

11. *Hamathæi.* Targum Hierosolym. habet *Antiochenos.* Urbs itaque Antiochia, sic demum à Macedonibus dicta, metropolis erat *terræ Hamath.* Amos Propheta f) *Hamath Magnam* vocat. Josephus g) autem, Ἀμάθης δὲ Ἀμάθην κατῴκησεν, ἥτις ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν ἐπιχωρίων Ἀμάθη καλεῖται· Μακεδόνες δ' αὐτὴν Ἐπιφάνειαν ἐπωνόμασαν, Chanaanis filius *Hamathus Hamathen habitavit, quæ & hodie ab accolis vocatur Hamathe: Macedones autem illam nominarunt Epiphaniam.* Hinc S. Hieronymus: h) *Hemath Magna nunc Antiochia nominatur: Propheta autem Magnam vocat ad distinctionem Minoris, quæ appellatur Epiphania.* Non immeritò autem urbs illa appellatur *Magna*, à quâ totus terrarum tractus, à Terræ Sanctæ finibus usque ad Euphratem, nomen habuit *Terræ Hamath.* Israelitarum enim limes Septentrionalis ponitur i) *ad introitum Hamath*; sive *ad Rehob, ad introitum Hamath*; quæ alibi k) *Aram-beth-Rehob* vocatur. Ea est Syria Damascena, inter Antilibanum & Libanum posita, cujus l) *Caput Damascus.* Et Solomon in m) *Hamath Sobâ* munivit *Palmyram in terra solitudinis*, quam Syri

i) Josua 13. 5.

k) II. Sam. 10. 6.

l) Esa. 7. 8.

m) II. Chron 8. 3.

ri *Thadamoram* vocat: Solitudines autem Palmyrenæ Euphratem attingunt.

Sicut pars hæc Septentrionalis vocabatur *Hamath*, ita Meridionalis propriè dicta est *Chanaan*. Denominationes istæ ante Ebræorum victorias obtinuerunt: libri Mosaici distinctionem exhibent. Ad Meridiem exploratores * *ascendentes κατεσκέψαντο τὴν γῆν, speculati sunt Terram à deserto Sin usque Rehob ad introitum Hamath*, * Num. 13. 21.
id est, usque ad Antilibanum & a) *Terminos Septentrionales*. Interje- a) Ib. 34. 8.
ctum hoc terræ spatium erat Chanaan Propria, & Terra Promissa.
b) *Fuit terminus Chananæorum à Sidone quà venis Geraram Gazam* b) Gen. 10, 19.
usque, & Gaza quà venis Sodomam & Gomorrham & Admam & Seboim & Lesam usque. Sidon & Antilibanus, limes ad Septentrionem; ad Meridiem, à Gazâ ad Asphaltim lacum, cujus urbes incendio notissimæ. *Lesa*, vel *Lasa* (inquit Hieronymus) *ipsa est quæ nunc Callirhoe dicitur, ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare Mortuum defluunt*.

Ex XI istis Chananæorum populis, V tantùm recensentur inter eos qui internecioni devoti sunt; *Hitthæi, Jebusæi, Amorræi, Gergesæi, Hevæi*. At verò Abramo promissa fuit c) *Terra à fluvio Ægypti* c) Gen. 15. 18,
ad magnum fluvium Euphratis; Kinæi, Cenezæi (Cadmonim) Orienta- 19.
les, Hitthæi, Pherezæi (rephaim) gigantes, Amorræi, Chananæi, Gergasæi, Jebusæi. Octo gentes numero, non decem; ex quibus d) *Kinæi* d) Judic. 4. 11.
filii Hobab, cognati Moysi, e) *habitabant cum filiis Juda in deserto sortis* e) Ib. 1. 16.
ejus. Proselytis scilicet sors data est. Per *Cenezæos qui ad Orientem* intelliguntur forsan *Hevæi*, qui hic nomen non habent. *Hitthæi*,
f) *filii Anak, Gigantes* fuerunt; & g) *Pherezæi Gigantes*. Gentes ita- f) Num. 13. ult.
que damnatæ sunt VII. In libro Exodi *Gergesæi* passim omittuntur, g) Josua 17. 15.
in Deuteronomio adjiciuntur; & expressim citantur h) *VII gentes*, h) Deut. 7. 1.
plures numero, & robustiores quàm Israelitæ. *Pherezæi* ubique numerantur; sed cuinam Chananæorum familiæ adscribendi incertum: habitabant i) *in Montanis* & k) *Sylvestribus*. Neque magis liquet i) Jos. 11. 3.
an *Chananæis* specialiùs ita dictis. Ad Euphratem verò Rex David k) 17. 15.
fines protulisse existimatur; quia l) *percussit Adarezerem regem* l) II. Sam. 8. 3.
(Syriæ) *Sobæ, ut verteret manum suam in fluvium Euphratem*. Et Salomon ædificavit m) *Palmyram in terra Solitudinis*, quam ad Eu- m) I. Reg. 9 18
phratem extendi jam diximus. Sub ditione tenuit n) *omnia regna à* n) I. Reg. 4.
fluvio ad Terram Philisthæorum, id est, *Dominabatur à Tiphsach* 21, 24.

a) Strab. l. 16. p. 747. a.

(Thapsacò) *usque ad Gazam.* Ad Thapsacum fuit a) *trajectus Euphratis.*

§. II.

b) Addit. Shebiith, c 6.

Etsi Denunciationis formula in bello adversùs has gentes gerendo non esset necessaria, refert tamen Gemara Hierosolymitana, quòd b) *Josua, antequam Israelitæ terram invaderent, literis suis tria proposuit: Qui fugam mallent, aufugerent; Qui pacem, in fœdus venirent; Qui bellum, arma susciperent. Unde Gergesæi credentes in Deum O. M. aufugerunt, in Africam se conferentes. Gibeonitæ in fœdus veniebant, adeoq; terræ Israeliticæ incolæ manebant. Reges XXXI bellum susceperunt, & ceciderè.* Sanè c) *Gergesæi* in devictarum à Josuâ gentium censu memorantur; & eorum nomen in d) Evangelio legitur.

c) Jos. 24. 11.
d) Mat. 8. 22.

Procopius, ejusdem ferè cum Gemarâ ætatis, Talmudicam hanc historiolam amplexus, illos in Mauritaniâ Tingitanâ collocat: De Phœnicibus agens per Africam diffusis, e) *Ædificarunt* (inquit) *castellum in civitate Numidica ubi nunc est urbs* f) Τίγγις, *Tingis. Ibi ex albis lapidibus constant duæ columnæ, prope magnum fontem erectæ, Phœnicios habentes characteres inscriptos, qui Phœnicum lingua sic sonant:* Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ, υἱοῦ Ναυῆ, *Nos ii sumus qui fugerunt à facie Josuæ prædonis, filii Naue.* Græci multa fabulantur de *Antæo*, hujus urbis conditore, ab Hercule in luctâ prostrato; & de *Hesperidum hortis.*

e) Vandalic. l. 2. c. 10.
f) Τίγγις male in editis.

Urbs hæc vetustissima procul dubiò, Phœnicum colonia, & Romanæ provinciæ Metropolis, sub Serenissimi Regis nostri auspiciis reflorescit hodie.

§. III.

g) Act. Apost. 13. 19.
h) Josua 14. 3.
i) Ib. c. 15.

Josua g) *destruens Gentes VII in terra Chanaan,* κατεκληροδότησεν *sorte distribuit eorum terram Israelitis.* Κληρουχία triplex erat. Prima terræ partitio facta est à Mose trans Jordanem; quâ h) *Amorrhæorum* regio, extra sortem, tradita est *Reubenitis, Gaditis, & Dimidiæ tribui Manassis.* Altera post septennium à Josuâ i) *in Galgalis;* quâ Tribus *Iuda & Ephraim cum* alterâ *dimidia tribu Manassis* hæreditâtes suas consecutæ sunt. Tertia ab eodem, post k) *cessationem* aliquam, *in Silunte;* quâ *VII Tribubus reliquis* terra reliqua sorte distributa est. Non aliter, l) *dicunt Sesostrim regem Ægyptum in omnes Ægyptios divisisse,* κλῆρον ἴσον ἑκάστῳ τετράγωνον διδόντα, *datâ viritim per sortem æquâ soli quadrati portione.*

k) Ib. c. 18. 3.
l) Herodot. 2. 109.

Terra Israelitis sortitò dispartita est, cùm tota nondum esset bello

bello acquisita. Manebant a) *Anakæorum reliquiæ in Gaza, in Gath, & in Azoto*; etiam b) *in Ascalone*. c) *Iuda cepit terras Gazæ, Ascalonis & Ekronis: expulit Montanos, sed non potuit expellere incolas Vallium, ob currus falcatos*. Philistæorum Pentapolis, ad mare posita, apud exteros inclaruit: *Chananæorum* autem, *Ebræorum*, sive *Israelitarum* nomen Græcis fuit inauditum. Unde d) Herodoto non tantùm παραθαλάσσιοι isti, sed etiam *Judæi*, in mediterraneis degentes (post reditum è Babylone) Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ dicti sunt. Meminit e) Sanchuniathon Berytius Χνᾶ τοῦ πρώτου, μετονομασθέντος Φοίνικος, *Chna primi, qui vocatur etiam Phœnix*. Etiam Stephanus, Χνᾶ, οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο *Chna dicitur Phœnicia*; Χναὸς, *Chananæus, Phœnix*. Chna contrahitur ex *Chanaan*: alterum nomen, pro captu Græcorum, à Philone Byblio interprete adjici videtur. Tota enim f) *ora ab Orthosiâ ad Pelusium vocatur Phœnicia: angusta illa & maritima. Quæ supra eam usque ad Arabes, inter Gazam & Antilibanum, nominatur Judæa*; ex Macedonum scilicet temporibus.

a) Josua 11.22.
b) Jerem. 47.
c) Judic. 1.18. 19.
d) supra, p. 150
e) Euseb. Præp. l. 1.
f) Strab. l. 16. p. 756. c.

Præter quinque Philistæorum satrapias, aliæ fuerunt Chananæorum urbes, tam mediterraneæ quàm maritimæ, quas Israelitæ obtinere non potuerunt. g) *Benjamin non ejecit Jebusæos, incolas Jerusalem. Manasses non cepit Bethsan, nec Taanach, nec Doram* maritimam, *nec Ibleam, nec Megiddo. Ephraim non cepit Gezer*; quam tandem h) cepit Pharao, deditque Solomoni socero. *Zebulon non cepit Kitron, nec Nahalol. Asher non cepit Acco* (Ἄκην, Ptolemaida) *nec Sidonem*, urbes maritimas, *nec Ahlib, nec Achzib, nec Aphik, nec Rehob* in limite Aquilonari. *Nephthali non cepit Beth-shemesh, nec Beth-anath. Dan ab Amorrhæis pulsus est in montes.* i) *Habitabant itaque Israelitæ inter Chananæos, Hitthæos, Amorræos, Perizæos, Hevæos & Jebusæos.*

g) Judic. 1.21. &c.
h) I. Reg. 9. 16.
i) Judic. 3. 5.

Post Κληρουχίαν Ebræorum opes maximè in agris positæ erant. Lege itaque Agrariâ cautum est, ne quis contractu ullo plenum sui fundi dominium alienaret. k) Quinquagesimo quolibet anno omnes Agri ad dominos veteres redibant; & servis Ebræis Libertas: nulla venditio, nulla donatio, quæ Jubilæi beneficio non erat irrita. Sanè eâ Lege Moses stabilitati Reipub. prudenter consuluit; cùm paucorum avaritiâ major pars civium fortunis avitis exui non potuerit.

k) Levit. 25.

§. IV. Non erit hîc extra callem, neque Jurisprudentiæ ſtudioſis injucundum, ex a) Gemarâ Babylonicâ quaſdam proferre de Jure Agrario Conſuetudines, quas ob antiquitatem ad ipſum Joſuam referunt Magiſtri. Verſione utimur b) Seldenianâ.

a) Ad tit. Raba Kama, c. 7.

b) De Jure Nat. l. 6, c. 2.

X. Decreta Joſuæ & Synedrii ejus, tempore quo Terram diviſit.

I. *Ut minuta pecora in ſylvis paſcerent ubi craſſiores eſſent arbores; non item pecora grandiora. Sylvâ autem cujus tenuiores aut teneriores arbores, non paſcerent nec grandiora nec minuta citra domini conſenſum.*

c) Ebræorum.

II. *Unicuique* c) *hominum fas eſſe colligere ſibi frutices* ſeu *arbuſcula in agro alieno, minora ſcilicet, & quæ pro ſpinis habita, veluti rubos & vepres adhuc virides atque creſcentes, modò illa non ſuccidat. Arbuſcula verò ibi & arbores cæteræ ei vetantur.*

III. *Unicuique hominum fas eſſe colligere ſibi herbas ſponte naſcentes quocunque locorum, præter agrum fæno græco, in jumentorum depaſtionem, ſatum.*

IV. *Fas eſſe cuilibet plantarium quocunque locorum putare, exceptis Olivarum termetibus; ita ut non amplius amputet ex arboribus quàm quod olivæ aut ovo par fuerit, nec ramos alibi putet quàm ſurſum ab eâ parte quâ diffundi cœpit; nec vites aliaſvé arbores in loco ubi rami pauci, ſed tantùm ubi denſi. Nec exſcindat quid ex veteri arboris parte quæ fructum ferat, ſed tantùm ex novâ, quæ nondum ferat fructum. Neque demum omnino ejuſmodi quid faciat, niſi ubi Solis radii non admittuntur.*

V. *Ubi fons fuerit è quo fluvius intra terminos alicujus urbis ſeu provinciæ labitur, ita utantur fruantur illius urbis ſeu provinciæ incolæ fluvio illo (tametſi fons ejus non fuerit in parte ipſis aſſignata) ut nec alii cum illis eo utantur fruantur.*

VI. *Fas fore hominum cuilibet piſces captare è mari Tiberiadis, modò ſcilicet hamis ſolummodo piſcatus fuerit. Neque enim ſepimentum expandet, aut navi piſcatoria utetur alius præter tribuum incolas quarum partem aſſignatam Mare illud alluit.*

VII. *Cuilibet fas fore, quoties neceſſe ei fuerit ventrem exonerare, è via diverti, & pone ſepem quæ proximat illud facere, idque etiamſi*

etiamsi locus fuerit croco plenus, & fasciculum ad abstergendum ibi sumere.

VIII. *Cuilibet per vineam aliumve ejusmodi locum erranti hinc inde pervagari licebit usque dum in viam suam redierit.*

IX. *Tempore quo cœnosæ nimis fuerint viæ publicæ aut aquis im... fas erit viatoribus, viis ipsis relictis, in vicina quæ adjacent loca ... atque ibi transire; tametsi transierit in via quæ suos habet D...*

X. *Qui fortè mortuus repertus fuerit, locum sui m sibi adquiret, & ... erit loco in ipso quo fuerit repertus, modo i... non fuerit an... nec intra limites urbis; tunc enim in locum mortuorum sepul... ...natum avehendus est.*

De annis Josuæ, & successorum Chronologiâ, ad Seculum proximum. Atque hæc hactenus de Originibus Ebraicis: Quæ qui... turgerent nimiùm, si cogitationibus secundis cuderentur. Re... ...nus in Ægyptum.

Mœris Rex.

TRes sunt, in laterculo Thebano, hujus seculi Reges illustres, *Maris, Siphoas* & *Phruron*. *Maris rex tricesimus quartus* inter eos celebratur quos excerpsit Herodotus; cui *Mœris* appellatur, & *Myris*. De hujus Regis tempore non malè convenit Canoni nostro ...m Herodoto. Ille de soli Ægyptiaci incremento differens, a) *...nc, inquit, nisi fluvius ad XVI aut ad XV saltem cubitos assurgat, ... in terram.* Verum ἐπὶ Μύριος βασιλῆος, *sub Re... ...ri, quoties fluvius VIII cubitis, dum minimum, influebat, Ægy... quæ infra Memphim est, irrigabat.* Καὶ Μύρις οὔκω ἦν ἔτεα ...κόσια τετελευτηκὼς, ὅτε τῶν ἱερέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον, *Nec dum ...rant 900 ab obitu Myris ad tempus quo ego hæc a sacerdotibus ...am.* a) Herod. l.2. c.13.

Herodotus b) *natus est anno 53 ante initium belli Peloponnesia...* ...est, anno Per. Jul. 4239. Deme annos 900, habes annum Per. ...330; qui in Canone nostro excessum Regis proximat. b) Au. Gell. l.15. c.23.

Refert c) Herodotus, *Mœrin regem* ἀποδέξασθαι μνημόσυνα ... Ἡφαίστου τὰ πρὸς Βορέην ἄνεμον τετραμμένα Προπύλαια· λίμνην ... ὀρύξαι, *Struxisse insignes Vulcani Porticus, quæ sunt versùs Aquilonem;* c) L.2. c.101.

a) Ib. c. 121. *nem; & Stagnum effodisse.* Sic *Rampsinitus rex* a) postea laudatur ob προπύλαια ejusdem templi *ad Occasum* exstructa.

b) Ibid. c. 99. Cùm autem celeberrimum hoc Vulcani templum esset in urbe Memphi (in eâ enim à b) *Mene* olim fundatum fuit) atque urbs illa à *Pastoribus*, sub eorum adventum ante annos 200, capta esset; manifestum est *Pastores* hisce temporibus Memphim amisisse, *Thebanos*que urbem illam tenuisse, & ornâsse.

c) supra, p. 101. d) Syncel. p. 123. d. Apud *Tanitas* in Inferiore Ægypto jam tum regnabat *Assis*, *Pastorum rex sextus*, & eorum quos ex Manethone c) recensuimus postremus: Is Georgio Syncellô vocatur d) *Aseth*. Ἐπὶ αὐτοῦ ὁ Μόσχος θεοποιηθεὶς Ἆπις ἐκλήθη, *Sub eo invocatus est Apis Vitulus in Deos relatus.* Non solùm *Vulcani* sed etiam *Apidis* cultus in urbe Memphi instauratus est.

e) Num. 279. f) p. 86. Eusebius, ad ultima horum Pastorum tempora, e) *Memphis in Ægypto ab Ape condita.* Scaliger f) vertit, Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους. Neque enim de Rege Argivo intelligere potuit. Urbs autem non jam fundata est, sed instaurata, postquam à Pastoribus fuisset vastata. Pastores initio prævalidi, paulatim cessêre, tandem discessêre.

g) Herodot. l. 2. c. 149. Alterum nobile hujus Regis opus fuit ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη, *Stagnum Mœris*, vel potius fossa è Nilo in Stagnum ducta. *Ambitus stagni est stadiorum* 3600, *sive schœnorum sexaginta* (id est, milliarium 480) g) *quanta est ipsius Ægypti mensura ad Mare. Iacet longo situ versùs Aquilonem & Austrum; altitudine 50 passuum; ubi profundissimum.* Herodotus enixè contendit stagnum hoc humanô labore fuisse excavatum; eumque sequutus est Diodorus. Quorsum verò? Concedamus hoc Stagnum fuisse αὐθιγενὲς *nativum*: nihilominus eximium fuit Solertiæ veteris specimen, Desertum Libyæ Nilo crescente fœcundare; & machinatio satis operosa, Canalem,

h) Diod. Sic. l. 1. p. 33. d. i) Herod. l. 2. c. 149. h) ὀγδοήκοντα μὲν σταδίων τὸ μῆκος, τρίπλεθρον δὲ τὸ πλάτος, 80 *stadia longum, & tria plethra* (sive 300 pedes) *latum*, per saxeum Ægypti latus traducere; non sine perforato alicubi meatu. i) Ἔλεγον ὡς ἐς τὴν σύρτιν τὴν ἐν Λιβύῃ ἐκδιδοῖ ἡ λίμνη αὕτη ὑπὸ γῆν, τετραμμένη τὸ πρὸς ἑσπέρην ἐς τὴν μεσόγαιαν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ Μέμφιος, *Dicunt hoc stagnum sub terra influere in Syrtim Libyæ, vergens in mediterranea versùs Occidentem, juxta montem qui est supra Memphim.* Infra Memphim, versùs Orientem, alteram post-

posthac fossam æmulatione quadam inchoavit Sesostris, quæ in Mare Rubrum diverteret.

a) *Cùm vero Nilus non certis augmentis influat, & illius* b) *modi[illegible] Terram fœcundam faciat, redundantis aquæ receptaculum effos[illegible] [illegible] x Myris: & fossâ fluvium aliquando recipiens, aliquando re[illegible] aquas agricolis tempestivas exhibuit, ore vel aperto, vel occluso; [illegible] solertia multisq; impensis. Claustra enim non minore quàm 50 [illegible] sumptu vel reserabantur, vel obstruebantur.* a)Diod. Sic. l. 1. p. 33. d. b)supra, p. 8c.

c) *Aqua, ex Nilo per Fossam derivata, sex mensibus in Stagnum [illegible] [illegible] retro in Nilum refluit. Quum effluit, singulis diebus singula argenti talenta ex proventu piscium in fiscum regium persolvit; quum influit, viginti minas.* d) *Vectigal hoc uxori datum, πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν, ad unguenta & alium ornatum. Piscium autem genera 22 capi ajunt.* c)Herodot. ib. d)Diod. ibid.

Duplex erat hujus Fossæ ostium, & claustra duplicia. e) *Mœridis lacus ob magnitudinem & profunditatem sufficit recipiendæ fluminis inundationi, ne habitationes & sata redundet; &, decrescente Nilo, per utrumque Fossæ ostium aquæ copiam reddit irrigationibus utilem.* Ταῦτα μὲν φυσικά, *Ista quidem naturalia sunt. Utrique verò Fossæ ostio Claustra imposita sunt, quibus architecti & influentem aquam & effluentem dispensant.* e)Strab. l. 17. p. 810. d.

Postquam Alexandria condita est inter Mare Ægyptium & Maræotin lacum, f) *Nilus multis fossis lacum illum implevit,* ἄνωθεν τε καὶ ἐκ πλαγίων, *tum e loco superiore ductis* (id est, ex Mœridis lacu) *tum è latere; per quas multò plura importantur quàm è Mari; adeò ut portus ad Lacum ditior sit Marino. Præter opes quæ ex utraque parte & in Maris & in Lacus portum advehuntur, etiam Aeris temperies memoratu digna est. Quæ contingit ex urbis utrinque [illegible] & opportuno Nili incremento. Urbes aliæ, ad lacus sitæ, in æstivis ardoribus aerem habent gravem & præfocantem. Lacuum enim crepidines exsiccantur propter exhalationes à Sole excitatas: Cænoso autem ejusmodi vapore exhalante, aer morbidus ducitur, & pestilentia contrahitur. At Alexandriæ, incipiente æstate, Nilus auctus etiam Lacum auget, & nullum relinquit maligni vaporis cœnum; simul Etesiæ à Boreâ & pelago aspirant; ut Alexandrini æstates optimè agant.* Ægyptus, non Natura tantùm, sed etiam Arte, fœcundissima terrarum. g) πλέω θωμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη, καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται f)Strab. ib. p. 793. a. g)Herodot. l. 2. c. 35.

πρὸς

a)Ib. c.121. *nem; & Stagnum effodisse.* Sic *Rampsinitus rex* a) postea laudatur ob προπύλαια ejusdem templi *ad Occasum* exstructa.

Cùm autem celeberrimum hoc Vulcani templum esset in ur-
b)Ibid. c.99. be Memphi (in eâ enim à b) *Mene* olim fundatum fuit) atque urbs illa à *Pastoribus*, sub eorum adventum ante annos 200, capta esset; manifestum est *Pastores* hisce temporibus Memphim amisisse, *Thebanosq;* urbem illam tenuisse, & ornâsse.

Apud *Tanitas* in Inferiore Ægypto jam tum regnabat *Assis*,
c)suprà, p.101. *Pastorum rex sextus*, & eorum quos ex Manethone c) recensuimus
d)Syncel. p.123.d. postremus: Is Georgio Syncellô vocatur d) *Aseth*. Ἐπὶ αὐτοῦ ὁ Μόσχος θεοποιηθεὶς Ἆπις ἐκλήθη, *Sub eo invocatus est Apis Vitulus in Deos relatus.* Non solùm *Vulcani* sed etiam *Apidis* cultus in urbe Memphi instauratus est.

e) Num. 279. Eusebius, ad ultima horum Pastorum tempora, e) *Memphis in*
f) p. 86. *Ægypto ab Ape condita.* Scaliger f) vertit, Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους. Neque enim de Rege Argivo intelligere potuit. Urbs autem non jam fundata est, sed instaurata, postquam à Pastoribus fuisset vastata. Pastores initio prævalidi, paulatim cessêre, tandem discessêre.

Alterum nobile hujus Regis opus fuit ἡ Μοίριος καλουμένη λίμνη, *Stagnum Maris*, vel potius fossa è Nilo in Stagnum ducta. *Ambitus stagni est stadiorum 3600, sive schœnorum sexaginta* (id est,
g)Herodot. l.2. c.149. milliarium 480) g) *quanta est ipsius Ægypti mensura ad Mare. Jacet longo situ versùs Aquilonem & Austrum; altitudine 50 passuum; ubi profundissimum.* Herodotus enixè contendit stagnum hoc humanô labore fuisse excavatum; eumque sequutus est Diodorus. Quorsum verò? Concedamus hoc Stagnum fuisse αὐτοφυὲς *nativum*: nihilominus eximium fuit Solertiæ veteris specimen, Desertum Libyæ Nilo crescente fœcundare; & machinatio satis operosa, Canalem,
h)Diod. Sic. l.1. p.33.d. h) ὀγδοήκοντα μὲν σταδίων τὸ μῆκος, τρίπλεθρον δὲ τὸ πλάτος, 80 *stadia longum, & tria plethra* (sive 300 pedes) *latum*, per saxeum
i)Herod.l.2. c.149. Ægypti latus traducere; non sine perforato alicubi meatu. i) Ἔλεγον ὡς ἐς τὴν σύρτιν τὴν ἐν Λιβύῃ ἐκδιδοῖ ἡ λίμνη αὕτη ὑπὸ γῆν, τετραμμένη τὸ πρὸς ἑσπέρην ἐς τὴν μεσόγαιαν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ Μέμφιος, *Dicunt hoc stagnum sub terra influere in syrtim Libyæ, vergens in mediterranea versùs Occidentem, juxta montem qui est supra Memphim.* Infra Memphim, versùs Orientem, alteram

post-

posthac fossam æmulatione quadam inchoavit Sesostris, quæ in Mare Rubrum diverteret.

a) *Cùm vero Nilus non certis augmentis influat, & illius* b) *mo- derat… Terram fœcundam faciat, redundantis aquæ receptaculum es- se… ex Myris: & fossa fluvium aliquando recipiens, aliquando re- f… aquas agricolis tempestivas exhibuit, ore vel aperto, vel occluso; m… c… solertia multisq; impensis. Claustra enim non minore quàm 50 … um sumptu vel reserabantur, vel obstruebantur.* a)Diod. Sic. l. 1. p. 33. d. b)supra, p. 8…

c) *Aqua, ex Nilo per Fossam derivata, sex mensibus in Stagnum … retro in Nilum refluit. Quum effluit, singulis diebus singula argenti talenta ex proventu piscium in fiscum regium persolvit; quum influit, viginti minas.* d) *Vectigal hoc uxori datum,* πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμὸν, *ad unguenta & alium ornatum. Pi- … m autem genera 22 capi ajunt.* c)Herodot. ib. d)Diod. ibid.

Duplex erat hujus Fossæ ostium, & claustra duplicia. e) *Mœridis lacus ob magnitudinem & profunditatem sufficit recipiendæ fluminis inundationi, ne habitationes & sata redundet; &, decrescente Nilo, per utrumque Fossæ ostium aquæ copiam reddit irrigationibus utilem.* Ταῦτα μὲν φυσικά, *Ista quidem naturalia sunt. Utrique verò Fossæ ostio Claustra imposita sunt, quibus architecti & influentem aquam & effluentem dispensant.* e)Strab. l. 17. p. 810. d.

Postquam Alexandria condita est inter Mare Ægyptium & Maræotin lacum, f) *Nilus multis fossis lacum illum implevit,* ἄνωθεν καὶ ἐκ πλαγίων, *tum è loco superiore ductis* (id est, ex Mœridis lacu) *tum è latere; per quas multo plura importantur quàm è Mari; adeo ut … tus ad Lacum ditior sit Marino. Præter opes quæ ex utraque par- … & in Maris & in Lacus portum advehuntur, etiam Aeris temperies … moratu digna est. Quæ contingit ex urbis utrinque al… vione & op- … tuno Nili incremento. Urbes aliæ, ad lacus sitæ, in æstivis ardoribus … em habent gravem & præfocantem. Lacuum enim crepidines exsic- … ur propter exhalationes a Sole excitatas: Cœnoso autem ejusmodi … pore … halante, aër morbidus ducitur, & pestilentia contrahitur. At … xandriæ, incipiente æstate, Nilus auctus etiam Lacum auget, & nul- … relinquit malignis vaporis cœnum; simul Etesiæ a Borea & pelago … rant; ut Alexandrini æstates optimè agant.* Ægyptus, non Natura tantùm, sed etiam Arte, fœcundissima terrarum. g) πλέω … υμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη, καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται) f)Strab. ib. p. 793. a. g)Herodot. l. 2. c. 35.

πρὸς

πρὸς πᾶσαν χώρην, *Plura habet mirabilia quàm omnes aliæ regiones; & Opera, præter omnem regionem, relatu majora exhibet.* Quod, ante natam Alexandriam, dixit Herodotus.

a) Herodot. l. 149. b) Diod. Mœris autem a) *in medio lacu duas Pyramides 50 paſſus ſuper aquam extantes, ſive* b) σταδιαίας τὸ ὕψος, *ſtadii altitudine extruxit, & ſuper utramque coloſſum lapideum in throno ſedentem;* Sui & *Uxoris ſepulcra. Exiſtimabat ſcilicet iſtis operibus immortalem virtutis memoriam ſibi reliquiſſe.*

c) ſuprà, p. 37. d) L. 2. c. 100. e) Diog. Laert. in ejus vitâ, p. 216. f. Socrates, apud Platonem, dixit c) Mercurium Primum *Geometriam inveniſſe.* Herodotus, d) *Geometriam*, in Ægypto *inventam, inde ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπελθεῖν in Græciam adveniſſe.* Ipſi Græci dicunt Pythagoram e) *Geometriam perfeciſſe*, Μοίριος πρῶτον εὑρόντος τὰς ἀρχὰς τῶν στοιχείων αὐτῆς, *quum Mœris elementorum ejus initia inveniſſet.* Quod vel de hoc Rege (inſigni aquilege) intelligendum eſt; vel de illius ſucceſſore.

Mercurius Secundus.

f) Syncell. 124. a. MOeri ſucceſſit f) λέ Σιφωὰς ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίστου, *Tricesimus quintus Rex Siphoas, qui & Mercurius dictus eſt, filius Vulcani.* Interpretatio eſt Eratoſthenis. *Mercurius* Primus (Rex vetuſtiſſimus) vocabatur *Thoth.* Duo enim in Ægyptiorum monumentis celebrantur *Mercurii.* Manetho utroſque diſtinguit (qui

g) Syncell. p. 40. c. h) Ib. b. g) ad *Ptolemæum Philadelphum* ſcripſit περὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν ὑπὸ τοῦ Δευτέρου Ἑρμοῦ βιβλίων, *de interpretatione librorum Mercurii Secundi.*) h) Ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν, ἱερᾷ, φησὶ, διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θὼθ τοῦ Πρώτου Ἑρμοῦ, καὶ ἑρμηνευθεισῶν * ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου * γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς καὶ ἀποτεθέντων ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ Ἀγαθοδαίμονος υἱοῦ τοῦ Δευτέρου Ἑρμοῦ, πατρὸς ᾗ τοῦ Τὰτ, ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν ἱερῶν Αἰγύπτου, *Ex ſtelis, inquit, in terrâ Seriadicâ poſitis, ſacrâ dialecto & hierographicis literis à Thoth Mercurio Primo exaratis, Secundus Mercurius (Agathodæmonis filius, Tati pater) ex Sacra illa lingua tranſtulit literis hieroglyphicis in Libros, quos in adytis templorum Ægyptiorum repoſuit.* Primus fuit Artium autor, proximis poſt Diluvium temporibus; quas Secundus jam tandem adornavit,

i) ſuprà, p. 39. atque emendatiores edidit. De *Primo* diximus, & de i) *Syringibus*

gibus subterraneis. Doctissimus Ammiani a) illustrator Syncellum hic ἐν Συριγγικῇ γῇ scripsisse conjicit. a) H. Valel. in Am. Marcel. p. 240.

b) Eusebius etiam Mercurium hunc Mose paulò juniorem constituit. Nam ad annum 50 post Exitum Israelitarum ex Ægypto, c) *His*, inquit, *temporibus Tat, filius Hermetis Trismegisti, fuisse dignoscitur.* Mercurius Secundus Τρισμέγιστος *Ter Maximus* dicitur d) Manethoni, Jamblicho, aliis. *Tat* sive *Taat* non multùm abludit à *Taaut*; quod apud Phœnices *Primi Mercurii* nomen fuisse ostendimus. b) suprà, p. 242. c) Chron. p. 556. d) Syncell. p. 40. c. e) suprà, p. 37.

Mercurius hic à Manethone vocatur *Agathodæmonis filius*; in laterculo autem, *Vulcani filius.* Sanè nullus erat Adulationis Ægyptiacæ modus; cujus exemplum habebimus illustre ex Obelisco *Ramessis*, Sec. XV.

Libri Mercurii.

De *Libris Mercurii, in adytis templorum repositis*, locus est Clementis Alexandrini adduci dignus

Ex Stromateων lib. VI. p. 633.

Μετίασιν οἰκείαν τινὰ φιλοσοφίαν Αἰγύπτιοι· αὐτίκα τοῦτο ἐμφαίνει μάλιστα ἡ ἱεροπρεπὴς αὐτῶν θρησκεία.

Πρῶτος μὲν γὰρ προέρχεται ὁ ᾠδὸς, ἕν τι τῶν τῆς μουσικῆς ἐπιφερόμενος συμβόλων. Τοῦτόν φασι δύο βίβλους ἀνειληφέναι δεῖν ἐκ τῶν Ἑρμοῦ· ὧν θάτερον μὲν ὕμνους περιέχει θεῶν· ἐκλογισμὸν δὲ βασιλικοῦ βίου τὸ δεύτερον.

Μετὰ δὲ τὸν ᾠδὸν, ὁ ὡροσκόπος, ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα καὶ φοίνικα, ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, προέρχεται. Τοῦτον τὰ ἀστρολογούμενα τῶν Ἑρμοῦ βιβλίων, τέσσαρα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, ἀεὶ διὰ στόματος

Ægyptii peculiarem quandam Philosophiam exercent: illam maximè ostendit Sacra eorum Processio.

Primus enim procedit Cantor, ex Musicæ symbolis unum aliquod gestans. Dicunt illum ex libris Mercurii duos accipere debere; quorum unus Hymnos Deorum, alter Regiæ vitæ rationes continet.

Post cantorem procedit Horoscopus, in manu habens horologium & palmam, Astrologiæ symbola. Hunc oportet semper in ore habere Astrologicos Mercurii libros, qui sunt quatuor, quorum unus

τος ἔχειν χρή· ὧν τὸ μὲν ἐστι περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων· τὸ δὲ περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης· τὸ δὲ λοιπὸν περὶ τῶν ἀνατολῶν.

Ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν καὶ σχοῖνος ᾗ γράφουσι. Τοῦτον τά τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα· περί τε τῆς κοσμογραφίας, καὶ γεωγραφίας· τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης· καὶ περὶ τῶν ε πλανωμένων· χωρογραφίαν τε τῆς Αἰγύπτου, καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς· περί τε τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων· περί τε μέτρων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων, εἰδέναι χρή.

Ἔπειτα ὁ Στολιστὴς τοῖς προειρημένοις ἕπεται, ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον. οὗτος τὰ παιδευτικὰ πάντα, καὶ μοσχοσφραγιστικὰ (ita legendum) καλούμενα. Δέκα δέ ἐστι τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα· οἷον περὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, εὐχῶν, πομπῶν, ἑορτῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων.

Ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Προφήτης ἔξεισι, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπι-

nus est de ordine Inerrantium stellarum quæ apparent; alius de coitu & illuminatione Solis & Lunæ; reliqui (duo) *de illarum ortu.*

Deinceps progreditur Scriba Sacrorum, pennam habens in capite, & in manibus librum ac regulam, in quâ est & atramentum ad scribendum, & juncus quo scribunt. (Ad illum pertinent X libri.) *Illum oportet scire* 1 *ea quæ Hieroglyphica vocantur, &* 2 *Cosmographiam, &* 3 *Geographiam, &* 4 *Ordinem Solis & Lunæ, &* 5 *Quinque Planetarum, &* 6 *Chorographiam Ægypti, &* 7 *Descriptionem Nili, &* 8 *Descriptionem apparatûs Sacrorum, locorumque eis consecratorum, &* 9 *Mensuras, &* 10 *quæcunque in Sacris sunt necessaria.*

Prædictos sequitur Stolistes, cubitum Justitiæ tenens, & Calicem ad libandum. Hic omnia noscit quæ ad Disciplinam pertinent, & Victimarum Sigillationem. Sunt autem X (libri) *qui ad Deorum suorum honorem pertinent, & Religionem Ægyptiacam continent, nempe de* 1 *Sacrificiis, de* 2 *Primitiis, de* 3 *Hymnis, de* 4 *Precibus, de* 5 *Pompis, de* 6 *Diebus Festis, & ejusmodi* quatuor alii.

Post omnes prodit Propheta, Hydriam apertè gerens in sinu, quem

περιμένων· ᾧ εἰπεῖν) οἱ τὴν ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες. οὗτος, ὡς ἂν προστάτης τοῦ ἱεροῦ, τὰ ἱερατικὰ καλούμενα ι βιβλία ἐκμανθάνει. Περιέχει δὲ περί τε νόμων, καὶ Θεῶν, καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων. ὁ γάρ τοι Προφήτης παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ τῆς διανομῆς τῶν προσόδων ἐπιστάτης ἐστίν.

quem sequuntur qui Panes emissarios portant. Hic, ut Præfectus Sacrorum, libros X ediscit, qui Sacerdotales vocantur; nempe de Legibus, de Diis, & de universâ Sacerdotum disciplinâ. Propheta etiam apud Ægyptios Vectigalium distributioni præest.

Δύο μὲν οὖν καὶ τεσσαράκοντα αἱ πάνυ ἀναγκαῖαι τῷ Ἑρμῇ γεγόνασι βίβλοι· ὧν τὰς μὲν λϛʹ, τὴν πᾶσαν Αἰγυπτίων περιεχούσας φιλοσοφίαν, οἱ προειρημένοι ἐκμανθάνουσι· τὰς δὲ λοιπὰς ἓξ οἱ Παστοφόροι, ἰατρικὰς οὔσας, περί τε τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, καὶ περὶ νόσων, καὶ περὶ ὀργάνων, καὶ φαρμάκων, καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῶν γυναικείων.

Sunt ergo XLII Mercurii libri admodum necessarii: ex quibus XXXVI, qui continent omnem Ægyptiorum philosophiam, discuntur ab iis quos diximus. VI reliquos ediscunt Pastophori; pertinent autem ad Medicinam, nempe de [1] Anatomiâ, de [2] Morbis, de [3] Instrumentis, de [4] Medicamentis, de [5] Oculis, & postremò de [6] Mulieribus.

Hinc lux Chæremoni, apud a) Porphyrium. Τὸ μὲν, inquit, κατ' ἀλήθειαν φιλοσοφοῦν ἔν τε τοῖς Προφήταις ἦν, καὶ Ἱεροστολισταῖς, καὶ ἱερογραμματεῦσιν, ἔτι δὲ ὡρολόγοις. Τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε, καὶ Παστοφόρων, καὶ Νεωκόρων πλῆθος, καὶ ὑπουργῶν τοῖς θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὔτι γε μὴν μετ' ἀκριβείας καὶ ἐγκρατείας τοσῆσδε, *Verè philosophantur Prophetæ, & Hierostolistæ, & Hierogrammatei, & Horologi: Turba autem reliqua Sacerdotum, Pastophororum, Neocororum, & Diis subministrantium, purificantur quidem similiter, sed non tam accuratè, nec cum tantâ continentiâ.*

a) De Abstin. l. 4. §. 8.

Libri itaque Mercurii tam b) Medicinam & Astrologiam, quàm Theologiam & Ritus sacros, id est, totam Ægyptiorum Philosophiam tractabant. De Medicinæ initio dictum est. Mercurius Primus c) *Stelas, Deorum stemmata præcepit continere,* & Deorum Regna, admodum Magnæ ἀποκαταστάσεως, excogitavit: Eadem jam d) ἐν τοῖς Γενικοῖς Ἑρμοῦ, *in libris Genealogicis Mercurii* Secundi,

b) supra, p. 41.
c) Marc. Capell. l. 2.
d) Syncell. p. 35. d.

a)Ib.p. 52. b. di,a) καὶ ταῖς Κυρανίσι βίβλοις φέρεται, & in Cyranicis feruntur. b)Prolegom. in Solinum, p.19. Ἡ Κυρανὶς βίβλος. Doctissimo b) Salmasio est Liber Collectaneus: Græculo cuidam visum est Κυρανίδας dictas à Κῦρ, quod Græcè Κύριος, Dominus vel Rex.

c)Euseb.Præp. l.1.c.9.p.32.a. c) Sacerdotes qui insecuti sunt, neglectis diu istis Mercurii libris, τοὺς περὶ Θεῶν μύθους ἐπ' ἀλληγορίας καὶ φυσικὰς διηγήσεις τε καὶ θεωρίας ἀνάγουσι, Ea quæ de Diis ficta sunt ad allegorias & explicationes speculationesq; Naturales traduxerunt. In eam rem, ἀποσπασμάτια quædam Porphyrii aliorumque recitat Eusebius libro tertio.

Ex his Mercurii libris Sanchuniathon Berytius (autor vetustissimus; sed Tyri conditu, Trojanisque temporibus longè inferior) τὴν Κοσμογονίαν suam instauravit. Illam enim contulit d)Euseb. ib. b. d) τοῖς ἀπὸ τῶν ἀδύτων ἐυρεθεῖσιν ἀποκρύφοις Ἀμμουνέων γράμμασι συγκειμένοις, ἃ δὴ οὐκ ἦν πᾶσι γνώριμα, cum iis quæ in Adytis reperta sunt, & composita arcanis Ammoneorum literis, quæ non sunt omnibus notæ. e)Ezech.30.15. Ammonei sunt Thebani; e) Ammon-No, Thebæ. Uterque Mercurius in Thebanorum regum censu.

Jamdudum perierunt genuini Hermetis libri: jamdudum irrepserunt supposititii. Galenus (qui Clemente aut senior fuit, aut saltem coætaneus) Medicos Mercurii libros, qui suo tempore circumferebantur, falsos esse pronunciavit. f)L.6. De Simpl.medic. facult. f) Ἔν τινι, inquit, τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων ἐγγεγράφθαι, περιέχοντι τὰς λϛ' τῶν ὡροσκόπων βοτάνας· ἃς δῆλον ὅτι λῆρός εἰσι καὶ πλάσματα τοῦ συνθέντος, Scriptum esse in quodam librorum qui ad Mercurium Ægyptium referuntur, continente 36 horoscoporum plantas; quas manifestum est nugas esse, & figmenta ejus qui librum composuit. Prostat hodie, sub Mercurii nomine, Pœmander. Librum illum è Platone & S. Scripturis concinnatum esse docuit V. Cl. Is. g)Exerc.I c.10 g) Casaubonus. Neque melioris notæ sunt ista forsan, quæ apud h)L.1. & 2. con. Julian. B. h) Cyrillum occurrunt: Hermaicorum lib. XV; Hermetis διεξοδικὰ fusè explicata; aut Sermo ad Asclepium; & Mercurius ad propriam mentem. In quibus is erat scribentis scopus, ut Mercurius cum Mose in rebus sacris consentiret.

Anni Reformatio.

HActenus Ægyptii Anno usi sunt æquabili XII Mensium, quorum quilibet habuit Dies tricenos; ita ut totus Annus haberet dies

dies tantùm 360. Hujus Anni tanta erat à cursu Solis discrepantia, ut certa adhuc nulla esse potuerit scientia Astronomica. Emendatione itaque opus erat; quam Thebanus jam introduxit Mercurius. a) *Thebani* (inquit Strabo) *maximè Sacerdotes, dicuntur esse* a) L. 17. p. 816. *Astronomi & Philosophi: Eorum est Dies, non ad Lunæ, sed ad Solis cur-* c. *sum numerare;* τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπάγοντες πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, *XII 30 dierum Mensibus adjiciunt quotannis dies V. Cùm verò particula quædam diei excurrat ad totius anni complementum, illi Periodum tot annorum constituunt, quot particulæ excurrentes Diem conficiunt:* id est, non tantùm τὰς ἐπαγομένας invenerunt, sed etiam τὸν τέταρτον. Addit Strabo, Ἀνατιθέασι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν, *Hujusmodi sapientiam omnem attribuunt Mercurio.*

Chronologiæ nostræ appositè competit id quod Georgius Syncellus sexto *Tanitarum* regi subjicit. b) οὗτος προσέθηκε τοῦ ἐνιαυ- b) Syncell. τοῦ τὰς Ε' ἐπαγομένας, καὶ ἐπὶ αὐτοῦ, ὥς φασιν, ἐχρημάτισεν τξέ ἡ- p. 123. d. μερῶν ὁ Αἰγυπτιακὸς ἐνιαυτὸς, τξ' μόνων ἡμερῶν πρὸ τούτου μετρούμενος, *Hic Dies V Ascititios Anno addidit, & sub eo (ut ferunt) Annus Ægyptiacus usurpavit dies 365, qui antea diebus tantummodo 360 numerabatur.* In postrema hujus regis tempora (in Canone) initia Mercurii incidunt; ita ut huic ille sit satis æqualis. Hujusmodi autem annotatiunculas, apud Syncellum, non tam ipsos Reges, quàm eorum Tempora spectare c) notavimus. Et sanè ra- c) suprà, p. 40. tioni magis est consentaneum existimare *Thebanos* fuisse hujus astronomiæ authores, quàm *Pastores*, qui d) ἄνθρωποι τὸ γένος d) suprà, p. 98. ἄσημοι fuerunt.

Herodotus dixit e) *Ægyptios primos omnium hominum in-* e) L. 2. c. 4. *venisse Annum, eíq; XII tempora distribuisse; atque hæc ex astris comperisse. In hoc etiam ii prudentiùs agere videntur quàm Græci;* quòd Græci διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, *tertio quoque anno intercalant* (id est, inter exactum secundum & tertium ineuntem) *Ægyptii verò XII tricenorum dierum Mensibus adjiciunt quotannis Dies quinque.* Quadrantis non meminit Herodotus. Quippe f) *Eudoxus, cum Platone in Ægyptum profectus, à sacerdo-* f) Strab. l. 17. *tibus didicit* τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια ταῖς p. 806. c. τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου, *diei ac noctis particulas supra 365 dies ad anni com-*

plementum excurrentes: ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ ἄλλα πλείω, *Tamdiu apud Græcos ignorabatur Annus, ut & alia permulta.* Non igitur sera videbitur Ægyptiaca hæc Cœlorum cognitio diutinam intuenti aliarum gentium ignorantiam.

Thebani memorandum hoc inventum pro suo vendicant. a)L.1.p.32.d. *Illi* (inquit a) Diodorus) *dicunt seipsos esse omnium hominum antiquissimos; & ab ipsis Philosophiam & exactiorem Astrologiam fuisse inventam, adjuvante eos terræ situ ad illustrius cognoscendum Ortus & Occasus siderum:* ἰδίως δὲ, *peculiari autem modo Menses & Annos apud se ordinatos esse. Nam dies, non ad Lunæ, sed Solis motum exigentes, tricenos quidem dies Mensibus attribuunt;* πέντε δὲ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι, *sed post duodecimum quemque mensem V Dies cum Quadrante intercalant; eoque modo circulum Annuum absolvunt.*

b)Saturnal. L.1.c.15. Macrobius locum intercalationis indicat. b) *Ægyptii Menses tricenûm dierum omnes habent; eoque explicitis XII mensibus, id est, 360 diebus exactis, tunc inter Augustum atque Septembrem reliquos V. Dies Anno suo reddunt; adnectentes Quarto quoque anno exacto Interkalarem qui ex Quadrantibus constit.* Ita ut exitu anni Quarti Epagomenæ sint dierum VI. post Augusti Cæsaris tempora.

Ægyptii Doctrinam hanc de Anno, fabulâ involutam, posteris tradiderunt. (Κυρίας enim δόξας de rerum naturâ in operto servare solebant.) c) *Dicunt Rheam cum Saturno occultè congressam esse;* c)Plutarch. de Iside, p.355.d. *Solem imprecatum, ut illa neque in Mense, neque in Anno pareret; Mercurium aleâ ludentem cum Lunâ vicisse, & cujusvis diei partem abstulisse septuagesimam* (secundam. Nam dies V sunt septuagesima secunda pars Anni veteris, dierum 360.) *ex quibus omnibus confectas Dies V diebus 360 adjecisse; quas Ægyptii nunc vocant* Ἐπαγομένας d)Ibid. *& ut Deorum natales celebrant.* d) Deorum istorum nomina sunt, 1. Ὄσιρις; 2. Ἀρούηρις. *Orus senior, Græcè Apollo;* 3. Τυφῶν, *is dies nefastus;* 4. Ἶσις; 5 Νεφθὺς (quæ Τελευτή, Ἀφροδίτη, Νίκη) *Typhonis uxor.* e)L.1.p.9.a. Eosdem, non eodem ordine, recenset e) Diodorus

f)Ib.p.32.b. In sepulcro *Osimandis Thebani*, qui regnabat Seculo XVI, f) *Circulus erat aureus, crassitie cubitali, ambitu 365 cubitorum; Diesque Anni in singulos cubitos divisi & inscripti; cùm notatione natu-*

naturalis ortûs & occasûs Stellarum, & significationum quas Astrologi Ægyptii ab illis effici docent. Nulla hîc fit Quadrantis mentio, quo impletur Solis cursus: adeo ut dubitari possit, an non ista Quartæ diei partis adjectio sit inferioris ævi. Cùm verò Stellarum Ortus & Occasus absque Quadrantis additione rectè designari non possint, æquum est ut illum in Circulo non defuisse putemus.

Veruntamen Sacerdotes, licèt sciebant Quadrantem Solis rationibus convenire, illum tamen non intercalabant, aut Sextum diem singulo Quadriennio adsciscebant. Religio in causâ fuit; & Intercalationem, tanquam ominosam, detestati sunt. a) *Studebant enim non iisdem temporibus Deorum sacra repræsentare; sed ea omnes anni tempestates peragere volebant; ut idem Festum æstivum sit, & hybernum, & autumnale, ac denique vernum. Ob eam causam Quadrantem non inserunt, ut Solennia retrocedant.* Idcirco Epoptæ *jure-jurando adiguntur neque Mensem, neque Diem intercalandum, quem in Festum diem immutarent; sed 365 dies peracturos, sicuti institutum est ab antiquis.* (Quod ex Scholiaste Germanici habuit b) Scaliger.) Ratio jam dicta est. Quinque ἐπαγόμεναι habebantur Quinque Deorum natales: si accederet Sexta, cujus Dei γενέθλιον celebrarent?

a) Gemini Isag. edit. Petau. p. 33.

b) Canô. Isag p. 244.

Duplex itaque fuit Anni modus apud Ægyptios: alter *Civilis*, vel *Sacer*, constans ex diebus 365, absque aliquâ horarum adjectione; qui *Ægyptiacus* dicitur & c) *Sothiacus*, vel *Canicularis* dici potest, quia ad Caniculæ cursum constituitur. Alter *Naturalis* est, & diebus 365 quartam diei partem addit: qui *Thebanus* appellari potest; & *Heliacus*, quia ad cursum Solis formatur. Ad hujus exemplar d) C. *Julius Cæsar* annum Romanum emendavit.

c) suprà, p. 9.

d) Vide Macrob. Saturn. l. 2. c. 14.

Nilus Rex.

POST Mercurium, e) λϛʹ ἐβασίλευσεν Φρουρῶν, ἤτοι Νεῖλος, ἔτη εʹ, *Tricesimus sextus regnavit Phruron, sive Nilus, annos 5.* Herodotus hunc regem omisit; Diodorus autem meminit f) Νείλεως· ἀφ' οὗ συμβαίνει τὸν ποταμὸν ὠνομάσθαι Νεῖλον, τὸ πρὸ τοῦ καλούμενον Αἴγυπτον, *Nili; à quo fluvius nominatus est Nilus, qui antea voca-*

e) Syncell. p. 147. c.

f) L. 1. p. 39. d.

vocabatur Ægyptus. Fluvius autem postea eo nomine appellatur ab Homero. * Στῆσε δ᾽ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας. Quod à a) Pausaniâ notatum: Ὅμηρος Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, οὐ Νεῖλον, *Homerus fluvium Ægyptum vocat, non Nilum.* Hesychius; Αἴγυπτος, ὁ Νεῖλος ὁ ποταμός· ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ χώρα ἀπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη. *Ægyptus, Nilus fluvius: à quo ipsa Regio recentioribus appellata est Ægyptus.* Ita ut dubia sit Diodori etymologia.

* Odyss. l. 14.
a) Bœotic.

Ille Regem hunc in calce *Thebanorum* collocat; ante *Memphitas* scilicet, eo quem b) indicavimus ordine. In laterculo Eratosthenis penultimus est. Dicæarcho autem Ultimus ponitur, & Trojanis temporibus æqualis. Ejus locum, ex Apollonii c) Scholiaste proferemus. Ille enim inter primos Chronologiæ Græcæ parentes habendus est.

b) suprà, p. 49.
c) Argonaut. l. 4. v. 272. p. 412.

Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ	*Dicæarchus libro primo*
Μετὰ τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει·	*Dicit, post Orum Isidis & Osiridis filium regnâsse Sesonchosin;*
Ὥστε γίνεσθαι ἀπὸ τοῦ Σεσογχώσιδος βασιλείας μέχρι τοῦ Νείλου ἔτη δισχίλια φ'.	*A regno Sesonchosidis ad Regnum Nili fuisse annos* 2500;
Ἀπὸ δὲ τοῦ Νείλου βασιλείας μέχρι τῆς Πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτη υλϛ'.	*A regno Nili ad Primam Olympiadem annos* 436.
Ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ δισχίλια ἐννεακόσια λϛ'.	*Ita ut sint omnes anni* 2936.

In d) allato Panodori catalogo, *Orus* est *Semideorum* primus, Herodotus autem refert e) *Orum Osiridis filium Deorum postremum regnâsse in Ægypto.*

d) suprà, p. 11.
e) L. 2, 144.

Vix dum præterierant anni mille ab initio Menis *ad Regnum Nili:* à regno autem *Sesonchosidis fuerunt anni* 2500. Quis igitur *Sesonchosis* ille, qui, Menem antevertens annis ampliùs 1500, inter *Semideos* locum habere videatur? Syncello Tertii Seculi Reges feruntur f) *Serapis* & *Sesonchosis*: ejusdem farinæ ambo. In g) XII Africani Dynastiâ censentur [1] *Sesonchosis*, [2] *Ammanemes*, [3] *Sesostris*. Scaliger, Africani numeros colligens, h) *Sesonchosin* ponit ad annum

f) suprà, p. 18.
g) Syncell. p. 59. c.
h) Canon. Isag. l. 2. p. 121

Per.

Per. Jul. 1308. Initium *Menis*, in a) Canone nostro, incidit in annum Per. Jul. 2371. Ad hunc modum, ille hunc præcessit an. 1063: neque multò junior *Sesostris*. Chronologia ista ad Dicæarchi rationes aliquatenus accedit. Scholiastes Apollonii *Sesonchosin* adeo non distinguit à *Sesostre*, ut hic illius nomine designari videatur. Neque aliud est ex hoc Dicæarchi calculo colligere, quàm illum cum vetustioribus aliis Græciæ Chronographis, circa *Sesostris* tempora, immani peccâsse prochronismo. a) supra, p. 18.

Sanè (Dicæarchi præceptor) Aristoteles dixerat; b) Πολὺ ὑπερτείνει τῆς χρόνοις τὴν Μίνω βασιλείαν ἡ Σεσώστριος, *Regnum Sesostris longè vetustius est regno Minois*. Regnabat autem Minos Decimo hoc Seculo. Strabo etiam asserit, c) *fossam è Rubro mari à Sesostre* incisam fuisse, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, *ante bellum Trojanum*. Uterque scilicet (sicut d) Manetho) ætatem Danai respexisse videtur. b) Politic. l. 7. c. 10. p 329. g. c) L. ult. p. 804. d) suprà, p. 13.

Eratosthenes (qui inter primos Chronologiæ Græcæ emendatores meritò habendus est) sui Thebanorum Regum laterculi terminum ad *Trojæ* ἅλωσιν posuit; non tamen ullum Sesostri locum præbuit. Nimirum bene novit ille, Sesostrim aliquot seculis Trojano bello recentiorem fuisse. Dicæarchus etiam in animo habuit ad *Excidium Ilii* calculum ponere. Illa enim Epocha fuit apud Græcos celeberrima; à quâ ad *Primam Olympiadem* quisque pro rationum suarum varietate varios annorum numeros instituebat. Dicæarchus, dum annos computat *à Nilo* ad *Primam Olympiadem*, per *regnum Nili* Belli Trojani tempora designat. Hujus intervalli numerat annos 436; qui, si inclusivè sumantur, concordant satis cum Arundelliano Marmore, in quo Anni 434 huic intervallo attribuuntur. Eratosthenes quidem annos tantùm e) 407 istis terminis impertit: unde illi necesse erat *tricesimum octavum Thebanorum regem* laterculo suo adjicere, ut Trojæ Captæ epocham attingeret. e) Censorin. c. 21.

Sesostris, in XII Africani Dynastiâ (quæ Eusebiani Canonis epocham antevertit) ex Scaligeri calculis, regnavit anno Per. Jul. 1392: Quo ratiocinio, Sesostris factus est annos 2355 ipso Sesostre senior. Nam ex S. Literis (suo loco) apparebit, Sesostrim expeditionem suscepisse in Asiam, & *Hierosolyma cepisse* anno Per. Jul. 3747.

Hinc autem satis liquet quàm incertis rationibus Græci res Ægyptiacas cum suis composuerint. Dicæarchus Excisæ Trojæ æ-

qualem facit *Nilum*, qui regnabat Seculo X: Eratosthenes *Amuthantaum*, Seculo XI: Secundùm Canonem nostrum, *Troja capta* est Seculo XII, quo tempore Thebis regnabat *Mifphragmuthofis*: Juxta Plinium, a) *Ramise regnante Ilium captum est*, Seculo XV: Secundùm Africani chronologiam (ab Eusebio & Syncello receptam) b) *Sub Thuori captum est Ilium*, Seculo XVI.

a) L. 36, c. 8.
b) Syncel. p. 72. c. 78. b. 169. d.

Tanitarum Regum continuatio.

De Thebis transeamus ad *Tanin*, Pastorum Metropolin, ad Nili ostium sitam. c) Διὰ τ̃ Τανιτικȣ̃ στόματ☉, *Per Taniticum Nili ostium* Osiris olim arcâ inclusus in mare dejectus est. Urbs itaque inter Ægypti vetustissimas habenda est. d) *Tanis condita est septennio post Hebronem*, in quâ e) sepultus est Abraham. Celebratur autem maximè, quòd Moses non ita pridem f) *mirabilia fecerat in terrâ Ægypti, in campo Taneos*.

c) Plutarc. in Iside, p. 356. c.
d) Numer. 13. 22.
e) Gen. 23. 19. 25. 9.
f) Psal. 78. 12.

Ab hâc urbe *Pastores* (qui Ægyptum Inferiorem occupaverant, & in eâ sedes posuerant) Ταν̃ιται βασιλεῖς *Reges Tanitæ* à g) Syncello dicti sunt. Ex Manethone exhibuimus VI Reges priores, qui *regnârunt annos* 259 *& menses* 10, usque ad hujus Seculi medium. Non tamen jam deficit illorum Dynastia. Ex eodem Manethone h) diximus, *Pastores Ægyptum obtinuisse annos DXL*. Desiderantur itaque Reges aliquot, qui post VI istos regnum propagârunt ultra annos CCL.

g) Syncell. p. 103. d.
h) supra, p. 101

Tenebras hîc obduxit Africanus; quem sequuti sunt Eusebius, Syncellus, atque Recentiores; qui Sex istis *Pastoribus* successores subjungunt *Thebanos Reges* illos, quos Africanus in XVIII *Dynastiam* contulerat; & *Pastori Asseth* substituunt *Amosin Thebanum*. Nec quisquam est adhuc qui eâ de re dubitaverit.

Conjunctionis hujus ansam Africano præbuit Josephus, qui ex Manethone *Pastores* istos i) produxit ad probandum *Progenitorum suorum adventum aliunde in Ægyptum*: & k) ad vendicandam eorum antiquitatem, ex eodem, statim enumerat *Thebanos Reges* illos; concluditque Pastores expulsos esse ab eorum *Primo*, non à Rege *Septimo*, juxta rei veritatem.

i) supra, p. 102
k) supra, p. 139

Syncellus itaque Josephum laudat continuatæ seriei auctorem. *Iosephus*, l) ait, *exposuit nobis tempus XXIII Regum Ægyptiorum, annorum*

l) Syncel. p. 103. d.

rum 594. VI *Pastorum* annis 259 & decem mensibus conjungit XVII regum *Thebanorum* annos 333. Pari ratione, a) *Misphragmuthosis, qui Rex Sextus est Dynastiæ* 18, *Duodecimus* illi à Pastorum primo numeratur. In hâc re tanta est ejus securitas, ut fingat b) Ἄμωσιν, τὸν ϗ Τέθμωσιν, υἱὸν Ἀσὴθ τοῦ πρώτου βασιλέως τῆς ιη' δυναστείας, *Amosin, qui & Tethmosis* (à Josepho vocatus) *filium esse Aseth Regis Primi XVIII Dynastiæ.* Pastorem postremum non tantùm primo ponit inter Thebanos loco, sed etiam Primi Regis patrem facit; & ex *Tanita* eum transmutat in *Diospolitanum*. a) Sync. ib. b) Ib. p.63. b. 68. c.

Cæterùm, pace Syncelli, longè aliter se res habet. Post Sex Pastorum tempora, *Reges Thebani Bellum magnum & diuturnum Pastoribus intulerunt*, usque ad eorum expulsionem. Si desierint Pastores antequam cœperint *Thebani*, quomodo longum inter eos Bellum geri potuit? Præterea, *Pastores* ejecti sunt non à *Primo* XVIII Dynastiæ rege (quod voluit Josephus) sed à *Septimo*; quod c) mox liquebit. Negari igitur non potest VII illos reges *Thebanos* posterioribus Tanitis fuisse contemporaneos. c) Ad Sec. XII.

Quid multa? Sanè non periit *Tanitarum* reliquorum Series, sed extra locum posita est. Reges illi ab Africano in posteriora detrusi sunt. Ille enim, rationibus suis consulens, Reges hos in duas dissipavit Dynastias. d) ΚΑ δυναστεία Βασιλέων Τανιτῶν ζ', *XXI Dynastia Tanitarum regum VII.* & interpositis *Bubastitis* quibusdam, ΚΓ δυναστεία Τανιτῶν Βασιλέων δ', *XXIII Dynastia Tanitarum regum IV.* Horum loco, Africanus *Sex Pastoribus* jam dictis duas alias addidit inanes e) *Pastorum Dynastias*; quas, ante nos, non immeritò prætermisit Eusebius, cùm præter portentosos numeros nihil sint: Eorum alteri Ποιμένες Ἕλληνες ineptè dicti sunt. Nulla fuit adhuc Græcorum migratio in Ægyptum. d) Syncell. p. 73. 74. e) Syncell. p. 65.

Nos itaque in Canone duas istas Τανιτῶν βασιλέων Dynastias in hunc locum junctim transposuimus; & *Smedem* numeravimus *Septimum Pastorum* regem; non incongruum existimantes, *Tanitis* regibus *Tanitas* subjungere. Eorum tempora regnum attingunt *Thummosis Thebani*, qui *Pastores* expulit. Dispositionis hujus concinnitas ex sequenti historiâ elucebit; sed præter nuda Regum nomina, prorsus nihil exhibet. Jam verò transfretemus in Cretam.

Epochæ Marmoreæ.

		Æra Attica.
Ἀφ' οὗ Μίνως πρ .. βα... λωνίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, Κέλμιος καὶ ...... λεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος.	*Ex quo Minos primus rex in Apollonia sedes fixit; & ferrum repertum est in Ida ab Idæis Dactylis, Celmide .... Regnante Athenis Pandione.*	(151)
Ἀφ' οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν ἐφύ..υεν, καὶ πρ ...πρα...ωτηθ.. Τριπτολέμου τοῦ Κελέου καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Ἐριχθέως.	Ex quo Ceres Athenas *advenit, & fruges plantavit, & ... Triptolemo Celei & Neeræ filio, anni* 1145, *regnante Athenis Erichtheo.*	174
Ἀφ' οὗ Τριπτο ... ἔσπειρεν ἐν τῇ Ραρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν...	*Ex quo Triptolemus seminavit in Raria dicta Eleusine, anni* 1142, *regnante Athenis...*	177
....υιο...αὐτοῦ πόησιν ἐξ. θηκε Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν, καὶ τὸν αὐτοῦ ....θος τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπὸν, ἔτη ΧΗΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως.	*...Proserpinæ raptum & Cereris investigationem, & ejus ...eorum qui fruges exceperant, anni* 1135, *regnante Athenis Erichtheo.*	184
....ου τὰ Μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰς τοῦ ..ουσαίου ποίησ...ἐξέθηκε.....ως οὗ Πανδίονος.	*...Mysteria instituit in Eleusine & Musæi poëses edidit, Pandionis filio.*	

Minos Primus.

a) Num. 56. & 128.
b) 451.
c) 513.
d) 554
e) Pausan. Phoc. p. 618.
f) Stephan. Κυδ.

REgnum Cretense veterum Græcorum maximum fuit; de quo nihil certi ante *Minoa*. In Eusebiano Canone, a) *Cres indigena*, b) *Cydon*, c) *Apteras, qui urbem condidit*, & nescio quis d) *Lapes*, pro Regibus habentur; qui tamen dubiæ sunt fidei. e) *Apteras urbs ab homine Delpho* condita est. *Cydon* Minois nepos erat. f) Κυδωνία πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία, ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλω-

λωνος καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνωος θυγατρὸς, *Cydonia urbs Cretæ, quæ priùs Apollonia, dicta est à Cydone filio Apollinis & Acacallidis filiæ Minois.* In Marmore itaque legendum, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝ. *Ex quo Minos primus rex in Apollonià sedes fixit.* Desideratur annus. Eusebius ponit annum *Pandionis* 32: is est æræ Atticæ 151.

Non convenit inter veteres, a) *utrùm Minos hic esset advena, an indigena: Homerus posteriori opinioni adstipulari videtur, cùm inquit,* a)Strab.l.10. p.477.a.

(Ζεὺς) b) Πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον·
Μίνως δ' αὖ τίκτεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα. b)Iliad. 13. v.450.

Jupiter *Minoem Primum genuit Cretæ custodem,* sive *Regem:*
Minos (Secundus, Primi ex Lycasto nepos) *genuit Deucalionem, Idomenei patrem.* Strabo, Apollodorus, alii Minoes duos non satis distinguunt; uterque *Jove genitus* habetur; utriusque gesta promiscuè narrantur.

Minoem advenam esse refert Diodorus: c) *Tectamus* (*Dori f. Hellenis n. Deucalionis pronepos*) *cum Æolibus & Pelasgis in Cretam trajiciens, ibi regnavit; & ex Crethei filià genuit Asterium. Ille Europam duxit* (*quam Jupiter è Phœnicià transvexit*) *quæ tres filios peperit, Minoa* Regem, *Rhadamanthyn* Νομοθέτην, d) *& Sarpedona* qui Lyciam occupavit. c)L.4. p.183. a. d)Vide Herodot.I.173.

Ubicunque verò natus fuerit Minos; illum quidem in Cretâ sepultum fuisse testatur scholiastes Callimachi. Ἐν Κρήτῃ, ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο. ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. Τῷ χρόνῳ δὲ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε περιλειφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. Ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *In Cretâ inscriptum fuit Minois sepulchro:* MINOIS. F. JOVIS. SEPULCHRUM. *Sed progressu temporis vocabulum* MINOIS *extinctum fuit; ita ut remaneret* JOVIS SEPULCHRUM. *Hinc Cretenses se Jovis sepulchrum habere ajunt.* Cæterùm non tam injuriâ temporis, quàm imposturâ Cretensi, deletum est *Minois* nomen. Fraudem jampridem odoratus est Callimachus.

e) Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· Καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί. e)In Hymn. I. in Jovem.v.8.

Cretenses semper mendaces: Etenim Sepulchrum, Rex, tuum
Cretenses fabricarunt: Tu autem non periisti. Es enim semper.

Jovem, in Arcadiâ natum, in Cretâ educatum, celebrat Callimachus.

Jupiter Infans *in antro* nutriri fingitur, quia αἱ περὶ τὰ Μυστήρια τελεταὶ initio ἐν ἀπορρήτῳ *in secreto* tradebantur; postea verò a) τὸ ἐν Κνωσσῷ νόμιμον ἐξ ἀρχαίων ἦν, φανερῶς τὰς τελετὰς ταύτας πᾶσι παραδίδοσθαι, *in Gnosso antiquitus sancitum erat, ritus illos in propatulo omnibus tradi*; cùm tamen *ab Atheniensibus in Eleusine, & in Samothraciâ, & in Ciconibus Thraciæ (unde erat Orpheus harum institutor) Mysticè traderentur.* b) Κατὰ τὴν Ἴδην, ἐν ᾗ συνέβη τραφῆναι τὸν Θεόν, τό τε Ἄντρον, ἐν ᾧ τὴν δίαιταν εἶχε, καθιέρωται, καὶ οἱ περὶ αὐτὴν Λιμένες ὁμοίως ἀνεῖνται περὶ τὴν ἀκρώρειαν ὄντες, *In Idâ, ubi Deus educatus est, non solùm Antrum, in quo erat nutritus, consecratum est, sed etiam Portus vicini, qui ad promontorium sunt, similiter consecrantur.* Ob Dei appulsum, Portus etiam consecrari videntur.

a) Diod. l. 5. p. 237. b.

b) Ib. p. 233. c.

Cicero c) *Joves treis numerat; primum & secundum natos in Arcadiâ; tertium Cretensem, Saturni filium, cujus in illâ insulâ sepulcrum ostenditur.* Jovis *Ægyptii* non meminit, neque *Gazæi*; nisi *Cretensis* nomine eum intelligat. d) Γάζα πόλις Φοινίκης πρὸ τῆς Αἰγύπτου. ἐκλήθη δὲ καὶ Μινῴα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθει ἰὼν, ἐξ αὐτοῦ ταύτην ἐκάλεσεν. Ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς. Ἐκάλουν Μαρναν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ, *Gaza urbs Phœniciæ ante Ægyptum; quæ & Minoa vocata est, quia Minos, cum Æaco & Rhadamantho fratribus, eò profectus illam de suo nomine vocavit. Hinc & apud eos est idem Jovis Cretensis cultus qui & apud nos: illi Marnan vocant; Cretagenem* Græci. Marnas est e) *Dominus Hominum.* Hinc autem patet Orientalibus aliquid commune fuisse cum Cretensibus: & longè verisimilius est *Jovem Cretensem* è Gazâ, quàm *Marnan* è Cretâ demigrâsse. Ætate demum S. Hieronymi, f) *erat Menois oppidum juxta civitatem Gazam*; &, g) *Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in Ecclesias Domini surrexerunt.*

c) De Nat. Deor. l. 3.

d) Steph. in Γάζα.

e) Scalig. ad Fragm. p. 36.

f) In locis.

g) In Esaiam. l. 7.

Cretenses autem non tantùm Jovis incunabula jactant; sed etiam

quam a) *plerosque Deorum apud se natos perhibent; qui ob beneficia publica honores immortales obtinuerunt.* b) *Divinos etiam honores, & Sacrificia, & Mysteriorum ritus ex Cretâ ad homines alios pervenisse dicunt*; Græcos intellige. Ex Oriēte versùs Occidentē vela facientibus objicitur Creta: Neque est absimile vero Cretenses Græcorum primos *Cabirorum* cultum didicisse. Sanè ex Marmore liquet, Mysteria Jovis in Cretâ priùs edita fuisse, quàm Cereris in Eleusine. c) Ἐν ᾗ τῇ Κρήτῃ τὰ τοῦ Διὸς ἱερὰ ἰδίως ἐπιτελεῖτο μετ' ὀργιασμοῦ *In Creta Jovis sacra peculiari modo peraguntur cum Orgiis.* Orgia celebrare Græcis dicitur εὐάζειν (ab εὐοῖ & εὐὰν clamando) d) *Barbaris autem σαβάζειν; unde & Græcorum quidam τὸν εὐασμὸν, Σαβασμὸν vocant.* Et *Jupiter* Cretensibus *Sabazius* appellatur; sicut Phrygibus, *Attis*; & Thracibus, *Bacchus.* Inscriptiones sunt Romanæ e) JOVI SABAZIO dicatæ: tametsi, f) *C. Corn. Hispallus prætor Jovis Sabazii cultum* ex Urbe ejecerit.

g) Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις δράκων διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων h) Arnobius vertit: In Mysteriis *quibus Sebaziis nomen est, aureus coluber in sinum demittitur initiatis, & eximitur rursùs ab inferioribus partibus.* Non aliter, i) καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος, *etiam Bacchicorum Orgiorum symbolum est Serpens initiatus.* Serpens non Jovi Sabazio tantùm, sed & aliis Diis sacer. k) Δράκων ὁρώμενος σημαίνει καὶ θεοὺς πάντας, οἷς ἐστὶν ἱερός. εἰσὶ δὲ οἵδε. Ζεὺς Σαβάζιος, Ἥλιος, Δημήτηρ, καὶ Κόρη, Ἑκάτη, Ἀσκληπιός, Ἥρωες, *Serpens visus significat etiam Deos omnes quibus sacer est: sunt autem hi; Jupiter Sabazius, Sol, Ceres & Proserpina, Hecate, Æsculapius, & Heroes.* Serpentes istos, l) *initiis sacros, παρείας vocant; & sunt mansueti; nec lædunt homines:* quales in Cretâ etiamnum nasci refert m) Bellonius. Athenagoras fabulam sacram recitat: Jupiter, n) ait, *persecutus est Rheam Matrem, quæ concubitum ejus respuebat: & cùm illa se in draconem convertisset, ipse mox draco factus, mixtus est cum illâ, adstrictâ nodo quem vocant Herculeo; cujus concubitûs species in caduceo Mercurii spectatur.* Caduceum autem * *Ægyptii in specie draconum, maris & fœminæ, conjunctorum figurârunt, Mercurio consecrandum. Hi dracones parte mediâ voluminis sui invicem nodo (quem vocant Herculis) obligantur.*

In nummis etiam Cretensium, duo angues impexi cernuntur, &

a) Diod. l. 5. p. 230 b.
b) Ib. p. 237. b.
c) Strab. l. X. p. 468. c.
d) Schol. Aristoph. in Aves p. 583. a.
e) Gruter. p. 22.
f) Val. Max. l. 1. c. 3.
g) Clem. Alex. Protrept. p. 11. c.
h) L. 5.
i) Clem. ib. p. 9. d.
k) Artemidor. Onir. l. 2. c. 13.
l) Suid. "Οφ.
m) L. 1. c. 18.
n) Πρεσβεία, p. 20.
* Macrob. Saturn. l. 1. c. 19.

a) Apud nos. b) Goltz. Ins. tab. 4. c) Plutarch. in Anton. d) Dio. l. 45. e) Dio. 51.

& assurgentes: inter quos, vel a) *Pharetra*, certaminis sagittarii præmium; vel b) *Templum*, Jovis puta; vel ipse *Jupiter*, cui celebrantur Orgia. *M. Antonius III VIR* (cujus pater c) *Creticus* cognominatus est) d) *Cretenses liberos esse* jussit. Illius itaque imago & tituli (etiam *Cleopatra*) in eorum numismatis, penes nos, cum serpentibus utrinque assurgentibus. CÆSAR IMP. VII (nondum *Augustus*) ASIA RECEPTA; e) *Cydoniis & Lampreis, præstiti auxilii gratiâ, libertatem dedit.* Unde nummus, cum serpentibus utrinque surgentibus; & sub Tiberio, jus Asyli *petiêre Cretenses simulacro D. Augusti.* In *D. Vespasiani*, & *D. Titi* honorem percussos habemus denarios, cum iisdem Cretensium insignibus: inscriptiones autem Latinæ sunt, ob deductas Romanorum colonias.

Idæi Dactyli.

f) Diod. S. l. 5. p. 230. 2.

g) Herodot. vit. Homeri, p. 566.

IDA mons est & Cretæ, & Troadis: Unde alii illos hujus, alii illius incolas faciunt. Marmor Cretam designat; ut & Diodorus. f) *Idæi Dactyli fuerunt primi Cretæ incolæ ad montem Idam: Hi in Creta ignis usum, ærisque ac ferri naturam invenerunt in Berecyntho Antisapteraorum regione,* καὶ τὴν ἐργασίαν δι' ἧς κατασκευάζεται, *ejusque conflandi rationem. Ephorus dixit, illos ex Phrygia cum Minoe in Cretam trajecisse.* Sanè Homerus, quo tempore g) *Cumæi urbem Cebrenida condere parabant ad Idam, ubi ferrum effossum est*, ob opus ferrarium, urbi bene ominatus est.

Ἔνθα σίδηρος Ἄρηος ἐπιχθονίοισι βροτοῖσιν
Ἔσσεται, ὅτ' ἄν μιν Κεβρήνιοι ἄνδρες ἔχωσι.

Quandoquidem verò urbes in Græciâ jampridem à *Cecrope* & à vetustiore *Phoroneo* conditæ fuerint, vix est ut intelligamus *Ferrum* apud Græcos hactenus humanis usibus omnino ignotum fuisse. Quippe sine ferro nec colitur tellus, nec struitur domus. Quin potiùs sumendum est id quod ex fortuito *Idæ incendio* accidit, de Metallis ferri, quæ in montis visceribus latentia, vi ignis jam liquefacta erupêrunt. Ferrum, huc usque exoticum, jam primùm à Græcis elaboratum est. Ex casu, non ex ingenio fuit ἰδαίου σιδήρου ἐργασία.

h) Epist. 90.

Seneca negat h) *Sapientes fuisse qui æris metalla & Ferri invenerunt;*

cùm

cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas jacentes, liquefacta [fu]giset.

In Marmore *Kelmis* solus ex Idæ incolis nominatur, qui ferrum primi elaborárunt. Clementi memorantur a) Κέλμις & Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ: in [Cret]â potius. Apollonii b) Scholiastes, ex *Phoronidis* auctore, tertium addit;

a) Clem. Alex. Strom. 1. p. 307
b) Argonaut. l. 1. v. 1129.

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων·
Celmis, Damnameneusq; ingens, & robustus Acmon.

Strabo c) enumerat quatuor: Σαλαμῖνον (lege Κέλμιν) καὶ Δαμναμέα. (Δαμναμενέα) καὶ Ἡρακλέα, & Ἄκμονα. Hercules iste, d) *unus de Idæis Dactylis (non Alcmenæ filius) ludos Olympicos instituisse dicitur.*

c) L. 10. p. 473 c. l. 8. p. 355. d.
d) Diod. Sic. l. 5. p. 230. d.

e) Pausanias quinque nominat, *Herculem* (jam dictum) *Pæoneum, Epimedem, Jasium, & Idam.* Adeo incertus est eorum numerus. f) *alii centum numerant, alii decem,* τοῖς ἐν ταῖς χερσὶ δακτύλοις ἰσαρίθμους, *a pari digitorum numero* denominatos.

e) L. 5. p. 299.
f) Ibid. c.

Quales, in Phrygiâ, Idææ Matris g) *Corybantes*; tales, in Cretâ, fuerunt *Idæi Dactyli* Jovis: utrique in armis saltârunt; utrique *Curetes* dicti sunt. Rectè autem h) *Scepsius dixit,* ἐν τῇ Κρήτῃ ταῖς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι μηδὲ ἐπιχωριάζειν, ἀλλ' ἐν τῇ Φρυγίᾳ μόνον καὶ τῇ Τρωάδι. τοὺς δὲ λέγοντας μυθολογεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν, *In Cretâ, Rheæ cultum neque in usu esse, neque ibi receptum; sed in Phrygiâ tantùm ac Troade: qui aliter affirmant, eos fabulam potiùs quam historiam tradere; ad id ambiguis locorum nominibus inductos.* [S]i verum sit, quod quidam ajunt, i) *Curetas & Corybantes fuisse Dactylorum posteros; & Curetas eos fuisse IX,* k) *qui Jovem susceperunt atque educarunt;* necesse est, ipsum Jovem hisce temporibus recentiorem fuisse.

g) suprà, p. 127
h) Strab. l. 10. p. 472. c.
i) Strab. ibid. p. 247. d.
k) Diod. ib. p. 230. d.

Sed nec *Idæis* his *Dactylis* tantummodo, qui ferrum invenerunt & primi Jovis ministri fuerunt, id nomen tribuendum est; quod [s]ecedentibus seculis recentioribus Jovis Cretensis sacerdotibus commune fuit. Ex initiamentis Pythagoræ, in illius vitâ hoc docet Porphyrius,

Κρήτης δ' ἐπιβὰς τοῖς Μόργου μύσταις προσῄει ἑνὸς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ, ἕωθεν μὲν παρὰ θαλάττῃ πρηνὴς ἐκταθείς· νύκτωρ δὲ παρὰ ποταμῷ, ἀρνειοῦ μέλανος μαλλοῖς ἐστεφανωμένος.

Pythagoras, *ubi Cretam attigit, Morgi, unius ex Ideis Dactylis, sacerdotes accessit; à quibus Ceraunio lapide lustratus fuit: manè quidem juxta mare pronus extensus; noctu autem juxta fluvium, nigri agni vellere coronatus.*

Εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον καλούμενον ἄντρον καταβάς, ἔρια ἔχων μέλανα, τὰς νενομισμένας τριπλὰς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψε, καὶ καθήγισε τῷ Διΐ, τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο.

In Idæum Antrum descendit, nigrâ lanâ amictus; & ex more recepto, dies ter novenos isthic exegit; & Jovi parentavit; & pulvinar vidit, quod quotannis ei sternitur.

Ἐπίγραμμα δ' ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ, ἐπιγράψας· Πυθαγόρας τῷ Διΐ· οὗ ἡ ἀρχή·

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Quin & Epigramma illius inscripsit sepulchro, hoc titulo: Pythagoras Jovi: cujus principium:

Zan jacet hoc tumulo; qui vulgò Jupiter audit.

a)Diod. Laert. in Epimen. *Epimenidem* etiam (qui lustravit Athenas, Olymp. XLVI) a) Κούρητα ἐκάλουν Κρῆτες, *Cretenses Curetem vocant*, sive Idæum Dactylum.

b)suprà, p.74. Pythagoras verò in b) Ægypto itidem initiatus fuit; ubi ritus Creticis his dissimillimi sunt: c) *color albus* illic sacer; *lana* autem, tam Ægyptiorum, quàm ipsius *Pythagoræ scitis, profanus vestitus est.* Sed *in antro Dictæo*, subterraneis sacris amictus niger magis forsan convenit.

c)suprà, p.219

d) Æn. l 6. v. 250.

—— d) *Atri velleris agnam*
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori, id est,

Nocti, & Terræ mactat. Et Oraculum, apud Eusebium, jubet offerri

e)Præpar. l.4.c.9. e) Φαιδρὰ μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ.

Splendida, sive candida, *Diis Superis*; *Terrestribus autem*, sive Inferis, *nigra*. Ita Porphyrius interpretatur: f) Μέλανα· τιαῦτα

f)Ib. p.147.b.

τὰ

ὅ ἡ γῆ φύσει σκοτεινὴ, *Nigra : talis enim Terra, naturaliter obscura.* Sed, quid ad Jovem ? In a) nummo (in honorem *Titi*) ZEYC KPHTAΓENHC inter sidera collocatur, fulmine armatus. Et in Fulminatoris sacris, *lapis fulmineus* hic, ad purgationem Pythagoræ, non ineptè adhiberi videtur. Cæterùm [illegible]s religiosi ad rationis normam non sunt pensiculatim exi[illegible].

a) Tristan. II p. 250.

[illegible] autem Seculum hoc, de quo agimus, religiosissimum: hisce enim temporibus (Mosaico proximis) ubertim pullulârunt [illegible]ones Græcanicæ; quæ pro locorum varietate multiplicatæ, [illegible]os habuerunt auctores. b) *Orpheus, Pieriæ; Musæus, Athenis; Melampus, Argis; Trophonius, Bæotiæ initiationibus homines [illegible]gârunt.* Omnium autem illustrissima sunt

b) Tertullian. Apolog.

Eleusinia.

Inter Deos *Cabiros*, præter *Jovem* & *Bacchum*, c) numerantur *Ceres* & *Proserpina*. De adventu *Cereris* in Atticam, & de raptu *Proserpinæ* multa narrant Græci. Historicam rei fidem facit Diodorus.

c) suprà, p. 36.

d) *Cum magna* (inquit) *siccitas & frugum pernicies pervasisset totum ferè terrarum orbem, præter Ægyptum propter propriam regionis naturam, Erechtheus, genere Ægyptius, ob cognationem*(cum Atheniensibus) *magnam frumenti copiam ex Ægypto advexit Athenas. Illi pro hoc merito bene affecti Regnum benefactori detulerunt ; qui principatum suscipiens, Initia Cereris in Eleusine & Mysteria celebrare docuit, ritibus ex Ægypto translatis.* Adjicit Diodorus,

d) Diod. l. 1. p. 17. d.

1. *Adventus Deæ in Atticam rectè attribuitur temporibus [illegible]is in quibus fruges, ejusdem cum Deâ nominis, importatæ sunt Athenis.*

2. *Rursus, Seminis inventio initiò fuit ex beneficio Cereris: sed & fatentur Athenienses, quòd adventus Cereris ad eos & donum frumenti contigit regnante Erechtheo, & frugibus ob pluviarum de[illegible]ium absumptis.* 3. *Præterea, illo tempore cœperunt in Eleusine [illegible] & Mysteria hujus Deæ.* 4. *Sacrificia etiam & consuetudi[illegible] Atheniensium & Ægyptiorum eodem modo se habent. Nam Eu-*

molpida (sive ἱεροφάντ) , *Antistites* Eleusiniorum) *à Sacerdotibus Ægyptiis (primæ classis) & Κήρυκες* Eleusinii *à Pastophoris Ægyptiis (secundæ classis) traducti sunt.* 5. Porrò Athenienses *soli ex Græcis per Isidem jurant; & cæteroqui specie & moribus simillimi sunt* a)suprà,p.110. *Ægyptiis.* Illos horum colonos fuisse a) dixerat.

b)Herod. l. 2. c. 59. Isis, Ægyptiorum dea, b) *in urbe Busiri maximum templum habet: Ea autem est quæ Græcè vocatur Δημήτηρ, Ceres.* Cecrops rex c)suprà, p.113. primus, c) *Minervæ* cultum; Erechtheus sextus, *Cereris* in Atticam d)suprà,p.194 transtulit: In Ægypto autem celebrata sunt d) Cerealia prima.

Iu mutilo Marmore legitur *Triptolemus Celei filius.* Home- e)L.2,p.110. rus, hymno *in Cererem*, apud e) Pausaniam, alios recenset, τὺς διδαχθέντας ὑπὸ τ̃ Θεᾶ τὴν τελετὴν, *qui initia didicerunt à Dea.*

> Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
> Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῶ θ' ἡγήτορι λαῶν,
> Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσι.
> *Monstravit Triptolemo, & Diocli equorum frænatori,*
> *Et Eumolpo robusto, & Celeo Regi,*
> *Ministerium sacrorum, & indixit eis* Orgia.

f) Pausan. ib. f) *Phliasii Dysaulem, Celei fratrem*, istis addunt; Clemens, *Eubuleum.* g)Protrept. p.13. 2. g) Βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν ἢ ὁ Εὔμολπος, συβώτης ἢ h) Arnob. l.5. ὁ Εὐβουλεύς. h) Arnobius; *Boum Triptolemus, capellarum Dysaules custos, Eubuleus porcorum, gregis lanitii Eumolpus.* Celeus Homero *Rex* est, & Servius *Eleusinis regem* agnoscit: Virgilio autem & Ovidio est *pauper senex.*

i)Marm. k) Pausan. Attic.p.71. Anno post adventum Cereris tertio, i) *Triptolemus seminavit in Rharia.* k) Τὸ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρποὺς, *Dicunt frugum semina, primùm jacta in campo Rhario, adolevisse: Ideo hordeum, ad molas in sacris, inde peti solet. Ibidem ostenduntur Area, & Ara Triptolemi. Rharos Celei pater* fuit: inde nomen.

l)Pausan.Achaic.p.431. m)Etymolog. M. n)Pausan. Arcad. p.459. Triptolemus l) *Eumelum, primum Achaiæ regem*, agriculturam docuit. Locus ἀπὸ τῆ ἀγρῆ dictus est m.) Ἀρόη, ubi postea urbs *Patræ.* An verò n) *Arcadem docuerit τ̃ πόιησιν τῆ ἄρτε*, dubitari potest: quia *Lycaon*, Arcadis Avus, posthac memoratur in Marmore.

Eumolpus Thrax Eleusiniis auxilia attulit contra Erechtheum.

a) *Com-*

a) *Commissa inter Eleusinios & Athenienses pugna, hinc Rex Erechtheus, inde Eumolpi filius Immaradus ceciderunt. Arma dein his conditionibus posita: ut Eleusinii in cæteris essent Atheniensibus subditi; sacra autem ipsi tanquam propria retinerent; ac Eumolpus & Celei filiæ sacra facerent Deabus*, Cereri & Proserpinæ. Hinc est, Eumolpidas postea fuisse τ̃ τελετῶν ἐξάρχας. a) Pausan. Attic. p. 72.

Andron (apud Scholiastem b) Sophoclis) *scripsit, non Eumolpum hunc* Thracem, *sed ab eo quintum, invenisse Mysteria. Eumolpi filius erat* Κήρυξ· *hujus, Eumolpus* alter; *hujus, Antiphemus; hujus Musæus, poëta; hujus, Eumolpus* tertius, *qui Mysteria docuit, & fuit Atheniensis.* Verum sententia prior, de *Eumolpo primo, Marmoris*, & *Homeri* auctoritate sancitur. *Tertius Eumolpus*, primi abnepos, *Mysteria Minora*, in Herculis gratiam, instituit. b) Oedip. Colon.

c) *Aristoteles* (*de Atheniensium repub.* post exutam potestatem Regiam) *dicit; quòd Rex* (Sacrorum) *Mysteria primum curabat, cum Ministris, quos Populus eligebat: erant autem quatuor: duo ex civibus universis; unus* (Ἱεροφάντης) *ex Eumolpidis; unus* (Ἱεροκήρυξ) *ex Cerycibus.* Erat autem gens Κηρύκων vetustissima. d) Κήρυξ, ὁ μὲν τις τ̃ Μυστικῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τ̃ Κέκροπος, *Ceryx quis è gente Mysticorum, à Ceryce Mercurii filio & Pandrosa Cecropis filia*: non caduceator, neque præco; sed sacrorum minister. De hàc gente, Lex est Solonis. e) Ἐν ᾗ τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν, οὕτως γέγραπται, *In tabulis publicis hujusmodi Lex est de Deliastis*, (Δηλιασαὶ autem sunt Θεωροὶ in *Delum* insulam missi) Καὶ τὼ Κήρυκε, ἐκ τοῦ γένους τῶν Κηρύκων τοῦ τ̃ Μυστηριώτιδος. Τούτους ᾗ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *Duo Ceryces sunto, è gente Cerycum Mysticorum: iidemque annum in Delio templo Parasiti sunto.* f) Τὸ ᾗ τοῦ Παρασίτου ὄνομα πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν, *Parasiti autem nomen olim quidem honestum fuit & sacrum.* c) Harpocrat. in Ἐπιμελητ. d) Pollux, l. 8. c. 9. §. 22. e) Athen. Deipn. l. 6. p. 234. f. f) Ibid. d.

Hi Mysteriorum Ἐπιμεληταὶ veste, comâ, strophio (sive redimiculo) insignes fuerunt, & distincti. g) Ἐν ᾗ τοῖς κατ᾽ Ἐλευσῖνα μυστηρίοις, ὁ μὲν Ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τ̃ Δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται. Δᾳδοῦχος δὲ εἰς τὴν Ἡλίου· ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ, εἰς τὴν Σελήνην. ὁ δὲ Ἱεροκήρυξ, Ἑρμοῦ, *In Eleusiniis Mysteriis* Ἱεροφάντης, *Antistes ceremoniarum, habitu ac specie repræsentat Demiurgum: Dadu-* g) Euseb. Pr. l. 3. p. 117. a.

Daduchus, *Solem*; *qui ad Aram* consistit, *Lunam* : *Hieroceryx*, *Mercurium*. Demiurgus, in Mysteriorum theologiâ, est summus Naturæ Opifex, qui Universum hoc disponit : Is Platonicis Νοῦς vocatur, & Λόγος; Vulgo, *Jupiter*. Δᾳδοῦχος autem hic, qui in Eleusiniis ministrat, κατ' ἐξοχὴν dicitur; non quivis *facem ge-*
a)Lactan. l.1. c.21. *stans*, qui Cereris a) *sacra ardentium tædarum jactatione celebrat*; *quia facibus, ex Ætna vertice accensis, Proserpinam quæsisse in Siciliâ Ceres dicitur.*

b)Joan. Antiochen. MS. p. 267. Ab hoc exemplo, in b) *Olympiis* (Antiochiæ Syriæ, Commodo imperante, celebratis) Ἀλυτάρχης *gestabat stolam inauratam, & instar nivis candidam; caput coronâ* (*lychnitibus, margaritis aliisque pretiosis lapillis insignitâ*) *cinctus*; *manu gestabat sceptrum eburneum*; *pedibusque sandalia alba. Quamdiu habitum hunc gestaret, honores divini ab omnibus ei deferebantur, tanquam ipsi JOVI. Neque per totum illud tempus domum aliquam subiit, neque lecto sese reclinavit; sed humi, sub dio dormiens, substratis ei stragulis mundis, & storeâ junceâ, super lapidibus recumbebat, in Hypæthro Cæsario Basilicæ.* ὁ δὲ Γραμματεὺς *& ipse gestabat stolam candidam; & coronam ex auro solido, in laureæ modum fabrefactam : Hunc vero, tanquam APOLLINEM, venerabantur.* Ἀμφιθαλὴς *etiam stolâ candidâ, holosericâ, indutus incedebat; coronam gestans, ex lauri foliis contextam; cujus in medio erat aureum Jovis signum : Amphithali huic, tanquam MERCURIO, divinos honores deferebant.*

Cæterùm Mysteria non uno eodemque tempore omni ex parte perfecta & expleta fuerunt : Religio paulatim exornari solet. *Mysteria Minora* postmodùm introducta sunt; quæ tamen facta sunt
c)Schol. in Aristoph. Plut. p.85.c. *Majoribus* prævia. c) Ἔστι τὰ Μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν Μεγάλων, *Mysteria Parva sunt veluti lustratio prævia Magnorum.* Qui initiari cuperent, lustrari solebant. Sed & Καθαρμὸς, harum religionum pars præcipua, nondum receptus; sed initio Seculi proximi institutus est.

Ad

Ad
SECULUM XI.

Epochæ Marmoreæ.

		Æra Attica.
Α[illegible] ὃ καθαρμὸς πρῶτον ἐ[illegible] ...... ΔΙΙ, βασι[illegible] Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκ[illegible].	*EX quo Lustratio primum instituta est* ... 1062, *regnante Athenis Pandione Cecropis filio.*	257
[illegible] ὃ ἐν Ἐλευσῖνι ὁ Γυμνι[illegible]	*Ex quo in Eleusine Gymnicum* certamen institutum.....	
[illegible]Φ' ὃ .... τὰ Λυκαῖα ἐν Ἀρ[illegible]α ἐγένετο, καὶ .... Λυκάονος [illegible]ν τοῖς Ἕλλησι .... βασι[illegible]οντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ [illegible]κροπος.	*Ex quo Lycæa in Arcadia instituta, &* ... *Lycaonis dabantur Græcis* ..... *regnante Athenis Pandione Cecropis filio.*	
ΑΦ' ὃ Κα ..... κσία Ἡρα[illegible]ῆς .... βασιλεύοντες Ἀθήνησιν [illegible]έως.	*Ex quo* . . . *Hercules* ..... *regnante Athenis Ægeo.*	
ΑΦ' ὃ Ἀθήνησι ... ς τῶν καρ[illegible] ἐγένετο καὶ μαντευόμενος Ἀ[illegible] ... λων ενε ... ς ὑπέσχεν ... [illegible] αμ Μίνως ἀξιώσειεν ἔτη ΧΔΔΔΙ, [illegible]λεύοντος Ἀθηνῶν Αἰγ.	*Ex quo Athenis* sterilitas *frugum contigit, & consultus* Apollo ..... *quas postulaverit Minos, anni* 1031, *regnante Athenis Ægeo.*	288
[illegible]Φ' ὃ Θησ... Ἀθηνῶν τὰς [illegible]δεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῳ[illegible] καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημο[illegible]αν απεξω....	*Ex quo Theseus* ... *Atticas XII urbes in unam collegit, & reipublicæ formam & statum popularem*.....	
[illegible]....ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμί[illegible] α[illegible]α ἔθηκε, Σίνιν ἀποκτείνας, [illegible]ΗΗΗΗΔΙΔΔΔΔΠ.	*Isthmiorum certamen proposuit, Sine occiso, anni* 995.	324
Ἀπὸ τοῦ Ἄμμον ... τη ... ΔΔΔΔΠ	Ex quo Ammon. . .	

anno.

ΔΔΔΔΠ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως.	anni 995 regnante Athenis Theseo.	Æra Attica.
Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι . . Ἄδρας . . . ἐβασίλευσαν καὶ τὸν ἀγῶνα . . υ . . αι . . . ηθ . . . αι . . ἔτη ΧΗΗΗΗΗΙΔΔΔΔΔΙΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως.	Ex quo Argivi . . Adrast . . . regnârunt, & certamen . . . . anni 994, regnante Athenis Theseo.	325

.ΚΑΘΑΡΜΟ'Σ.

ÆGyptiorum meminimus, *Cecropis, Cadmi, Danai, Erechthei*, qui, ex Ægypto profecti, Græcos institutis civilibus erudierunt. Tandem etiam Græci in Ægyptum penetrârunt, ut eorum ritus & sacra cognoscerent. Horum primus habetur *Orpheus*, licet patriâ Thrax. Illius enim pater fuit *Oeagrus*, qui in Pieriâ Bistonibus imperavit. a) *Orpheus in Ægyptum profectus, multa ibi didicit: ita ut tam Initiationibus & Theologiâ, quàm Poësi & Melodiâ esset Græcorum præstantissimus.* Ille ex Ægypto asportavit b) τῶν μυστικῶν τελετῶν τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑαυτοῦ πλάνην ὀργιαζόμενα, & τὴν τῶν ἐν ἅδου μυθολογίαν, *plerosque Mysteriorum ritus; & Orgia Bacchi; & Mythologiam de inferis. Initia enim Osiridis eadem sunt, quæ Bacchi; & Isidis simillima sunt istis Cereris; nominibus tantùm differentibus.* Initia Cereri & Baccho fuerunt communia; & sexto Eleusiniorum die *Jacchum Mysticum* deducebant, qui aut Cereris, aut Proserpinæ filius habebatur.

a) Diod. Sic. l. 4. p. 162. a.

b) Ibid. l. 1. p. 60. d.

Inter Initiorum ceremonias maximè necessarias habetur Καθαρμὸς *Lustratio*; quam hisce temporibus (id est, ætate Orphei) institutam fuisse docet Marmor. Sacris Eleusiniis non ita pridem introductis, accessit jam in sanctitatis Græcæ cumulum ritus iste, in Oriente pridem usitatus.

Lustratio autem duplex: vel Expiatio Cædis; vel Præparatio ad Sacra. c) *Carmanor, è Cretâ*, καθῆραι Ἀπόλλωνα *Apollinem de cæde purgâsse dicitur.* d) *Hercules Mysteriis Eleusiniis initiatus est, cum Musæus Orphei filius esset eorum antistes*; vel *Eumolpus*, ut e) alii, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. Ille enim (Eurysthei jussu) Cerberum abducturus ab Inferis, non nisi initiatus descen-

c) Pausan. l. 10. p. 620.
d) Diod. Sic. l. 4. p. 162. a.
e) Schol. Homer. Iliad. θ.

[illegible] dere voluit. a) *Cum verò Lex vetaret, peregrinum initiari; [illegible] sunt Mysteria Minora; quibus ille initiatus est.* b) Ceres πρὸς [illegible] ἐμον τοῦ Κενταύρων φόνου, *ad expiandam Centaurorum cæ-[illegible] Parva Mysteria instituit, in honorem Herculis.* Theseus (Hercu-[illegible] lus) post cædes, c) καθαρθῆναι *expiari* petiit: *Phytalidæ* τοῖς [illegible] ἁγνίσαντες, καὶ μειλίχια θύσαντες, ἑστίασαν οἴκοι, *more [illegible] antes eum, & immolantes hostias ad placandos Deos, invi-[illegible] domum.* d) *Bellephoron Glauci f. Sisyphi n. Corintho pulsus, [illegible] imprudenter factam, confugit ad Prætum Argivorum regem, [illegible] retur.* Alia satis obvia sunt apud Græcos hujus gene-[illegible].

a) Schol. Aristoph. Plut. p. 85.
b) Diod. Sic. l. 4. p. 155. c.
c) Plutarch. Theseo, p. 5. c.
d) Apollodor. l. 2. p. 87.

Ad alterum lustrationis genus, apud Ægyptios & Ebræos, re[illegible]bantur e) Lavacrum, Jejunium, Castimonia; neque aliter in Eleusiniis. *Lavationem* Mystarum lustralem f) teti-[illegible].

e) supr. p. 117.
f) p. 198.

Jejunium innotescit ex solenni responsionis formulâ. g) Τὸ σύνθημα τῶν Ἐλευσινίων μυστηρίων· Ἐνήστευσα· ἔπιον τὸν κυκεῶνα. Arnobius vertit, h) *Symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus respondetis; Jejunavi: Ebibi cyceonem.*

g) Clem. Alex. Protrept. p. 13. d.
h) Arnob. l. 5.

Ad Castimoniam attinet, quod dixit Arrianus: i) *Hominem ad Sacra ritè accessurum* μετὰ θυσίας, καὶ μετ᾽ εὐχῶν, καὶ προηγνευ-[illegible]τα, *post sacrificium, & post preces, & præmissâ castitate.* Anti-[illegible] itaque matrimonio abstinebat; k) *Sacerdotes Cereris Eleusiniæ [illegible]ore cicutæ ungebantur, ut à concubitu abstinerent.* S. Hiero-[illegible]mus dicit l) *Hierophantas Atheniensium usque hodie cicutæ sor-[illegible]e castrari; & postquam in pontificatum fuerint electi, viros esse [illegible]re.* Neque hoc Eleusiniis proprium: tam in m) *Cybeles*, [illegible] in *Isidis* sacris, *pane ac vino* abstinebant; etiam n) *à mulieri-[illegible].* Tanta est Religionum congruentia. Procopius autem Gazæ-[illegible]tat, o) *Purificationes in Lege* (Mosaicâ) *constitutas à Græca-[illegible] differre; quòd ea cum incantationibus, salibus, lauro, hordeo, [illegible], & transitione per ignem, fieri solebant.*

i) In Epictet. l. 3. c. 21.
k) Schol. in Persii Sat. 5.
l) Con. Jovinianum l. 1.
m) Julian. Orat. 5. p. 302.
n) Ibid. p. 325.
o) In Deuter.

῞Α Δ Η Σ.

De *Inferis* hic dicendum: tum quòd ἡ τοῦ ἐν ᾅδου μυθολογία ad *Orpheum* referatur; qui (Argonautis annumeratus) hoc se-

 culo

culo floruit; tum quòd *Eleusinia* Ævum futurum & statum post mortem respexerint.

§. I. a) supra, p. 126.

Initiati quidem non solùm in a) vita, sed etiam post mortem, aliis & feliciores, & honoratiores habebantur. Animas enim lustrationibus à mortalium rerum contagione defæcatiores reddi, & ad divinarum rerum contemplationem magis expeditas effici credebant. b) *Sophocles de Mysteriis scripsit,*

b) Plutarch. de audiend. Poetis. p. 21. f.

——— ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη,
Μολῶσ' ἐς ἅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

——— *Felices nimis*
Initia quotquot ista cùm conspexerint
Eunt ad Orcum : namque eos solos manet
Ibi Vita ; reliquos, miserias præter, nihil.

Diogenes autem, cùm tale quid audiisset, Quid? ait, num Patæcioni furi, quòd initiatus fuerit, sors erit melior post mortem quàm Epaminondæ?

c) Ranæ, Act. I. fine.

Chorus c) Aristophanis, apud Inferos,

Μόνοις ἡμῖν Ἥλιος,	*Solis nobis Sol*
Καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν,	*Et lux hilaris est,*
Ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-	*Qui initiamur, &*
σεβῆ τε διήγομεν	*Piam degimus vitam.*
Τρόπον.	

d) Phædone, p. 52. c.

d) *Plato,* Ὃς ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ἅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει, *Quicunque non expiatus neque initiatus migrabit ad Inferos, jacebit in luto : quicunque verò purgatus atque initiatus illuc accesserit, cum Diis habitabit.*

e) In Panegyrico.

Isocrates de Mysteriis istis, e) Τελετῆς οἱ μετέχοντες, περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, *Initiorum participes, & de Vitæ exitu, & de omni Ævo, jucundas spes habent.*

f) Oper. Platon, p. 308. e.

f) Gobrias, apud auctorem Axiochi, de Beatis apud Inferos,

[illegible] τοῖς μεμυημένοις ἐστί τις προεδρία. Quod & Diogeni dixerunt a) Athenienses, Ἐν ἄδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι, *Apud Inferos Initiati priorem locum obtinent.* Nec immeritò, cùm Initiati & ad meliorem vivendi rationem obstricti, & rerum Naturalium scientiâ instructi fuerint. *Mysteriis*, inquit Cicero, b) *ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus. Initia, ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus: neque solùm cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore Moriendi.* Arrianus, c) Οὕτως ὠφέλιμα γίνεται τὰ Μυστήρια, οὕτως εἰς [illegible] ἐρχόμεθα, ὅτι ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεστάθη πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν παλαιῶν, *Sic Initia sunt utilia, si accedamus [illegible] quòd ista omnia ad erudiendam & corrigendam Vitam à veteribus instituta fuerint.* Et quidem d) Τελετὴ vocabatur, quòd [illegible] *perfectionem* adferre credebatur.

a) Laert. l. 6. p. 147. b.
b) De Leg. l. 2.
c) In Epictet. l. 3. c. 21.
d) Etymolog. M.

De naturali Mysteriorum Philosophiâ, Clemens. *In Mysteriis Græcis*, inquit, e) ἀρχὴ μὲν τὰ Καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν· μετὰ ταῦτα δέ ἐστι τὰ Μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. Τὰ δὲ Μεγάλα περὶ τῶν Συμπάντων· οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται· ἐποπτεύειν δὲ καὶ περινοεῖν τὴν φύσιν καὶ τὰ πράγματα, *Primo loco sunt Expiationes, ut & Lavacrum apud exteros: post has sunt Mysteria Parva, quæ fundamentum aliquod habent Doctrinæ & præparationis ad futura. Magna autem Mysteria versantur circa Universum: non ampliùs discendum, sed inspicienda & animo comprehendenda est Natura & res* sive Rerum natura. Ideo f) οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες λέγονται [illegible] ἀρχῇ μὲν Μύσται· μετ' ἐνιαυτὸν δὲ Ἐπόπται, καὶ Ἔφοροι, *Qui accipiunt Mysteria in principio vocantur Mystæ; post annum Epoptæ, vel* [illegible], id est, Inspectores. Rerum naturam in Eleusiniis doceri testatur Seneca. g) *Eleusis servat quod ostendat revisentibus: Rerum Natura sacra sua non simul tradit.* Atque alibi, h) *Hæc ejus initiamenta [illegible], per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum templum, Mundus iste, reseratur: cujus vera simulacra verasq; facies [illegible] Mentibus protulit. Nam ad spectacula tam magna hebes* [illegible]. Dion Chrysostomus i) *initiandum* exhibet, πολλὰ μὲν μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν, σκότους [illegible] ἐναλλὰξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γιγνομένων, *multa videntem arcana spectacula, multasq; audientem ejusmo-*

e) Strom. l. 5. p. 582. a.
f) Suidas.
g) Nat. quæst. l. 7. c. 31.
h) Epist. 90.
i) Orat. 12. p. 202. d.

jusmodi voces; tenebris & luce vicissim illi apparentibus; aliaq; plurima fieri.

§. II. Ut *Isis* Ægyptiis, ita Græcis *Ceres*, Naturam significat. a) ἡ γὰρ Ἶσίς ἐστι μὲν τὸ τῆς φύσεως θηλυκὸν καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως, *Est enim Isis Naturæ pars ea quæ quasi fœminea, & susceptrix omnis generationis.* b) Καθὸ τιθήνη καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν Μυριώνυμος κέκληται, διὰ τὸ πάσας, ὑπὸ τοῦ Λόγου τρεπομένη, μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας, *Unde à Platone vocatur Nutrix & omnium rerum Susceptrix; & à plerisque, Mille-habens-nomina: quòd, à Ratione versa, omnes formas suscipiat & species.* Sacerdotes itaque variegatam Deæ vestem induebant. c) Στολαὶ αἱ μὲν Ἴσιδος ποικίλαι ταῖς βαφαῖς· περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γινομένην καὶ δεχομένην· φῶς, σκότος· ἡμέραν, νύκτα· πῦρ, ὕδωρ· ζωήν, θάνατον· ἀρχήν, τελευτήν, *Isidis amicula sunt tinctura varia. Ejus enim vis versatur circa Materiam, quæ omnia parturit & suscipit; Lucem, Tenebras; Diem, Noctem; Ignem, Aquam; Vitam, Mortem; Initium, Finem.* Materia Prima omnium *Mater* dicitur, quòd omnia ex eâ facta sint: *Susceptrix* etiam, quòd omnia dissoluta ad eam redeant.

a) Plutarch. de Iside, p. 372. c.

b) Ibid.

c) Ib. p. 382. c.

Variæ subcœlestis Naturæ reciprocationes (modò ad hujus Vitæ lucem, modò ad *Materiæ* tenebras) in Osiridis fabulis, & in nocturnis Mysteriis traditæ sunt. d) Ὁμολογεῖ νὺξ τελεία τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ταφάς, *Nox initiationis convenit his quæ dicuntur de Osiride discerpto, & redivivo, ac renato; necnon & de sepulturis ejus.* Apuleius de seipso initiato, e) *Accessi*, inquit, *confinium mortis: & calcato Proserpinæ limine, per omnia vectus elementa, remeavi: Nocte mediâ vidi Solem candido coruscantem lumine: Deos Inferos & Deos Superos accessi coram, & adoravi de proximo.*

d) Plut. de Iside, p. 364.

e) Metamor. l. II. prope finem.

Ex vetustissimâ de duobus f) Principiis contrariis philosophiâ enatum est duplex illud Deorum genus. Deus *Opifex*, in Græcorum theologiâ, vocatur Ζεύς, penes quem est Vita: *Materia* dicitur Ἅδης, penes quem dissolutio, sive Mors: illi tribuitur lux & dies; huic tenebræ & ἀφανισμός. Est enim ἅδης, g) lucis privatio. Superior pars Mundi sub *Jove* ponitur; Infima ὑπὸ Ἅδου, sub *Plutone*; pars Media, inter duo hæc Principia contraria reciprocationibus perpetuis

f) suprà.

g) Etymolog. Ἅδ.

... Vita & Mors, Lux & Tenebræ, Bonum & Malum al... a) Hippocrates asserit, nihil gigni, neque ... sed homines (ait) existimant, τὸ μὲν ἐξ ἅδου εἰς φάος αὐξηθὲν γενέσθαι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος εἰς ἅδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι, illud ex Hade crescit in Lucem; illud autem perire, quod ex Luce ... in Hadem. Statuerunt scilicet Veteres Nihil ex nihilo fie... ... reduci. Nam si Interitus rerum mutationi acce... Universi tandem abolitio sequeretur, neque suppeteret, un... ... Ex eorum sententiâ b) Hierocles, de Opifice: ... αὐτὸν εἶναι ᾠήθησαν αὐτοτελῶς ὑποστῆσαι δυνατὸν Κόσμον ... δυνάμει καὶ σοφίᾳ ἐξ ἀϊδίου ἐνεργοῦντα, ἀλλ' ἀγενήτου ... ἐνεργεία, Ipsum enim non censebant idoneis viribus instructum ... Mundum omnibus numeris absolutum, propriâ solùm ... sapientia ab æterno operatum; sed ope Materiæ non genitæ, ... æternæ. Δημιουργῷ attribuunt ordinem atque pulchritu... Mundi; molem autem Materiæ. Nomen τοῦ Κόσμου Uni... ... primum à Pythagorâ datum est.

a) D. Dietú, l. 1, c. 4.

b) De fato, p. 6

§. III.

Quod Græcis ᾍδης, Ægyptiis Amenthes dicitur. Τὸν ὑπόγειον τόπον εἰς ὃν οἴονται τὰς ψυχὰς ἀπέρχεσθαι μετὰ τὴν τελευτὴν ... καλοῦσιν Ἀμένθην, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα. Locum subterraneum, in quem putant Animas ferri post mortem, vocant Amenthen; quod nomen significat, Accipientem & Dantem.

c) Iamblich de Iside, p. 3 ... d.

Immortalitatem Animæ d) primi tradiderunt Ægyptii. Illi ... animas neque genitas neque interituras; sed Amenthen eas nascen... ... præbere, à morientibus recipere, existimabant. e) Τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεσθαι· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πετεινά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν, Corpore autem moriente, Animam in ... quod nascitur animal continuo migrat: Ubi vero per omnia terrestria, marina, volucria circumierit, rursus in humanum quod nascitur corpus introire. f) Τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι, Circuitum autem hunc ab Anima fieri intra MMM annis.

d) supr. p. 47.

e) Herodot. l. 2. c. 123.

f) Ibid.

Homerus, ex Ægyptiacâ Orphei disciplinâ, didicit Animas ... in humana corpora delabi, rursusque ad Superos remeare, un... ... symbolum Corruptibilis hujus regionis, effinxit Antrum Nympharum, in quo

 a) Δύω

a)Odyss.13. v. 109.

——a) Δύω δέ τέ αἱ θύραι εἰσίν,
Αἱ μὲν πρὸς Βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν·
Αἱ δ' αὖ πρὸς Νότου εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέ τι κείνῃ
Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' Ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.
——*Janua duplex :*
Hæc Boream spectans homines demittit : at illa
Respiciens Austrum divinior, invia prorsus
Est homini, præbetq; viam Immortalibus unis.

Porphyrius (cujus eximius de hoc *Antro* libellus ab Holstenio editus est) *dicit Antrum ferre* εἰκόνα καὶ σύμβολον τοῦ Κόσμου, *imaginem & symbolum Mundi* : Ναΐδες δὲ νύμφαι αἱ εἰς γένεσιν καλοῦσαι ψυχαὶ, *Naides autem Nymphæ sunt Animæ generationem subeuntes.* Altera *porta* est ψυχῶν εἰς γένεσιν κατιουσῶν, *Animarum in generationem descendentium*; altera οὐ θεῶν, ἀλλὰ τῶν εἰς θεοὺς ἀνιουσῶν, *non Deorum, sed* (animarum) *ad Deos ascendentium. Ideo non dixit Deorum viam, sed* ἀθανάτων *quod Animabus est commune, quæ sunt suâ essentiâ immortales.*

Ab istâ Animarum existentiâ nata est Veterum εἰδωλοποιΐα, quâ Animabus à corpore separatis *Effigies*, quasi corporeas, tribuunt: b) *Catius Insuber Epicureus, quæ* (Homerus &) *Democritus* εἴδωλα, *hic Spectra nominat.* Dido moribunda dixit,

b) Cic. Epist. Fam. l. 15. epist. 16.

c) *Et nunc magna mei sub terras ibit Imago.*

c) Virgil. l. 4. v. 654.

Lucretius cecinit ——d) *Esse Acherusia templa :*

d) L. 1. p. 4.

Quò neque permanent Animæ, neque Corpora nostra;
Sed quædam Simulacra, modis pallentia miris.

Inde etiam Malorum pœnæ, & Bonorum præmia post mortem; atque id genus alia, hisce temporibus in Græciam translata sunt. Dicunt Orpheum e) τάς τε καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας, καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας, καὶ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιΐας παρεισαγαγεῖν, μιμησάμενον τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Αἴγυπτον, *dum Impiorum pœnas apud Inferos, & Piorum prata, & pervulgatas Spectrorum fictiones introduxit, funebres Ægyptiorum ritus imitatum fuisse.* Pergit Diodorus:

e) Diod. Sic. l. 1. p. 61.

Ex veteri Ægyptiorum instituto, Mercurius ψυχοπομπὸς, *Animarum deductor, Apidis cadaver aliquò usque deducit, traditque* τῷ

περὶ·

προσκείμενον τὸ Κερβέρου πρόσωπον, ei qui Cerberi larvam præferat. Cum Orpheus id cum Græcis communicasset, Homerus eum secutus poëmati inseruit;

a) Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
Ἀνδρῶν ἡρώων. ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν.

Mercurius b) Cyllenius Heroum animas evocat, baculum manibus tenens. Et aliquantùm progressus addit,

c) Πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην,
Ἠδὲ παρ' Ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων
Ἤϊσαν· αἶψα δ' ἵκοντο κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα,
Ἔνθα τε ναίουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων.

a) Odyss. Ω. initio.
b) supr. p. 35.
c) Ib. v. 11.

Accesserunt ad Oceani fluxus, & Leucadem petram, & ad Solis januas, ad Somniorum populum ibant: statimque pervenerant in herbo[illegible]m pratum, ubi habitant Animæ, simulacra mortuorum.

Oceani nomen hîc fluvio tribuitur, quia Nilus vulgari Ægyptio[illegible]n linguâ vocatur Oceanus. Ἡλίου πύλαι sunt urbs Heliopolis. Pra[illegible], ficta Mortuorum habitatio, est locus prope Memphin, juxta palu[illegible] quam vocant Acherusiam; circa quam sunt prata amœnissima, [illegible] stagnis sylvisque loti & calami. Appositè autem dicit, Mortuos in locis habitare; quoniam pleraque & maxima Ægyptiorum fu[illegible]tiones ibi peraguntur; mortui per fluvium & lacum Acherusiam [illegible]fretantur; & cadavera in cryptis ibi sitis reponuntur.

Alia etiam Græcorum de Inferis commenta conveniunt cum istis [illegible]iamnum fiunt in Ægypto. Nam cymba, quæ transvehit cadave[illegible]tatur βάρις; & obolus pro naulo solvitur Portitori, qui linguâ [illegible] vocatur Charon. Non procul ab his locis esse ajunt Templum [illegible] Ἑκάτης Hecates Tenebricosæ; & Portas Cocyti & Lethes, æne[illegible]bus obstructas: Sunt & aliæ portæ Veritatis, quibus adstat Ju[illegible] [illegible]mulacrum sine capite.

[illegible]æc Diodorus; qui priùs dixerat, d) Nilum ἀρχαιότατον μὲν [illegible]χειν Ὠκεαμὴν, ὅς ἐστιν Ἑλληνιστὶ Ὠκεανὸς, vetustissimo nomine [illegible] esse Oceamen, quod Græcè effertur Oceanus. Et paulò an[illegible] e) ὑγρὸν, Humorem priscis Oceani appellatione vocari, & ex (Æ[illegible]tiæ) interpretatione significare τροφὴν Μητέρα, Alimoniam [illegible] & à nonnullis Græcorum ita accipi; Unde Poëta,

d) L. 1. p. 11. d.
e) p. 8. b.

a) Ὠκε-

a) Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ Μητέρα Τηθύν.

a) Homer. Iliad 14. *Ægyptii enim Nilum suum pro Oceano censent: ad quem etiam Deorum ortus referunt.* Homerus alicubi *Oceanum* ποταμὸν vocat: quod b) Aristoteles allegoricè exponit. Herodotus, Homero longè junior, *Oceanum* fabulosum censet. Inter causas incrementi Nili refertur, c) *Quòd ab Oceano fluat: ipsum verò Oceanum* γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν, *orbem terrarum circumfluere.* Cui respondet ille, d) ἐ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα, *Nullum ego novi Oceanum fluvium: puto Homerum, aut aliquem priscorum poëtarum, cùm hoc nomen invenisset, in poësin suam intulisse.* Atque alibi, e) *Oceanum, ab ortu Solis incipientem, totam Terram circumfluere, verbis quidem dicunt, sed re non probant.* Sed redeamus.

b) Meteorolog. l. 1. c. 22.

c) Herod. l. 2. c. 22.

d) c. 23.

e) L. 4. c. 8.

ᾍδης Homeri & *Elysium* continet, & *Tartara*; juxta Ægyptiorum doctrinam, *qui & impiorum pœnas & piorum prata* ἐν ᾅδῃ posuerunt. *Tartarum* facit imum τοῦ ᾅδου fundum; de quo ipse Jupiter,

f) Iliad. Θ. vers. 13.

— f) Ῥίψω ἐς Τάρταρον ἠερόεντα,
Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον,
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός·
Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Projiciam in Tartarum obscurum, valde procul, ubi profundissimum est sub terra barathrum, ubi portæ ferreæ & æneum pavimentum; tantum sub inferno, quantum Cœlum est à Terrâ.

De *Elysio*, Proteus ad Menelaum,

g) Odiss. Δ. vers. 563.

— g) Σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς·
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος·
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Te ad Eleusium campum & fines terræ Dii mittent; ubi est flavus Rhadamanthus: ubi facillima est hominibus vivendi ratio: non nix, neque longa hyems, nec unquam imber; sed semper Zephyri suaviter spirantes auras Oceanus emittit, ad refrigerandum homines.

a) Stra-

Strabo per πείρατα γαίης intelligit τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας Hispaniæ, & campum Elysium ab Homero ibidem col- Recentiores poetæ Μακάρων νήσους Fortunatorum insulas habent. b) Ἠλύσιον μακάρων νῆσος· καὶ οἱ μὲν φασι ...ον εἶναι, οἱ δὲ περὶ Λέσβον, ἄλλοι κεκεραμωμένον. χω-ριον· τὰ δὲ ἰδιαυτὰ ἐστιν ἄβατα, Elysium, Beatorum insula: ...erò ajunt in Ægypto esse, quidam in Lesbo; alii in loco ful-... & hominibus inaccesso: quod nihil est aliud quàm quod ...erunt Ægyptii, Portas Cocyti & Lethes æneis vectibus ob-...se. De Lesbo insulisque vicinis, quæ Μακάρων νῆσοι dictæ ...Diodorum adeas. Apud Plutarchum, d) Campus Elysi-...a collocatur. Neque mirum est hâc de re inter Gentes ...enire. a)L.3.p.156.b b) Hesychius, Ἠλύσ. c)L.5. p.239. d. d) De facie in Luna p.944.c

...rò Homerus defunctorum Judices facit Rhadamanthum ...m ejusque fratrem Minoa.

e) Ἔνθ᾽ ἤτοι Μίνωα ἴδον, Διὸς ἀγλαὸν υἱόν, e)Odyss. λ. vers.567.
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσι.

...Minoa, splendidum Jovis filium, sceptrum aureum gestantem, ...is jura dantem. Nomina ista ex Cretâ deducta sunt; res ...Ægypto. Apud quos, f) Cùm corpus sepeliendum est, ...inei Judicibus, cognatis, & amicis defuncti diem funeris in-... & nominatim prædicant illum transiturum esse Lacum. Tunc ...lures quàm XL in hemicyclo quodam (πέραν τῆς λίμνης) juxta ...rato consident; & (ἡ βᾶρις) cymba priùs instructa attra-...iam proreta gubernat, quem Ægyptii suâ linguâ Charontem ... Navigio in Lacum deducto, priusquam mortui loculus in-...natur, cuilibet permissum est Accusationem suscipere. Si ...averit eum malè vixisse, Judices sententiam ferunt; & ca-... usitatâ sepulturâ arceatur. Calumniosus autem accusator ...enæ obnoxius est. Quando accusator aut nullus est, aut fal-...ti deposito luctu Mortuum laudant: de Genere, ut solent g) ...ihil memorant, quia censent omnes in Ægypto æquè nobiles ...pueritiæ Institutionem, virilis ætatis Pietatem & Justitiam, ...ontinentiam, aliasque ejus Virtutes recensent; καὶ παρακαλοῦσι ...ς θεοὺς σύνοικον δέξασθαι τοῖς εὐσεβέσι, ac Deos Infernos f) Diod. Sic. l.1. p.58.b. g) supr. p.114

Mm rogant,

a) Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ Μητέρα Τηθύν.

a)Homer. Iliad 14. b) Meteorolog.l.1.c.22. c)Herod.l.2.c.22. d) c.23. e)L.4.c.8.

Ægyptii enim Nilum suum pro Oceano censent: ad quem etiam Deorum ortus referunt. Homerus alicubi *Oceanum* ποταμὸν vocat: quod b) Aristoteles allegoricè exponit. Herodotus, Homero longè junior, *Oceanum* fabulosum censet. Inter causas incrementi Nili refertur, c) *Quòd ab Oceano fluat: ipsum verò Oceanum* γῆν πέρι πᾶσαν ῥέειν, *orbem terrarum circumfluere.* Cui respondet ille, d, οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα, *Nullum ego novi Oceanum fluvium: sed puto Homerum, aut aliquem priscorum poëtarum, cùm hoc nomen invenisset, in poësin suam intulisse.* Atque alibi, e) *Oceanum, ab ortu Solis incipientem, totam Terram circumfluere, verbis quidem dicunt, sed re non probant.* Sed redeamus.

Ἅδης Homeri & *Elysium* continet, & *Tartara*; juxta Ægyptiorum doctrinam, *qui & impiorum pœnas & piorum prata* ἐν ᾅδου posuerunt. *Tartarum* facit imum τοῦ ᾅδου fundum; de quo ipse Jupiter,

f) Iliad.Θ. vers. 13.

—— f) ῥίψω ἐς Τάρταρον ἠερόεντα,
Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον,
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός·
Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Projiciam in Tartarum obscurum, valde procul, ubi profundissimum est sub terra barathrum, ubi porta ferrea & aneum pavimentum; tantum sub inferno, quantum Cœlum est à Terrâ.

De *Elysio*, Proteus ad Menelaum,

g)Odiss.Δ. vers. 563.

—— g) Σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς·
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος·
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Te ad Eleusium campum & fines terra Dii mittent; ubi est flavus Rhadamanthus: ubi facillima est hominibus vivendi ratio: non nix, neque longa hyems, nec unquam imber; sed semper Zephyri suaviter spirantes auras Oceanus emittit, ad refrigerandum homines.

a) Stra-

a) Strabo per πείρατα γαίης intelligit τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας *ultima Hispaniæ*, & campum Elysium ab Homero ibidem collocari. Recentiores poetæ Μακάρων νήσους *Fortunatorum insulas* pro Elysio habent. b) Ἠλύσιον μακάρων νῆσος. καὶ οἱ μὲν φασι περὶ Αἴγυπτον εἶναι, οἱ δὲ περὶ Λέσβον, ἄλλοι κεκεραυνωμένον χωρίον ἢ πεδίον τὰ δὲ τοιαῦτα ἐστιν ἄβατα. *Elysium, Beatorum insula: quidam verò ajunt in Ægypto esse; quidam in Lesbo; alii in loco fulmine tacto & hominibus inaccesso*: quod nihil est aliud quàm quod modò dixerunt Ægyptii, *Portas Cocyti & Lethes aneis vectibus obstructas esse*. De Lesbo insulisque vicinis, quæ Μακάρων νῆσοι dictæ sunt, c) Diodorum adeas. Apud Plutarchum, d) *Campus Elysius in Luna* collocatur. Neque mirum est hâc de re inter Gentes non convenire. a)L.3.p.156.b b) Hesychius, Ἠλύσ. c)L.5. p.239.d. d) De facie in Luna p.944.c

Porrò Homerus defunctorum Judices facit *Rhadamanthum* jam dictum ejusque fratrem *Minoa*.

e) Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον, Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσι. e)Odyss. λ. vers.567.

Vidi ibi Minoa, splendidum Jovis filium, sceptrum aureum gestantem, & Mortuis jura dantem. Nomina ista ex Cretâ deducta sunt; res autem ex Ægypto. Apud quos, f) *Cùm corpus sepeliendum est, consanguinei Judicibus, cognatis, & amicis defuncti diem funeris indicunt, & nominatim prædicant illum transiturum esse Lacum. Tunc Judices plures quàm XL in hemicyclo quodam* (πέραν τῆς λίμνης) *juxta Lacum parato consident; &* (ἡ βάρις) *cymba priùs instructa attrahitur, quam proreta gubernat, quem Ægyptii suâ linguâ Charontem vocant. Navigio in Lacum deducto, priusquam mortui loculus in eum deponatur, cuilibet permissum est Accusationem suscipere. Si quis probaverit eum malè vixisse, Judices sententiam ferunt; & cadaver ab usitatâ sepulturâ arcetur. Calumniosus autem accusator magnæ pœnæ obnoxius est. Quando accusator aut nullus est, aut falsus, cognati deposito luctu Mortuum laudant: de Genere, ut solent* g) *Græci, nihil memorant, quia censent omnes in Ægypto æquè nobiles esse; sed pueritiæ Institutionem, virilis ætatis Pietatem & Justitiam, temq; Continentiam, aliasq; ejus Virtutes recensent;* καὶ παρακαλοῦσι τοὺς κάτω θεοὺς σύνοικον δέξασθαι τοῖς εὐσεβέσι, *ac Deos Infernos* f) Diod.Sic. l.1.p.58.b. g)supr. p.114

Mm rogant,

rogant, ut in Piorum contubernium recipiatur (Precationis formulam
a)ſuprà, p. 156 a) exhibuimus.) *Multitudo applaudit, & defuncti laudes ſimul prædicat*, ὡς τὸν αἰῶνα διατρίβειν μέλλοντος καθ' ᾅδου μετὰ τῶν εὐσεβῶν, *ut qui ævum ſempiternum tranſacturus ſit cum Piis apud Inferos*.

b) Ibid. b) *Hinc Orpheus antiquus, quum peregrinatus eſſet in Ægyptum, & hunc ritum vidiſſet, dicitur* μυθοποιῆσαι τὰ καθ' ᾅδου, τὰ μὲν μιμησάμενον, τὰ δὲ αὐτὸν ἰδίᾳ πλασάμενον, *de Inferis commentum eſſe, quædam ex imitatione, quædam ex ingenio*.

Ab iſto *Bonorum cum Diis contubernio* orta eſt Veterum Ἀποθέωσις. Hercules, ob Virtutem immortalitate donatus.

c) Odyſſ. Λ. verſ. 601.

—— c) Μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

Apud Deos immortales oblectatur in conviviis; & habet pulchris-talis Hebem. Uxorem ducere *Juventutem*, intelligendum eſt de ævo ſempiterno.

Ab *interdictæ* apud Ægyptios *Sepulturæ* pœnâ, inoleviт apud Græcos opinio, Inſepultorum corporum Animas à *Charonte* non eſſe admiſſas. Unde d) *Elpenoris umbra prima Ulyſſi apparuit*:
d) Ibid. v. 51. Οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο ὑπὸ χθονὸς, *Nondum enim erat ſub terrâ ſepultus*. Et inſepulti *Patrocli* Anima *Achillem* invocat:

e) Iliad. Ψ. verſ. 71.

e) Θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω.
Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων
Οὐδέ με πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν·
Ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Sepeli me quàm citiſſimè, ut intrem portas Plutonis. Longè me abigunt animæ, ſimulacra defunctorum: neque ſinunt me miſceri (aliis) trans flumen: ſed fruſtra erro per latas-portas habentem domum Ditis.

f) Odyſſ. Ξ. Ἀΐδαο πύλαι f) alibi leguntur. Homerus τῷ ᾅδῃ, tanquam domui, *portas* & *claves* tribuit. Εἰν ἀΐδαο δόμοισιν, Odyſſ. δ'. ὑπήλυθετε δῶμ' ἀΐδαο, Odyſſ. μ'. & δῶμ ἀΐδαο, Iliad. ό. inde
g) Pauſan. l. 5. p. 325. Græci Plutonem Clavigerum fingunt, & g) Ἅδην κεκλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος, ὡς ἐπάνεισιν οὐδεὶς αὖθις ἐξ αὐτοῦ, *Orcum à Plutone ita obſe-*

obſeratum eſſe, ut nemo inde redeat. a) Ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς τὸ Ἅδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι, *Ad Tænarum in Laconiâ, oſtium eſt deſcenſûs ad Inferos,* ſive Ἅδου πύλαι. Ut Orpheus; ita etiam Hercules, Eleuſiniis initiatus,

a) Apollodor. L.2.p.231.

——b) *Tænariâ eſt auſus deſcendere portâ:*

b) Ovid. Met. X. verſ. 13.

Homero, apud Inferos, c) *Tityus, Tantalus, Siſyphus* pœnas luunt. Fabulæ anſa ex Ægypto. d) *Dicunt enim in Acanthiorum urbe, juxta Nilum, in Libyco latere, 150 ſtadiis à Memphi, eſſe dolium perforatum, in quod ſacerdotes 320 unoquoque die aquam ex Nilo perferunt.* Græci tantundem de Danai filiabus apud Inferos:

c) Odyſſ. Λ. v 575.
d) Diod. Sic. l.1. p.61.c.

e) *Aſſiduè repetunt, quas perdant, Belides undas.*

Πίθος ἄπληστος Græcis f) in proverbio erat.

e) Ovid. Metam. l.4.
f) Zenobii adag.

g) Diodorus τὴν Ὁμήρου πατρίδα in Ægypto probare conatur: & *Calaſiris* ſacerdos, apud h) Heliodorum, illum *patriâ Ægyptium, Prophetæ filium*, fuiſſe aſſerit; πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοί εἰσι, *Urbs illi Thebæ centum portarum.* Utcunque ſit, ſatis conſtat Græcanicæ *de inferis* doctrinæ Originem quidem ex Ægypto, Auctorem verò & magiſtrum ejus præcipuum fuiſſe Homerum. Floruit autem Homerus anno Attico 676.

g) Ibid. d.
h) Æthiopic. l.3. c.8. in fine.

§. IV.

Liceat hic traditionem hanc de *Animâ* & de *Inferis* in *Academiam* uſque perſequi. Poetæ quidem apud Græcos vetuſtiſſimi fuerunt Theologi; ſed fide digniores Philoſophi. Horum

i) *THALES primus dixit, Animam eſſe* φύσιν ἀεικίνητον, ἢ αὐτοκίνητον, *Naturam quæ ſemper, aut à ſeipsâ moveatur.* Argumentum hoc, ex Platonis Phædro, eleganter explicat Cicero.

i) Plutarch. de Placitis, l.4. c.2.

k) *Quod ſemper movetur, id æternum eſt: quod autem motum affert alicui, quodq; ipſum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat neceſſe eſt. Solum igitur quod ſeipſum movet, quia nunquam deſeritur à ſe, nunquam ne moveri quidem deſinit; quin etiam cæteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi; principii autem nulla eſt origo: Nam ex principio oriuntur omnia; ipſum autem nullâ ex re aliâ naſci poteſt; nec enim eſſet id principium, quod gigneretur aliunde. Quòd ſi nunquam oritur; ne occidit quidem unquam. Nam principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec à ſe aliud creabit; ſiquidem neceſſe eſt à principio oriri omnia:*

k) Tuſcul. Quæſt. l.1. p.123.

mnia : ita fit, ut motus principium ex eo sit quod ipsum à se movetur : id autem nec nasci potest, nec mori. Vel concidat omne cœlum omnisque natura, consistat necesse est; nec vim ullam nanciscatur, quâ primò impulsu moveatur.

Cùm pateat igitur, æternum id esse quod seipsum moveat; quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo; quod autem est animatum, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est propria natura animi, atque vis. Quæ, si est una ex omnibus quæ seipsam semper moveat; neque nata certè est, & æterna est (ἀθάνατος.) Adjicit Cicero: a) *Sentit igitur animus se moveri : quod cùm sentit, illud unà sentit, se vi suâ, non alienâ moveri; nec accidere posse, ut ipse unquam à se deseratur : ex quo efficitur æternitas.*

a) Ib. p. 124.

De hujus sententiæ auctore, b) *Credo equidem, ait, etiam alios, sed (quod litteris exstet) Pherecydes Syrus* (*Syrius*, ex Syro, maris Ægæi insulâ) *primum dixit, Animos hominum esse sempiternos : hanc opinionem discipulus ejus Pythagoras maximè confirmavit.*

b) Ib. p. 121.

PYTHAGORAS, 400 fermè annos post Homerum (is enim inter captivos Ægyptios c) à Cambyse abductus est) non ex Orphei aut Homeri rivulis, sed ex ipso Ægypti fonte, doctrinam *de Anima* propinavit.

c) supr. p. 145.

Dixit d) *Animam esse* ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, *Numerum qui seipsum moveat* (τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ Νοῦ παραλαμβάνει, *Numerum autem accipit pro Mente*) e) Ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχήν. Ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ Παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν, πρὸς τὸ ὁμογενές, *Animam interitus expertem esse : pervenire enim, cùm exit, in animam Mundi sibi cognatam.* f) Πάντα τὰ γινόμενα ἔμψυχα, ὁμογενῆ, *Omnia Animata esse cognata* : vel (quod idem est) g) πᾶσαν ψυχὴν, ᾗ μέτεστιν αἰσθήσεως καὶ μνήμης, λογικὴν *omnem animam, sensus ac memoriæ participem, rationabilem esse.* Quod quidem ἀποχῆς Pythagoricæ fundamentum erat. De eâ re, toto libro tertio, Porphyrius.

d) Plutarch. de placit. l. 4. c. 2. p. 898.
e) Ibid. c. 7.
f) Porphyr. in v. Pythag.
g) Id. de Abstin. l. 3. §. 1.

h) *Pythagoras Principia vocavit numeros; & eorum symmetrias, harmonias; & elementa ex utrisque composita, geometrica.* Rursus τὴν μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς, *in Principiis posuit Unitatem & indefinitam Dualitatem.* Horum alterum σπεύδει ἐπὶ τὸ ποιητικὸν, αἴτιον καὶ εἰδικόν· ὅπερ ἐστὶ Νοῦς, ὁ θεὸς, *partem agit efficientem, causalem, formantem; Mens videlicet, Deus : alterum,* τὸ παθη-

h) Plutarch. de Placit. Philos. l. 1. p. 876.

τικόν τι καὶ ὑλικόν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος, *passivam* partem agit *& Materialem; estque Mundus Visibilis*: εἶναι δὲ τὴν Φύσιν τοῦ ἀριθμοῦ, δεκάδα. *Naturam autem numeri dixit esse decadem: quia tam Græci quam Barbari ad decem usque numerant; inde ad unitatem regrediuntur. Porrò Decadis vis est* ἐν τοῖς τέσσαρσι καὶ τῇ τετράδι *in quaternione. Nam si quis ab unitate numeret ad quatuor, conjunctim conficiet decem: si ultra quatuor numeret, etiam denarium excedet. Posito uno, adjice duo, etiam tria, atque istis quatuor: sic impletur numerus denarius.* Ὥστε ὁ Ἀριθμὸς, κατὰ μὲν μονάδα, ἐν τῷ Δέκα· κατὰ δὲ δύναμιν, ἐν τοῖς Τέσσαρσι, *Adeo ut* natura *Numeri*, *secundùm unitatem*, consistat *in Denario*; *secundùm facultatem, in Quaternario.*

Pythagoras (in a) Dialogo Luciani) ad *Mercatorem*, ait, *Quomodo numeras? Mercat. Unum, duo, tria, quatuor. Pythag.* ὁρᾷς; ἃ σὺ δοκέεις τέτταρα, ταῦτα δέκα εἰσὶ, καὶ τρίγωνον ἐντελὲς καὶ ἡμέτερον ὅρκιον, καὶ τρίγωνον ἐντελὲς τὸ τέτταρα. *Vides? Quæ tibi videntur quatuor; sunt decem; & nostrum Jusjurandum; & Trigonum perfectum, Quatuor.* Et paulò post, *Pythag.* Γνώσεαι τὸν θεὸν, τὸν ἀριθμὸν ἐόντα, καὶ ἁρμονίην, *Cognosces ipsum Deum, qui est Numerus & harmonia.* Numerus scilicet Quaternarius; qui perfectissimus; undequaque sibi par; & κατὰ δύναμιν, omnem numerum in se continet. b) *Pythagoras, sacerdotes Ægyptios imitatus*, τὴν μονάδα *nominavit Apollinem*; & δυάδα, *Dianam*; τὴν ἑβδομάδα, *Minervam*; & πρῶτον κύβον (sive octo) *Neptunum. Quæ tum iis conveniunt, quæ in eorum templis fixa & picta sunt.* c) Ἑρμῇ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται, *Mercurio autem omnium numerorum maximè Quaternio dicatus est*, apud Ægyptios. Neque enim Pythagoras primus Deos Numerorum nominibus appellabat.

a) Βίων πρᾶσις p. 362.

b) Plutarch. de Iside, p. 354. f.

c) Plut. Symp. l. 9. q. 3. p. 738. e.

Quaternarium quidem Pythagorei (quem τετρακτὺν *vocant) adeo, quasi ad perfectionem Animæ pertinentem, inter arcana venerantur; ut ex eo & jurisjurandi religionem sibi fecerint.* d)

d) Macrob. in Som. Scip. l. 1. c. 6.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Juro tibi per eum qui dat animæ nostræ quaternarium numerum. Est autem jusjurandum hoc δίστιχον· neque ex primo versiculo intelligendum. Παγὰν ἀενάου Φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν. Simul verte. *Non per* Τετρακτὺν *qui dat Animæ nostræ fontem, in quo sunt radices*

 (sive,

(sive, *fundamenta*) *æternæ naturæ.* Τετρακτὺς hic (cùm sit masculini generis) non est ἡ τετρὰς *quaternio*; sed mysticum Summi Opificis nomen (sive is Δημιουργὸς aliàs vocetur, sive Νοῦς, sive ὁ Θεὸς) à quo motum perennem habet immortalis Anima. Neque numerum quaternarium, sed duos quaterniones, eo Nomine intellexerunt Pythagoræi. a) Ἡ καλουμένη τετρακτὺς, τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα (μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται, καὶ Κόσμος ὠνόμασαι) τεσσάρων μὲν ἀρτίων τῶν πρώτων, τεσσάρων δὲ τῶν περισσῶν, εἰς τὸ αὐτὸ συντιθεμένων, ἀποτελούμενος, *Quæ vocatur* τετρακτὺς *constat 36 unitatibus* (*maximum erat jusjurandum, ut fertur, & appellabatur Mundus.*) *Conficitur autem primis quatuor paribus, & primis quatuor imparibus, in unam summam collectis*; id est, 2, 4, 6, 8. & 1, 3, 5, 7.

a) Plutarch. de Iside p. 381. & Ψυχογονίας, p. 1027. f.

Qui *tetractyn* sumunt pro Animâ, b) Ἡ ἡμετέρα ψυχὴ (φησὶν) ἐκ τετράδος σύγκειται· εἶναι γὰρ Νοῦν, Ἐπιστήμην, Δόξαν, Αἴσθησιν, *Nostra* (*ajunt*) *Anima ex quaternione constat: Mente scilicet, Scientiâ, Opinione, Sensu,* &c.

b) Plutarch. Placit. Phil. l. 1. p. 877. a.

Porrò Pythagoras docuit, c) τὴν τῆς ψυχῆς περιπόλησιν *animæ circuitionem*; *Dicunt hunc primum* Græcorum asseruisse d) ψυχὴν, κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλό τε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις, *Animam, Necessitatis circulum conficientem, alia ex aliis animantia induere*: *Scripsitque semetipsum* δι' ἑπτὰ καὶ διακοσίων ἐτέων ἐξ ἀΐδεω παραγεγενῆσθαι ἐς ἀνθρώπους, *post annos 207 ex Inferis revixisse.* Pythagorici autem numerum Senarium κυβικῶς multiplicant, Sexies sex, sexies, id est, 216.

c) Diog. Laert. in ejus vitâ.
d) p. 217. d.

Alexander, apud e) Laërtium, *ex commentariis Pythagoricis* refert, Τὸν Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν· καὶ διὰ τοῦτο Πομπέα λέγεσθαι, καὶ Πυλαῖον, καὶ Χθόνιον, ἐπειδή περ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς, ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης, *Mercurium esse Animarum promumcondum: ideoque vocari Deductorem, Janitorem, Terrenum, quòd is animas ex corporibus, & ex terrâ ac mari immittat*; καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον· τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν, μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐριννύων, *& quòd puras animas ducat in Excelsum; impuras autem neque illis appropinquare, neque sibi invicem, sed vinculis indissolubilibus vinciri à Furiis.* Εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεον, *Totum aerem plenum esse Animarum.* f) Εὐδαιμονεῖν τε ἀνθρώπους ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται, *Beatum*

e) Ibid. p. 221. d.
f) Ibid. c.

tum esse hominem cui Bona anima advenerit. μηδέποτε δὲ ἠρεμεῖν, μηδὲ τ̃ αὐτὸν ῥόον κρατεῖν; *Eam nunquam quiescere, neque eundem fluxum obtinere.* Quod Jusjurandum explicat.

Docuit etiam a) ὅσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ᾅδῃ ἔπαθε, *quæ Anima perpessa est apud Inferos.* *Hieronymus* b) retulit, *Pythagoram ad Inferos descendisse, & vidisse Hesiodi animam columnæ ææ adstrictam stridentemq;; & Homeri animam ex arbore suspensam, serpentesq; circa eam; propter ea quæ de Diis dixerant.* Dicunt enim Pythagorei, μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά, *Omnia omnibus non esse pandenda*; ea maximè quæ ad Deos pertinent. a) Diog. Laert. b) p. 219. a.

Carmen Aureum (Pythagoræ nomine) *Deos Inferos verendos esse* admonet;

Τοὺς τ̃ καταχθονίους σέβε δαίμονας ——

Τὸ σέβε innuit, Justa Diis Inferis facienda esse. Ita Ægyptii (ut jam dictum) παρακαλοῦσι τοὺς κάτω θεοὺς, *Deos Infernos invocant.*

HERACLITUS Ephesius dixit c) πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη, *Omnia plena esse Animarum & dæmonum.* Quod & Thales & Pythagoras dixerunt. De duobus Principiis contrariis dixit, τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δὲ ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην· καὶ τὴν μεταβολὴν, ὁδὸν ἄνω, κάτω, *Contrariorum, quod ad generationem res ducit, vocari Bellum & Litem; quod ad exustionem* (sive interitum) *vocari Concordiam & Pacem; Mutationem vocari, iter Sursum, & Deorsum.* Duplex hæc via duas Animarum portas respicit, in Homerico Nympharum Antro. Istam autem de Principiis sententiam d) *Heraclides Ponticus* ad Empedoclem refert, & ad Homerum; qui *allegoricè introducit duas Civitates, unam Pacis, alteram Belli: ita ut Empedocles Agrigentinus à nullo alio præterquam ab Homero Siculam traxerit opinionem. Simul enim cum quatuor Elementis* (*quæ in Naturali Philosophiâ celebrantur*) *etiam Litem & Amicitiam conjunxit: Quorum utrumque Homerus innuens, e) Civitates* (Achillis) *clypeo incudit; hanc Pacis, id est, Amicitiæ; illam verò Belli, id est, Litis.* c) Diog. Laert. in V. p. 238. c. d) In Allegoriis. e) Iliad. Σ. vers. 490.

De animabus etiam dixit Heraclitus, f) ζῆν ἡμᾶς ἐκείνων θάνατον καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον, *Nostram vitam esse illarum mortem; & nostram mortem illarum vitam*: id est, Anima Cœlum deserens exulat in regione infimâ, & quasi mortua est in vinculis corporeis. f) Porphyr. de antro, p. 257.

EM-

a) Plutarch. de Placit. phil. l. 1. c. 3. p. 878. a.

EMPEDOCLES Agrigentinus, Pythagoræus, a) Τέτταρα μὲν λέγει στοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, Φιλίαν τε καὶ Νεῖκος· ὧν ἡ μὲν ἐστιν ἑνωτική, τὸ δὲ, διαιρετικόν. Φησὶ δὲ οὕτως,

> Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
> Ζεὺς αἰθὴρ, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεύς,
> Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Dicit quatuor Elementa; Ignem, Aerem, Aquam, Terram: Duo autem Principia; Amicitiam & Discordiam; quorum unum res uniat, alterum, dirimat. Sic autem ait.

> *Radices primùm rerum tibi quatuor edam*
> *Jupiter ætherem, Juno vitalis, ad hos Dis,*
> *Et Nestis lacrymis humanos quæ rigat alveos.*

Jovis nomine intelligit fervorem & ætherem; Junonis Vitalis, aerem, Plutonis, terram; Nestis & humanorum canalium, semen & aquam. Quatuor ista ῥιζώματα sunt fortasse ῥιζώματα φύσεως in *Tetracty.* Hesychius: Τετρακτὺς, Πυθαγορικὸς ὅρκος, ἤγουν τῶν τεσσάρων στοιχείων σημαίνων.

b) Laert. in vitâ.

Dixit etiam b) Τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι, *Animam omnigenûm animalium ac stirpium species induere.*

c) Plutarch. Δεισιδαιμ. p. 171. c.

c) *Reprehendens eos qui sacrificant animalia, dixit:*

> Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
> Σφάζει —— ——
> *Mutatâ genitor jugulans sua pignora formâ*
> *Immolat* —— μετεμψύχωσιν innuens.

De quâ etiam ait,

> Ἐν θηρσὶ δὲ λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι
> Γίνονται· δάφναι δ' ἐνὶ δένδρεσιν ἠϋκόμοισιν.

d) De Animal. l. 12. c. 7.

Hoc est, d) Æliano interprete, Τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῶον ἡ λῆξις αὐτὸν μεταγάγοι, λέοντα γενέσθαι, εἰ δὲ εἰς φυτὸν, δάφνην, *Optimam hominis migrationem fieri in Leonem, si in animal ei migrandum sit; sin verò in plantam, in Laurum.*

De

De Animæ suæ εἰς γένεσιν descendentis exilio ait,

*Ἣν ϰ̀ ἐγὼ νῦν εἰμι Φυγὰς θεόθεν ϰ̀ ἀλήτης.
Ego jamdudum eo exul à deo,& vagus. Vide locum. *Plutarch. de Exilio, p.607. c.

terno Justorum contubernio dicit, quòd illi futuri sint

a) Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἐν τε τραπέζαις
Εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκληροι, ἀτειρεῖς· a)Clem. Alex. Strom. l.5. p.607.

sant alium aliorum contubernales,& convivæ,expertes humanarum rierum,incorruptiles,immortales. Sanè magno hic olim in ho- e fuit. b) Τὰ Πυθαγόρε ϰ̀ Ἐμπεδοκλέες δόγματα νόμοι τῶν ἀιῶν ἦσαν Ἑλλήνων, *Pythagoræ & Empedoclis decreta priscorum corum leges fuerunt.* Pythagoræi autem c) *rationem sententiæ non ferè reddebant; nisi quid erat numeris,aut descriptionibus ex- andum.* b) Plutarch. Σαρκοφαγ. 2. p. 9[illegible].2. c)Cic.Tuscul. I.p.[illegible]

PINDARUS cecinit, *Justos lumine perpetuo & vitâ laboris erte frui apud Deos.* Adjicit,

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς Τρὶς	*Quicunque sustinuerunt, ad Tertiam vicem*	d)Olympic. Od.2.
Ἑκατέρωθι μείναντες,	*utrobique manentes, Animam*	
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν	*ab injustis omnino abstinere,*	
Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς	*perrexerunt Jovis viam*	
Ὁδὸν παρὰ Κρόνε τύρ-	*ad Saturni urbem.*	
σιν· ἔνθα μακάρων	*Ubi Beatorum*	
Νᾶσον ὠκεανίδες	*Insulam Marinæ*	
Αὖραι περιπνέεσιν, ἄν-	*auræ perflant,*	
θεμα δὲ χρυσε Φλέγει,	*floresq; aurei micant,*	
Τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀ-	*alii quidem ex humo*	
γλαῶν δενδρέων,	*à pulchris arboribus;*	
Ὕδωρ δ' ἄλλα Φέρβει.	*Aqua autem alios educat:*	
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-	*quorum monilibus ac*	
πλέκοντι ϰ̀ στεΦάνοις.	*corollis manus implicant.*	

Flores isti terrestres & aquatici *sylvas loti calamiq; juxta Acherusiam* respicere videntur. Sistit autem hic μετενσωμάτωσιν, Animæ *transcorporationem*, in vice *ternâ*: Qui in hoc,& in illo corpore, ab *injustis* facinoribus abstinuerit, Auream *Saturni* ætatem recuperat, &

a) Plutarch. de facie in Luna, p. 942. f.

summâ potitur felicitate in Elysio. a) Εἰς δὲ τοῦτο φαῦλος μὲν οὐδεὶς οὐδὲ ἀκάθαρτος ἄνεισιν· οἱ δὲ χρηστοὶ, μετὰ τὴν τελευτὴν κομισθέντες, αὐτόθι ῥᾷστον μὲν οὔτω βίον, οὐ μὴν μακάριον οὐδὲ θεῖον ἔχοντες ἄχρι τοῦ δευτέρου θανάτου, διατελοῦσι, *In illum verò campum nemo improbus aut impurus venit: Boni verò post mortem eò delati, facillimam quidem, non tamen beatam aut divinam vitam agunt, usque ad Secundam mortem.* Cætera apud Plutarchum legas.

§. V. * De Repub. l. 2. p. 605.

Ad *PLATONEM* propero, *Academicorum* patrem; qui licet *Homerum* è * Republicâ suâ ejecerit, ejus tamen doctrinam de *Animi* enixè amplexus est; & maximam œconomiæ *Infernæ* auctoritatem fecit. Moribundum enim introducit *Socratem* multa *de Immortalitate Animæ*, ejusque post mortem statu, disserentem.

b) Cic. Tusc. 1. p. 121.

b) *Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse; & in eâ cùm alios multos, tum Architam Timæumque cognovisse & didicisse Pythagorea omnia: primumque de Animorum æternitate, non solùm sensisse idem quod Pythagoras; sed rationem etiam attulisse.*

c) Plutarch de Placit. Phil. l. 4. c. 2. p. 898. c.

Dixit itaque c) Animam esse οὐσίαν νοητὴν, ἐξ ἑαυτῆς κινητὴν, κατ᾽ ἀριθμὸν ἐναρμόνιον κινουμένην, *Substantiam mente præditam, à seipsâ mobilem, & quæ secundùm numerum harmonicum moveatur.*

d) p. 1221. b. edit. Facini. e) Ψυχογονίας, p. 1016.

In d) *Phædro* attribuit τῷ ἀγεννήτῳ τὸ ἀνώλεθρον, τῷ δὲ αὐτοκινήτῳ τὸ ἀγέννητον αὐτῆς (ut e) Plutarchi verbis utar.) *Anima, cùm sit ingenita, non est interitura: ingenita autem est, cùm seipsam moveat.*

f) p. 61. b.

In f) *Phædone* inquit, *Anima pura, à corpore liberata*, εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέρχεται, —— (ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμυημένων) ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα, *ad sibi simile divinum abit*: & (*ut ab initiatis dici solet*) *tempus reliquum reverâ cum Diis agit. Malorum* autem *animæ, diu vagæ*, tan-

g) Ib. c.

dem g) τῇ τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος τοῦ σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ, *comitante naturæ corporeæ cupiditate*, planè brutescunt. Nam ἐνδύονται (ὥσπερ εἰκὸς) εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη ὁποῖα ἄττ᾽ ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ, *induunt* (*ut decet*) *ejusmodi mores quales in vitâ exercuerunt.* Aliquantò pòst, de caduceatore Ani-

h) p. 80. b.

marum dicit, h) *Quemlibet morientem* ὁ ἑκάστου δαίμων ὥσπερ ζῶντα εἰλήχει, *cujusque Genius, quem vivens sortitus fuerat, in locum quen-*

am ducit, ubi omnes unà collectos judicari oportet, &c. a) a)Ib. c.
ἀθαρῶς τε καὶ μετρίως τὸν βίον διεξελθοῦσα, καὶ συνεμπόρων
ςόνων θεῶν τυχοῦσα, ᾤκησε τὸν αὐτῇ ἑκάστη τόπον προσήκοντα,
, quæ purè & moderatè vitam transegit, Deos comites ducesq;
ta, quæque locum sibi congruum incolit. Sequitur b) Διεδι- b)p. 84.b.
οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντες, καὶ οἱ μή, κ
ς βεβιωκότες, Judicantur & qui honestè, sanctè & justè vixe-
& qui non; & qui mediocriter. Singulis sors sua; non o-
s eadem; licèt omnes pro tribunalibus sistendæ sint. Ani-
æ statim admittebantur in Elysium. c) Οἳ δ᾽ ἂν δόξωσιν c) Ibid.c.
ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, Qui ob magnitudi-
lerum Insanabiles esse videntur, τούτους ἡ προσήκουσα μοῖρα
τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν, hos sors competens mer-
rtarum, unde nullo pacto egredi poterint. Οἳ δ᾽ ἂν ἰάσιμα
γάλα δὲ, δόξωσιν ἡμαρτηκέναι ἁμαρτήματα, Qui Sanabilia
licèt magna, admisisse videantur, τούτους ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν
ν, ἀνάγκη· ἐμπεσόντας δὲ αὐτοὺς, καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένους,
ει τὸ κῦμα, illos in Tartarum incidere necesse est: incidentes
atque annum illic commoratos, ejicit fluctus. Post lustratio-
Animæ Sanabiles è Purgatorio quotannis liberantur. Ecce
Purgatorii origo.

Tartaro tribuuntur tres d) fluvii, præter Oceanum. Ache- d)Ib.p.85.c.
in Acherusiam paludem defluit: quò pleraque defunctorum
eveniunt, & tempus fatale commoratæ, hæ quidem longius,
ius, rursus in animalium generationes emittuntur. Alter
Pyriphlegethon vocatur; alter Cocytus, qui in Stygem
volabitur: hic frigidissimus, ille calidissimus, in impiorum

licibus Infernalibus e) Minoi & Rhadamantho adjungi- e) In Gorgiâ.
us: hi judicant ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον p.357. a.
ἡ μὲν εἰς Μακάρων νήσους, ἡ δ᾽ εἰς Τάρταρον, in Prato,
, unde duæ tendunt Viæ: hæc ad Beatorum Insulas, illa ad
m. Paulò post, Σκοπῶ, f) inquit Socrates, ὅπως ἀπο- f) p. 358.c.
τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν, Dispicio quà pos-
one coram Judice comparere quàm sanissimâ præditus a-

Nn 2 His

a) De Rep. l.10 p.761.b. His rebus testimonio adsit a) *Er Armenius, genere Pamphylius, qui cùm in prælio occubuisset, duodecimâ ab obitu die revixit; & quæ interim viderat, retulit. Anima soluta venit in locum quendam δαιμόνιον, in quo erant duo hiatus, terræ, & cœli supernè: inter hos sedebant Judices, qui Justos jubent πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ, ire ad dextram, & sursum per cœlum; Injustos autem τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω, ad sinistram, & deorsum. Ipsum jusserunt quæcunque eis in locis fierent audire & intueri, & hominibus nuncium redire.* Cætera apud Platonem legas.

b) p.1308.b. in fine. Non hic omittenda sunt quæ in *Axiocho* narrantur; b) *Plutonis vestibula claustris ferreis & clavibus obfirmata: trajiciendi fluvii Acheron, & Cocytus: Minos & Rhadamanthus recognoscunt uniuscujusque vitam, in campo Veritatis; neque ulla illic mentiendi facultas. Quibus in vitâ δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν, Bonus Genius adspiravit, Piorum regionem incolunt; ubi anni tempestates omnigenas fruges ubertim præbent; Fontes puris aquis manant; Prata omnia variis floribus vernant; Philosophorum scholæ, Poëtarum theatra, Chori circulares, Musicæ auditiones, Convivia eximia dapesque ultrò oblata, Lætitia immortalis, suavisq; Victus: non frigus ibi, non æstus gravis, sed temperatus Aer.* Paulò pòst; *At qui vitam in sceleribus transegerunt aguntur à Furiis ad Erebum & Chaos per Tartarum: ubi Impiorum locus; & Danaidarum hydriæ inexplebiles; & Tantali sitis; & Tityi viscera; & Sisyphi irritò volutus lapis, qui à fine iterandi laboris initium sumit: illic à feris circumpetuntur, &* (Dirarum) *lampadibus perpetuò aduruntur, omnimodisque plagis cruciati æternis suppliciis torquentur.*

c) Geogr. l.15. p. 713.c. Strabo de *Brachmanis* apud Indos, c) παραπλέκουσι, inquit, μύθους, ὥσπερ καὶ Πλάτων, περί τε ἀφθαρσίας ψυχῆς, καὶ τῶν καθ' ᾅδου κρίσεων: *Fabulas conficiunt, sicut Plato, de Immortalitate Animæ, & de Judiciis apud inferos.*

Floruit autem Plato circa Olympiadem Centesimam, regnante apud Persas Artaxerxe Mnemone. Recentiores lubens prætereo. Origines enim velim, non Pandectas.

* Laert. in eorum vitis. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου libros olim scripserunt * *Democritus*, ejusque discipulus * *Protagoras*; etiam * *Antisthenes*, atque * *Heraclides Ponticus*.

d) Macrob. Saturnal. l.5. c. 2. Instar omnium sit VIRGILIUS, qui Topographiam Infernam accuratissimè depinxit. d) *Opus Virgilianum velut de quodam*

Ho-

rici operis speculo formatum est. Ibi *pro consultatione Infero-*
descensus ad eos cum comitatu sacerdotis inducitur. Ibi Palinu-
tenori; sed & infesto Ajaci infesta Dido: & Tiresia consiliis An-
ponita respondent. Quæ de Animâ à Veteribus scitè dicuntur,
gilius ad Heroem suum aptè collocat; cui de re obscurâ dubi-
ista inter Animas ab unâ Animarum differuntur.
Inferorum regionem in Septem Mansiones dividit.
mis autem a) *Charon Portitor inhumatam turbam arcet,* a) Æneid. l. 6. vers. 327.

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quiêrunt.

to fluvio, & *Cerbero* offâ sopito, Limbus est

ntum. *Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,* vers. 426.
Infantumq; animæ flentes in limine primo.

ò dam- *Hos juxta falso damnati crimine mortis.* 430.
orum. *Nec verò hæ sine sorte datæ, sine Judice sedes:*
Quæsitor Minos urnam movet ---

τχέιεων *Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum* 434.
Insontes peperêre manu, lucemq; perosi
Projecêre animas ---

antum. *Nec procul hinc, -- Campi Lugentes --* 440.
Hic quos durus Amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & Myrtea circum
Sylva tegit ---

itorum. *—— Inde arva tenebant* 459.
Ultima, quæ Bello clari secreta frequentant.

vium.) *Hic locus est, partes ubi se Via findit in ambas:* 540.
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit;
Hâc iter Elysium nobis: at Læva Malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
—— Sub rupe sinistrâ

tari. *Mœnia lata videt, triplici circundata muro,* 548.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton ---
Porta adversa ingens, solidoq; adamante columnæ,
Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens -- Vestibulum insomnis servat --- 555.

 Hinc

Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare
Verbera; tum stridor ferri, tractaque catenæ.
vers. 566. *Gnossius hæc Radamanthus habet durissima regna;*
Castigatq; auditq; dolos. — *Tum* Tartarus *ipse*
577. *Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras*
Quantus ad ætherium Cœli *suspectus Olympum.*

(Viâ autem Dexterâ)

638. VII. Elysii. *Devenêre locos Lætos, & amœna vireta*
Fortunatorum nemorum, sedesq; Beatas.
Largior hîc campos æther, & Lumine vestit
Purpureo; Solemq; suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris:
Pars pedibus plaudunt Choreas, & Carmina dicunt
656. ---- *Ecce alios dextrâ lævâque per herbam*
Vescentes, lætumq; choro Pæana canentes.
713. (Ibi, loco separato) --- *Animæ, quibus altera fato*
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices & longa Oblivia potant.
739. Hîc *exercentur pœnis, veterumque malorum*
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos; aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus; aut exuritur igni.

Triplicem purgationem enumerat : in aere, in aquâ, in igne. Anchises pergit: *Quisque suos patimur Manes; exinde per amplum*
Mittimur Elysium: & pauci læta arva tenemus;
Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumq; relinquit
Æthereum sensum atque auræi simplicis ignem.
Has omnes, ubi mille rotam volvêre per annos,
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno;
Scilicet immemores Supera ut convexa revisant,
Rursus & incipiant in Corpora velle reverti.

Animæ in Purgatorio defæcatæ, post longum tempus in Elysio exactum, oblitæ eorum quæ in Corpore olim passæ sunt, *παλιγγενεσίαν* exoptant. Hæc si cum superioribus comparentur, nihil ferè à Virgilio, quod non priùs ab Homero aut Platone, dictum reperies.

Apud

Apud Judæos demum, *Pharisei* (quorum originem a) indigi- a)supr. p.157.
us) huic Academicorum *Philosophia* nova imposuerunt vo-
b) ὁμοδοξοῦντες πᾶσιν Ἕλλησιν, *Communi Græcorum opi-* b)Bell. Judaic. l.2.c.7.
nionem sentientes. Sanè *Essenorum* sententia de *bonis animabus à*
solutis, ipsis Homeri verbis à Josepho profertur. Judæi
Animarum μετενσωματώσιν credidisse videntur: cùm Je-
hristum, * *Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, ** Mat. 16.14.
rò Jeremiam, aut unum ex prophetis fuisse putaverint. Ne-
Animarum origine, satis convenit inter Patres Christia-
usque ad Justiniani Aug. tempora, sive, Concilium.
Nos autem extra callem vagamur nimis: redeamus ad
...

Certamen Eleusinium.

namentum Festi Eleusinii institutum est Certamen; ad ex-
um Atheniensis: illud in Minervæ, hoc in honorem Ce-
Ludus *Panathenaicus* erat Curulis; *Eleusinius* autem
corum primus. Ad propositum dixit Aristides, c) Ἀγῶ- c)Orat. Eleusin.
νικὸν γυμνικὸν πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὸ ἆθλον εἶναι
τὸ τοῦ φανέντος περισωθρῶν τῶν ἀνθρώπων ὅσον εἰς ἰσχὺν ἐκ τῆς
τροφῆς ἐπέδοσαν, *Certamen Gymnicum primùm Eleusine*
n esse; & præmium ex natis frugibus fuisse: Hominibus
m facientibus, quantum roboris ex alimento mansueto ipsis
t. d) Ἀγὼν Κόρης καὶ Δημήτρος καλεῖται Ἐλευσίνια d)Schol. Pindari Olymp.9.
ιον, κριθαὶ, *Certamen Cereris & Proserpinæ vocatur Eleusi-*
jus præmium, Hordeum. Scilicet e) *Antiquissimum in* e)Plin. l.18. c.7.
deum; sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, ap-

e Certaminum Græcorum institutione f) Photius in ex- f) Biblioth. p.1590.
ex Halladii Chrestomathia. Πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια.
Εἶτα τὰ Ἐλευσίνια. Ἐπὶ Πελεία τεθνηκότι τεθῆναι ἆθλα.
. Εἶτα τὰ Ἴσθμια, ἐπὶ Μελικέρτῃ. Ἔπειτα ὁ τῶν Ὀλυμπί-
ἀρχὴν λαμβάνει ὑφ' Ἡρακλέους. Εἶτα τὰ Νέμεα ἐπὶ
τῷ τεθέντι. Εἶτα, μετὰ τὴν Κίρραν πεσεῖν, τὰ Πύθια.
stituebantur Panathenæa (ab Erichthonio:) *deinde E-*
(sub Pandione II.) *Thessali* (Argonautarum temporibus)

Pelia

a) ad Sec. XVIII. *Peliæ mortuo certamina instituerunt. Postea Isthmia* (à Theseo) *in honorem Melicertæ : dehinc Olympia, ab Hercule : inde Nemæa, mortuo Archemoro : postremo Pythia, post* a) *casum Cirrhæ, instituta sunt.* Præter ista, in Marmore memorantur.

Lycæa.

* Marm.
b) In Arcad. initio, p. 456.
REgnante *Athenis Pandione* Secundo, Lupercalia, sive * *Lycæa in Arcadia instituta sunt â Lycaone;* de quo Pausanias : b) Λυκάων ὁ Πελασγοῦ Λυκόσουράν τε πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ, καὶ Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια, *Lycaon Pelasgi filius Lycosuram urbem condidit in monte Lycæo, Jovem Lycæum nominavit & Lycæorum agonem instituit.*
c) Ib. p. 517. Post alia: c) Ἔστι ἐν τῷ Λυκαίῳ Πανός τε ἱερὸν, καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος δένδρων, καὶ ἱππόδρομός τε, καὶ πρὸ αὐτοῦ στάδιον. Τὸ δὲ ἀρχαῖον τῶν Λυκαίων ἦγον ἀγῶνα ἐνταῦθα, *Est in monte Lycæo fanum Panos, & circà Lucus; etiam Hippodromus, atque Stadium, in quo vetustum Lycæorum agonem celebrabant.*
d) Ib. p. 457. d) Λυκάων δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Λυκαίου Διὸς βρέφος ἤνεγκεν ἀνθρώπου, καὶ ἔθυσε τὸ βρέφος, καὶ ἔσπεισεν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὸ αἷμα. καὶ αὐτὸν αὐτίκα ἐπὶ τῇ θυσίᾳ γενέσθαι λύκον φασὶν ἀντὶ ἀνθρώπου, *Lycaon ad aram Jovis Lycæi infantem mactavit, & aram aspersit sanguine humano : quare illum de homine in lupum inter ipsa sacra mutatum fuisse dicunt.*
e) Ib. p. 518. e) Θύουσιν ἐν ἀπορρήτῳ, *in operto faciunt.* Ferale hoc
f) De Abstin. l. 2. p. 27. sacrificium in sua tempora durasse docet *Theophrastus* apud f) Porphyrium.

g) Pausan. Arcad. p. 456.
h) L. 3. p. 164.
i) Num. 876.
De Lycaonis ætate non convenit. Pausanias illum g) *Cecropi* primo *Athenarum regi* æqualem facit. Et Apollodorus h) *Diluvium* ponit *sub Nyctimo* Lycaonis filio. Eusebius contrà (post casum Trojæ) sub *Oxynte*, 13 *Athenarum rege*, i) *Agon Lyciorum* (Lycæorum) *primus actus.* Litem hanc dirimit Marmor.

Hactenus de Græcorum Sacris : jam de rebus eorum civilibus. Sanè Seculum hoc, quod præcessit bellum Trojanum, rerum Græcarum feracissimum est: omnia autem convasare non vacat: omnia præterire non decet.

Ægeus

Ægeus Rex.

Thenis, anno Attico 275, *Pandioni* II successit *Ægeus*; non ex asse hæres, sed ex quadrante. a) *Cùm enim quatuor essent Pandionii, Ægeus, Lycus, Pallas, & Nisus, Attica in quatuor portiones divisa. Partitionem istam satis testatur Sophocles, apud quem Ægeus loquitur.* a) Strab. l. 9. p. 392. c.

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς Ἀκτὴν ἐμοὶ
Πρεσβεῖα νείμας τῆς γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νεμῶν.
Νίσῳ δὲ τὴν ἀνώμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς. Τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
Ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
Εἴληχε Πάλλας ———

Pater me abire in Acten jussit,
Honorem primigenium præbens ejus terræ. Lyco autem
Oppositum Eubœæ hortum tribuit.
Niso autem inæqualem dedit regionem
Scironii litoris. Terræ verò quod ad Austrum vergit
Ferox ille & gigantes educans
Sortitus est Pallas ———

fortium nomina recitat Scholiastes Aristophanis. b) Τὴν τῶν Διακρίων Πανδίονα φασὶ (τοῖς υἱοῖς διανείμαντα τὴν ...) Λύκῳ δοῦναι· Αἰγεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ ἄστυ· Πάλλαντι δὲ τὴν ...ίαν· Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. Ajunt *Pandionem (cùm Regnum ... divideret) Diacriam dedisse Lyco; Ægeo, regionem quæ est ...rbem; Pallanti, Paraliam; & Niso, Megaridem.* Ad hunc ... XII Atticæ urbes, à c) Cecrope olim congregatæ, in quatuor partes distributæ sunt: una fuit Πεδιέων, in suburbanâ & mediâ *Ægei* ditione; altera Παραλίων, in Australi & litorali ... sorte; tertia Διακρίων, sive Ὑπερακρίων (ut Herodoto ...r) in portione *Lyci*, Eubœæ oppositâ; (in quâ mons *Par*...*rnethon* Atticæ municipium; d) ἡ χώρα Διάκρια ἡ ἀπὸ ... μέχρι Βραυρῶνα.) Quarta Megaridis, in Scironio li...quæ *Niso* obtigit, e) *qui Nisæam condidit.* f) *Hic è Bœotiâ uxorem* b) Ad Vesp. p. 518. b. c. c) supr. p. 114. d) Hesych. e) Strab. ibid. f) Plutarch. Quæst. Gr. p. 295. a.

uxorem duxit Abrotam, fœminam prudentem & pudicam: Nisus, ut ei mortua æternam memoriam constitueret, jussit τὴν ἐσθῆτα (non τὰ ὅσα) Φορεῖν vestitum geri, qualem ea gessisset: stola autem ab eâ ἀΦάβρωμα vocata est. Et videtur Deus mulieris gloriam adjuvasse: nam Megarides fœminæ, Vestem mutare sæpiùs volentes, Oraculo probibitæ sunt.

Ista Atticæ notitia facem præfert iis, quæ de *Theseo* mox; etiam quæ de *Pisistrato* narranda sunt, ad Sec. XVIII. Ægeo autem contemporaneus fuit Minos rex Cretæ.

Minos Secundus.

MInois Primi regia fuit *Apollonia*, quæ & *Cydonia*: Secundi verò, *Cnossus*.

a) Odyss. τ. vers. 178. —— a) Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλε ὀαριστής·

Cnossus urbs magna; in quâ Minos regnavit, novennalis summi Jovis
b) Strab. l. 16. p. 762. *auditor.* Minos b) Δι' ἐννέα ἐτῶν, ὥς Φησι Πλάτων, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τὸ Διὸς, καὶ παρ' ἐκείνε τὰ προστάγματα λαμβάνων, καὶ παρακομίζων εἰς τὰς ἀνθρώπους, *Nono quoque anno (ut dicit Plato) in Jovis antrum descendit, & ab illo Præcepta accepit,*
c) Plat. Leg. 1. initio. *quæ ad homines afferret.* Ἐννέωρος, sive δι' ἐννέα ἐτῶν c) Platoni est δι' ἐννάτε ἔτες. d) Valerius Maximus (ex Platonis Minoë)
d) L. 1. c. 2. Homerum interpretatus est. *Minos*, ait, *Cretensium rex Nono quoque anno in quoddam prealtum & vetustâ religione consecratum specus secedere solebat; Et in eo moratus, tanquam à Jove (quo se ortum ferebat) traditas sibi Leges prærogabat.* Hic, Legislatorum Græcorum vetustissimus, Nono quoque anno Leges suas corrigebat.

e) Strab. l. 10. p. 476. e) *Ephorus dixit Minoëm fuisse prisci Rhadamanthi, viri justissimi, imitatorem, qui primus institutis, & civilibus cohabitationibus, atque regimine insulam cicuráſse visus est: & singula quæ promulgabat decreta se à Jove adferre simulabat.*

f) Censorin. c. 18. Sicut veteres τετραετηρίδα, f) *quòd quinto quoque anno redibat,* πενταετηρίδα *nominabant*; *ita hoc tempus duplicatum,* ὀκταετηρὶς, *tunc* Ἐννεαετηρὶς *vocitata; quia primus ejus annus Nono quoque anno redibat.* Neque rectè *creditum est* ὀκταετηρίδα *ab Eudoxo*

Cnidio, aut à Cleostrato Tenedio primùm institutam fuisse; Magnus iste annus priscis hisce temporibus usitatus fuerit; & s non tantùm Leges suas καὶ ἐννεαετηρίδα promulgaverit; iam Tributum, eodem annorum circuitu solvendum, Atheniis constituerit.

a) *Androgeos, Minoïs filius, in certamine Panathenaico, s cunctos superans, Pallantidarum amicitiam sibi conciliavit; tum Ægeus suspectam haberet (veritus ne illi, Minois auxiliis, ipsum regno exuerent) Androgeum, Thebas ad spectaculum tendentem, insidiis obtruncavit. Minos*, ob filii cædem, Atbello petens, Megara & Nisæam cepit; *cum Scylla* b) *Nisi Minois amore capta, capillum purpureum patri detonderit; vo, se non posse mori ex oraculo cognoverat.* Athenienses auuturnâ obsidione pressi, c) *cum jam fames & pestis urbem ent, primùm (ex oraculo veteri) virgines quatuor, filias Hya- qui Lacedæmone Athenas commigraverat) ad Gerasti Cyclolum jugularunt. Deinde cum nihil hinc emolumenti sibi fuiderent, de belli eventu Oraculum consuluerunt: Responsum oi pœnas daturos, quas ipse vellet.* d) *Missis legatis*; ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι᾽ ἐννέα ἐτῶν δασμὸν, ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ ς τοσαύτας, *fecerunt fœdus, ut tributum nono quoque anno t septenos adolescentes impuberes, totidemque virgines. Id venit inter scriptores. Philochorus refert, Cretenses dicea ludos gymnicos, in Androgei memoriam, fecisse, & pueros Labyrintho asservabantur) victoribus præmio dedisse; Tau- (hominem primarium, sed superbum) primis ludis vicisse. Athenis semper malè audivit Minos; & in theatris proscis tanquam trux & ferox; neque ei profuit Hesiodus, ιλεύτατον eum vocat; aut Homerus, qui ὀαριστὴν Διὸς em Rex Minos Legislator; & Rhadamanthus judex, juris citi custos.*

Labyrinthum hunc *Dædalus Atheniensis* Minoi construxisse ob cædem nepotis, in Cretam fugiens. Plinius ad exemrinthi Ægyptii factum existimat: e) ipsum adeas. Sanè hus Ægyptius nondum, ætate Minois, extructus erat. Æ-i, Labyrinthi *Cretici vestigia nulla* manebant; cùm extanici reliquiæ; & *Ægyptius* penè integer. Gnossii nihilomi-

a) Diod. Sic. l. 4. p. 183. b.

b) Pausan. l. 1. p. 33.

c) Apollodor. l. 3. propè finem.

d) Plutarch. in Theseo, p. 6. d.

e) L. 36. c. 13.

a) Penes me. b) Golzt. Aug. tab. 49 11. c) Pausan. l. 9. p. 558.

nus, in a) numismatis, Labyrinthi sui fidem fecerunt, etiam b) post Augusti tempora.

c) *Dædalus, è Cretâ fugiens, sibi & Icaro filio non magna ædificavit navigia, & Vela (quæ nondum eâ ætate inventa fuerant) navibus applicuit; ita vento impulsus, Minois remigium antevertit, & evasit: navem autem Icari imperitè gubernantis eversam ajunt; ejusque cadaver maris æstu delatum in insulam* (propè Samum) *quæ nondum nomen habuit: ab Icaro autem insula, & mare circumfluum, nomen obtinuit.*

d) Herodot. l. 7. c. 170. e) Justin. Epit. l. 4. f) Strab. l. 6. p. 273. a. g) Diod. l. 4. p. 194. b. h) Athenæi l. 1. p. 10. e.

d) *Minos Dædalum quærens, in Sicaniam venit* (*quæ nunc Sicilia dicitur*) *& morte violentâ occubuit.* e) *Sicilia à principio patria Cyclopum fuit: quibus extinctis, Cocalus regnum Insulæ occupavit.* f) *Cocali regia fuit Camicus* (in tractu Agrigentino) *apud quem Minos per insidias occisus traditur;* g) *nimis diu in balneo detentus*, per Cocali filias. Mulieres enim & puellæ olim lavare hospites solebant. h) Λοῦσιν αἱ Κωκάλου θυγατέρες, ὡς νενομισμένον, τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐς Σικελίαν, *Cocali filiæ, ut moris erat, lavant Minoem, cùm pervenisset in Siciliam.*

i) Diodor. l. 4. p. 192. c.

i) *Dædalus, è posteris Erechthei, architectus ac statuarius insignis,* πρῶτος ὀμματώσας καὶ διαβεβηκότα τὰ σκέλη ποιήσας, ἔτι δὲ τὰς χεῖρας διαπεπταμένας ποιῶν, εἰκότως ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς ἀνθρώποις *primus* in statuis apertos *oculos & crura disjuncta, & manus à* corpore *disparatas faciens, hominum admirationem meritò obtinuit.*

k) Ibid.

k) Οἱ γὰρ πρὸ τούτου τεχνῖται κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὄμμασι μεμυκότα, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντα καθειμένας, καὶ ταῖς πλευραῖς κεκολλημένας, *Artifices enim qui ante eum fuerunt simulacra fecerant oculis nictantibus, & manibus demissis atque ad latera adglutinatis.*

l) Pausan. l. 7. p. 441. m) supr. p. 57. n) Heliodor. Æthiop. l. 3. c. 8. p. 153. o) Sec. XV. p) Appollodor. l. 3. p. 180.

Apud l) *Græcos universos, seculis vetustioribus,* ἀργοὶ λίθοι *rudes lapides pro Simulacris divinos honores habuerunt*; Quod m) innuimus. Ægyptii Simulacra ita fingebant, ut neque oculi distinguerentur, neque manus, neque pedes disjungerentur. Quod ex Tabulâ Isiacâ Bembinâ, & ex Sigillis (penes nos) tam è ligno, quàm è latere, satis constat. n) Τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες, καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσι, *Ægyptii statuas Deorum ponunt, conjungentes illis pedes, & quasi unientes.* Quod etiam in o) Memnonis statuâ videbimus. Neque aliter *Palladium* τὸ Διοπετὲς, p) ὑπὸ

τῶ

...θει τείπηχυ τις ἢ ποσὶ συμβεβηκὸς, *erat magnitudine tri-bitorum, & pedibus non disjunctis.*

a) Ἱστόρηται ὁ Μίνως Νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος, θαλασσοκρα-τῆσαι πρῶτος, *Proditum est Minoa fuisse Legislatorem gravissi-mum, & primum Maris imperium obtinuisse.* a) Strab. l.10. p.476.

...ΑΛΑΣΣΟΚΡΑΤΙ'Α.

Thucydides l.1.p.4.a.

...νως παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ...σμεν Ναυτικὸν ἐκτήσατο. ...ῦν Ἑλληνικῆς θαλάσσης ...ῖστον ἐκράτησε.

Minos eorum quos auditu cognovimus vetustissimus extruxit Classem: & Imperio Maris, *quod* (antea Caricum) *nunc Græcum vocatur, longè latèque potitus est.*

...τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ ...ίσεις πρῶτος τῶν πλείστων ...Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ τοὺς ...παῖδας ἡγεμόνας ἐγκατα-...

Insulas Cyclades sub ditione tenuit, & in plerasque Primus colonias deduxit: Et expulsis Caribus, suos filios in regimine constituit.

...ληστικὸν, ὡς εἰκὸς, καθῄ-... θαλάσσης, ἐφ' ὅσον ἐδύνα-... paulò pòst,

Latrones etiam (ut videtur) è mari sustulit, quoad potuit.

...στάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτι-... πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ...ς.

Constitutâ Minois Classe, Maria ultrò citroq; liberius navigabantur.

...ı interest humano generi, ut penes Unum consistat Maris ...um.

...st Minoëm ἐθαλασσοκράτησε PolycratesSamius. b) Πολυ-...ης πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων ὃς θαλασσοκρατέειν ...πενόησε, Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος ...ξε τῆς θαλάσσης, *Polycrates primus fuit Græcorum, quos novi-...in animum induxerit ut* Mari *potiretur; præter Minoem, aut si ...is ante illum maris imperium obtinuit. Inter homines primus ...es;* Minos Jovis filius. b) Herodot. l.3.c 122.

...olycrates Minoë recentior erat annos 750. Interea tem-

poris multos populos θαλασσοκρατῦντας,ex Castore Rhodio, recensset Eusebius in Chronico: *Lydos,Pelasgos,Thracas,Rhodios,Phrygas, Cyprios,Phœnices,Ægyptios,Milesios,Cares,Lesbios,Phocaenses.* a) Thucydides *Jonum,Polycratis,Phocaenſium* meminit.

a)p.11.

Qualis autem fuerit Minois Classis,ex eo conjicere liceat,quòd Dædalus,ab eo fugiens,omnium primus velificaverit: & *Aminocles Corinthius* post annos ferme 600 (id est,b) 300 *circiter annos ante finem belli Peloponnesiaci) primus Triremes quatuor Samiis fabricaverit;* & post annos inde 40, c) *Pugna Navalis vetustissima inter Corinthios & Corcyræos commissa est.*

b)Thucyd. l.1. p.10.
c)Ibid.

Romani hoc jure freti,pacem Carthaginiensibus eâ lege concesserunt; d) Τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, πλὴν δέκα τριήρων. Πόλεμον μηδενὶ τῶν ἔξω τ̃ Λιβύης ἐπιφέρειν καθόλου, μηδὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ χωρὶς τῆς Ῥομαίων γνώμης. Livius vertit,e) *Ut Naves rostratas,præter X triremes,traderent;bellumq; neve inAfricâ,neve extra Africam,injussu Populi Romani gererent.*

d)Polyb.l.15. p.705.
e)Liv.l.30. p.611.

Minos Britannicus,Edgarus rex Anglosaxonum, ante annos DCC,τῆς Θαλασσοκρατίας jura prudenter restituit,posterisque tradidit. Rex Optimus & Invictus CAROLUS Secundus ea nunc strenuè tuetur.

Theseus Rex.

HΚΟΝ ἐκ f) Κρήτης τὸ τρίτον οἱ τὸν δασμὸν ἀπάξοντες, *Tertiò aderant ex Cretâ qui tributum accepturi erant:* Ἐπεὶ δ' ὧν καθῆκεν ὁ χρόνος τ̃ τρίτου δασμοῦ, *Ubi autem tempus adfuit Tertii tributi,Theseus semetipsum obtulit;*neque multò post, Cretam appulit; rediensque è Cretâ, successit *Ægeo.*

f)Plutarch. in Theseo.

Ex Marmore discimus;*Minoem postulâsse* tributum,anno Attico 288. Solutum est tributum δι' ἐννέα ἐτῶν, *nono quoque anno.* Secundum itaque tributum incidit in annum 296; Tertium, in annum 304. Eusebius initium *Thesei* ponit ad numerum Canonis sui 783; qui est annus Atticus 323. Sed & Scaliger non sine ratione censet, g) *Initia Ægei & Thesei nimis altè repetita* esse ab Eusebio,& *multis annis anticipata.* Adeo incondita est hujus Seculi chronologia Græca.

g)InEus.p.44.

Thrasylli cujusdam Chronographium, de horum temporum inter-

allis, Thesei tempora stabiliendi spem nobis injecit: quod ita se apud *Clementem Alexandrinum, Strom.* l. 1. p. 335. D.

		Anni
τοῦ Κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸν ἐμπρησμὸν, καὶ τὴν εὕρεσιν ... καὶ Ἰδαίους Δακτύλους, ἑ... κοντα τρία, ὥς φησιν ...	A *Diluvio* (Deucalionis) *ad incendium Idæ, & inventionem Ferri, & Idæos Dactylos, ut dicit Thrasyllus, anni.*	73
Ἴδης ἐμπρησμοῦ ἐπὶ Γανυ... ἁρπαγὴν, ἔτη ἑξήκοντα	*Ab incendio Idæ ad raptum Ganymedis, anni.*	65
...ἐν δὲ ἐπὶ τὴν Περσέως στρα... καὶ Γλαῦκος ἐπὶ Μελι... Ἴσθμια ἔθηκεν, ἔτη πεν...	*Indè ad Persei expeditionem, quando Glaucus Isthmia constituit ob Melicertam, anni*	15
Περσέως στρατείας ἐπὶ Ἰλίου ... τριακοντατέσσαρα.	*Ab expeditione Persei ad Trojæ conditum, anni*	34
...ἐν ἐπὶ τὸν ἔκπλουν τῶν Ἀρ... ἑξηκοντατέσσαρα.	*Indè ad Argonautas, anni*	64
...τοῦ ἐπὶ Θησέα καὶ Μινώ... ἔτη τριάκοντα δύο.	*Hinc ad Theseum & Minotaurum, anni*	32
...ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θή... δέκα.	*Dein ad VII qui Thebas oppugnârunt, anni*	10
...Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα, ὃν ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη	*Ad certamen Olympicum ab Hercule institutum propter Pelopem, anni*	3
...Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας καὶ τῆς Ἑλένης ὑπὸ Θη... ...γὴν, ἔτη ἐννέα.	*Ad Amazonum expeditionem in Athenas, & Helenæ raptum à Theseo, anni*	9
...ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους ἀπο... ἕνδεκα.	*Inde ad relationem Herculis in Deos, anni*	11
...ἐπὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Ἀ... ἁρπαγὴν, ἔτη τέσσαρα.	*Deinde ad Helenæ raptum ab Alexandro, anni*	4
* * *	* * * * sum.	320
...Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ ...καθόδου, κτίσιν Λαουι... ...α, &c.	*A Troja autem capta ad appulsum Æneæ, & conditum Lavinii, anni*	10

Hoc

Hoc auctoris veteris monumentum, si fuisset integrum, obscuris hisce temporibus lucem attulisset: sed manifestum est aliquid hîc deesse, cujus defectu calculi omnes vacillant, & elanguescit totius chronographii auctoritas.

Verisimillimum est Thrasyllum ad *Casum Trojæ* rationes suas supputâsse: Neque enim oblivisci potuit epochæ omnium celeberrimæ post tot obscuriores enumeratas; & quidem ab eâ ipsâ, insequente periochâ, calculum subducit. Quot autem annos *ab Helenæ raptu* ad Trojæ ἅλωσιν posuerit, prorsus est incertum.

a)Euf. Græc. p.401. b)Can Isag. l.2. fine.

Scaliger, ex conjecturâ propriâ, in a) Græcis interserit, Ἐντεῦθεν ἐπὶ Τροίας ἅλωσιν, ἔτη ί; in b) Latinis, *Hinc ad Trojæ excidium*, X. Et Dionysium Petavium hîc sequacem habet. Verùm ista *decennii* adjectio huic intervallo parùm sufficere videtur: cùm ex Homerô constet annos XX intercessisse à raptu Helenæ ad casum Trojæ. Ipsa sic questa est *Helena*:

c)Iliad. Ω. vers. 765.

c) Ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδε εἰκοστὸν ἔτος ἐστὶν,
Ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.

Jam enim nunc mihi hic est vicesimus annus, ex quo huc veni, & à patria mea decessi.

Chronographii summa, usque ad *raptum Helenæ*, est annorum 320: quot anni numerantur etiam in Marmore nostro à *Diluvio* Deucalionis ad excidium Trojæ; quæ capta est anno Attico 37[illegible] Per. Jul. 3505. Deme annos 320; habes ann. Att. 54, P.J. 31[illegible] quo *Diluvium* contigit, juxta Marmor. Indè tenuis incidit suspicio annos hîc nullos adjiciendos esse; neque *Raptum Helenæ* hîc pro epochâ positum esse, sed prò causâ insignis illius *Trojani belli* epochæ. Quasi scripsisset, ἐπὶ (Τροίας ἅλωσιν, διὰ) τὴν. ad (*Trojam captam, propter*) *Helenæ raptum ab Alexandro.* Hoc autem addi videtur, quia priùs à *Theseo raptam* esse dixerat. Neque obstat *Herois* ἀποθεώσις, quæ aliter quàm de mortis tempore intelligi potest. Conflagravit Heros ante bellum Trojanum; durante bello in Deos relatus est.

Sanè verò nobis ipsis non satisfacit conjectura nostra; neque de temporibus *Thesei* certiores sumus quàm dudum. Ex calculis ita

... dispositis, Theseus in Cretam navigavit anno Attico 337, id est, non Ægeo regnante, sed seipso. Helenam rapuit anno Att. 359, sive quinquennio ante bellum Trojanum, id est, post ipsius mortem. Propter difficultates has aliasque, quas referre non interest, ἀποσπασμάτιον hoc Thrasylli, tanquam neque αὐτοψεύθλον, neque bonæ frugi, missum facimus. His frustra perpensis; Eusebium quidem in Canone sequuti sumus, sed non libenter.

a) *Theseus Ægei filius* nothus (*ex Æthrâ*, Pitthei filiâ, Pelopis nepte) *jam grandis factus, petrâ summotâ, calceos atque ensem aufert: & Trœzene pedestri itinere Athenas versùs profectus, primùm Periphetem, ad Epidaurum, occidit; cujus clavâ ipse deinceps usus est. In Isthmo, Sinin* (τὸν πιτυοκάμπτην, *à curvandis pinis nominatum*) *occidit*; ad cujus manes placandos, *Isthmia* postea instituit. b) *Melicertæ sacra, à Glauco ibi dicata nocte peragebantur; & mysteria potiùs erant, quàm certamina.* Theseus in certamen Isthmium mutavit c) anno Attico 324. Tertiò d) *Theseus suem Crommyoniam* (in agro Corinthiaco) *peremit.* Quartò, *Scironem de saxo præcipitavit, in Megaridis finibus.* Quintò, *in Eleusine Cercyona Arcadem, luctâ victum, oppressit.* Sextò, *paulum progressus, in Herme* (τὸ Ἑρμὸς, δῆμος tribus Acamantidis) *Damasten, Procrusten dictum, lectis se adæquare compulit; sicut ille, hospites. Ab Ægeo successor declaratus, Pallantidas bellum moventes profligavit. Dein taurum Marathonium, qui Tetrapolim infestabat, cepit, & Apollini Delphinio immolavit.* Tandem e) *ubi tempus adfuit Tertii tributi Theseus Cretam appulit; & Minotaurum occidit. Regressus, Ægeo mortuo successit.* Ista autem Heroica, in imitationem Herculis propinqui sui: sequuntur Politica.

a) Apollodor. l. 3. fine.
b) Plutarch. Theseo, p. 11.
c) Marmor.
d) Plutar. ib. p. 4.
e) Ibid. p. 7.

Sub f) *Cecrope, priscisque Regibus usque ad Theseum, Attica semper* κατὰ πόλεις ᾤκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας, *oppidatim incolebatur, Curias habens, & Magistratus. Neque Regem consulebant quando nullus erat ex periculo metus; sed per se quique suam Rempublicam administrabant, & concilium habebant. Quin etiam nonnulli (ut Eleusinii cum Eumolpo, contra Erechtheum) bellum aliquando moverunt. Theseus autem regnum adeptus (vir & prudens, & potens) cùm aliis in rebus regionem excoluit, tum etiam Concilia & Magistratus aliarum urbium sustulit: omnesque in unum Concilium & Prytaneum Athenis coëgit. Singuli res suas, ut antè, possidebant;*

f) Thucyd. l. 2. p. 110.

bant; sed unâ hâc civitate uti necesse erat: in quam cùm omnes jam convenirent, pecuniamque ad usus publicos conferrent, auctior illa posteris à Theseo tradita est. Inde Athenienses Ξυνοικία, publicum Minervæ festum celebrant. Antehac urbs erat, quæ nunc est Arx, & adhuc urbs appellatur. Athenienses igitur, & antea, & postea, in agris cum tota familia habitabant liberi, & suo jure.

a) Plutarch. in Theseo, p. 11. c. a) Πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας καὶ Γεωμόρους καὶ Δημιουργούς, Εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς, *Theseus primus populum in Patricios, & Agricolas, & Opifices distinxit; atque Patricios res Divinas cognoscere, & magistratus gerere, & Leges ac sacra interpretari voluit.* Non autem abolevit Monarchiam; cùm Reges plurimi post Theseum regnaverint; & ἄρχοντες διὰ βίου etiam *regnare* dicantur in Marmore.

b) Herodot. l. 1. c. 173. Etsi b) *Lycus, Pandionis filius, ad Sarpedonem in Termilas abiisset (à quo, Lycii postea denominati sunt:)* & Pallantidæ profligati fuissent à Theseo; qui etiam c) *agro Attico Megaricum adjunxisset; stelamque in Isthmo, hinc Ioniam, inde Peloponnesum terminantem, posuisset*; manserunt nihilominùs factiosa ista πεδιέων, παραλίων & διακρίων nomina; quæ demum in *Pisistrati* rebus erunt obvia. *Megaris* autem, post mortem Codri, *Doriensis* facta est; quod suo loco dicendum.

c) Plutarch. in Theseo, p. 11.

d) Plut. Thes. p. 12. Porrò d) *Theseus cum Amazonibus, quæ in Astu castra metata essent, signa contulit: bellum autem fœdere diremptum est.* e) *Ob Perithoi amicitiam, in Epirum profectus, dum ab Aidoneo Molossorum rege in vinculis detentus est: Menestheus filius Petei, qui fuit Ornei fil. Erechthei nepos (πρῶτος ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημαγωγεῖν, primus mortalium aggressus auram captare popularem) Athenienses contra Theseum concitavit. Ille itaque liberatus, & seditionibus repressus, in Scyron insulam se recepit; ubi de saxo præcipitatus, interiit; & regnavit Athenis Menestheus.*

e) p. 15.

Argivorum Reges.

AD alteram Græciæ partem transeamus; quæ peninsularis, antehac *Apia*, posthac *Peloponnesus* appellata est.

Argis,

Argis, post a) Φοϱωνίδαι & Ἀϱγεῖδαι, regnabant οἱ Δαναΐδαι, sive Λυγκεῖδαι. b) *Post Danaum regnavit Lynceus, qui ex Hypermnestra genuit Abantem: ille ex Ocalia geminos procreavit Acrisium & Prœtum, qui in utero dissiderunt, & cùm educati fuerunt, de Regno belligerantes, primi Clypeos invenerunt. Acrisius Prœtum exegit: ille, Lyciorum copiis adjutus, Tirynthem occupavit. Sic Acrisius Argis, Prœtus Tirynthe regnavit.* a) supr. p. 84. b) Apollod. l. 2. p. 67.

Eusebius his quinque regibus tribuit annos 162: c) Syncellus autem 180. Nos Eusebium huc usque in Canone secuti sumus. Reliqua, apud eum, manca sunt, & incerta. Ad annum 31 *Acrisii*, d) *Argivorum*, inquit, *Regnum deficit; quod stetit annis DXLIV, usque ad Pelopem, qui regnavit annis LVIII.* Constat quidem post *Acrisium* tam *Argis* regnatum esse, quàm *Mycenis*. Eusebius autem, prætermissis *Argivis*, ad *Mycenas* transiens, *Acrisio* subjungit *Sthenelum*; *Euristheo* & *Atreo* largitur annos 108, usque ad initia *Agamemnonis*; incerta aliorum tempora istis, tanquam certioribus, assignans. c) Syncel. p. 115. d) Num. 704.

§. 1. Acrisii tempora (quæ XI hujus Seculi initia attigisse videntur) tum *Oraculo Delphico*, tum adventu *Pelopis* celebrantur. *Fertur quidem* c) Φημονόην πϱώτην χϱησμῳδῆσαι Ἀκϱισίῳ, ἔπεσιν ἑξάμετϱα, &c. *Phemonoën primam Acrisio responsa cecinisse, XXVII annis*, antequàm *fuerunt Orpheus, & Musæus, & Linus, præceptor Herculis.* Illi autem XI hoc Seculo floruerunt. f) Μεγίστη δὲ καὶ πλείστων εἰς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πϱομάντις γένοιτο τοῦ Θεοῦ πϱώτη, καὶ πϱώτη τὸ ἑξάμετϱον ᾖσεν, *Maximâ nominis celebritate fuit Phemonoë; ut quæ prima fuerit Dei (* Apollinis *) interpres; & prima senariis oracula decantaverit.* g) Τὸ μέλος πϱῶτον μὲν ἐφεῦϱε Φημονόη Ἀπόλλωνος πϱοφῆτις, ἑξαμέτϱοις χϱησμοῖς χϱησαμένη, *Phemonoë vates Apollinis, quæ Oracula hexametris edidit, primùm (* τὸ μέλος *) carmen invenit.* Neque aliter forsan Clemens: h) Φασὶ τὸ ἡϱῷον τὸ ἑξάμετϱον Φανοθέαν (an Φημονόην?) τὴν γυναῖκα Ἰκαϱίου· οἱ δὲ Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων, εὑϱεῖν, *Phanothaam (* an Φημονόην? *) Icarii uxorem ajunt invenisse heroicum hexametrum; alii autem Themim, unam ex Titanidibus.* i) *Quidam ajunt primum heroicum versum ibi auditum fuisse,* c) Clem. Alex. Strô. l. p. 323. b. f) Pausan. Phoc. p. 617. g) Procli Chrestom. ap. Photiũ, p. 982. h) Strom. I. p. 309. c. i) Plutarch. de Pythiæ Orac. p. 402. d.

Συμφέρετε πτερὰ τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι.
Congerite huc pennam volucres, & apes sua mella.

a) Pausan. Phoc. p. 618.
b) supr. p. 120. §. II.
c) Tatiā p. 172 & Clē. Strom. p. 321.

Cerea Dei ædicula respici videtur. Tradunt enim a) *primam ædem è lauro constructam esse, instar tugurii; secundam ab apibus, è cerâ & pinnulis compactam; tertiam, ex ære; quartam è lapide extructam à Trophonio & Agamede, quæ conflagravit Olympiade 58; & ab Amphyctionibus, de pecunia sacrâ, instaurata fuit.* Amphictyonas autem Delphicos instituit b) Acrisius.

c) Κατὰ δὲ Ἀκρίσιον Πέλοπος ἀπὸ Φρυγίας διάβασις, καὶ Ἴωνος εἰς Ἀθήνας ἄφιξις· καὶ ὁ δεύτερος Κέκροψ· αἵ τε Περσέως καὶ Διονύσου πράξεις, Ὀρφεύς τε καὶ Μουσαῖος. *Tempore Acrisii fuit Pelopis transitus ex Phrygiâ; Jonis adventus Athenas & Cecrops II; Persei & Bacchi res gestæ; Orpheusque & Musæus.* Pelops filius erat Tantali, qui regnabat in Sipylo, Phrygiæ urbe, quæ (ipso d) regnante) terræmotu eversa est; & qui e) καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, *Magnam felicitatem concoquere non potuit.* Pelops autem f) Apollonio Rhodio vocatur Ἐνετήϊος, sive *Paphago*; Pindaro & Pausaniæ *Lydus*. Hic ab *Ilo*, Trois filio (à quo Troja *Ilium* dicta) ejectus, in Græciam fugit. Adventus Pelopis res Græcas insigniter immutavit. Ille Hippodamiam, filiam Oenomai qui in urbe Pisâ regnabat, in uxorem duxit; & Pisæorum regnum obtinuit. Sororem *Nioben* dedit *Amphioni*, qui Laium Cadmi pronepotem Thebis expulit, & Thebas muro & turribus munivit.

d) supr. p. 135.
e) Pindar. Olymp. α.
f) Argonaut. l. 2.

g) Thucydides. l. 1. p. 6, 7.

g) *Dicunt Pelopem, paratâ sibi primùm potentiâ magnis opibus, quas ex Asia ad homines inopes attulerat, quamvis peregrinus esset, nomen regioni imposuisse: Majorem verò potentiam ejus posteris obtigisse, postquam* Euristheus *in Attica ab Heraclidis interfectus fuit.*

h) Plutarch. in Theseo, p. 2, a.
i) Diod. Sic. l. 4. p. 191. c.

h) *Pelops non magis vi pecuniæ, quàm multitudine liberorum, Regibus* Peloponnesiis *præpolluit; quòd & multas filias viris summis collocâsset, & multos filios Principes inseruisset civitatibus.* i) *Et quia vir fortis erat & prudens, plurimos Peninsulæ istius incolas in ditionem redegit; camq; à se Peloponnesum denominavit.*

k) Strab. l. 8. p. 353. c.
l) supr. p. 257.
m) Pausan. l. 5. p. 300.

Pelops Olympiam, Pisææ finitimam, obtinuit; & Ludos celebravit in honorem Jovis Olympii, qui k) *Oracula ibi edebat.* Ludos, ante eum, l) Hercules Idæus, & m) *Clymenus*, & *Endymion fecisse* feruntur.

Pelop

a) Pelops etiam *Hippodamiæ procis monumentum erexit, & quot- parentavit; non procul à templo Dianæ, Κορδάκας dictæ; quòd affectæ ludos, pro victoria votos, apud hanc Deam celebrârunt,* ἐχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον Κόρδακα ὄρχησιν, *ârunt Cordacem, saltationem patriam, quam ad Sipylum celebra- sunt.* Apud Græcos b) *Tres erant saltationis species:* Ἐμμέ- *λεια, Tragica;* Σίκιννις, *Satyrica;* Κόρδαξ, *Comica,* ἥτις αἰσχρῶς κινεῖ *τὴν ὀσφύν, quæ lumbos turpiter movet.* Lasciva hæc è Phrygiâ

a) Paus. l. 6. p. 386.
b) Schol. Aristoph. Nubes, p. 158. d.

Harmoniæ Phrygiæ c) suprà meminit Marmor: illam autem ..mum, cum Matris Deûm cultu, à Pelope in Græciam tradu- ..isse verisimile est. d) Amphion (jam dictus) *famam in- adeptus est, quòd Lydicos modos, ob Tantali* affinitatem, à Lydis ..it, & χορδὰς ἐπὶ τέσσαρσι τοῖς προϋπαρχούσαις τρεῖς ἐνδ..ρων, *& ad chordas, quæ priùs in usu erant, tres addiderit.* Hisce etiam ..tur, Acrisii temporibus e) ὁ Ὠλὴν τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποί- *Λυκίης ἐλθὼν,* τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ, *Olen, è Lycia profe- hymnos vetustos composuit, qui in Delo cantari solebant.* ..im f) recentiores fuerunt *Pamphus Atheniensis,* &

c) p. 117. & 137
d) Pausan. l. 9. p. 550.
e) Herodot. l. 4. c. 35.
f) Pausan. l. 9. p. 581.

§. III.

Perseus, Acrisii ex Danaë nepos, ob cædem avi, regnum cum *..nthe* Præti filio commutavit, & regnavit *Mycenis*. Acrisio Argis successit g) *Megapenthes; illi Anaxagoras ejus filius; dein ..., Iphis, Eteoclus,* qui bello Thebano cecidit. Præterea *Melampus ..iam regni partem, tertiam fratri suo Bianti, à Præto* vel h) *A- ..ra* impetravit, ut ejus filias insaniâ correptas sanaret. Bian- ..s i) *Talaos*, & ejus nepos *Adrastus*, regnabant Argis: Adrasto ..t ejus gener k) *Tydeus*——παρ' Ἀδρήστοιο λαβὼν ἱππήλατον

g) Apollodor. l. 2. p. 67.
h) Pausan. p. 116.
i) Ib. l. 2.
k) Theocrit. Idyll. 24. v. 128.

Adrastus etiam Sicyoniis regni auctor fuit. l) *Adrastus Ar- ..s Sicyonem confugit ad Polybum; eoq; mortuo ipse regnum adi- ..)* Ille ἄμφανε κυδάλιμον πόλιν, Sicyonem *urbem illustrem or- ..; reddidit;* & *Pythia* ibi in honorem Apollinis Pythii insti- Hujus *agonis* obscura sunt vestigia in Marmore, anno Attico Sanè n) Sicyonii *in ipso foro* ἡρῷον *Adrasto* posuerunt, *hostiis* illum honorantes, & τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέ- *..ius infortunia choris tragicis decorabant.* Pausaniæ Adra-

l) Pausan. l. 2. p. 96.
m) Pindar. Nem. 9.
n) Herodot. l. 5. c. 67.

 stus

a) supr. p. 16. stus est Sicyoniorum rex 17; Eusebio 23; Homero autem primus. a) Qui Σικυῶν' ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν, *Sicyonem, ubi Adrastus primùm regnavit*, refert inter urbes Agamemnonis: Tunc enim sub Pelopidarum potestate fuit.

Interea Mycenis *Perseo* successit *Mastor*; illi *Electryon*, Alcmenæ pater: dein *Sthenelus*, qui ex Astydamiâ Pelopis filiâ successorem habuit *Eurystheum*; cujus jussu Hercules tot agones exantlavit. b) *Eurystheus contra Herculis filios in Attica profecturus, Atreum* (Pelopis filium) *ipsius avunculum (qui patrem propter Chrysippi necem fugiebat) Regno præfecit*; quod ille, Eurystheo in pugnâ occiso, retinuit. Eâ ratione contigit, Τῶν Περσειδῶν τὰς Πελοπίδας μείζους καταστῆναι, *Pelopidas Persidis potentiores fieri.* Atreo c) Thyestes χρυσῆν ἄρνα *agnum aurei velleris* surripuit, μοιχεύσας τὴν ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα, *fratris uxorem stupro polluens*: Atreus Thyesti τὰ ᾀδόμενα δεῖπνα, in scenâ *decantatas epulas*, apposuit. Ex Homero colligitur *Thyestem* Atreo successisse. Cecinit ille, d) *Vulcanum Jovi fabricasse Sceptrum; quod Jupiter Mercurio, Mercurius Pelopi, Pelops Atreo, Atreus Thyesti, Thyestes Agamemnoni tradidit.* (e) *Sceptrum* hoc *Chæronenses* θεῶν μάλιστα τιμῶσι *præ Diis omnibus venerantur.*) Est etiam verisimile *Plisthenem* Atrei filium, ante filium suum *Agamemnonem*, regnâsse.

b) Thucyd. l. 1. p. 7.

c) Pausan. l. 2. p. 115.

d) Iliad. β. vers. 100.

e) Pausan. l. 9. p. 606.

Hercules.

f) Eus. n. 768. HErculis meminit mutilum Marmor, *regnante Athenis Ægeo*; sub quo illius ἆθλοι decantatissimi f) collocantur. Fortasse autem illius καθαρμὸν g) *initiationem* innuit marmor. Nam de Alcmenæ filio proculdubiò intelligendum. *Quem potissimùm Herculem colamus* (inquit h) Cicero) *scire sanè velim. Plures enim tradunt nobis: antiquissimum, Jove natum & Lisyto; quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur, Nilo natus, Ægyptius; quem ajunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex* i) *Idæis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus Jovis & Asteriæ, Latonæ sororis; quem Tyrii maximè colunt; cujus Karthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic, ex Alcumena quem Jupiter genuit* Tertius.

g) supr. p. 264.

h) De Nat. Deor. p. 245.

i) supr. p. 256.

Inter-

Incertus, apud a) Suidam, Herculem Tyrium in Minois tempora conjicit; id est in XI hoc (de quo agimus) Seculum. Ἀνεφάνη δὲ ἐπὶ Μίνω Ἡρακλῆς Τύριος, ὃς εὗρε τὴν βαφὴν τῆς καλχηδόνης κογχύλης, ἀπὸ κυνὸς αἱμαχθέντος τὰς σιαγόνας. Καὶ προσήγαγε Φοίνικι τῷ βασιλεῖ, ὃς πρῶτος ἐφόρεσε πορφύραν. *Regnante Minoë inclaruit Hercules Tyrius: qui tincturam invenit quæ Conchylii dicitur, à cane maxillas cruentato edoctus. Obtulit autem Phœnici regi, qui primus purpuram gestavit.* — a) In Ἡρακλ. p. 1197.

Utcunque in cæteris Phœniciæ partibus Herculis cultus esset vetustissimus; nondum tamen in Tyro obtinere potuit; cùm urbs illa hisce demum temporibus initium habuerit. Herculis Tyrii sacerdotes sciscitanti Herodoto rectè responderunt, b) *Templum Dei unà cum urbe Tyro conditum fuisse*: sed minùs rectè de tempore. *fuisse annos 2300 à Tyro conditâ.* Herculis Tyrii duo erant templa: primum in continente positum; Tyriorum legati Alexandro sacrificare volenti, responderunt; c) *Esse templum Herculis in ea sede quam Palætyron ipsi vocant; ibi regem Deo sacrum ritè facturum.* Alterum, in insulâ, simul cum novâ urbe conditum, post excisam Palætyron, c. XVIII. — b) Herod. l. 2. c. 43. — c) Q. Curtius l. 4. p. 86.

d) *Deus Hercules religiosè quidem apud Tyron colitur: verùm sacratissima & augustissima Ægyptii eum religione venerantur, ultra memoriam (quæ apud illos retrò longissima est) ut carentem initio colunt. Ipse creditur & Gigantes interemisse, cùm pro Cælo pugnasset, virtus Deorum.* e) *Apud Ægyptios vetustius Deus est Hercules & (ut ipsi ferunt) sunt 17000 anni ad Amasin, ex quo è Diis facti fuerunt XII; quorum unum censent Herculem.* — d) Macrob. Saturn. l. 1. c. 20 — e) Herod. ib.

In Sanchuniathonis originibus, f) τοῦ Δημαροῦντι γίνεται Μέλκαρθος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς, *Ex Demarunte natus est Melcarthus, qui & Hercules.* Phœnices Herculem suum *Melcarthum* vocabant: g) Μάλικα, τὸν Ἡρακλέα, Ἀμαθούσιοι. *Amathusii* (è Phœniciâ oriundi) vocant *eum Malic*, id est *Regem*. (*Cartha* autem *Urbs*.) Neque alius est in S. literis h) *Moloch*, cui humanas hostias immolabant. Unde i) *ad Herculem Pœni* (à Phœnicibus orti) *annis humanâ sacrificaverunt victimâ.* k) Hercules alius ἀνθρωποθυσίαν in Italiâ sustulit. — f) Euseb. Præpar. l. 1. — g) Hesychius. — h) supr. p. 78. — i) Plin. l. 36. c. 5 — k) Macrob. Saturn. l. 1. c. 7.

Eusebius, in temporibus Cecropis, l) *Hercules cognomento Desanaus in Phœnice clarus habetur.* In m) Græcis Scaligeri — l) Chron. n. 498 — m) p. 26, l. 38.

Διω-

a) Syncell. p. 153. d.

Δι ωδας, a) Syncello Διβδας legitur; quod est æquè obscurum. Va riant in hoc nomine exemplaria Latina. Mariano dicitur *Dosenaus* Hesychio Δορσάνης, Ηρακλης παρ' Ινδοῖς. Ciceroni, *Quintus i India* Hercules.

Tyrus Condita.

b) supr. p. 231. c) Esai. 23. 7. d) Eus. Pr. l. 1. p. 35. a. e) Eus. ibid.

TYrus & Sidon, ducentis ferè stadiis inter se distantes, nobilissi mæ fuerunt Phœnices urbes: sed Sidon Tyro longè vetustior Hujus enim conditor erat b) *Chananæis primogenitus:* & quiden Sidon Tyri parens habetur. Verùm ipsi Tyrii maximam sibi vendi cabant c) antiquitatem. Sanchuniathon tradidit d) τ Υψουράνι ον οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων κ̀ θρύων παπύρων, *Hypsuranium habitâsse Tyri, & fabricâsse casas ex cala mis, juncis, & papyris.* Et Sacerdotes Tyrii numerabant inde an nos 2300. Dicit insuper e) *Usoum* Hypsuranii fratrem, ortâ in ter illos discordiâ, primum ausum, cymbâ ex arboris trunco extru ctâ, ἐς θάλασσαν ἐμβῆναι, *mare ingredi.* Unde Tibullus, *Prima ratem ventis credere docta Tyros.* Verùm Navigationis Phœnicic primordia Urbi nondum conditæ immeritò tribuuntur, iis maxim temporibus quibus tota Phœniciæ ora *Sidoniorum* nomine celebra

f) Deut. 3. 9. g) Esai. 23. 2. h) Vers. 12. i) L. 18. §. 3.

batur. f) *Sidonim* LXX interpretibus sunt Φοίνικες. Unde H sychius, Σιδόνιοι, Φοίνικες. Et apud Esaiam, g) *Sidon*, Φοινίκη paulò pòst Tyrus dicitur h) *Filia Sidonis*, id est, à Sidoniis condit Ad hanc rem, Trogi breviator, Justinus: i) *Post multos deinde anno à rege Ascaloniorum expugnati Sidonii, navibus appulsi, Tyrum u bem ante annum * * Trojanæ cladis condiderunt.* Tam Ascalo quàm Sidon Tyro vetustior. Sed desideratur hic annorum num

k) Antiq. l. 8. c. 2. p. 259. e.

rus; qui ex Josepho forsan colligendus est. k) Ἀπὸ τ οἰκήσε Τύρου εἰς οἰκοδομίαν τ Ναοῦ διαγεγόνει χρόνος ἐτῶν τεσσαράκοντ καὶ διακοσίων. Dicit *interfuisse annos 240 à conditu Tyri ad truStionem Templi.* Templum condi cœptum anno Per. Jul. 370 deductis 240, manet annus Tyri conditæ 3466; qui vix est qu

l) Chron. n. 744.

dragesimus ante excidium Trojæ. Josepho assentitur l) Eu sebius.

m) Judic. 18. 7.

Tyrus itaque ortum habuit mediis Ebræorum Judicum ten poribus. In ipso Judicum libro m) *Sidonii* dicuntur *quietè &*

ca

tem habitasse: & *Dii Sidonis* memorantur, non Tyri, quæ adhuc aut non erat, aut ignobilis. In libro Josuæ a) *Sidon Magna* dicitur. a)Jos.11. 8.
Neque dictis obstat, quòd in eodem libro, Quintæ sortis limes, cujus *exitus ad mare*, sit πόλις ὀχυρὰ Σωρ, ἤγουν Τύρος, b) *Urbs munita Tsor, sive Tyrus*. b)c. 19. v. 25
Nomen id (ut & alia in eo libro inferioris ævi vocabula, *Galilea* 20.7.21.32. *Cabul* 19.27. *Joctheel* 15.38.) per prolepsin usurpatur; neque τῆς κληρουχίας tempora, sed * *hodiernum diem*, id est, scriptoris ætatem, respicit. * Jos.15. 63.

Præterea, Sidon à poetis vetustissimis celebratur; non Tyrus. c)Οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ τὴν Σιδόνα τεθρυλλήκασι μᾶλλον. Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου, *Poetæ quidem Sidonem magis celebrant: Atque adeo Homerus Tyri non meminit*; Sidonem autem & Sidonios d) sæpe nominat, eosque πολυδαιδάλους vocat, id est, πολυτέχνους. e) *Sidon, antequam à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima* fuit. Postea verò Tyrus, opulenta & coloniis fœcunda, Sidonis æmula fuit; donec à Babyloniis, civibus se in Insulam conferentibus, excisa esset. Hæc enim de Palætyro, sive Tyro Vetere, in continente positâ, dicta sunto.

c)Strab. l.16. p.756. d.
d)Ili. 23.743. 6 289. Od.15. 114. 4.54.
e)Mela l.1. c.12.

Æra Exodi.

Sudant admodum chronologi in statuendis Ebraicorum Judicum temporibus; cùm tamen Æra hæc certis S. Scripturæ cancellis terminetur. f) *Anno CCCCLXXX ab Egressu Israelitarum ex Ægypto, Anno regni sui IV, Solomon cœpit ædificare Domum Domini*. Frustra sunt, qui contra tam expressa contendunt. Ab Exitu ad Templum condi cœptum sunt anni 480; qui in duo intervalla dispartiti sunt. Utriusque terminum indicat Jephthes, qui Ammonitis invadentibus objecit, Israelitas Transamnanam regionem g) *habitâsse trecentos annos*. Occupârant autem anno post Egressum quadragesimo. Sunt itaque anni 340, in primo hoc intervallo, usque ad Ammonitarum incursionem. In isto temporis spatio continentur quatuor Israelitarum *Servitutes*, quas intulerunt *Chusan, Eglon, Jabin*, & *Madianitæ*. Collecti servitutum istarum & alternatæ Pacis anni, à primo *Cusani* ad ultimum *Jairis*, excedunt paulùlùm jam summam *trecentorum annorum* numerum; adeo ut nec *Josuæ*, nec Idolatricæ h) *post Iosuam Generationi*, supersit quicquam.

f) 1.Reg.6,1.
g)Judic.11.26
h)Judic.2.10

 Diffi-

Difficultati huic subvenimus (in Canone) Synchronismum adhibendo.

a) Jud. 3. 30. Occiso Eglone, a) *Quievit Terra* 80 *annis*. Terram intelligo Orientalem (de quâ sermo est) quæ excusserat *Moabitarum* jugum; b) Ibid. 31. non totam Israelitida. Interea non tantùm b) *Philistæi*, Occidenc) Jud. 4. 1. tales limites invadentes, à *Shamgare* repulsi sunt; sed c) *& addiderunt Israelitæ ut facerent malum in oculis Domini; & Ehud mortuus erat; & tradidit eos Dominus in manum Jabinis regis Canaan, qui regnavit in Hazor* (in sorte Aser) annis 20: durante nihilominus Orientalium Tribuum quiete. Devicto tandem per Septentrionales tribus *Siserâ*, ubique pax: donec post 40 annos longè lateque depopularentur *Madianitæ* eorumque fœderati ab Oriente. Quamdiu vixerit *Ehud* neque dictum est, neque verisimile illum totis 80 annis *Egloni*, quem occiderat, supervixisse. Constat tantummodo *Cananæorum* tyrannidem cœpisse post mortem *Ehudi*. Supponimus *Jabinem*, mortuo *Ehudo*, in Israelitas impetum fecisse circa annum ab expulsis *Moabitis* vicesimum. Nam illius dominatio erat annorum 20, & pax secuta est an. 40. His calculis in lucro sunt anni LX: & supersunt principatui *Josuæ* anni 25; quot ei tribuit Josephus: & 35 (tot ferè, quot Generationi in Deserto) assignantur *Novæ post Josuam Generationi*, in quâ contigit ἀναρχία & eà quæ de *Michâ* & *Danitis*, belloque *Benjaminitico* narrantur. Numerantur itaque ab *Exodo* ad invasionem *Jabinis* anni 185: à morte Mosis ad *Ammonitarum* incursionem anni 300. Synchronismi autem ratio, exemplo alterius sacrâ auctoritate innixi, mox confirmabitur.

Neque est alienum à politico Ebræorum statu, diversis in partibus, aut plures Judices, aut bellum pacemque eodem tempore extitisse.

d) supr. p. 234. Præpropera terræ, non d) penitus subactæ, sortitio dissipaverat Tribus; & luxaverat Rempublicam. Nullum inde usque Commune concilium, nec quicquam ex bono publico agebatur.

e) Joseph. l. 5. c. 2. p. 146. c. e) Συνέβαινεν ἤδη ἀριστοκρατίαν διαφθείρεσθαι, καὶ τὰς γερουσίας οὐκ ἀπεδείκνυσαν, οὐδ' ἀρχὴν ἄλλην οὐδεμίαν τῶν πρότερον νενομισμένων, *Evenit jam Principum auctoritatem pessundari, nec Syne*f) supr. p. 226. *dria cogi, nec quemlibet magistratuum* f) *priùs constitutorum creari*.

g) II. Chron. 19. 5. Nec ante g) Jehosaphatum regem restaurata sunt Synedria. Exciti sunt

sunt Suffetes extra ordinem. Non a) aliud habuerunt Ebræi πολίτευμα, quàm b) Θεοκρατίαν: nec fuit illa continua; cessante Prophetiâ, subiit Anarchia. a) supr. p.229. b) I. Sam. 12.12.

Sed nec ex *Judicibus* quisquam ferè fuit qui universo Israelitarum populo præfuit: alias atque alias Tribus, quæ se illis sponte subjicerent, pro imminente hinc inde periculo, duxerunt. Id in delectis c) *Baraci Gideonisq;* exercitibus perspicuè cernitur: & in duplici (quæ sequitur) impressione, Ammoniticum negotium d) *Jephthæ suoq; populo*, id est, Transamnanis, incumbit totum; Philistæum autem Judæ. c) Jud. 4. 10. 6.35. d) Jud. 12. 2.

Ex quo tempore e) *Reubenis primogenitura data est filiis Joseph, Duxque constitutus est Juda*, divinitus per patrem f) prælatus fratribus (quo jure amplissimas tutissimasque provincias, quasi duplum hæreditatis, sortitæ sunt principales istæ Tribus;) elati sunt utrinque non sine æmulatione animi: nullum deinceps junctarum virium, aut initi contra hostem fœderis, vestigium. Sub rege tandem ...aule conscriptæ sunt utriusque partis copiæ; sed g) seorsim: post ...aulum fit Schisma; quod inveterascit post Solomonem. Diversarum ...aque Tribuum fortunæ non potuerunt esse non diversæ, quum sin...læ res suas separatim administrarent. e) I. Chron. 5. f) Gen. 49. 8. g) I. Sam. 11.8.

Alterum hujus Æræ intervallum ad Seculum attinet XIII: illud autem hîc simul absolvere non erit incommodum. Conti...: annos CXL; quorum posteriores 84 tribus Regibus competunt, ...ue ad epocham Templi: Restant anni 56. Quo temporis spatio ...lex erat Israelitarum *Servitus*, una ab h) *Ammonitis*, altera à i) *...listæis* illata. Duæ istæ servitutes non erant (ut quatuor prio...) tempore diversæ & successivæ, sed contemporaneæ: cœperunt ...æ simul, non desierunt. Ob multiplicatam k) idololatriam ...icata est pœna, & ab utroque latere imminebat hostis. l) *Tra...eos in manus Philistim & in manus filiorum Ammon; & detrive... & oppresserunt filios Israel in ipso* (eodem) *anno: octodecim an... ...mmonitæ*, &c. Uno eodemque anno (ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ) *...onitæ* ab Oriente, *Philistæi* ab Occidente, quasi fœderati, invase... ...sraelitas; non uno anno expulsi sunt: dominati sunt Ammoni... ...nos 18, Philistæi autem 40. h) Jud. 10 8. i) Ibid. 13.1. k) Ib. 10.6. l) Ib. v.7.

Spectat enim hæc Præfatio non tantùm ad ea quæ de *Jephthe*, sed

sed etiam ad ea quæ de *Samsone* narrantur: neque alia est hæc *Philistæorum* incursio ab illâ cujus narratio differtur in caput 13, sed una eademque. Nempe cùm hujus historiæ duæ essent partes, quæ, si narrarentur insimul, obscuritate intricarentur; visum est ideo, præmissâ utriusque mentione, partem breviorem priùs narrare, deinceps transire ad alteram. Hujus Synchronismi ratione evanescunt difficultates; & exundantes numeri intra ripam colliguntur.

Ex unâ parte, post 18 *Ammoniticæ* tyrannidis annos, judicârunt *Jephthes*, *Isban*, *Elon*, & *Abdon*. Sunt anni tantùm 49. Horum pacata fuit provincia; istis temporibus a) *fuit pax inter Israelitas & Ammonitas*. Interea, ex alterâ parte, dominati sunt b) *Philistæi annos* 40. Neque surrexit liberator populi ante *Samuelem*. Celebris illa ad *Ebenezer* victoria quadragenariæ Philistæorum tyrannidi finem imposuit. c) *Sic depressi sunt Philistæi, neque deinceps invaserunt Israelitas in diebus Samuelis, reductæque sunt civitates*. Isti *Samuelis dies* sunt anni 16 (de 56 reliqui) quibus ille populo præfuit ante inaugurationem Saulis. Bellum enim cum Philistæis recruduit anno regni Saulis d) *Secundo*: e) *& fuit validum bellum cum Philistæis omnibus diebus Saulis*. Ad hunc modum, ultimo *Elonis Zabulonitæ* anno, judicare cœpit Samuel; & fuit *Abdoni Ephraimitæ* contemporarius.

Samson f) *judicâsse* dicitur *annos* 20, *in diebus Philistæorum*: Id est, intra annos illos 40, quibus g) *dominati sunt Philistæi in eos*. Neque fuit is unquam cum imperio; neque liberavit populum, cùm ipse vinctus à suis dederetur.

Neque vindex populi habendus est *Heli*, qui Arcam amisit, obiitque h) *anno* 20° servitutis, id est, annis 20 ante devictos ad Ebenezer Philistæos. Illius judicatura, quandocunque cœperit, non alia fuit quàm litium, pro pontificali auctoritate, disceptatio, jurisque dictio: qualis olim fuit illa *Deboræ* sub palmâ: qualis eorum qui Gedeoni Jephthique successerunt in pace: qualis filiorum Samuelis, qui à patre i) *constituti sunt Judices*: qualis denique, post unctum Saulem, ipsius Samuelis, qui k) *judicavit Israelem omnibus diebus vitæ suæ*. Vixit autem, regnante Saule, l) annos 18.

a) I. Sam. 7. 14
b) Jud. 13. 1.
c) I. Sam. 7. 13.
d) Ib. 13. 1.
e) Ib. 14. 52.
f) Judic. 15. 20.
g) Ib. v. 11.
h) I. Sam. 7. 2.
i) Ibid. 8. 1.
k) Ibid. 7. 15.
l) Joseph. Antiq. l. 6. in fine.

Appel-

Appellabantur a) *Judices*, *qui liberarent Israelitas de vastantium manibus*... In eorum numero b) *Ehud Salvator*. Erant enim illi *Salvatores*, *qui salvarent eos de manu hostium in tempore tribulationis suæ*: non continuò, non absque interregno. a) Jud. 2.16. b)Ibid.3.15.

Apud Tyrios in Insulâ, postquam urbs Vetus à Nabuchodonosore excisa fuerat, aliquandiu, Regum loco, c) Δικασαὶ κατεςάθησαν καὶ ἐδίκασαν Ἐκνίβαλ@, &c. *Judices constituti fuerunt; & judicârunt Ecnibalus, &c.* Apud Carthaginienses, Tyri Veteris colonos, d) *Judicum ordo dominabatur, eò maximè quòd iidem perpetui Iudices erant.* Illi *Suffetes* appellabantur: e) *Cùm Suffetes ad jus dicendum consedissent.* Liber *Iudicum* Ebraicè *Sophetim* vocatur; id est, *Suffetes*. Suffetis vocabulum *Vindicem*, *ultorem*, liberatorem significat. c) Josephus c. Apiô. p. 1046. b. d) Livii l. 33. e) Idem, l. 34.

B. Paulus, Judæis Pisidiensibus prædicaturus f) *Iesum Salvatorem*, exordium capit à pristinis Dei erga Israelitas beneficiis. *Deus*, inquit, *elegit patres nostros, & exaltavit populum in Ægypto, & eduxit eos ex eâ: & destruens gentes septem in terra Canaan*, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις πεντήκοντα· ϗ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτάς. Ita edidit R. Stephanus; ita habet codex vetustissimus Cyrilli Patriarchæ in bibliothecâ Regiâ; ita vertit Vulgata, *Sorte distribuit eis terram eorum, quasi post 450 annos: & post hæc dedit Iudices.* A promissione Terræ, in ortu Isaaci confirmatâ, ad κλήρου χύσιν numerat annos circiter 450. Qui, aliter legendo, *annos* istos *Iudicibus* attribuunt, difficultates struunt chronologicas, quas ipsi satis commodè non eluunt. f) Act. Apost 13. 23.

Cyclus Canicularis.

EX Censorino colligimus epocham hujus Cycli in hoc Seculum incidere. *Annus hic Magnus etiam* ἡλιακὸς *Solaris à quibusdam dicitur; ab aliis* Θεοῦ ἐνιαυτὸς *Dei annus*. Est autem *Minor* illa Ἀποκαταστάσεως; de quâ nos in g) Prolegomenis. *Ad Ægyptiorum*, h) inquit ille, *Magnum annum Luna non pertinet, quem Græcè* Κυνικὸν, *Latinè Canicularem vocamus; propterea quòd initium ejus sumitur, cùm primo die ejus mensis, quem vocant Ægyptii* Θωθ, *Caniculæ sidus exoritur. Nam eorum annus Civilis solos habet dies 365, sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quàm naturale* g) supr. p. 9. h) De Die natali, c. 18.

 natura-

a)Ib. c. 21. *naturale quadriennium; eoq; fit ut anno 1461 ad idem revolvatur principium.* Paulò pòst, a) *Primus dies mensis Θωϑ hoc anno fuit ante diem VII Kal. Iul. cùm abhinc annos centum, Pio & Bruttio Præsente Coss. iidem dies fuerint ante diem XII Kal. Aug. Quo tempore solet Canicula in Ægypto facere exortum.* Annus Ægyptiacus b) *Civilis* seu *Sacer* quadrantis adjectione carebat. Cùm igitur Ægyptii cursus Solaris epocham statuerint in Caniculæ ortu, necesse erat, ut Thoth quotannis paulatim in anteriora laberetur: neque existimabant Ægyptii Solem, ratione Caniculæ fixarumque stellarum, regredi ad easdem metas unde profectus fuerat, nisi post annos 1461, qui sunt Juliani 1460. Scilicet veteribus ignotum fuit anni *Siderei* & *Tropici* discrimen. Nam secundùm exactiorem astronomiam, post annos totidem, ab ortu Caniculæ Sol aberit in consequentia diebus novem.

b)supr. p. 247.

Censorinus autem ex Ægyptiorum disciplinâ calculos posuit juxta quos Initium anni, sive primus dies primi mensis Thoth, incedebat in 20 diem Julii, sive in ortum Caniculæ (unde ante annos 1460 profectus erat) anno æræ Christianæ 138, quo Imp. Antoninus Pius iterum & Bruttius Præsens Consules fuerunt Romæ. Is annus in Per. Jul. est 4852. Si detrahes annos 1460, manet annus Per. Jul. 3392; qui est XI hujus Seculi annus vicesimus secundus.

c)Sync. p. 91. a Georgius Syncellus idem facit hujus cycli atque regni Ægyptiaci exordium: Menen c) ait cœpisse an. Mundi 2776. Eodem etiam anno periodum hanc cœpisse statuit. Nam annus Cycli Cynici d) 443 est illi an. Mundi 3219. & annus Cycli e) 700 est annus M. 3476. Ergo primus est 2776; qui, secundùm Græcos codices (quos sequutus Syncellus) sequitur Diluvium annos 534: at secundùm Ebraicos (differentia est annorum 916) antevertit Diluvium annos 382. Annus iste Mundi 2776 est Per. Jul. 1988: adjice cyclum annorum 1460 (Syncellus enim priorem periodum postulat) habes annum Per Jul. 3448; qui est recentior epochâ Censorini annis 56. Nos anteriorem cyclum non adhibemus; tum quia caput ejus excederet tempus historicum an. 438; tum quia vetustiores Ægyptiorum anni, habentes tantùm 360 dies, cyclo breviore volvebantur. Ejusmodi enim, absque epactis, anni 73 sunt anni Sothiaci 72; & vigesies numerati, 1460 sunt tantùm 1440 anni, ex diebus 365 constantes.

d)p. 51. b.
e)p. 103. c.

a) Cle-

a) Clemens Alexandrinus dicit, Ebræorum Exodum ex Æ- a) Strom.l 1. p.335. c.
gypto, fuisse tempore Inachi, πρὸ τ̃ Σωθιακῆς περιόδε annis 345. V.
Cl. Joannes Bainbrigius ex ipsâ Clementis chronologiâ ostendit,
Clementem eandem periodum Sothiacam, eandemq; ejus epocham,
constituisse; quas Censorinus proposuerat. Consule illius Canicu-
laria, à b) Joanne Gravio edita, ad finem. b) An. 1648.

Virgilius, licentiâ satis poeticâ, confert anni Magni caput in
onsulatum Pollionis.

c) *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.* c) Eclog. 4. vers. 5.

onsul ille fuit an. Per. Jul. 4674. Deme an. 1460, habes an-
m Per. Jul. 3214; qui præcedit epocham Censorini annos 178.

Thebanorum Regum continuatio.

Muthantes Thebanorum rex 37 (qui usque in medium hujus
Seculi regnavit) ultimus est in laterculo Eratosthenis; cujus
tu huc usque (tanquam filo Ariadnæo) tenebricosos millenorum
plius annorum anfractus fidenter obivimus. Quò nunc verten-
? Quis nobis hic Mercurius? Manifestum est nondum desiisse
banorum seriem; tum ex eorum Rebus præclarè gestis, quæ
inde sequuntur; tum ex Josepho & Africano, qui Reges pluri-
exhibent, ab Eratosthene non nominatos.

Africanus (qui d) *Memphitas* malè multavit *Thebanos* incon- d) supr. p. 27. 92.
ecitat) Neminis eorum meminit, quos dedit Eratosthenes; sed
decimam demum *Dynastiam* habet Διοσπολιτῶν βασιλέων ις', e) Syncell. p. 59.
ἐβασίλευσαν ἔτη μγ'; *Regum Thebanorum* 16, *qui regnârunt an-*
s ex primo Manethonis tomo: ex secundo, XII Dynastiam Theba-
Regum septem, inter quos *Sesostris;* & f) *XIII Dynastiam The-*
rum regum LX. Desideratur annorum numerus: adjectus in f) Ib. p. 61.
numerus ad XIV Dynastiam attinet; quod ex Eusebianâ Dy-
am repetitione ibidem patet. Dynastias XI & XIII, anony-
nastias, g) jampridem rejecimus: XII καθ' ὕστερον πρότερον
d *Sesostris* ætatem referenda est. Eusebius, apud Syncellum, g) p. 94.
astiam Διοσπολιτῶν, & XVI Θηβαίων censet: Africanus eas
storibus attribuit. Neque fides Eusebio, Africani exscri-
benda est, idoneâ non datâ ratione, discrepanti. Dynastiæ
æ in modum Eusebiani Canonis non incidunt.

itur h) Africani Dynastia XVII, Διοσπολιτῶν βασιλέων ις', h) Sync. p. 52.
rum regum 16, *quorum primus Amos.* Ab hâc Dynastiâ Eu-
se-

a)Chrō.n.294 sebianus tandem a)Canon reges Ægyptios nominare incipit. Re-
b)con. Apion. p.1041.b. ges illi paulò accuratiùs recensentur apud b) Josephum ex Manethone, qui non tantùm annos, sed & menses regnandi exhibet. Sunt autem Reges XVII, qui regnârunt annos 333. De quorum fide dubitare piaculum esset.

c) Syncell. p. 147. d. * supr.p.22. d)Sync.p.91.c Apollodorus c) ΝΓ Θηβαίων βασιλέων, *LIII Thebanorum regum* seriem contexuit: Quot quidem * Sacerdotes Ægyptii à *Mene* ad *Sesostrim* numerabant. Syncellus d) *ex Apollodoro* transcripsit *Eratosthenaeos* illos reges (in Canonem nostrum adductos) qui usque ad XI hoc Seculum regnârunt. Τῶν δ', ait, τούτοις ἐφεξῆς ἄλλων νγ' Θηβαίων βασιλέων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἀπολλοδώρου παραδεδομένων τὰς προσηγορίας περιττὸν ἡγούμεθα ἐνταῦθα, ὡς μηδὲν συμβαλλομένας ἡμῖν, παραθέσθαι· ἐπεὶ μηδὲ αἱ πρὸ αὐτῶν, *Superfluum duximus hîc nominare cæteros deinceps illorum LIII Thebanorum regum, quos idem Apollodorus tradidit, quasi nihil ad propositum nostrum: quandoquidem nec priores nobis usui sint.* Syncello *propositum* fuit,
e)supr.p.5. in texendâ regum Ægyptiorum serie, *Ecclesiasticorum*, ut e) vocat, *scriptorum*, id est, Eusebii & Africani, vestigiis insistere: illi autem *Priores* illos reges, quos Eratosthenes ex Thebanorum archivis traduxerat, omnino non agnoscunt; & Thebanos Manethonis reges
f)Vide suprà, p. 251. f) Pastorum successores faciunt. Unde nec Syncellus reges Eratosthenis aliter quàm ἐν παρέργῳ recitat, quòd seriei suæ illi non convenirent.

g) Edita cum Euseb.p. 60. h) Syncell. p 40.c. *Primus Manethonis tomus* XVI Deorum & Semideorum Dynastias continebat; quod rectè docent g) Excerpta Latino-barbara Scaligeri. Meritò igitur *anonymi* sunt *Reges Thebani*, quos inde accersit Africanus. Sanè Manetho h) *genere Sebennita, Heliopolitanus sacerdos*, regum Thebanorum catalogum ab illo, qui Heliopolim primus in Thebanorum potestatem redegerat, ordiri videtur: Is autem est *Amosis*; quod jamjam liquebit.

Frustra quidem Eratosthenes, sub Ptol. Evergete, vetustiores Thebarum reges edidisset, si Manetho paulò ante, sub Ptol. Philadelpho, idem fecisset.

Verisimile est Apollodorum regibus Eratosthenæis, XVIII hanc *Thebanorum* Dynastiam, ex Manethone addidisse; quos se omisisse simulat Syncellus. Id enixè suadet Regum numerus ab Apollodoro editus. Utcunque sit, Nos quidem in Canone Regibus illis

is hos subnectere tentavimus; & *Amuthantæi* successorem suppo-
imus *Amosim*, 38 *Thebanorum* regem: satis congruum habentes,
antea *Tanitis Tanitas*, ita hîc *Thebanis* regibus *Thebanos* addere,
què infeliciter res cessit. Ex istâ enim dispositione emersit ma-
a historiæ Ægyptiacæ harmonia: & duas fabricavimus Chrono-
giæ nostræ validissimas compagines; quarum altera vim recipit à
mplemento annorum illorum MCCCC, quos a) initio statuimus; a) supr. p.22.
era à Decessu *Pastorum*.

Quid concinnius excogitari potest, quàm ut *Misphragmutho-*
qui *Pastores* debellavit, & *Tuthmosis*, qui illos ejecit, in postrema
storum tempora inciderent? Id autem in hanc *Thebanorum* con-
ctionem aptissimè quadrat. Ante ingressum *Pastorum* nume-
tur anni 700: illi in Ægypto manserunt circa annos 500: sum-
est 1200. Similiter series Eratosthenis exhibet annos 1050:
ncellus b) numerat 1075) & VII priores Manethonis reges regnâ- b) Syncell.
t annos 129: summa est 1179. Pauci, qui desiderantur, anni ad p.91. c.
orum reditum referendi sunt, quando illi, sub c) *Amenophe*, ali- c) Joseph.
ntisper regnabant postliminiò. p.1053.f.

In altero connexionis hujus argumento, magnus est tam in-
um, quàm in Annorum numero consensus. Numerabant Sa-
lotes à Mene ad Sesostrim Regum LII Annos MCCCC. Ex E-
sthene numeravimus (post Menem) Reges XXXVI: Decima-
va Dynastia habet Reges XVI. Sunt omnes Reges LII. Rur-
Eratosthenes suis regibus attribuit annos 1050: Manetho suis
, Sunt omnes anni 1383. Desunt, de rotundo illo numero à
rdotibus putato, Anni 17; vel potiùs 22, si calculus ad Chronolo-
sacræ normam dirigatur. Colliguntur enim à Diluvio ad pro-
onem Abrami an. 427; inde ad Exodum 430; inde ad Templi
litum 480; inde ad *Quintum Rehoboami annum*, quo Sesostris in
m profectus est, anni 41. Summa est annorum 1378. Pauculos,
quot sint, qui deficiunt Annos ad regnum Sesostris deferre opor-
quem Sacerdotes inclusivè numerabant.

In recensendis XVIII Dynastiæ regibus parum discordes sunt
tores Christiani. Eorum tamen collationem dabimus, ut ἀδα-
ζιὸς Josephi, quem d) animadvertimus, fiat inde manifestior. d) supr. p.138.
ra etiam adjecimus, usq; ad Templum spoliatum; ut ob oculos
tota hujus libri chronologia, juxta Eusebium atq; Syncellū. Afri-
s enim, in Dynastiis, Hierosolymorum à Sesaco captorum non
init.

Amosis Rex.

cessit itaque *Amuthantao* Amosis; qui Africano Ἀμῶς, Chri-
ianis aliquando *Amasis* corruptè, Josepho autem a) fallaciter a)supr.p.139.
osis vocatur.

Egregium illius facinus, ex Manethone, narrat b) Porphyrius. b)περὶ ἀπο-
χῆς.l.2.§.55.

τέλυσε ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Αἰ- τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νό- Ἄμωσις, ὡς μαρτυρεῖ Μανέ- ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμοῦ καὶ σεβείας. θύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ· καὶ ἐδοκι- οντο, καθάπερ οἱ ζητούμενοι περὶ μόσχοι καὶ συσφραγιζό- οι. ἐθύοντο δὲ τῆς ἡμέρας τρεῖς. ἀνθ' ὧν κηρίνους ἐκέλευσεν ὁ ωσις τοὺς ἴσους ἐπιτίθεσθαι.

Amosis immolandorum homi-num consuetudinem sustulit in Heliopoli urbe Ægypti, ut testatur Manetho in libro de Antiquitate & Pietate.

Sacrificabantur Junoni: & probati erant, sicut quæsiti illi Vituli puri & sigillati. Mactabantur tres, diebus singulis.

Quorum in locum Amosis similes cereos suffici jussit.

dem ex Porphyrio proferunt c) Eusebius, & Theodoretus d) Serm. c) Præp.l.4.
, de Sacrificiis. c.16.p.155.d.

Heliopolis, inter præcipuas Ægypti urbes habenda, ante ad- d)p.589.a.
ntum Pastorum Metropolis erat Inferioris Ægypti: à Pastoribus
u oppressa, jam tandem illis expulsis in *Thebanorum* potestatem
dacta est. e) *Maris* rex Memphim à Pastoribus recuperavit; e)supr.p.238.
mosis Heliopolim: Qui urbem ejusque politiam ordinavit, con-
etudines pravas abolevit, & privilegia instauravit. Ideoque
Ianetho (sacerdos Heliopolitanus) ab *Amose* (qui Thebanorum
rimus Heliopoli præfuit,) suam Thebanorum Regum seriem exor-
us est.

Ante Pastorum incursionem, in capitalibus cujusque Regni urbibus, *Memphi* olim, *Heliopoli*, atque *Thebis*, Præfecturas Juridicas constitutas fuisse verisimile est. Jam verò, post expulsos Pastores, cùm Ægyptus omnis Unius imperio subjecta fuit, unum fuit totius Ægypti Tribunal; servatâ nihilominùs Privilegii veteris ratione. Judices enim tam ex *Memphi*, atque *Heliopoli*; quàm ex *Thebis* ad Magnum Thebanorum Consistorium electi sunt. Ægyptii

a) Diod. Sic. l. 1. p. 48. b. a) *ex nobilissimis civitatibus viros optimos Judiciis præfecerunt. Nam ex Heliopoli & Thebis & Memphi* (denos) *Judices elegerunt. Quod Synedrium neque Atheniensium Areopagitis, neque Lacedæmoniorum Senatui postponendum videtur. Congressi hi* XXX *viri unum ex seipsis, qui optimus, summum Judicem constituunt, in cujus locum urbs alium Judicem substituit. Rex Judicibus res necessarias præbet* ; τῷ ἢ ἀρχιδικαςῇ, *sed summo Iudici multò amplius.*

Ille de collo, ex aureâ catena dependens gestabat ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, *Signum è pretiosis Lapillis, cui nomen* VERITAS. *Quum Summus Iudex signum Veritatis assumpserit, disceptationes incipiunt. Leges universæ, in VIII libris descriptæ, Iudicibus adjacebant.* b) *Apud Ægyptios olim Iudices Sacerdotes erant : qui natu maximus, eorum princeps erat; & in omnes jus dicebat : illum autem oportebat esse justissimum, nemini que parcentem.* Εἶχε ἢ καὶ ἄγαλμα περὶ τ̃ αὐχένα ἐκ σαπφείρȣ λίθȣ· καὶ ἐκάλειτο τὸ ἄγαλμα Ἀλήθεια, *Gerebat autem de collo imaginem ex Sapphiro ; & imago illa vocabatur* VERITAS. Ex utroque auctore colligendum est, simulachrum hoc *Veritatis*, ex Sapphiro præcipuè confectum, aliis *pretiosis lapidibus* ornatum fuisse. Tribunalis autem imago, ex *Osimandis* sepulchro, exhibetur ad Sec. XV.

b) Ælian. Var. l. 14. c. 34.

LXX Interpretes Ægyptiaco hoc Ἀληθείας vocabulo Ebræorum c) *Thummim* exprimunt, innuentes; Mosem, illo Sacerdotis Summi ornamento, Ægyptios imitatum fuisse. De eâ autem re, non est hic disquirendi locus.

c) Exod. 28. 30

Ἐθύοντο ἢ τῇ Ἥρᾳ, *Sacrificatum est Iunoni*, Lucinæ scilicet, quam Græci Εἰλήθυιαν vocabant. Pindarus d) dixit πραΰμητιν Ελείθυιαν *placidam Lucinam*, id est, infanti & puerperæ propitiam: alii *Ilithyian* e) puerperis infestam, & precibus placandam credebant. Apud Ægyptios, in ulteriore Thebaide fuit f) Εἰληθυίας πόλις, καὶ ἱερὸν, *Lucinæ urbs, & ejus templum.* Porphyrius apud g) Eusebium tradidit τὴν τ̃ Εἰληθυίας πόλιν *Lunam*, sub *Vulturis* specie, veneratam fuisse. In eâ urbe ἀνθρωποθυσίας olim in usu fuisse liquet ex istis quæ de *Hominibus Typhoniis*, ex eodem Manethone, refert.

d) Olymp. 6. e) Seld. de Diis Syr. Synt. 2. f) Strab l. 17. p. 817. a. g) Præp l. 3. c. 12. p. 116. 117.

Plutarchus de Iside & Osiride, pag. 380. D.

Ἐν Ἰδιθυίας πόλει ζῶντας ἀνθρώπȣς κατεπίμπρασαν, ὡς Μανέθων ἱςόρ- *In urbe Ilethyia* (non Idithyæ) *homines combusserunt vivos, ut scri-*

ἱστόρηκε, Τυφωνίους καλοῦντες, καὶ τὴν τέφραν αὐτῶν λικμῶντες ἠφάνιζον καὶ διέσπειρον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐδρᾶτο φανερῶς, καὶ καθ' ἕνα καιρὸν ἐν ταῖς Κυνάσιν ἡμέραις.

scribit Manetho, Typhonios eos appellantes, & cinerem eorum ventilando dissipârunt atque aboleverunt: quod palam factum est, & certo tempore, diebus Canicularibus.

Sive igitur ἐν Ἡλίου πόλει, sive ἐν Εἰληθυίας πόλει, sive utrobique quondam suscepta fuerit feralis ista religio; sive alibi. Nam *ad sepulcrum Osiridis homines rufos antiquitùs mactatos esse* a) diximus. a) supr. p. 80.
Tandem tamen nefandus iste ritus per universam Ægyptum funditùs extirpatus est, adeoque abolitus, ut Herodotus eum nunquam fuisse crediderit. b) Fabulam de *Hercule in Ægypto Jovi immolando* fictam esse dicit à *Græcis prorsus ignaris* τῆς Αἰγυπτίων φύσιος, καὶ τῶν νόμων, *& naturæ Ægyptiorum, & morum. Quibus enim nullam pecudem immolare fas est (præter Sues, & boves mares, vitulosque, dummodo mundos, & anseres) ii quâ ratione immolarent Homines?* Horus, apud c) Macrobium, illos ne animal quidem ullum mactâsse asserit. *Nunquam*, inquit, *fas fuit Ægyptiis pecudibus aut sanguine, sed precibus & ture solo placare Deos.* Saturnum & Serapin, *tyrannide Ptolemæorum, in cultum recipere coacti, quibus hostiæ erant ex more mactandæ, fana eorum extra pomœrium locaverunt; ut & illi sacrificii solenni sibi cruore colerentur; nec tamen urbana templa pecudum morte pollueerentur.* Nihilominùs sacri horrendi vestigium apud Ægyptios in victimarum sigillo mansisse videtur. d) *Sacerdotes*, οἱ σφραγισταὶ *dicti, bovem qui immolandus est sigillo impresso notabant. In sculpturâ autem sigilli, ut refert Castor, exprimebatur Homo in genua desidens, manibus post tergum deductis, ense jugulo imminente.*

b) Herodot. l. 2. c. 45.

c) Saturnal. l. 1. c. 7.

d) Plutarch. de Iside, p. 363 c.

Amosis jam, inhumanitate sublatâ, nefariæ medetur religioni, & *cereas victimas* substituit. Sic e) *In Laodiceâ Syriæ* (ait Porphyrius) *Minerva quotannis sacrificabatur Virgo; nunc autem cerva.* e) Περὶ ἀποχ. l. 2. §. 56.

Sic & f) *Pelasgi (sicut Varro memorat) cùm Latium appulissent, erectis Diti sacello & Saturno arâ (cujus festum Saturnalia nominaverunt) cùm diu humanis capitibus Ditem, & Virorum victimis Saturnum placare se crederent, propter Oraculum* Dodonæum, *in quo erat,*

f) Macrob. Saturn. l. 1. c. 7.

g) Καὶ κεφαλὰς Ἅδῃ, καὶ τῷ Πατρὶ πέμπετε φῶτα·

g) Vide Dionys. H. l. l. 1.

Herculem ferunt postea, cum Geryonis pecore per Italiam revertentem, suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificiis infausta mutarent; inferentes Diti non hominum Capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata; & aras Saturnias, non mactando Viros, sed accensis Luminibus excolentes: quia non solùm Virum, sed & Lumina φῶτα *significant. Inde mos per Saturnalia missitandis cereis cœpit.* a) *Et Sigillariorum adjecta celebritas in septem dies*; quibus *Sigilla arte fictili venalia parabantur, quæ homines pro se atque suis piaculum, pro Dite, Saturno facerent. Sacellum* Ditis *aræ Saturni cohærebat.* Sanè Saturnum τῆς ἀνθρωποθυσίας auctorem fuisse b) dixit Philo.

a) Macrob. ibid. c.11.

b) supr. p.78.

c) Macrob. ib. c.7.

Similis c) *permutatio sacrificii postea Compitalibus celebrata est. Ludi per Urbem in Compitis agitabantur* (*restituti scilicet à Tarquinio Superbo*) *Laribus ac Maniæ, ex responso* Apollinis, *quo preceptum est, ut pro compitis Capitibus supplicaretur; idque aliquandiu observatum, ut pro familiarum sospitate Pueri mactarentur Maniæ deæ, matri Larium. Quod sacrificii genus Junius Brutus Consul, Tarquinio pulso, aliter constituit celebrandum. Nam Capitibus allii & papaveris supplicari jussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine Capitum; remoto scilicet scelere infaustæ sacrificationis.* Sed non ita penitus sublata sunt nefaria hujusmodi sacrificia. Anno demum U.C.657, d) *Cn. Corn. Lentulo & P. Licin. Crasso Coss. S.C. factum est, ne Homo immolaretur; palamq; in tempus illud sacra prodigiosa celebrata.* Etiam longo pòst tempore e) Porphyrius, Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ait, τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; *Sed & quis nescit usque hodie Romæ festo Jovis Latiaris Hominem mactatum esse?* Idem innuit f) Tertullianus. *Ecce in illâ religiosissimâ urbe Æneadarum piorum est Jupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine. Sed bestiarii, inquitis. Hoc turpius, quòd mali hominis.* g) *Humanas victimas ferè omnes sublatas esse scripsit Pallas, qui Mithræ mysteria optimè collegit, sub Adriano Aug.* Apud Blemyas tamen (inter Nilum & sinum Arabicum) Justiniani tempore duràsse tradit Procopius.

d) Plin. l.3. c.2

e) Περὶ ἀποχ. l.2. §.56.

f) Apolog §.9 p. 10.

g) Porphyr. Abstin. l.2. §.56.

De Arcadum *Lycæis* h) diximus. Sanè vesana hæc superstitio plerosque olim populorum incesserat. i) *Athenienses Erechthei ex Praxitheâ filiam jugulàrunt. Ister in sacrificiorum Cretensium collectione ait, Curetas olim pueros Saturno immolàsse. Apollodorus ait* Lacedæmonios *Marti hominem immolàsse. Phylarchus refert Græcos* com-

h) p. 288.

i) Porphyr. ib. l.2. §.56.

communiter omnes, antequam exirent ad bellum, ἀνθρωποκτονεῖν, *hominem immolâsse.*

Contrà apud Ægyptios alicubi quædam erat φιλανθρωπία peculiaris, quâ vivus *Homo* divinis honoribus colebatur... a) Ἄνθρωπον σέβουσιν κατὰ Ἄνουβιν κώμην, ἐν ᾗ καὶ τούτῳ θύεται, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τὰ ἱερεῖα καίεται; *In vico Anubi Hominem colunt, ibiq; illi sacrificium offerunt, & victimæ in altaribus cremantur.* b) Ὁ δὲ μετ᾽ ὀλίγον φάγοι ἂν τὰ ἴδια, αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκευασμένα, *Qui tamen paulò post ex privato penu ea comedit quæ sibi tanquam homini parata sunt.* Locus Eusebio & Ἄναβις, & Ἄναμις vocatur.

a) Porphyr. περὶ ἀποχῆς l.4.§.9.p.155.
b) Euseb. Pr. l.3.c.4.p 94. & c.12.p.117.

Ad
SECULUM XII.

Pastores ex Ægypto.

VErgebat jam Seculum ab ingressu Pastorum quintum, quum Ægyptii, longâ necessitate bellicosiores facti, illis prævaluerunt. Priores sex *Pastorum* reges Ægyptum, præter Thebaida, sub jugo tenuerunt: Ægyptii autem bellum contra posteriores eorum reges strenuè gesserunt. c) *Memphim* recuperatam, atque d) *Heliopolim*, narravimus. De illorum expulsione, jam tandem feliciter consummatâ, audiamus Manethonem,

c) p.238.
d) p.315.

Apud *Josephum contra Apionem* l.1. p. 1040. D

Τούτους τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας τοὺς τῶν Ποιμένων καλουμένων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα.	*Dicit reges prænominatos, qui Pastores vocabantur, & qui ex eis fuerunt, obtinuisse Ægyptum annis DXI.*
Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπανάστασιν ἐπὶ τοὺς Ποιμένας, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συῤῥαγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον.	*Dein ait Reges ex Thebaide & reliquâ Ægypto invasisse Pastores, & bellum magnum & diuturnum eis intulisse.*

Ἐπὶ δὲ βασιλέως οὗ ὄνομα εἶναι Ἀλισφραγμούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς Ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ, ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ' εἰς τόπον ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον. Ἄβαριν ὄνομα τῷ τόπῳ.

Sub rege verò cui nomen erat Alisphragmuthoſis, Paſtores ab eo victos fuiſſe dicit, & totam reliquam Ægyptum perdidiſſe: incluſos autem fuiſſe in locum cui nomen eſt Avaris, habentem circuitum 10000 jugerum.

Τοῦτόν φησιν ὁ Μανεθὼν ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς Ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ, καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν.

Hunc omnem, dicit Manetho, Paſtores muro magno & robuſto circumdediſſe, ita ut poſſeſſiones omnes & prædam ſuam intra munimentum haberent.

Τὸν δὲ Ἀλισφραγμουθώσεως υἱὸν Θούμμωσιν ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι στρατοῦ προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν.

Thummoſin verò Aliſphragmuthoſcos filium conatum eos vi expugnare, cum 480000 armatorum muros eorum obſediſſe.

Ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες, ὅποι βούλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι.

Cùm verò obſidium deſperâſſet, pacta cum eis feciſſe, ut Ægyptum relinquentes, omnes quò vellent incolumes abirent.

Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων, οὐκ ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι.

Illos verò poſt hæc pacta cum omni familiâ & poſſeſſionibus, non minùs 240000 numero, ex Ægypto per Deſertum iter egiſſe in Syriam.

Φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν) ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίων καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους, τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι.

Et metuentes Aſſyriorum potentiam (Illi enim tunc obtinebant Aſiam) in terrâ quæ nunc vocatur Iudæa urbem ædificâſſe, quæ tot hominum millibus ſufficere poſſet; eamq; Hieroſolymam nomināſſe.

De a) continuatâ *Paſtorum* ſerie, eorumque cum regibus *Thebanis* * συγχρονισμῷ, antea diſſeruimus. Vetuſtiſſimis etiam ſecu-

a) ſupr. p. 250.
* ſupr. p. 313.

ſeculis diverſa Regna diverſis in Ægypti partibus fuiſſe monſtravimus. Jam verò quinam ſint iſti τῆς ἄλλης Αἰγύπτου *Reges*, qui *Thebanis* auxilio fuerunt contra *Paſtores*, affirmare nequeo: quædam tamen proferre liceat.

Chronicon Alexandrinum, tempore naſcentis Moſis, Πολλῶν, inquit, βασιλέων ἡγουμένων, Παλμανοθὴς ἐβασίλευσε τῶν περὶ Ἡλιούπολιν τόπων. Et Artapanus, apud a) Euſebium, refert hunc a) Præpar. l. 9. *Palmanothem Ægypti regem filiam ſuam ſponſam dediſſe Chenephræ* c. 27. p. 431. *cuidam* τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι· Πολλοὺς γὰρ τότε τῆς Αἰγύπτου βασιλεύειν, *regioni ſupra Memphim ſitæ imperanti: tunc enim Ægyptum multos habuiſſe Reges.* Juxta Cedrenum, Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Μωσέως Αἰγυπτίων ἐβασίλευσε Πετισῶνις, ὁ καὶ Φαραώ. Quod in Excerptis Latino-barbaris vertitur, b) *In diebus Moyſis Peteſſontius Pharao regnavit in Ægypto.* Num eundem intelligit Plinius? b) Euſ. Scal. p. 51. Dicit c) *Labyrinthum in Heracleopolite nomo factam eſſe (ante annos, ut tradunt, 3600) à Peteſuco, ſive Tithoe.* c) L. 36. c. 13. Bellum autem hoc, cùm eſſet *magnum & diuturnum*, ad ætatem Moſis extendi poteſt.

Apud d) Herodotum, hoc ipſo quo cecidit Troja ſeculo, memoratur *Proteus rex Ægyptius, qui in Memphi urbe* regnabat; ad quem d) L. 2. c. 112. venerunt Alexander cum Helenâ, & Menelaus. Homero e) *Polybus* e) Odyſſ. 4. *Thebarum rex* eſt, qui excepit Menelaum.

Nobis nondum diſplicet conjectura f) noſtra de *Xoitis*. In f) ſupr. p. 92. Euſebianâ dynaſtiarum recenſione apud g) Syncellum (Nam inter g) Sync. p. 61. c Africani dynaſtias ibidem deſideratur) ΙΔ δυναστεία Ξοϊτῶν βασιλέων οϛ´, οἳ ἐβασίλευσαν ρπδ´, ἐν ἄλλῳ υπδ´. *XIV. Dynaſtia Xoitarum regum 76, qui regnârunt annos 184, aliàs 484.*

Dynaſtia hæc inter *Dioſpolitanos* refertur & *Paſtores*; quaſi h) Ptol. l. 4. omnes eſſent ejuſdem temporis. Erat autem h) *Xois*, τῶν κάτω c. 5. p. 123. τόπων, *inter loca inferiora.* i) Ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνικοῦ στόματος Ξόϊς ἐστὶ, καὶ νῆσος καὶ πόλις, *In* i) Strab. l. 17. *mediterraneis, ſuper oſtium Sebennyticum & Phatnicum, eſt Xois in-* p. 802. a. *ſula & civitas.*

Veriſimile eſt regnum hoc ex calamitate à Paſtoribus illatâ ortum habuiſſe, dum Ægyptiorum pars magna, Paſtoribus campeſtria infeſtantibus, ἐν τοῖς Βουκολίοις, *in paluſtribus*, locis deſertis & inacceſſis, ſalutem libertatemque quæſiverint.

Satis constat Thebanos nunquam Pastoribus fuisse subditos sed non æquè constat illos omnibus Ægypti locis, quos non tenuerunt Pastores, potitos fuisse. Verùm ad certiora progrediamur.

Misphragmuthosis Rex.

REX hic Ægyptiorum primus fuit Victoriæ gloriâ inclytus. Ille enim Pastores bello profligavit, & Ægypto libertatem restituit.

Vides, ex continuatâ tum *Tanitarum* tum *Thebanorum* serie Regem hunc, *Pastorum* debellatorem, cum postremis eorum temporibus tam appositè convenire, ut de chronologiâ istâ nullum si posthac dubium.

*p.314. Ex collatis * modò chronographis satis constat de hujus regis nomine. Ibi Josepho dicitur *Mephra-muthosis*, per syncopen τῆ γ, hîc Ἀλισφραγμούθωσις primâ literâ in duas partitâ, ex M fit ΑΛ. Neque incuriâ id factum; cùm bis ita legatur, tam Græcè, quàm in versione Ruffini. Ejusdem literæ similis est solutio

a) L.5.c.4. apud a) Plinium, ubi *Lotophagos quidam Alachroas dixere*; quos Herodotus Μάχλυας Ptolemæus Μάχρυας, & Stephanus Μακρυας

b) Præp. l.10. c.13. p.501. b. vocant. Eusebius (hùnc Josephi locum b) transcribens) literam M in fronte nominis restituit, de medio tollit; legitque utrobique Μισφραγμούθωσιν: In Canone autem *Missharmuthosis*: *Pharmuth* mensis nomen.

c) supr. p. 102. Sanè Josephus (qui *Pastores* c) Israelitas esse voluit; & ut eos à primo hujus dynastiæ rege expulsos simularet) primi regis nomen

d) supr. p.139. d) vitiavit: eandem ob causam etiam hujus regis ejusque filii nomina temeravit, ne semetipsum redargueret.

Syncellus hujus regis nomen rectè pronunciare videtur. Dicit (tanquam ex *Josepho contra Apionem*) *Egressum ex Ægypto contigisse* ἐπὶ τοῦ Μισφραγμουθώσεως, ϛ' βασιλέως Αἰγύπτου κατὰ τὴν ιη παρὰ τῷ Μανεθῶνι δυναστείαν, *sub Misphragmuthose, sexto Ægypti rege in XVIII Manethonis dynastiâ.* Neque tantùm regem hunc ordine *sextum*, sed etiam *duodecimum*, atque *trigesimum septimum*

e) supr. p.251. numerat. Sextus is est in dynastiâ 18: Duodecimus est, e) adjectis dynastiæ sex Pastoribus: Trigesimus septimus est à Mene, additis

25. Syn

23 Syncelli regibus, quos in primâ Canonis parte a) recitavimus. a)p. 18.
Syncelli interpres nodum hic in scirpo quærit. Cùm verò Syncellus Pastorem *Asseth* in primum 18 dynastiæ locum asciviſſet; ne Rex hic eâ ratione non eſſet *sextus*, ejus prædeceſſorem *Miſphren* (alias *Mephren*) illi poſtponit, & inter eum ejuſque filium collocat. Sed ineptiarum tædet.

Tuthmoſis Rex.

PAter Paſtores in *Avarim*, quæ à Græcis vocatur *Peluſium*, incluſerat: filius jam urbem ingenti obſidione premebat. Cæterùm Ægyptii, πολιορκητικῶν μηχανημάτων adhuc ignari, hoſtes expugnare neſciebant. Tandem Paſtores, obſidionis pertæſi, urbem ex pacto tradunt: atque, illis diſcedentibus, finis impoſitus eſt longiſſimis inteſtini belli miſeriis; & Ægyptus, placidâ pace refocillata, aliquandiu requievit.

Veterum Chriſtianorum nonnulli, b) Juſtinus Martyr, Tatianus, c) Clemens Alexandrinus, d) Euſebius, urbem hanc captam eſſe putârunt ab *Amoſe*, primo hujus Dynaſtiæ rege. Κατέσκαψε τὴν Ἀύαριν Ἄμωσις, *Avarim evertit Amoſis*: & *Ptolemæum* (neſcio quem) *Mendeſium* rei auctorem laudant. Verùm ſententia iſta alio non innititur fundamento, quàm παρεγχειρισμῷ Joſephi; de quo ſatis dictum eſt.

b) Juſtin.p. 104.
c) Strom. I. p. 320.
d) Præpar. l. 11, c. 12.

Joſephus in hujus Regis nomine mirè inconſtans eſt. Hîc, ex Manethone, vocatur Θέμμωσις· mox, ex eodem, in e) recenſione horum regum, Θμῶσις· Alibi, etiam ex Manethone, dicit f) τοὺς ὑπὸ Τεθμώσεως ἀπελθόντας Ποιμένας, *Paſtores à Tethmoſe depulſos*. Sanè hoc g) *Tethmoſis* nomen ad *Amoſin*, primum hujus dynaſtiæ regem, accommodaverat Joſephus. Hæc eſt tam variarum lectionum cauſa; de quâ pluribus non opus eſt. Cùm autem rex hic Africano, Euſebio in h) Græcis (nam in Canone *Thomoſis*, & Joſephum i) recitanti Θμώθωσις dicitur.) atque Syncello vocetur Τέθμωσις; nos lectionem illam amplexi ſumus.

e) p. 1041.
f) p. 1053.
g) ſupr. p. 139.
h) Sync. p. 72. d
i) Præpar. l. 10 c. 13.

Neque minùs mirum eſt quod de conditu *Hieroſolymorum* hic refert Joſephus, tanquam ex Manethone. Paſtores Iſraelitas fuiſſe ſomniat; itaque Hieroſolyma jam ab Iſraelitis extructa

esse arguit. Hanc suam mentem paulò pòst pleniùs aperit. Dicit enim a) *Manethonem confiteri* τοὺς ἡμετέρους προγόνους, *nostros progenitores*, τὴν Ἰουδαίαν καταχεῖν, καὶ κτίσαντας Ἱεροσόλυμα τὸν νεὼ κατασκευάσασθαι, *Iudæam obtinuisse, & Hierosolymam ædificantes, Templum construxisse.*

a) Con. Apiō. p. 1052, 2.

Est autem certissimum, neque *Pastores*, neque *Israelitas* Hierosolyma condidisse. Neque est id aut Manethonis animo, aut ipsius Josephi congruum.

Quàm diversa fuerit *Manethonis* sententia de progenitoribus Judæorum, ipse testatur Josephus. Dicit enim hunc prodidisse; Illos fuisse b) *Leprosorum* congeriem de plebe *Ægyptiorum*: non itaque alienigenas, aut *Pastores*, nedum *Reges*. Præterea, Manetho tradidit *Iudæos* ex Ægypto pulsos esse ab c) *Amenophe Rege*: non utique à *Tethmose* aliquo, aut *Amose*, aut *Thmose*, aut *Thummose*. Ac si verus esset d) Josephi calculus, anni 518 intercesserunt inter decessum *Pastorum*, atque *Israelitarum*. Neque bene convenit de exeuntium numero: Pastores egressi sunt 240000; e) quot scilicet in Ægyptum olim ingressi fuerant: f) *Israelitæ* autem *profecti sunt ferè* 600000 *peditum virorum absque parvulis.*

b) Ib. p. 1052.
c) Ibid.
d) Ibid.
e) supr. p. 101.
f) Exod. 12, 37

Neque est verisimile *Josephum* ex animi sui sententiâ dixisse, *Hierosolyma* jam primùm ab Ebræis condita fuisse; cùm ipse, ex sacris literis, tam vetustioribus g) *Abrahami* temporibus, quàm recentioribus h) *Josuæ*, illius Urbis meminisset: atque alibi, Quendam i) *tradat Cananæorum dynastam, qui Rex Justus dictus est, primum urbis conditorem fuisse.*

g) Antiq. l. 1. c. 11.
h) Ib. l. 5. c. 1. & 2.
i) Bell. Jud. l. 7. c. 18. p. 966. d.

Ejusdem farinæ est repetita *Assyriorum dynastia*, cujus etiam sub ingressu Pastorum meminerat, sive Manetho, sive k) Josephus. l) Dictis hìc nihil addimus.

k) supr. 77. 100
l) 104.

Utcunque verò reliqua à Manethone fide satis historicâ tradita fuerint; equidem ultimam hanc παρειοχλὼ non tam à Manethone, quàm à Josepho, in dissertationis suæ argumentum, adjectam suspicor.

Quò tandem profecti sint *Pastores*, aut quibus in locis sedes posuerint, incertum est. Cùm verò essent illi *genere Arabes*, & *Ægypti* incolæ diuturni; cumque non ita multò pòst redeuntes, ex Ægypto iterum depulsi fuerint; esse quidem m) *Arabægyptii* videri possunt

m) Geograph. l. 4. p. 104.

funt illi, quos *Ptolemæus*, extra montes Ægypti, *ad ſinûs Arabici littora* collocat.

Epochæ Marmoreæ.

		Æra Attica
Ἀφ' οὗ οἱ . . νες εἰς Τροίαν ε . . ρατευ . . . . ἔτη ΙΗ·ΗΗΗΗΙΔ·ΙΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθ . . . . . νεσθέως τρισκαιδεκάτου ἔτους.	*Ex quo Græci in Trojam expeditionem fecerunt, anni 954, regnante Athenis Meneſtheo, anno ejus* 13.	365
Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη ΙΗ,ΗΗΗΗΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . . . ἕως δευτέρου ἔτους, μηνὸς Θ . . . . νος ἑβδόμη φθίνοντος.	*Ex quo Troja capta eſt, anni 945, regnante Athenis Meneſtheo* (vigeſimo) *ſecundo ejus anno, menſis Thargelionis die 24.*	374
Ἀφ' οὗ Ὀρέστης . . ιοαιτωναυτο . . . γίσθου θυγατρὶ . . . ον . . γίσθου καὶ αὐ . . . αο ἐν Ἀρείου πάγῳ, ἣν Ὀρέστης ἐνίκησεν, . . . ων . . . ἔτη . . . ΗΗΗΗΔΔΔ . . ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος.	*Ex quo Oreſtes . . . . . Ægiſthi filiæ . . . in Areopago, quâ vicit Oreſtes, . . . anni 942, regnante Athenis Demophonte.*	377
Ἀφ' οὗ . . . Κύπρῳ Τεῦκρος ᾤκισεν, ἔτη ΙΗ·ΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος.	*Ex quo . . . in Cypro Teucer ſedes poſuit, anni 938, regnante Athenis Demophonte.*	381

Bellum Trojanum.

SEculum hoc, ut Ægyptiis lætum, ita Græcis glorioſum fuit; Trojanis autem exitiale. Græcorum res geſtæ tenuitate fabulosâ adhuc obſcuriores fuerant. Celebrantur quidem expeditiones *Argonautarum*, & τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας sed omnium decantatiſſima eſt hæc quæ contra Trojanos ſuſcipitur. Tantum fuit hoc bellum, quantum ad eam diem nullum fuerat unquam: decrevit illud totius Græciæ ὁμήγυρις· unde Jupiter Ὁμαγύριος dictus. a) *Ad Ægium convocavit Agamemnon* τοὺς λόγου μάλιστα ἐν Ἑλλάδι ἀξίους, *Principes Græciæ*. Quot urbes in Græciâ, tot ferè dynaſtæ, ſuarum gentium Duces contra Trojam.

a) Pauſan. l. 7. p. 441.

Ex eorum recensione videbimus quis fuerit veteris Græciæ Civilis status. Quicquid enim terrarum extra illorum ditionem extendebatur adhuc ἄδηλον prorsus, & spissis tenebris involutum est.

Agamemnon Mycenæorum, Sicyoniorum, Corinthiorum, aliarumque urbium rex erat, & Græcorum in hâc expeditione Imperator. a) *Hic classem coegit, non tantummodo quòd Helenæ procos Tyndarei jurejurando obstrictos duceret, sed quòd cæteros illius seculi potentiâ superaret* : b) *non magis gratiâ* (ut Homerus, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες) *quàm metu exercitum collegit. Constat cum & plurimis cum navibus profectum esse, & naves præterea Arcadibus præbuisse : & in sceptri traditione dicitur, illum*

a) Thucyd. l. 1. p. 6.
b) Ib. p. 7.

c) Πολλῇσι νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν,
Insulis multis & Peloponneso toti imperare.

c) Iliad. B. v. 108.

Insulas autem sub ditione tenere non potuit, nisi classem habuisset.

Argivorum duces hoc bello fuerunt tres; d) *Diomedes* Tydei filius; *Sthenelus Capanei filius* ex Evadne Iphios filiâ; (nam Eteoclus Iphios filius bello Thebano cecidit;) & *Euryalus Mecestei f. Talai nepos.* De istius regni partitione e) dictum.

d) Ib. v. 563.
e) supr. p. 301

Laconum dux fuit *Menelaus*, *Agamemnonis frater*; cujus uxor *Helena* fuit belli causa. Messeniorum *Nestor*; *Arcadum Agapenor*; Eleorum, *Polyxenus*, *Amphimacus*, *Thalpius & Diores*, quos Polyxeni pater *Agasthenes* regni consortes fecerat.

Achaiæ propriè dictæ nomen nondum obtinuerat.

Extra Peloponnesum, *Atheniensium* dux erat *Menestheus Petei filius* Ornei n. Erechthei pron. cujus f) *anno regni* 13° solverunt Græci. Megarensibus cum *Salamine* insulâ præfuit *Ajax* Telamonis filius: *Phocensibus Schedius & Epistrophus*, *Iphiti* Argonautæ *filii*.

f) Marm.

Locri Ozolæ, qui sunt ad Occidentem Parnassi montis, g) *Homero* non sunt nominati. h) *Acarnanes soli adversus Trojanos auxilia Græcis non miserunt.* Sed *Thoas Ætolorum* rex; & *Meges, qui Dulichio Echinadibusq; insulis* præfuit; atque *Ulysses cum Cephalenis, Zacynthiis & Ithacensibus*, expeditioni interfuerunt.

g) Strab. l. 9. p. 426. d.
h) Justin. epit. l. 28.

Bœotorum quinque duces fuerunt: i) Thersander, Polynicis f. qui Thebis regnabat post Epigonorum bellum, *Leitus*, *Arcesilaus*, *Pro-*

i) Pausan. Bœot.

Prothoënor, & *Clonius*. Thersandro autem in Mysiâ occiso, substitutus est *Peneleus*. *Orchomenii*, *Minyarum* nomine, seorsim militabant sub *Ascalapho* & *Ialmeno* fratribus. *Locrorum* Opuntiorum & Epicnemidiorum, *qui Eubœæ oppositi sunt*, dux fuit *Ajax Minor Oïlei f.* Eubœensium, nomine *Abantum*, dux fuit *Elephenor*.

Regio quæ *Thessalia* posthâc dicta est decem duces emisit contra Trojam. a) Hellen, Deucalionis filius, anno Attico 62 in Phthiotide regnare cœpit: Eurytion, ab b) Hellene quintus, Peleum generum tertiâ regni parte donavit: Pelei f. *Achilles Myrmidonas*, *Hellenas* & *Achæos* ex Phthiotide duxit. (Nondum enim universi Græci c) *Hellenes* dicti sunt.) *Protesilaus* Iphicli, *Philoctetes* Pæantis, *Podalirius* & *Machaon* Æsculapii, Argonautarum filii, & præter hos *Eumelus* & *Euripylus*, & *Polypœtes* & *Leonteus*, & *Ænianum* *Perrhæbiorumq; Guneus*, & *Magnetum Prothous*, ex istis partibus duces fuerunt.

a) Marm.
b) Apollodor l. 3. p. 187.
c) Thucyd. l. 1.

Idomeneus & *Meriones* Deucalionis f. f. Minois Secundi n. n. *Cretæ* ἑκατομπόλεως reges hoc bello militabant. *Rhodiorum* dux fuit *Tlepolemus Herculis f.* qui non ita pridem è Peloponneso illuc migraverat. Ex *Syma* insulâ venit *Nireus*; & ex *Coo*, *Carpatho* aliisque insulis *Phidippus* & *Antiphus*, *Herculis nepotes*.

Græcorum d) *classis constabat ex navibus* 1200: (Euripides, Lycophron & Virgilius 1000; Homerus autem enumerat 1186) singulæ *Bœotorum naves erant virorum* 120; *Philoctetæ erant* 50: *illæ maxima, hæ minimæ*: Homeri *Catalogus magnitudinis cæterarum non meminit. Milites omnes etiam remiges erant: nam Philoctetæ remiges omnes erant sagittarii. Aliorum vectorum non magnus videtur esse numerus; tum ob apparatum bellicum trajiciendum; tum quia naves non erant tectæ, sed ad veterem piratarum modum constructæ.*

d) ib. p. 8.

e) *Si igitur rationem inter naves maximas & minimas mediam ineamus* (consurget numerus 85: ita in navibus 1200 essent homines 102000) *non magnus videtur proficiscentium numerus, ut ab universæ Græciæ communitate missas. In causâ fuit non tam defectus hominum, quàm pecuniarum. Nam propter commeatûs inopiam copias duxerunt minores, quibus inter bellandum victum parare sperabant.*

e) Ib. p. 9.

Post appulsum, Græcos *prælio vicisse constat: neque enim castra vallo munierunt; neque copiis omnibus ibi usi sunt, sed ad agriculturam in*

in Cherſoneſo & ad latrocinium ſe converterunt, ob Commeatûs inopiam. Adeo ut Trojani per decem annos illis diſperſis faciliùs reſiſterent, quòd relictis ſemper eſſent viribus pares. Sin cum abundantiâ commeatûs iviſſent, & ſine latrocinio & agriculturâ obſidionem preſſiſſent, citiùs & faciliùs cepiſſent Trojam. Sed & alia ante hoc bellum geſta, propter inopiam pecuniarum, invalida fuerunt: & hoc bellum, quod ſuperiorum eſt celeberrimum, apparet re ipſa eſſe inferius illâ famâ quæ per poetas invaluit.

Exciſâ Trojâ, deſiit regnum quod, ab initio *Dardani* ad caſum *Priami*, ſteterat annos 296.

Epocha Trojæ captæ.

EXcidium Trojæ inſignis eſt Græcorum temporum terminus; ad quem priora; à quo poſteriora ſupputantur. Neque ſuas tantùm res Græci, ſed etiam a) Ægyptiacas exteraſque alias ad hanc epocham accommodare ſolent.

a) ſupr. p. 249.

Huc uſque de primo illo temporis intervallo egimus, quod ab initio Cecropis excurrit ad caſum Trojæ: de quo cum Arundelliano marmore ſatis convenit Euſebio. Nam exciſa eſt Troja anno æræ Atticæ 374; & ſecundùm Euſebium, ab initio Cecropis b) *uſque ad Trojæ captivitatem ſiunt anni* 375. Adjicit annum, ad Græcorum reditum numerans. Urbem enim conflagrâſſe ajunt anno expeditionis nono, c) *Et Danaûm decimo vere rediſſe rates.* Annus iſte Atticus 374 eſt in Periodo Julianâ 3505, qui eſt numerus Euſebianus 808. Verùm Euſebio in Canone, *Troja capta* eſt numero 835, qui in Per. Jul. eſt 3532. Dempto reditûs anno, differentia eſt annorum 26.

b) Num. 460.
c) Propert. l. 4.

Neque *bellum Trojanum* tantummodo ſpectat iſta 26 annorum differentia, ſed totum ſuperioris temporis intervallum: ita ut d) vetuſtiores omnes Græcorum epochæ eo augmento totidem annis altiores aſſurgant; & ex auctoritate Marmoris, XXVI anni, diu deperditi, Antiquitati Græcæ reſtituantur.

d) ſupr. p. 83. 114.

Differentiæ hujus ratio conſurgit ex altero quod ſequitur intervallo ad Primam Olympiadem: de quo mira eſt chronographorum veterum diſcrepantia. Eâ de re audiamus Cenſorinum. e) *Hinc*, inquit (ab excidio Ilii) *ad Olympiadem Primam, anni paulò plùs*

e) De Die Nat. c. 21.

plus 400; *quos solos, quamvis Mythici temporis postremos, tamen quia à memoriâ scriptorum proximos, quidam certiùs definire voluerunt. Et quidem Sosibius scripsit esse* 395: *Eratosthenes autem* 407: *Timæus* 417: *Aretes* 414: *& præterea multi diversè; quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat.* Eusebius numerat a) annos 406: b) Solinus 408: c) Velleius Paterculus 415: Dicæarchus, uti d) docuimus, 436. Alii aliter.

a) Num. 1240. b) Solin. c. 2. c) L. 1. p. 9. d) supr. p. 249.

Ipse Censorinus intervallum hoc ad *tempus Mythicum* refert, quod *non planè quidem scitur.*

Neque mirum est in re tam incertâ tam diversas esse auctorum sententias. Aliter fieri non potuit, e) διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειλῆφέναι περὶ τούτων πιστευόμενον, *quia nullus fumi poterat terminus fixus, cui fidenter inhærendum:* Quod quidem de priore intervallo dictum, huic etiam non minùs competit: Diodorus f) *à bello Trojano statuit annos* 80 *ad Reditum Heraclidarum; inde annos* 328 *ad Primam Olympiadem.* Ille autem in calculis suis g) *Apollodorum secutus est*; & Apollodorus Eratosthenem. Ista Eratosthenis chronologia omnium receptissima est. Itaque ne illam immeritò rejecisse videamur, videndum quàm tenui tibicine fulta sit.

e) Diod. Sic. præf. p. 4. a. f) Ibid. g) Ibid.

h) *Eratosthenes & Apollodorus* (& Diodorus) *ex regum Lacedæmoniorum successione supputârunt tempora*; post reditum scilicet Heraclidarum. Ante Eratosthenem, i) Ephorus ab eorum Reditu historiam Universalem exorsus est: verùm cùm ille res distribuerit k) κατὰ γένος, neglexisse tempora videri potest. Primus igitur Eratosthenes Lacedæmoniorum reges ad chronologiam adhibuit: non quòd eorum tempora essent exploratissima; sed quòd nihil haberet certius.

h) Plutarch. initio vitæ Lycurgi. i) Diod Sic. L. 4. initio. k) Polyb. p. 379. b.

Sanè non est sine controversiâ tempus τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου, & initium istius Regni. Neque satis constat de Primo rege. Herodotus testatur l) *Aristodemum regnâsse*: cujus tamen nulla est ratio in vulgari chronologiâ; quæ idcirco καὶ ἐλάττωσιν peccare videtur.

l) L. 6. c. 52.

Porrò, cùm duæ essent regum Lacedæmoniorum successiones, una *Euristhenidarum*, altera *Proclidarum*: ex utrâ regum serie colligenda sunt tempora? Supputentur m) τρεῖς γενεαὶ *pro centum annis*, (ut eorum mos est qui Chronologiam ex Genealogiâ

m) Herodot. l. 2. c. 142.

 confici-

a)Euf. Chron. ficiunt.) Prima Olympias incidit in annum a) *Alcamenis* 37; in
b)Clem. Alex. annum b) *Nicandri* 34. Hic verò suæ familiæ rex est octavus;
p. 327. ille suæ Nonus. Adeo incerta est hujusmodi computatio!

Hæc cùm ita se habeant, ne mihi vitio detur, quòd *Marmoris* auctoritatem conjecturis *Eratosthenis* prætulerim. Sed nec ipse edicere queo quâ ratione consurgat Marmoris numerus: penès auctorem sit calculi fides. Nec quidem in Marmore ullius Olympiadis mentio occurrit; neque occurrere potuit, quia exaratum est Marmor antequàm Olympiaca temporum supputatio in Græcorum chronologiam recepta fuerit; quod suo loco palam fiet. Cùm verò *Prima Olympias*, consensu Chronologorum, competat anno Per. Jul. 3938, qui est annus æræ Atticæ 807, & *Troja capta* sit anno æræ Atticæ 374, qui est Per. Jul. 3505, satis constat de terminorum distantiâ annorumque differentiâ.

Lydorum Regnum.

c)Str b.l.10. p.473.d. TRoadis c) regio, post eversam urbem, à vicinis Phrygibus occupata, etiam *Phrygia* dicta est. d) Τὰ Φρύγια καὶ τὰ Λύδια
d) Ib.l.13. p.628.d. δυσδιάκριτα, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα, *Phrygiæ & Lydiæ partes, inter se concurrentes, discerni nequeunt.* Unde e) *Poetæ, maximè*
e) Ib.l.14. p.665.c. *Tragici, & Troas, & Mysos, & Lydos appellant Phrygas.*

Fuit autem vetustissimum *Lydorum* regnum. Quamdiu imperârint *Atyadæ*, non liquet. Paulò ante bellum Trojanum translatum est regnum illud ad *Heraclidas.*
f)Herodot. l.1.c.7. f) *Lydi, qui antea Mæones dicti sunt, nomen habuerunt à Lydo Atyis filio, cujus posteri regnârunt. Heraclidarum primus fuit Argon, Alcæi filius, Herculis nepos ex Jardanâ ancillâ. Hi ab Atyadis educati, ex oraculo regnum adepti sunt; idque per 505 annos tenuerunt, filio succedente patri per 22 generationes, usque ad Candaulem Myrsi filium, quem Græci Myrsilum vocant.*

g)Chron. nu. 1239. & deinceps. Horum regum quatuor posteriores ab Eusebio g) recitantur: XVIII priores ab illo omissi sunt; quòd eorum tempora mensuram Primæ Olympiadis excederent: ita perierunt eorum nomina: De reliquis, ad Sec. XVIII.

Post *Candaulem* regnârunt *Mermnadæ* annos 170, usque ad *Crœsum* captum, anno primo Olympiadis 58, qui est Nabonassari

200.

200. Desiit itaque Candaules an. Nabon. 30, qui est Per. Jul. 3996. Deme annos 505: habes annum Per. Jul. 3491, quo regnare cœperunt Heraclidæ. Expeditio in Trojam facta est anno 3496. a) *Lydi ajunt Asiam appellatam ab Asio, filio Cotyis, filii Manei; à quo Sardibus tribum quandam Asiadem vocatam esse.* b) *Sardes* autem *Lydorum regia, rebus Trojanis recentior.* a)Herodot. l.4.c.45. b)Strab. l. 13. p. 625. d.

Orestes, Teucer, alii.

HOrum meminit Marmor: sed & aliorum fortunæ memoratu dignæ sunt. *Menestheus* Athenarum rex, in Græciam rediens, diem obiit in Melo insulâ.

Agamemnon, domum reversus,

c) *Conjugis infandæ prima intra limina dextrâ*
Oppetiit ——— c)Virgil. Æn. l.11.

Orestes, paternæ necis ultor, *Clytæmnestram* matrem, *Ægisthum* adulterum Thyestæ filium, eorùmque filiam (*Helenam*, à d) Ptolemæo Hephæstionis dictam) trucidavit. e) Tertio post Trojam captam anno, f) *Judicium in Areopago constitutum est Oresti de cæde matris: & extat ibi Ara* Ἀθηνᾶς Ἀρείας *Minervæ Martiæ, quam Orestes jam absolutus dedicavit.* Minerva, calculo suo æqualibus Areopagitarum suffragiis adjecto, Orestem absolvisse dicitur ipsa, apud *Æschylum*, d)Photii Bibl. cod. 190. p.479.d. e)Marmor. f)Pausan. Att. p. 52.

g) Ψῆφον δ᾽ Ὀρέστῃ τήνδ᾽ ἐγὼ προσθήσομαι,
Ego Oresti suffragium adjiciam. g) Eumenid. vers.743.

Mox, Νικᾷ δ᾽ Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ, 749.
Vincit Orestes, si quidem suffragia judicata sint æqualia.

Hesychius Ἴσαι ψῆφοι. Ἀπολύονται οἱ διωκόμενοι ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἴσων γενομένων ψήφων, *Pari judicum sententiâ*, sive ἰσοψηφία, *reus absolvitur.* Neque tantùm judicatus est Orestes, sed apud Trœzenios etiam expiatus. Ibi ostendebatur h) *Orestis* σκηνὴ *tentorium: prius enim quàm à materno sanguine expiaretur, nemo Trœzeniorum illum tecto recipere voluit. Expiârunt illum Trœzeniorum IX viri. Defossis piaculis, enata est* i) *laurus, quæ adhuc* h)Pausan.Corinth.l.2.p.144 i)supr. p.265.

a) Vell. Pater. l. 1. *viret, non longè à loco tentorii : inter alia februorum genera adhibebatur Aqua ex Hippocrene.* Oreſtis a) *factum à diis comprobatum, ſpatio vitæ & felicitate imperii, apparuit.*

b) Marm. b) Septimo poſt excidium Trojæ anno, *Teucer*, Telamonis filius, Salamine inſulâ à patre prohibitus, in *Cyprum* navigans, urbem patriæ cognominem *Salamina* condidit.

c) Horat. l. 1. Od. 7.

—— c) *Promiſit Apollo,*
Ambiguam tellure novâ Salamina futuram.

Apud Virgilium , licentiâ plùs quàm poeticâ ,

d) Æneid. l. 1.

Dido ait —— d *Teucrum memini Sidona venire*
Finibus expulſum patriis, nova regna petentem
Auxilio Beli : Genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

e) Pauſan. l. 2. p. 138. *Teucer* & *Æneas* vixerunt ſeculis aliquot ante *Didonem.* e) *Teucridarum regum ſucceſſio duravit in Cypro uſque ad Euagoram*; cujus encomium ab *Iſocrate* ſcriptum eſt, qui eâdem ætate vixit.

f) Ibid. l. 8. p. 461. g) Strab. l. 14. p. 683. h) Id. l. 16. p. 755. i) Tacit. Ann. 3. p. 98. b f) *Agapenor etiam Arcadum dux, everſo Ilio, in Cyprum delatus Paphum urbem Venerisque templum condidit.* Urbs illa g) *60 ſtadiis diſtat à veteri Papho,* quam h) *Cinyras* rex *Bybli* olim extruxerat. In Cypro *tria delubra* habuerunt jus Aſyli : i) *quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri auctor Aërias; pòſt filius ejus Amathus, Veneri Amathuſiæ, & Jovi Salaminio, Teucer (Telamonis patris irâ profugus) poſuerunt.*

k) Herod. l. 7. 491. In continente proximâ, k) *Pamphylii originem habuerunt ab iis qui cùm Amphilocho & Calchante è Trojâ disjecti ſunt.*

l) Strab. l. 3. p. 150, a. Sanè Græcorum l) *Victoria fuit Cadmeia,* ut ajunt : *Perditis eorum rebus domeſticis, & ſingulis exiguâ prædâ potitis, evenit ut non tantùm* Trojani *qui patriæ excidio ſupereſſent latrociniis ſe darent, ſed etiam Græci : illi, quòd eorum res eſſet everſa ; hi, quòd exiſtimarent*

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Celebrantur igitur peregrinationes cùm Æneæ, ac Antenoris & Henetorum : tum Diomedis, Menelai, Ulyſſis, aliorumque.

Homerus *Ulyſſis*, Virgilius *Æneæ* errores cecinit. Hic, Italiam appulſus, *Latii* regnum obtinuit : *Æneadarum* ſucceſſio duravit annos

annos 424; quam diligentissimè tradidit *Dionysius* Halicarnassensis.

Pyrrhus Achillis filius, a) *omisso in Thessaliam reditu*, ad Ephyram *Epiri* urbem consedit, istius regni author. Cæteros prætereo. a) Pausan. Att. p. 19.

Dio Chrysostomus ad Ilienses b) peroravit ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι *de Trojâ non captâ*; & Homeri fabulas ægrorum somniis comparat; in auditorum scilicet gratiam, non ex suo ipsius judicio. Alibi enim, c) Ὅμηρος, ait, καὶ μέσος καὶ ὕστατος καὶ πρῶτος, παντὶ παιδὶ καὶ ἀνδρὶ καὶ γέροντι τοσοῦτον ἀφ' αὑτοῦ διδοὺς, ὅσον ἕκαστος δύναται λαβεῖν, *Homerus & medius & ultimus & primus; omni puero & viro & seni* legendus; *tantum ex se præbens, quantum unusquisque capere potest.* b) Orat. XI. c) Περὶ ἀσκήσεως, p. 255. d.

Ad SECULUM XIII.

Pastorum reditus.

MAnetho, apud Josephum, dicit d) *Amenophim Regem, cujusdam Amenophis sacerdotis consilio, Ægyptum à leprosis & impuris hominibus purgare voluisse; illosque omnes, numero 80000, congregâsse, quos inter sacerdotes nonnullos; illisq; urbem Abarim, à Pastoribus desertam, præbuisse: illos verò rebellionem parantes Osarsyphum quendam sacerdotem Heliopolitanum ducem sibi constituisse, qui leges eis posuit consuetudinibus Ægyptiorum contrarias; legatos etiam Hierosolymam misisse, ad societatem belli vocantes Pastores, quos expulerat Tethmosis: Pastores 200000 Abarin venisse: Amenophim cum exercitu 300000 militum obviam iisse, sed, religione quadam perculsum, cum illis non congressum fuisse, sed rediisse Memphim, atque inde cum commeatu in Æthiopiam se contulisse: Regem enim Æthiopiæ per gratiam illi subjectum fuisse. Interim Pastores, cum pollutis Ægyptiis, non tantùm in urbes & vicos, sed etiam in Deos & sacerdotes Ægyptios crudeliter grassatos fuisse; & legislatorem Osarsiphum nomen mutasse, & Mosem vocatum fuisse. Tandem vero, post annos XIII, Amenophim Ramsemq; filium cum validis exercitibus ex Æthiopia revertisse, & cum impuris congressos, vicisse illos, & ad fines Syriæ persecutos esse.* d) c. Apion. p. 1052. p. 1053. p. 1054.

a) p. 1054.b. Josephus ista fusiùs narrat; & a) multis verbis narrationem
b) p. 1057.a. redarguit: Dein ex b) *Charemone* (qui sub Augusto scripsit) quædam in eandem rem de *Amenophe rege*, de *Mose* & *Leprosa plebe*, profert quæ *Manethoni* non sunt prorsus consentanea. Josephus τὴν ἀμφοῖν ψευδολογίαν exagitat: non immeritò, cùm quæ de *Mose* dicuntur, & de *Hierosolymis*, à veritate sint aliena. Quæ autem de *Pastorum Reditu in Ægyptum* à Manethone traduntur, fide quidem digna videntur.

c) supr p. 314. Usque ad hoc Seculum regnabat *Amenophis* hic, Thebanorum rex 45, qui in 18 Africani dynastiâ numeratur c) *octavus*. Eodem nomine appellantur ejusdem dynastiæ rex *tertius* atque *decimus septimus*; etiam *tertius* 19 dynastiæ. Ex homonymiâ istâ rerum confusio.

d) Sync. p. 72. & 151. Africanus (eùmque secuti Eusebius & Syncellus) *Amenophim* hunc, de quo agimus, d) *Memnonem & Lapidem Loquentem* fuisse ajunt. Id autem ad posteriorem in 19 dynastiâ *Amenophim* pertinere suo loco constabit.

Josephus è contrario ad postremum illum *Amenophim* refert *Pastorum reditum* in Ægyptum; qui quidem hujus *Amenophis*, qui Tuthmosi successit, ætati rectiùs competit. Nam si quis res Ægypti florentissimas sub posteriore illo *Amenophe* perspiciat, eorum reditum istis temporibus nequaquam congruere judicabit.

e) supr. p. 138. De chronologiâ Josephi satis superque e) dictum est. Ille calculos à *Primo* 18 dynastiæ *rege* instituens, illos (ut turgeret numerus) ad *Amenophim ultimum* producit, ad hunc modum: f) *A Tethmosi ad Sethosim an.* 393 (adjectis 60 g) *Sethoseos* annis;) *regnavit Sethosis an.* 59, *& Rampses* 66. Ita, *Sethoseos* annis dupliciter numeratis, conficitur numerus annorum 518. Hinc Josephus, ut Manethonem, ex semetipso *contraria scribere* argueret, duas ejus malè consonas sententias profert: Alteram, quâ *Pastores*, id est, *Israelitas*, à *Tethmose* ejectos; Alteram, quâ dicat illos, *post annos* 518, ab *Amenophe*, unà cum leprosâ Ægyptiorum multitudine, pulsos esse. Sententia prior de *Pastoribus Ebrâis* non est Manethonis, sed ipsius Josephi; quod satis h) probatum est. Posterior, forsan Manethonis; in quâ tamen refellendâ, Josephus non tam Manethonem, quàm seipsum coarguit.

f) c. Apion. p. 1052.c.
g) supr. p. 138.
h) supr. p. 103.

Ameno-

Amenophis hic a) ἐπεθύμησε τοὺς θεοὺς ἰδεῖν, *concupivit videre Deos.* Quid hoc sit b) non facilè intelligit Josephus. De θεοπτίᾳ autem c) antea dictum est. *Amenophi* desiderium illud incussit exemplum *Ori regis.*

a) Joseph. c. Ap. p. 1052.
b) Ib. p. 1054. c.
c) supr. p. 52.

Or iste Eusebio *Pastor* habetur. Nam sub *Acherre*, inquit, d) *In Ægypto regnavit Telegonus Oris Pastoris filius.* Et paulò pòst, e) *Epaphus filius Ionis* f) (Ἰοῦς τῆς δευτέρας) *Memphim condidit, quum in Ægypto regnaret.* Ex Græcorum quidem mythologiâ Reges isti ortum habent. Antea dixerat, g) *Io Jasi filiæ Jupiter mixtus est: quâ in bovem versâ, Bosphorus appellatus est; & in Ægyptum profecta, Isis nuncupata; quæ nupta postea Telegono Epaphum genuit.* Telegonus ille Apollodoro est *filius Protei*, qui etiam in Ægypto *regnâsse* dicitur. Horum regum cognati forsan h) Ποιμένες Ἕλληνες *Africani.*

d) Num. 511.
e) Num. 525.
f) Syncell. p. 152. c.
g) Num. 481.
h) supr. p. 251.

Nos autem eorum hic meminimus, ne quis forsan illos (sub *Pastorum* nomine) *Memphi* regnâsse somniaret, cùm *Amenophis* aliique imperarent Thebis. Est enim plùs quàm verisimile totam Ægyptum hisce temporibus in Monarchiam coaluisse.

Æthiopum migratio.

SUB hoc *Amenophe*, i) *Æthiopes, ab Indo flumine consurgentes, juxta Ægyptum consederunt.* Idem Syncellus, k) Αἰθίοπες ἀπὸ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἀναστάντες πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ ᾤκησαν. Ad eorum ducem id fortasse pertinet, quod de *Amenophe in Æthiopiam fugiente* jam dixit Manetho: l) Χάριτι γὰρ αὐτῷ ὑποχείριος ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς, *Ex gratiâ rex Æthiopum ei subjectus erat.* Habemus itaque ad Orientem *Æthiopas*; ad Meridiem *Indos.* Homero, Æthiopes duplices:

i) Euf. n. 402.
k) p. 151. c.
l) Jos. c. Ap. p. 1053. c.

m) Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος,
Hi, quà Sol cadit; & quà nascitur, illi.

m) Strab. l. 2. p. 103. b.

Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἰσὶν, οἱ δ᾽ ἐν τῇ Λιβύῃ οὐδὲν διαφέροντες ἀλλήλων, *Qui in Asia sunt, & qui in Africa, à se invicem nihil differunt.*

In exercitu Xerxis duæ lustrantur *Æthiopum* gentes: Altera est n) Αἰθιόπων τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκημένων, *Æthiopum qui super Ægy-*

n) Herodot. l. 7. c. 70.

Ægyptum habitant : Οἱ δὲ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθίοπες (διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) προσετετάχατο τοῖσι Ἰνδοῖσι, διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι, φωνὴν δὲ καὶ τρίχωμα μοῦνον. Οἱ μὲν γὰρ ἀπ' ἡλίου Αἰθίοπες ἰθύτριχές εἰσι· οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης, οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων· οὗτοι δὲ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης Αἰθίοπες τὰ μὲν πλέω κατάπερ Ἰνδοὶ ἐσεσάχατο. *Æthiopes autem qui sunt ab ortu Solis (nam bifariàm militabant) cum Indis censebantur, à cæteris specie non admodum differentes, nisi voce duntaxat & capillaturâ. Æthiopes enim qui ab ortu Solis sunt, crines rectos habent : qui verò ex Libya, sunt omnium hominum crispissimi. Æthiopes hi qui ex Asia erant pleraque instar Indorum arma gestabant.* Æthiopum itaque alii ex Africâ, alii ex Asiâ : hi, illis longè vetustiores.

Nulla fuit adhuc Æthiopia ultra Ægyptum, quum Æthiopes, Indiæ populus, expeditionem hanc susceperunt. Iarchas Indus Apollonio Tyaneo, a) Ἦν τήνω, ἔφη, χρόνος, ὅτ' Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα, γένος Ἰνδικόν· Αἰθιοπία δὲ οὔπω ἦν, ἀλλ' ὑπὲρ Μερόην τε καὶ Καταδούπους ὥριστο Αἴγυπτος. *Quondam, inquit, fuit tempus, quando Æthiopes hæc loca incoluerunt, Gens Indica : nondum autem erat Æthiopia; sed Ægyptus terminabatur super Meroën & Catadupas, & tam fontes Nili quàm ostia continebat.* Dicit etiam illos, ob Gangis regis sui cædem, ab aliis Indis impuros habitos, tandem portentis patriâ ejectos fuisse.

a) Philostrat. l.3.c.6.

Horum sapientes Γυμνοὶ, vel *Gymnosophistæ*, dicti sunt. b) Apollonius, ultra *Sycaminon, sive Ægypti Æthiopiæque terminum*, profectus, ἐς τὸ τῶν Γυμνῶν φροντιστήριον venit; qui *minùs sapientes sunt quàm Indi, magis quàm Ægyptii* : quos ita allocutus est. c) Τὰ Ἰνδῶν ἐπῃνεῖτε, Ἰνδοὶ τὸ ἀρχαῖον πάλαι ὄντες· ἐπεὶ δὲ αἰδοῖ τοῦ λόγου, δι' ὃν ἐκ μηνιμάτων τῆς γῆς ἀφίκεσθε δεῦρο, ἕτεροι μᾶλλον ἐβούλεσθε δοκεῖν ἢ Αἰθίοπες οἱ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἥκοντες· πάντα ὑμῖν ἐς τοῦτο ἐδρᾶτο. ὅθεν ἐγυμνώθητε μὲν σκευῆς ὁπόση ἐκεῖθεν, ὥσπερ συναποδυόμενοι τὸ Αἰθίοπες εἶναι· θεοὺς δὲ θεραπεύειν ἐψηφίσασθε τὸν Αἰγύπτιον μᾶλλον ἢ τὸν ὑμέτερον τρόπον, &c. Sapientiam *Indorum laudatis, cùm ipsi quondam essetis Indi : sed pudore rumoris, quòd portentis terrâ illâ pulsi venistis huc, aliud quidvis videri velitis quàm Æthiopes qui ab Indis venerunt : omnia ad idem à vobis facta sunt : itaque habitum exuistis, quasi simul assumpturi esse vos Æthiopes*, non Indos : *Deos etiam colere ritu Ægyptio potiùs quàm vestro instituistis,*

b) L. 6. c. 1. c. 4.

c) L. 6. c. 6. p. 177.

ßis,&c. Paulò pòst Nilus adolescens Ægyptius Apollonio, a) σοφώτατοι μὲν (inquit) ἀνθρώπων Ἰνδοὶ, ἄποικοι δὲ Ἰνδῶν Αἰθίοπες, πατρῷζουσι δὲ ἔτι τὴν σοφίαν, *Indi hominum sapientissimi : Indorum autem coloni Æthiopes paternam retinent sapientiam.* a) Ib c. 8. p. 287.

Æthiopes igitur Meridionales origine fuerunt *Indi* : neque mirum est, veteres ad Meridiem *Indos* collocare. Virgilius de *Nilo*;

b) ——*Diversa ruens septem discurrit in ora*
Usque coloratis amnis devexus ab Indis. b) Georg. IV. vers. 292.

c) Procopius etiam scripsit, *Nilum ex India in Ægyptum fluere*. d) *India* (id est, Æthiopia) *Anastasio Principi Elephantem duosque Camelopardalos misit.* Alibi Poeta, & Libyæ gentem e) *Garamantas, & Indos* conjungit : Sunt autem illi his vicini. Herodotus f) *Boves* ὀπισθονόμους *in Garamantibus* ponit : Neque dissentit Ælianus ; g) Λιβύων δὲ ἄρα τῶν γειτνιώντων Ἰνδοῖς ὀπισθονόμων βοῶν ἀγέλας εἶναι τινὰς ἀκούω, *Audio*, ait, *in Libya Indis finitima esse armenta Boum retroversus pascentium.* Boves autem isti h) *obliquâ cervice pascuntur, quoniam pronis directa in humum cornua officiunt.* c) Ædific. l. 6. d) Marcellini Chron. an. 496. e) L. 6. v. 794. f) Herodot. l. 4 c. 183. g) De Anim. l. 16. c. 33. h) Mela l. 1. c 8. Athenæ. l. 5. p. 221.

Neque tantùm loca Ægypto vicina, sed etiam Australiores ipsius Ægypti partes, sive Thebais, à migratione hâc nomen traxisse videntur. *Eustathius*, diversa *Ægypti* nomina recitans, *Vocatur*, i) inquit, Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας· περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι· καὶ μὴν καὶ Ἀετία, ἔκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου, *Æthiopia, ab Æthiopibus qui ibi sunt ; quorum plerique Veterum meminerunt : etiam Aetia, à quodam Indo quem Aetum vocant.* i) In Dionys. p. 35.

APud Eusebium paulò pòst occurrit alia ab Oriente expeditio. k) *Chaldæi contra Phœnices dimicant*; l) Χαλδαῖοι κατὰ Φοινίκων ἐστράτευσαν. Tempus autem hujus Expeditionis omnino incertum est. k) Num. 472. l) Syncell. p. 138. c.

Si *Ægyptiorum* canonem respicias, congruit *anno quarto Acencersis*; (Manethoni Ἀκεγχέρης vocatur : & fœmina videtur; Τῆς δὲ Ῥάθωτις ἀδελφὸς, *Ejus Rhathothis frater* successor erat.) Nondum verò Ægyptiis res erat cum Syris.

Si *Assyriorum* reges adhibeas, incidit in *annum XV Spareti*, juxta Eusebium. Scaliger (qui Syncellum potiùs sequitur) conjicit

a) Animadverſ. p.28. jicit a) *in annum ultimum Lamprais XXIII Aſſyriorum regis. Ut inde*, inquit, *colligi poſſit Aſſyriorum jugum à Chaldæis multo tempore*
b) Can. Iſag. l.3. p.314. *ante initium Nabonaſſari excuſſum fuiſſe.* Alibi dicit, b) *Sub Panyâ XXIV Aſſyriorum rege Chaldæi Phœnicibus bellum intulerunt; non facturi, ſi quidem Aſſyriorum imperio ſubjecti fuiſſent.* Aſſyriorum *jugum*, non jamdudum *excuſſum*, ſed nondum gentibus impoſitum erat. De Cteſianâ eorum ſerie poſthac inquirendum.

Si ad Euſebianam *Ebræorum* chronologiam rem conferas; illa quidem Iſraelitarum Exitum ex Ægypto aliquantum antevertit. Veruntamen rationi ſatis conſonum videri poteſt, Expeditionem
c) Judic.3.8. hanc referre ad c) *Cuſanem Meſopotamiæ regem*, qui poſt mor-
d) L.5.c.3. tem Joſuæ Iſraelitas oppreſſit. Joſepho is d) *Chuſarthes rex Aſſyriorum* dicitur. Expeditioni huic non diſſimilis fuit vetuſtiſſima
e) ſupr. p.75. illa, quam e) *Amraphel rex Babyloniæ* aliique in Chanaanitas ſuſceperunt.

Regnum Ebræorum.

f) ſupr. p.307. DE *Judicibus Ebræorum*, & hujus Seculi f) *Synchroniſmo*, diſſeruimus. Cùm jam judicâſſet *Samuel* annos 16, Iſraelitæ,
g) I. Sã.8.5.20. regiminis incerti &. ἀναρχίας pertæſi, voluerunt g) *Regem ſibi*
h) Joſeph. l.6. c.4. *conſtitui, qui vindicaret eos ab hoſtibus.* Exiſtimabant enim h) οὐδὲν ἄτοπον εἶναι τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτοὺς πολιτείαν, *non eſſe abſurdum illos habere eandem Regnandi formam quam finitimi.*

De *Jure Regio* lex eſt Moſaica, ante annos 396 lata.

i) Deut.17.14 i) *Cùm ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & dixeris, Conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: Eum conſtitues quem Dominus Deus elegerit de numero fratrum tuorum: non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus.*

Verſ. 16. *Cùm fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi Equos; ne redire faciat populum in Ægyptum ad multos equos habendos: cùm Dominus præceperit vobis, ut non ampliùs per eandem viam revertamini.*

Non

Non habebit Uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus. Verſ.17.
Neque argenti & auri immenſa pondera.

Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, ſcribet ſibi duplum Legis hujus è libro qui coram ſacerdotibus Levitis: Et habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus vitæ ſuæ; ut diſcat timere Deum, & cuſtodire Legem, & exequi ſtatuta. Verſ.18,19.

Nec elevetur cor ejus in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram: ut longo tempore regnet ipſe, & filii ejus, ſuper Iſrael. Verſ.20.

Ebræi itaque regimini *Theocratico* adeò non erant obſtricti, quin illis *Regem* expetere licitum eſſet. Jam verò *Samuelem*, Spiritu divino afflatum, & de eis optimè meritum, non ſine ingratitudinis notâ deſtituunt. Lex autem illa non ad reges omnes, ſed ad Primum tantummodo pertinere videtur. *Saul* quidem, à Samuele *unctus*, XII Tribuum *ſortilegio* Rex factus eſt: illius regnum perſonale fuit. *David* etiam *unctus*, ejuſque filius *Solomon*; neuter autem ſortilegio *electus*. Exinde regnum fuit ſucceſſorium. Primo Regi remedium id fuit contra invidiam: Prudenter cautum eſt, ne ex ambitu Tribuum bellum civile regnandi causâ naſceretur. Mos eſt in populo a) *æquiſſimus* τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχάς. a) Ariſt. Polit. l.6. c. 11.

Lex vetat *multiplicare Equos, Mulieres, Argentum.* David nihilominus vim opum tantam congeſſit, ut, b) *poſt annos* 1300, *ex illius monumento tria talentorum millia ab Hyrcano pontifice prolata ſint.* Solomonis c) *Vaſa omnia erant ex auro puriſſimo: non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Solomonis.* Præterea, d) *fuerunt ei uxores ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ.* Ejus autem filius *Rehoboam octodecim* tantùm uxores habuit. e) Tot uxores Regi licitas eſſe ajunt Magiſtri. b) Joſeph. l.8. ſub fin. c) I.Reg.10.21 d) Ib. 11.3. e) ſupr. p.173.

Porrò f) *habebat Solomon quadraginta millia* (aliàs, g) *quatuor millia*) *ſtabulorum* (ſive loculos in ſtabulis) *equorum ad currus ſuos; & duodecim millia equitum.* h) *Collegit currus & equites: & fuerunt ei mille & quadringenti currus; & equitum duodecim millia.* i) *Et educebantur Equi Solomoni ex Ægypto. Et negotiatores Regis* (Ægypti) *collectionem* (ſive *vectigal*) *vectigal accipie-* f) I.Reg.4.26. g) II. Chron. 9.25.) h) I.Reg.10.26. i) Verſ.28.

cipiebant pretio. Et ascendens ex Ægypto quadriga exibat sexcentenis argenti ficlis ; *& equus , centum quinquagenis. Et sic omnes Hittheorum* (five Chananæorum) *Reges , & Reges Syriæ per eorum manus educebant.* Repetita vox *vectigal* indicat tributum gravissimum exactum ficlorum 150 in singulos equos ; five 600, in singulas quadrigas. Sicli vulgares 150 sunt argenti libræ duæ cum unciis quinque & semi. Siclus Ebræus *Sacer* est semuncia Romana : *Vulgaris*, dimidio minor,est quarta pars unciæ. Ægyptus olim equis abundabat ; quod in rebus Sesostris mox videbimus. Postquam verò Rex ille (ad incolarum commoditatem) incilia plurima per regionem deduxerat ; Ægyptus equis & curribus minùs pervia effecta est ; & deferbuit paulatim Ægyptiorum vetus equos alendi studium ; quod demum , sub exterorum Regum jugo , adeò evanuit , ut sit nulla , apud recentiores , ejus rei memoria.

a)Tit.Sanedrim,c.2. §.2.p.19. edit. Coch. b)Ib.p.168. In *Misbna* statuitur,a) *Rex neque judicat,neque judicatur : non dicit testimonium,neque in ipsum dicitur. Rab. Joseph* (in Gemarâ Babyloniâ) b) *Traditio hæc non attinet nisi ad Reges Israel : at Reges familiæ David judicant & judicantur; sicut scriptum est (O domus David,judicate manè judicium.) Atqui quomodo judicarent ipsi,nisi in jus vocari possent ?* Quàm vana sit distinctio ista inter Reges Israel & Reges Juda, quàm malè competat effatum illud Talmudicum , alterutris Veterum Regum,satis liquet ex eodem Gemaræ loco. Historiolam enim recitat de *Jannæo Rege*,se judicio Synedrii imperiosè subtrahente. c)Ib.p.169. Subjicitur; c) *Tunc natum est decretum illud : Rex nec judicat,nec judicatur.* Alexander Jannæus successit fratri Aristobulo (qui Hasmonæorum primus diadema sumpsit ;) decessit ante Christum natum an.78. d)supr.p.157. Illius temporibus,lex ista à d) *Pharisæis* lata est; quæ extra Scholas suas,nusquam invaluit. At hoc parum est: ex eorum disciplinâ,Rex etiam flagris obnoxius est. Inter *Culpas CCVII*,quæ flagra merentur,recensentur in ultimâ classe

166. *Rex qui multiplicat mulieres.*
167. *Rex qui multiplicat equos.*
168. *Rex qui multiplicat aurum & argentum.*

Deliria ista Magistrorum,intra parietes suos superbientium, tam Exemplo destituuntur,quàm Ratione.

His

His tamen Auctoribus fretus *Wil. Schickardus Tubingensis*, Cl. *Casaubonum* inscitiæ Ebraicæ insimulat; quòd, contra Baronium, a) *Synedrium de Regibus judicâsse* negâsset, vel *de jure*, vel *de facto*. Ipse extra controversiæ aleam ponit, b) *Reges, ob transgressionem legis, ordinario judicio potuisse conveniri, & ad verbera damnari. Quod,* inquit, *mihi primò legenti valde paradoxum videbatur, quia ex nostratium libellis, præjudicio longè alio fascinatus eram; sed ulteriùs inquirenti, consensu totius antiquitatis Ebrææ confirmatum fuit.* Et paulò pòst, c) *Videtis Mosaicæ Legis rigorem, quæ ne Regio quidem sceptro se submisit.* Putidulà Rabbini cujuspiam somnia, vocat *Legem Mosaicam, & consensum totius antiquitatis.* Ipse demum fateri cogitur, d) *Exempla se idonea nondum reperisse*; itaque, *se de jure loqui, non de facto.* Sed quod lepidissimum, *fustigationem Regiæ majestati, citra infamiam, infligi placet.* Nimirum ille sententiæ e) *Calvinianæ* calculum suum subjicere gestiebat. Georgio Buchanano (ejusdem sectæ viro) f) *Populus est Rege præstantior & major; eandem potestatem habens in Regem, quam Rex in singulum. Rex major singulis, minor universis; & minor ad majorem in jus vocatur.* Seditiosæ hujusmodi hæreses, quàm sint perniciosæ, nos non ita pridem plus nimio experti sumus. Verùm nubila discussit Phœbus.

a) Exercit. 13 § 5.
b) De jure Regio c. 2. p. 56.
c) Ibid. p. 60.
d) Ib. p. 62.
e) Instit. l. 4. c. 20. § 31.
f) De jure Regni apud Scotos.

Magistri, ex (g) *Scribite vobis hoc Canticum*) præceptum affirmativum eliciunt, quo quilibet Israelitarum librum Legis sibi describere tenetur; quasi dictum esset, *Scribite Legem, in quâ est hoc Canticum*: neque enim Sectiones Legis frustillatim scribendæ sunt. Si parentes exemplar ipsi reliquerint, aliud tamen sibi exarare debet. Rex, ultra id quod privatus scripsit, aliud tenetur scribere, *postquam sederit in solio regni.* Sin verò mos iste ante Josiæ tempora obtinuisset, Bono quidem Regi non opus fuisset, h) *Libro Legis in domo Domini reperto*, Legem denuo promulgâsse.

g) Deut. 31. 19
h) II. Reg. 22, 8. 23, 2.

Judæi, sub Romanis, qui, ex præpostero repetitæ libertatis studio, *Zelotæ* dicti sunt, Legis hujus verba (*Non poteris alterius gentis hominem Regem facere*) non de electione voluntariâ tantùm intelligebant, sed ad Reges etiam trahebant externos, quos jus belli ipsis imposuit; quibus parere hac lege prohibitum esse voluerunt. Zelus iste, ingens malorum fomes, tandem exitio fuit Reipublicæ Judæorum.

Saul Rex.

a) Act. Apost. 13,21. ISraelitis Deus a) *dedit Judices, usque ad Samuel Prophetam; illi exinde postulaverunt regem; & dedit illis Deus Saul, filium Cis, virum de tribu Benjamin ἔτη τεσσαράκοντα, annos quadraginta.* Neque alibi definiuntur hujus Regis anni. Eusebius autem b) *Samuelem* horum annorum participem facit.

b) Num. 90 r.

c) I. Sam, 10. 1. Samuel *tulit* c) *lenticulam olei, & effudit super caput Saulis, & deosculatus est eum, & ait, Ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in Principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt.* Unctio hæc in *Ramath*; Sortitio deinceps in *Masphâ*.

Qui singulari Divinæ providentiæ beneficio ad eximiam dignitatem provectus erat, d) *Unctus* Ebraicè vocabatur, ut *Abraham*, & *Isaac*; & Sacerdos summus, est *Sacerdos unctus*. Præcipuè verò *Uncti* nomine intelligebatur Libertatis vindex. Saul jam in regem *unctus est*, ut populum ab hostibus circumvicinis liberaret. Ita e) *Azael rex Syriæ unctus est ab Eliâ*: Et Deus f) *Cyrum unctum suum vocat*; quia illius operâ uti decreverat ad libertatem populi. *Zerobabel & Josua*, qui de Babylone populum reduxerunt, *duo filii olei* à g) Zachariâ appellantur.

d) Ps. 105. 15.
e) I. Reg. 19. 15.
f) Es. 45. 1. 4.
g) C. 4. v. 14.

Saul jam clanculùm inunctus est oleo communi, neque alio usus est Samuel, post decennium, in privatâ *Davidis* unctione. Post mensem, *Ammonitis* à Saule profligatis, conventus populi in h) *Galgalis* habitus & regnum Sauli renovatum est. LXX hic ἔχρισε vertunt, & i) Josephus, *oleum sacrum* adhibet: Πάλιν ὁ προφήτης χρίει Σαοῦλον τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, *Rursum propheta Saulem unxit oleo sacro.* Verùm neque in Ebræo, neque in vulgata est *Unctionis* vestigium.

h) I. Sam. 11. ult.
i) Lib. 6. c. 6. p. 178. e.

k) Exod. 30. 23 Moses ex quatuor aromatum speciebus confecit k) *Oleum unctionis*, quo sacra supellex, & *Sacerdotes* illinebantur. Talmudici dicunt, unguentum hoc incorruptum durâsse usque ad *Josiam* regem, & per annos circiter nongentos, tam *Pontificibus*, quàm *regibus* Davidicis inaugurandis suffecisse. Reges autem Israelis Balsamo inungi ajunt.

Rhe-

Rhemenses hodie majorem Ampullæ suæ vetustatem jactitant; à temporibus scilicet *Clodovæi* Christiani, qui regnabat anno æræ Christianæ 500: Utcunque *Henricus IV* rex Galliæ oleo, non Rhemis, sed Turonibus petito, apud Carnutes, inunctus est; & *Philippus Crassus*, an. 1109, in Aurelianensi S. Sansonis Ecclesiâ.

Apud Ebræos, sicut in Proselytismo a) unicus erat *Baptismus*, neque iterabatur in posteris; ita prosapiæ Regiæ unica sufficiebat *unctio*: neque repetebatur, nisi factione ortâ, ut nosceretur Rex verus. Sic unxerunt b) *Solomonem*, propter factionem Adoniæ: c) *Ioasum*, propter Athaliam; d) *Joachasum*, propter fratrem Jehojakim.

a) supr. 199.
b) I. Reg. 1.5.
c) II. Chron. 23. 11.
d) 36. 4.

e) *Saul erat filius unius anni in regnando, & regnabat annos duos*; id est, Anno regni secundo, recruduit bellum cum Philistæis; qui ad *Ebenezer* devicti, *non invaserant Israelitas* f) *in diebus Samuelis*: Sed g) *fuit validum bellum cum Philistæis, omnibus diebus Saulis*. Tam de Regni, quàm de Ætatis annis (*filius annorum*) intelligi potest.

e) I. Sam. 13. 1.
f) supr. p. 307.
g) I. Sam. 14. 52

h) *Saul, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversus omnes inimicos ejus; contra Moabitas & Ammonitas, Edomitas, & Reges Soba.* (Syriæ i) Sophenæ) *& quocunque se verterat, superabat: & percussit Amalekitas, & eruit Israel de manu vastatorum ejus.* Præterea * *In diebus Saulis*, Reubenitæ, cum Transamnanis, *præliati sunt contra Agaræos, & interfecerunt illos, habitaveruntque in tabernaculis eorum, ultra Galaaditidem, versus Orientem.* k) *Usque ad deportationem suam, per Teglatphulasarum regem Assyriorum.* Tempora horum bellorum non dicuntur. Bellum contra *Amalekitas* gestum est, paulò antequam l) *David à Samuele* inauguratus est; quod anno regni Saulis decimo competit. Ab eo enim tempore, censetur m) *David filius XXX. annorum*, cum succederet Sauli. Neque est Historiæ satis congruum, Davidem isto Saulis anno fuisse natum. Feruntur hujus Regis & Virtutes, & Vitia, & in utrisque Inconstantia.

h) Ib. 14. 47.
i) Plin. 5. 12, 6. 9.
* I. Chron. 5. 10, 18.
k) Ib. c. 5. v. 22, 26.
l) II. Sam. 16. 13.
m) II. Sã. 5. 4.

Νεκυομαντεία.

SAUL Pythonissam consuluit, quæ spectrum Samuelis evocavit. Justinus Martyr n) *Animas manere superstites, eo demonstrat, quòd & Samuelis animam ventriloqua Pythonissa, ita ut Saul petierat, evocavit.* Tertullianus contrà, *Absit*, o) inquit, *ut animam cujuslibet*

I. Sam. 28. 14.
n) Dialog. in Typhone, p. 333. 2.
o) De Animâ, c. 57. p. 356. 2.

bet Sancti, nedum Prophetæ, à Dæmonio credamus extractam. De hâc re variè disputant tum Veteres, tum Recentiores. Quidam (ex Ecclesiastici c.46.ult.) dicunt, *Animam Samuelis, verè ex inferis excitatam, Sauli apparuisse:* a) *Non autem arte Magicâ, sed Divinâ virtute suscitatam fuisse.* Quidni? Sanè mos consulendi Mortuos erat, apud Gentes, vetustissimus: quod ex eo satis constat, quòd inter alias Magiæ species, ab ipso Mose vetetur. b) *Non inveniatur in te, qui Ariolos sciscitetur, & observet somnia, atque Auguria; nec sit Maleficus, nec Incantator, nec qui Pythones consulat, nec Divinos, aut quærat à MORTUIS veritatem.*

a) Salian A. M 2979. §. 76. 81 84.
b) Deut. 18.10

Ars ista ab Oriente in Græciam transiit. c) *Apud Thesprotos, juxta Acherontem flumen, erat* Νεκυομαντήιον, *mortuorum oraculum. Periander rex Corinthi, eò sciscitatum misit de hospitis deposito; Melissa, ejus uxor, apparens, negavit se indicaturam, quia ipsa nuda esset & algeret: Vestes enim, cum quibus sepulta esset, sibi nihil prodesse, utpote non crematas. Periander, mulieres Corinthias convocans, earum vestes ad foveam comportatas, Melissam precando, crema-vit; tunc remissis nunciis,* τὸ εἴδωλον τὸ Μελίσσης *exposuit, ubinam depositum collocâsset.* Post annos 100 ab obitu Periandri, Æschylus d) *Darii* Regis εἴδωλον producit in Scenam. LXX. Pythonissam vertunt Ἐγγαστρίμυθον, *Ventriloquam.* Vox ea Delphorum Pythias propriè spectat.

c) Herodot. l. 5. c 92. §. 7.
d) In Persis.

David Rex.

Sublato Saule, *Isboseth filius erat quadraginta annorum, sive anni quadragesimi;* id est, quadragesimo Saulis anno successit patri. Abner, Princeps Militiæ, illum *Mahanaim* traduxit; neque præfuit ille omni Israeli. *David* enim (ante annos XXX à Samuele unctus) à tribulibus suis ad Hebronem Rex factus est. *Post septem annos & sex menses* interfecto illo; hic Tribuum omnium compos erat. Schismatis hujus (quod e) ex filiorum Josephi, Judæque æmulatione ortum habuit) indicium antehac fecerat lustratus f) divisim Saulis exercitus; & non ita multò post, inde exorta est g) *Shebæ* seditio; tandem irreparabilis fuit regni scissura.

e) supr. p. 307.
f) I. Sam. 11. 8
g) II Sam. 20. 1

Rex

Rex hic *arcem Sionis*, in Hierosolymis, expugnavit (quam *Jebusæi* supra annos 400, à tempore τῆς κληρουχίας, tenuerant) & sedem regni constituit. Palatium extruxit, aliquot ante obitum annis, auxilio fretus a) *Hiromi Regis Tyri*. Templum Deo struere proposuit, sed filio ædificandum reliquit. a) Ibid. 5. 11.

Fuit David ingeniosus, & clemens; bellum b) feliciter gessit cum *Philistæis*, *Idumæis*, *Amalekitis*, *Moabitis*, *Ammonitis*, & *Syris*. c) Hujus Regis filiiq; temporibus, regnum usq; ad *Euphratem* extendi diximus. Regnavit annos quadraginta. b) Ib. 8. 12. c) supr. p. 233.

Reges Syriæ.

APUD d) Josephum, legitur præclarum de Regibus Syriæ fragmentum *ex Nicolai Damasceni Historiarum libro quarto.* d) Antiq. l. 7. c. 6.

Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ τῶν ἐγχωρίων τις Ἄδαδος ὄνομα πλεῖον ἰσχύσας, Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας, ἔξω Φοινίκης, ἐβασίλευσε.

Longo post tempore, indigenarum quidam, nomine Adadus, cæteris potentior, Damasci & reliquæ Syriæ, præter Phœnicem, regnum obtinuit.

Πόλεμον δὲ ἐξενέγκας πρὸς Δαβίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, καὶ πολλαῖς μάχαις κριθεὶς, ὑστάτῃ τῇ παρὰ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾗ ἡττᾶτο, ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ.

Hic bello inter eum & Davidem Judæorum regem exorto, crebris præliis cum eo conflictatus, in postremo, quo apud Euphratem victus est, se regem virium & animi robore præstantissimum declaravit.

Τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο ἐκδεχομένου, ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ.

Illo defuncto, posteri ejus ad decimam usque generationem regnum obtinuerunt; quisque à patre suo nomen cum imperio accipiens, quemadmodum apud Ægyptios Ptolemæi: Postea.

Μέγιστον δὲ πάντων δυνηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην.

Ex his potentissimus, ordine tertius, instaurato bello abolere volens ignominiam avi temporibus acceptam, expeditione contra Judæos factâ, Samariam vastavit.

Adad itaque nomen Regibus Syriæ commune fuit; à Sole mutuatum: ut sunt cœlestes plerique Orientalium regum tituli. a) *Assyrii Deo Soli (quem summum maximumque venerantur) Adad nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio significat Unus.* Philo Byblius (ex Phœnicicâ Sanchuniathonis Theologiâ) apud b) Eusebium; Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν, *Adodus rex Deorum*.

a) Macrob. Saturn. l. 1. c. 23.
b) Præpar. Evang. l. 1. p. 38. c.

Rex autem hic *Damasci & reliquæ Syriæ (à Davide ad Euphratem victus)* idem est, qui in S. literis cognominatus est *Adadezer, filius Rehobi, rex Syriæ Zobææ*, qui etiam *Damascum* sub ditione tenuit. Illius enim copiæ à Davide fusæ sunt, tam quæ *ad* c) *Euphratem*, quàm quæ è provinciâ d) *Damascenâ* auxilio tardè venerunt.

c) II. Sam. 8. 3, 5.
d) I Chron. 18 3, 5.

e) Josephus vocat hunc Ἀδράζαρον, τὸν Ἀράου μὲν υἱόν, βασιλέα δὲ τῆς Σωφήνης, *Adrazarum, Arai filium*, Syriæ *Sophenæ regem*. Diversum ab eo facit f) *Adadum Damasci & Syrorum regem, in auxilium Adrazari properantem, cujus meminit Nicolaus.* Est autem irrita distinctio ista. Ante pugnam enim tam *Sophenæ*, quàm *Damasci* rex unus erat; post cladem, contigit Regni Damasceni initium.

e) Antiq. l. 7. c. 5.
f) Antiq. l. 7. c. 6.

Eodem quidem tempore, Syriæ rex alius, nomine g) *Toi* sive *Thou*, regnabat in *Hamath*, *qui misit filium suum cum muneribus ad Regem David, ut salutaret eum; congratulans, quod* Adad-ezerem *debellâsset; quippe hic illi hostis erat.* Est autem h) *Hamath, magna* illa urbs ad Orontem positá, quam Macedones posteà nuncupârunt *Antiochiam*.

g) II Sam. 8. 9.
h) supr. p. 133

Reges Damasci.

PRofligato Adad-ezeris exercitu, i) *Rezon, filius Eliodæ, à Domino suo Adad-ezere fugiebat; & congregatis hominibus, se turmæ principem efficiebat, cum quibus Damascum profectus, regnum ibi sibi posterisque constituit*; Quod *Solomoni* posteà, regibusque Israeliticis valde infestum fuit. Neque alius est k) *Hezion* ille, cujus filius *Tabremon*, nepos *Ben-adad, rex Syriæ Damascenæ*; cujus auxilium imploravit rex *Asa*, contra *Baasam*. Ut hinc sciamus, *Adadi* nomen tam *Damascenis* Regibus, quàm *Sophenis* fuisse commune. Post *Benadad*, Damasci regnavit l) Hazael. De his Regibus (ex Nicolao forsan)

i) I Reg. 11. 23.
k) Ib. 15. 18.
l) II Reg. 8. 15

Iose-

Josephus Antiq. l. 9. c. 2. p. 306. f.

Μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ Ἄδερ, καὶ Ἀζάηλος ὁ μετ' αὐτ̀ ἄρξας, ὡς θεοὶ τιμῶνται, διὰ τὰς εὐεργεσίας καὶ τ̀ ναῶν τὰς οἰκοδομίας οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν Δαμασκηνῶν πόλιν. Πομπεύουσι δ' αὐτοῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπί τε τιμῇ τ̀ βασιλέων, καὶ σεμνύνονται τὴν τούτων ἀρχαιότητα, οὐκ εἰδότες ὅτι νεώτεροί εἰσι καὶ οὐκ ἔχουσι αὐτοῖ οἱ βασιλεῖς ἔτη χίλια καὶ ἑκατόν.

Usque in præsens tam Ader, quàm Hazaelejus successor, divinis honoribus coluntur, tum ob aliam beneficentiam, tum quia templis extructis urbem Damascenorum ornatiorem reddiderint. Quotidie in honorem horum regum pompas celebrant, & eorum antiquitatem jactant; nescientes, quòd non sint admodum veteres, & nondum anni centum supra mille ab eorum ætate intercesserint.

Adeò vetusta est Orientalium Regum Ἀποθέωσις. Numinibus istis cognatus fortasse *Mars* ille *Edessenus*, cujus meminit *Julianus Augustus*: a) Ἄρης, Ἄζιζος λεγόμενος ὑπὸ τ̀ οἰκούντων τὴν Ἔδεσσαν Σύρων, Ἡλίου προπομπεύει, *Mars, Azizus dictus à Syris qui Edessam habitant, est Solis antecambulo.* Et paulò ante b) *è Phœnicum theologiâ*, ait; *Qui Edessam habitant (locum ab æterno Soli sacrum)* Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσι, *Monimum & Azizum Soli assessores faciunt: quod Iamblichus* (Juliani præceptor) *sic interpretatur; ut Monimus quidem sit Mercurius; Azizus autem Mars.* Orientalia nomina non rarò variant. a)Orat. 4. de Sole, p. 288. b)Ib. p. 281.

Qui Ebræis *Ben-Adad*, Josepho, *Ader*, Ruffino, *Adezer*, Justino *Ador* vocatur; Hic Damascenos quosdam reges inconditè recitat. c) *Post Damascum Azelus, mox Adores; & Abrahamus, & Israel Reges fuere.* Ex Nicolao, d) *Abrahami* meminimus. Huic regno finem posuit e) *Teglatphulazer, rex Assyriorum*, occiso *Rezin*, horum regum postremo. Hæc autem non sunt hujus seculi. Accersunt nos innovationes Græcæ. c)Justin. Ep. 36 d) supr. p. 75. e)II Reg. 16, 9.

Melanthus Rex.

Athenis, post *Erechthidas*, regnabat Melanthus *Messenius, Andropompi filius*; patriâ profugus. Athenienses certabant cum

Bœotis de *Celanis*, in confinio; convenit tandem inter eos, ut Du
ces duello rem transigerent. Bœotorum dux erat *Xanthius*, *Th*
a)Athenæi, l.3. p.96. *banus*; Atheniensium, rex decimus quintus, *Thymates* a) *Nothu*
qui Aphidanti fratri majori, quem occiderat, successit; sed μονομα
χίαν detrectans, abdicatur regno.

b) Frontin. Strateg. l.1. c.5. Substitutus est Melanthus; qui, b) *cùm descendisset ad p*
gnam, ut primùm cominùs stetit. Iniquè, inquit, Xanthe, & cont
pactum facis; adversus solum enim cum altero processisti; cùmque
admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset, aversum uno i
confecit.

c) Polixn. Strateg. l.1. c) Athenienses τῷ στρατηγήματι τῆς ἀπάτης νικήσαντες,
τήσιον ἑορτὴν κατεστήσαντο, ἥν γε δὴ κλήζουσιν Ἀπατούρια, *Decepti*
nis stratagemate vincentes, festum annuum instituerunt, quod voca
(*Apaturia*) *festum deceptionis.* Celebrata sunt Apaturia *mense Py*
d) Suid. Ἀπατούρ. *nepsione* d) *per tres dies; prima dicebatur* Δορπία, *cœna dies, q*
Tribules vesperi epulabantur: Secunda Ἀνάῤῥυσις, *à sacrificand*
quâ sacra faciebant Jovi τῷ Φρατρίῳ, & Minervæ; *Tertia*, Κουρεῶ
τις, *Puellaris; quòd tum pueros & puellas in Tribus adscriberent.* I
e)Herodot. l.1. c.147. Asiâ posthàc, e) *Iones Apaturia celebrabant omnes, præter Eph*
f)Idem vit. Hom. c.29. *sios & Colophonios.* Quo jure etiam f) *Samii* hoc festum
gebant.

Melanthi tempus incertum est: Nos Eusebii canonem sequu
g)Num. 896. sumus in quo g) initium ejus regni antevertit h) *Heraclidarum*
h) Num. 918. *descensum in Peloponnesum.* An satis rectè, dubito; quia Scriptor
gravissimi Melanthum ab Heraclidis Messeniâ pulsum testantur
i)L.8.p.359 a i) Strabo: Κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, καὶ τὸν τότε γενηθέντ
μερισμὸν τῆς χώρας ἦν Μέλανθος βασιλεὺς τῶν Μεσσηνίων, *Sub r*
ditum Heraclidarum, & distributionem regionis, quæ tum facta est, M
k)Strab. l.9. p.392.d. *lanthus fuit rex Messeniorum.* Alibi, k) Μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδ
κάθοδον, καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν &c. *Post Heraclidarum reditu*
& terræ partitionem, accidit ut multi (suis sedibus pulsi ab iis, & D
riensibus cum iis venientibus) migrarent in Atticam; ὧν ἦν καὶ ὁ τ
Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος, *E quibus fuit Melanthus rex Mess*
niæ; qui cùm singulari pugnâ vicisset Xanthum Bœotorum regem
ab Atheniensibus Rex ultro creatus est. Pausanias etiam dicit
l)L.2. p.117. l) Heraclidas *Nestoris posteros ex Messenia expulisse*; σὺν δὲ αὐτο
Μέλανθον τὸν Ἀνδροπόμπου, *& cum his Melanthum Andropompi fil*
um

um; qui, exuto Thymete, regnum Athenis obtinuit. His accedit Conon, apud a) Photium, qui *Melanthum ab Heraclidis Messenia, & Pylo expulsum* refert, & κτ̀ χρησμὸς, *ex oraculo, Athenas venisse; & singulari certamine Oenoen* (non Cœlenas) *Athenienfibus, sibi regnum acquisivisse.* a)Narrat. 39.

Ex horum auctoritate, aut citiùs redierunt *Heraclidæ*, aut seniùs regnavit *Melanthus.*

Heraclidarum Reditus.

Eurisftheus è Peloponneso b) Herculis filios abegit; & contra eos profectus, in Atticâ occubuit: exinde *Pelopidæ* Peloponnesum obtinuerunt. *Hyllus* Herculis filius illos invasit, sed grassante peste remigravit; & Apollinem de reditu percontatus, c) *respondit Deus,* περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι, *Tertium fructum expectandum esse.* Post *triennium* igitur congressuris in Isthmo copiis, d) *Hyllus quemlibet hostium ad singulare certamen provocavit, eâ conditione, si vinceret Hyllus, ut Heraclidæ in paterna reverterentur; sin victus esset, Heraclidæ retro cederent, neque intra annos* 100 (alii e) 50, meliùs) *in Peloponnesum redirent. Echemus Tegeatarum rex conditionem accepit, & singulari pugnâ Hyllum interemit.* Heraclidæ itaque regressi sunt *Tetrapolim Doriensium,* juxta montem Oetam, f) *ubi rex Ægimus* (non *Ægalius*) *regno ejectus, ab Hercule restitutus fuerat; & beneficii memor, Hyllum adoptaverat, qui regnum suscepit, ejusque posteri. Atque hinc Heraclidæ reditum in Peloponnesum parabant.* Cum Doriensibus enim in unum corpus coaluerunt. Unde g) *Pindarus* junctim celebrat ἀλκαστὰς Ηρακλέος ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε, *strenuos Herculis posteros Ægimiique.* Hic duos filios habuit, Dimanta, & Pamphylum: unde tres Φυλαὶ Doriensium; Δυμᾶνες, Παμφυλοι h) τ Λεῖς. Ista ante bellum Trojanum gesta sunt.

b)supr. p.302
c) Apollodor. l. 2.
d)Herodot. l.9.c.26.
e)Diod. Sic. l.4.
f)Strab. l.9. p.427.c.
g)Pyth. Od 5
h)Stephan. in Δυμᾶν.

Cleodæus Hylli filius, Herculis nepos etiam irrito conatu Peloponnesum tentavit.

Aristomachus, Cleodæi filius, Hylli nepos, i) τ̀ οἱ γενομένης μαντείας ἁμαρτὼν, δι' αὐτὸ καὶ καθόδου τ̀ εἰς Πελοπόννησον ἥμαρτεν, *cùm Oraculum sibi editum non rectè intelligeret, itidem à viâ Reditûs in Peloponnesum aberravit.* Erat autem Oraculum ejusmodi. i)Pausan. l.2.p. 98.

 a) Νίκην

a)Euf. Pr. l.5. c. 20. a) Νίκlω σοὶ φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο ςενύγρων,

Victoriam tibi ostendunt Dii per viam angustiarum humidaru

Ille itaque per Isthmum Corinthiacum aggressus Peloponnesum, pugnâ occubuit.

b)Apollodor. l. 2. c)Euf. ibid. Aristomachus tres filios reliquit, *Temenum*, *Cresphontem*, *Aris demum*; hi demum intellexerunt b) τρίτον καρπὸν, *tertium fructu* ὐ γῆς, ἀλλὰ γενεὰς, *non terræ* (sive triennium) sed generationes t significâsse: & c) ςενύγρlω, non Isthmum Corinthiacum, sed *fretum* illud esse, inter Rhium & Antirrhium, quod Ætolos dirimit à Pel ponneso. Illi igitur classem fabricati, in Ætolia (unde *Naupa* nomen) & Rhium advecti, duce *Oxylo* τριοφθάλμῳ, Peloponnesu feliciter Invaserunt.

d) Pausan. Arcad. Hinc novus rerum Peloponnesiacarum status. Solus *Arc dum* rex d) Cypselus, cùm filiam Meropen Cresphonti uxorem d disset, novâ affinitate tutus fuit. *Elis*, ejecto Elæo rege, *Oxylo* du datur, à quo descendit Iphitus, qui Olympia instituit.

Pausan. l. 4. p. 221. *Messene*, pulsis Nestoris posteris, Alcmæone & Pæonis filiis (q Athenas migrantes, Alcmæonidarum, & Pæonidarum genti nomen dederunt) & Melantho (cujus meminimus) *Cresphonti* sortitò o tigit; ab Æpyto illius filio reges Messeniorum posteà Αἰπυτίδαι c cti sunt.

Tisamenus Orestis filius, Argis & Lacedæmone regnabat; q expulso, *Lacedæmon Aristodemi* sors erat, qui geminos habuit, *E risthenem*, & *Proclem*; unde duplex apud Spartanos fuit successio R gia, quæ annos ferme nongentos duravit.

e)Pausan. l. 2. e) *Argos Temeno* cessit, cujus posteris Argivi τὸ ὄνομα τῆς βα σιλείας μόνον, *solum regni nomen* reliquerunt.

Circa idem tempus *Aletes*, unus ex Heraclidis (filius Hippot jam exulantis; quòd Carnum vatem Naupacti occiderat) regnum *Corinthi* occupavit, quod *Sisyphidæ* hactenus tenuerant. Duravit Aletis successio ultra annos 300 usque ad *Prytaneis*, & *Cypseli* tyran nidem.

f) Ibid. Ach. Qui Argos & Lacedæmonem antea incolebant, f) Ἀχαιοὶ (*Ach vi*) vocabantur: illi jam ab Heraclidis ejecti, extra Peloponnesum non abiere, sed pulsis ex Ægialio *Jonibus* XII eorum urbes occup runt

runt, quæ dein *Achaia* dictæ sunt. *Jones* autem in domicilii consortium ab Atheniensibus recepti sunt.

ERatosthenes (quem Eusebius aliique sequuntur) numerat a) *A Trojâ captâ ad Reditum Heraclidarum, annos* —— 80.
Inde ad migrationem Jonicam, annos —— 60.
Marmor Arundelianum *Heraclidarum* quidem non meminit, sed *migrationis Jonicæ* tempus posuit.

a) Clem. Alex. Strom. I. p. 336.

Epocha Marmorea.

Ἀφ' οὗ Νη..λεὺς ᾤκισ ... γ ... ..αλαηχας ... σι ... αν Ἔφεσον, Ἐρύθρας, Κλαζομένας, τ..ιων κ.. χρονον ὑπὸ Κολοφῶνα ... ιχυντα .. α ... Σαμον .... Ιωνι .... εγένετ ετ .... ΔIII Βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως τρὶς καὶ δεκατ..υς.	*Ex quo Neleus inhabitavit .... Ephesum, Erythras, Clazomenás .... Colophonem, Myunta ..... Samum ...... Panionia facta sunt, anni 783. Regnante Athenis Menestheo, XIII ejus anno.*	Æra Attica 536

Si fuisset integrum Marmor, de Migrationis tempore nullus esset dubitandi locus. Sed disparuit numeri pars prior, legitur in fine tantum ... ΔIII. Totus numerus videtur fuisse IH,HHIΔIΔΔΔIII, sive DCCLXXXIII ut sint, *ex quo Neleus Jones in Asiam duxerit usque ad Diognetum Archontem,* anni 783. Is est annus Æræ Atticæ 536, annus à captâ Trojâ 163. Deme annos 26 (quos huic intervallo interserit b) Marmor) manet annus à casu Trojæ 137. Eratosthenes putat annos 80 & 60, id est, 140. Differentia est trium annorum. Rursus, Eratosthenes hinc ad *primam Olympiadem*, numerat annos 267. Juxta Marmor, ab anno Attico 536 ad annum Atticum 807, quo contigit *Prima Olympias*, sunt anni 270. Differentia itidem est trium annorum. Eratosthenis computus, ex numeris rotundis confectus, minùs accuratus forsan habendus quàm ille Marmoris; & triennii μεταχρονισμῷ peccare videtur, non adhibitâ istorum 26 annorum ratione.

b) supr. p. 328.

Hinc elucet *Reditûs Heraclidarum* tempus. Auctore Eratosthene, Ἡρακλειδῶν κάθοδος annis 60 prior erat quàm Ἰωνικὴ ἀποικία.

Mi-

Migrârunt *Jones* anno Attico 536, demptis annis 60. *Heraclidæ* in Peloponnesum redierunt, anno Attico 476. Is annus est à Trojâ captâ 103. Detrahe annos 26 : habes annum à captâ Troja 77. Eratosthenes tres annos adjicit.

Neque dubium est, quin Eusebius, in ponendo *Melanthi* initio, 26 annorum παραχρονισμῷ peccaverit. Ille *Heraclidarum* expeditionem collocat (juxta Eratosthenem) anno 80 circiter post casum Trojæ; Melanthi autem initium anno 55. Cùm verò Melanthus esset ab *Heraclidis* Messeniâ ejectus, ille quidem ante eorum *Reditum* Athenis regnare non potuit. Regnabant itaque *Erecbthidæ* diutiùs, Melanthus seriùs, quàm statuit Eusebius : illis adjiciendi sunt anni 26, ut hic post adventum *Heraclidarum* regnare incipiat, juxta calculos Eratosthenis. Secundùm Marmoris chronologiam (de quâ disseruimus) alteri XXVI anni, insuper interserendi sunt in illud temporis spacium, quod ante *Reditum Heraclidarum* excurrit ab *excidio Trojæ*.

Hæc quidem nobis in secundas veniunt cogitationes ; neque cum Canone nostro satis conveniunt. In componendo Canone, Eusebium, quousque licuit, sequuti sumus; & recepta *regum Atheniensium* tempora retinuimus : ὑπερβολιμαίους *Marmoris* annos in posteriora Intervalli tempora (quæ *primam Olympiadem* proximè præcedunt) distulimus; secundùm hanc verò dissertationem, anni isti ad priora Intervalli tempora potiùs referendi sunt. Sed cùm incertus sit lacunæ locus, quam emendatio postulat; sit satis monuisse.

Κάρνεια.

a) Apollodor. l. 2. p. 124. Eus. Præp. l. 5. c. 20.

DUM Heraclidæ in Ætolia expeditionem parabant, a) ἐφάνη αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων καὶ ἐνθεάζων, *Carnus vates ipsis apparuit, futura prædicens, & numine afflatus : hunc* Magum *esse, & in exercitûs perniciem à Peloponnesiis emissum existimârunt. Hippotes* (Aletis pater) *cum jaculo trajecit.* b) Ob vatis cædem, pestis Doriensium exercitum invasit, & *Hippotes exulatum profugit*, καὶ Δωριεῖς ἀπὸ τούτου τὸν Ἀκαρνᾶνα μάντιν καθέστηκεν ἱλάσκεσθαι, *& ab eo tempore statuerunt Dorienses Acarnanem vatem sacris placandum esse.* Hinc c) Κάρνεια, Ἀπόλλωνος ἑορτὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις, *Carnia, festum Apolli-*

b) Pausan. l. 3. p. 184.

c) Suidas, K.

Apollinis apud Lacedæmonios: à festo Apollinem Κάρνειον nuncupabant. Religio, in expeditione orta, bellicas quasdam ceremonias retinebat. *Demetrius Scepsius,* a) *dixit, Carneorum festum apud Lacedæmonios* μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς, *imitamentum esse militaris disciplinæ.* Posteà certamen Musicum huic festo introductum est. In catalogo σταδιονίκων cum Eusebianis edito, b) *Olympias XXVI* Κάρνεια ἐτέθη πρῶτον ἐν Λακεδαίμονι κιθαρῳδῶν ἀγών. Et ex Sosimo c) Athenæus, ἐγένετο ἡ θέσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν κϛ Ὀλυμπιάδα. Quod de Citharædici agonis constituti tempore intelligendum est; ut &, ex d) *Hellanico,* illud: Τὰ Κάρνεια πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, *Terpander omnium primus vicit in Carniis.* Erat hic peregrinus: *Nam* e) *Lacedæmonii, cùm essent literarum artiumque imperiti, quando opus erat, consulebant peregrinos. Accersiverunt autem Terpandrum,* &c. Illius meminit Marmor, anno Attico 381.

a) Athenæi Deipn. l. 4. p. 141.
b) p. 217.
c) L. 14. p. 635
d) Ibid.
e) Ælian. Var. l. 12. c. 50.

Eusebius, in *Sicyoniorum* laterculo, f) *Reges Sicyonii defecerunt, post quos Sacerdotes Carnii constituti sunt.* Et Syncellus, g) Μετὰ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνείου, *Post reges suffecti sunt Sacerdotes Carnii* Apollinis. Eusebius *Castorem* auctorem laudat; & *Sacerdotibus* istis (idem cum Melantho) initium attribuit anno post *casum Trojæ* 55; ante *Heraclidarum Reditum,* 25.

f) Num. 889.
g) Sync. p. 79.

Jamdudum totam *Sicyoniorum regum* seriem suspectam habeo: h) Primi nimiâ vetustate peccant; medii auctoritate destituuntur; qui agmen cogunt, Ἄρχοντες ἱερεῖς τοῦ Καρνείου in dubium vocari merentur. Quid enim ad *Sicyonios,* Ἱερατεία Doriensis? Quid ad Carnum, cultus divinus, dum is adhuc in vivis erat, & Heraclidis ignotus? Quid ad Apollinem, Καρνείου nomen; cum Κάρνεια nondum essent celebrata?

h) supr. p. 15.

Codrus Rex.

Notissima est *Codri* historia, qui se pro patriâ devovit. i) Εὐανδρήσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς Φυγάδας, *Cùm Attica per exulum frequentiam, virorum copiâ floreret, Heraclidæ sibi metuentes, bellum Atticæ intulerunt: eos maximè instigantibus Corinthiis, ob vicinitatem; & Messeniis, eò quòd Codrus Melanthi filius in Atticâ tunc regnabat.* Codrus autem, k) *cùm respondisset Pythius (Quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores) depositâ veste regiâ, pastoralem*

i) Strab. l. 9. p. 393. a.
k) Vel. Paterc. l. 1.

ralem cultum induit ; immiſſuſque caſtris hoſtium, de induſtriâ rixam ciens, imprudenter interemptus eſt. Codrum cum morte æterna gloria, Athenienſes ſequuta victoria eſt. Quis eum non miretur , qui iis artibus Mortem quæſierit, quibus ab ignavis Vita quæri ſolet?

a) Ibid.
b) Strab. ib. Pauſan. l. 1. p. 73.
c) ſupr. p. 298.

a) *Peloponneſii , digredientes finibus Atticis, Megaram (mediam Corintho Atheniſque urbem) condidere* ; b) καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας, ἀντὶ Ἰώνων, ἐποίησαν, *& incolas, ex Ionibus, fecerunt Dorienſes : aboleverunt etiam* (στήλην) *cippum , qui Iones & Peloponneſios diſtinguebat* , quem c) Theſeus pridem in Iſthmo collocaverat , cùm agrum Megaricum Attico adjunxiſſet. Adeò ut de Megarenſibus deinceps dictum ſit , οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

d) Herodot. l. 5. c. 76.

Ab eo tempore d) *Dorienſes in Atticam non ſunt profecti , uſque ad Piſiſtratidarum tyrannidem.*

Jus Aſyli.

e) Pauſan. l. 7. p. 447.

ATheníenſibus , e) *regnante Aphidante , datum eſt hoc Dodonæi Iovis oraculum.*

> Φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον βωμούς τε θυώδεις
> Εὐμενίδων, ὅτι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι
> Δουρὶ πιεζομένους· τοὺς μὴ σὺ κτεῖνε σιδήρῳ,
> Μὴ δ' ἱκέτας ἀδικεῖν. Ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.
> *Ara tibi Eumenidum fumans , & Curia Martis*
> *Sint cordi. Huc bello domiti nam forte Lacones*
> *Suppliciter triſtes venient. Ne conſice ferro ,*
> *Nec viola. Supplex ſacer eſt, & crimine purus.*

f) Ibid.

Oraculum prædixit , Lacedæmonios fore ſupplices ; edixit, ſupplices eſſe ſacroſanctos. f) *Hæc Græcis in memoriam venerunt, cùm Peloponneſii ſub Codro Athenas adorti eſſent. Tunc quidem reliquæ Peloponneſiorum copiæ, auditâ Codri morte (neque enim juxta Oraculum Delphicum victoriæ ſpes ulla erat reliqua) ex Atticâ receſſerunt. Quidam verò Lacedæmoniorum, qui intra mœnia eâ nocte delituerant , manè ubi ſe à ſuis deſtitutos , ab Athenienſibus impetitos intelligerent, in Areopagum ſe receperunt, ad aras Dearum , quæ* Σεμνὰς *vocan-*

vocantur (sive Eumenides) *& tunc quidem Athenienses illis supplicibus impunè discedendi veniam concesserunt.*

Apud Græcos vix occurrit vetustius τῆς ἀσυλίας exemplum. Lex Mosaica a) *urbes refugii* constituit; sed ob *Homicidas* tantùm ex casu, aut errore. Æschylus, ad morem sui ævi, Danai filias ἱκέτιδας in scenam producit. Fuit in b) *Calauriâ* ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν, *Asylum Neptuni, qui insulam hanc à Latonâ accepisse dicitur, pro Delo.* Delii Apollinis fanum eâ fuit religione, & eo jure sanctum, quo sunt templa, quæ asyla Græci vocant. Harum religionum, horum privilegiorum origo non satis est perspecta. c) *Samothracia* etiam *sacra erat, & augusti tota atque inviolati soli.* Sanè vetustissima fuit Samothracum religio.

a) Num. 35.
b) Strab. l. 8. 373. d. Liv. l. 35.
c) Ib. l. 35. & supr. p. 126.

Post deductas in Asiam Græcorum colonias, plurima fuerunt Asyla, tam Deorum, quàm hominum auctoritate sancita. Vendicabant d) *Samii Junonis delubro vetustum Asyli jus, decreto Amphictyonum (queis præcipuum fuit rerum omnium judicium) qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, orâ maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiquitas Æsculapii delubro.* e) Altiùs *Ephesii memorabant, Liberum patrem, bello victorem, supplicibus Amazonum, quæ aram insederant, ignovisse: auctam hinc, concessu Herculis cùm Lydia potiretur, cæremoniam templo.*

d) Tacit. Annal. l. 4. p. 111.
e) Ib. l. 3. p. 89.

Hierocæsarienses Persicam apud se Dianam, Delubrum rege Cyro dicatum, memorabant; & (alios) *qui non modò Templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Milesii, Apollinem* (Didymæum) *Darii Regis; Sardiani, Dianam* (Coloenen) *Alexandri victoris donum referebant; Smyrnæi, oraculum Apollinis cujus imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint; Tenii ejusdem carmen referebant, quo sacrare Neptuni effigiem ædemque jussi sunt.* Sed & f) *Seleucus* rex Syriæ & Asiæ in Smyrnæorum gratiam *sancivit*, τὸ τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι, καὶ τὴν πόλιν ἱερὰν καὶ ἄσυλον, *non modò templum Veneris Stratonicidis fore Asylum, sed & urbem* Smyrnæorum *sacram & inviolabilem.*

Ibid.

f) Marm. Arund. II. p. 23.

Hæc *Regum, qui ante vim Romanam valuerunt, Decreta.* g) *Magnetes L. Scipionis, & L. Sylæ constitutis nitebantur, uti Dianæ Leucophryenæ perfugium inviolabile foret. Aphrodisienses & Stratonicenses* (*Dictatoris Cæsaris, & D. Augusti decreto*) *illi Veneris, hi Jovis*

g) Tacit. Annal. l. 3. p. 98.

 (Chry-

(Chrysaori) & (Hecates, sive) *Triviæ* (in Laginis) *religionem tuebantur.* SubTiberio, in Asiâ a) *crebrescebat Græcas per urbes licentia atque impunitas Asyla statuendi. Complebantur templa pessimis servitiorum; eodem subsidio obærati adversùm creditores; suspectique capitalium criminum receptabantur: nec ullum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut cæremonias Deûm, protegentis.* Itaque b) *facta Senatus-consulta, quîs multo cum honore, modus tamen præscribebatur*; Nec satis considerate Suetonius, de Tiberio, c) *Abolevit & jus moremque Asylorum, quæ usquam erant.*

a) Ib. p. 97.
b) Ib. p. 99.
c) Tiber. c. 37.

Renascente dein Asylorum licentiâ, Græcæ per Asiam urbes, sub Imp. Antonino, in judicium iterum vocatæ sunt; & inter alias, d) *ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ Σμύρνῃ ναῶν καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων, de Smyrnæorum fanis & eorum juribus* disceptatum est. Ambitiosa quidem fuit Provincialium superstitio; non tantùm ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ (*Primatûs*) ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ; sed etiam ΝΕΩΚΟΡΩΝ, τῆς ΙΕΡΑΣ καὶ ΑΣΥΛΟΥ, titulis gaudebant. Quod ex Provincialibus in Oriente numismatibus abunde constat. De quâ re amplus patet disserendi campus, modò non esset alieni temporis. Profligatis demum ab *Aureliano* Aug. *Monetariis*, defierunt ejusmodi testimonia; & Moneta *Sacra*, atque res fisci, esse cœpit.

d) Philost. in vitâ Polemonis.

A templis Gentium in Ecclesiam Christianam transiit Asylorum privilegium. Lex est *Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodosii.* e) *Qui confugientem ad sanctam Ecclesiam suâ auctoritate abstraxerit, verberatus & tonsus deportator.* Honorius & Theodosius A.A. sanciverunt, illum f) *Majestatis crimine esse retinendum.* Apud nos demum, sub Rege Henrico VIII, lege latâ sublatum est jus Asyli.

e) Cod. Justin. l. 9. tit. 29.
f) Ib. l. 1. t. 12.

Medontidæ.

POST mortem Codri, g) *ejus filii seniores Medon & Nileus de regno dissidebant. Negabat Nileus, se posse ferre regnum Medontis, qui pede altero claudicabat.* Δόξαν δὲ σφίσιν ἀνενεγκεῖν ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, *Placuit illis disceptationis arbitrium Oraculo Delphico permittere:* δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τὴν Ἀθηναίων, *Pythia Medonti dedit Atheniensium Regnum.* Tamen utcunque esset, ad has Apollinis sortes referendum puto id quod habet h) Scholia-

g) Pausan. l. 7. p. 398.
h) Ad Nubes, initio p. 122.

liastes ad Aristophanis (ὦ Ζεῦ βασιλεῦ.) Τοῖς Ἀθηναίοις πυθοχρήστως ἐγένετο καταλῦσαι μὲν τὰς βασιλείας, προςήσασθαι δὲ Δία βασιλέα, *Oraculum Apollinis in causâ fuit, cur Athenienses Reges suos exigerent; & Jovem Regem constituerent.*

Moses pridem a) θεοκρατίαν declaravit Ebræorum Rempublicam; ne sibi potestas Regia deferretur: Athenienses autem Διοκρατίαν suam ab Apolline retulerunt; ut *Regis* nomen *Jovi* cederet; neque tam titulus, quàm potestas Regia imminueretur. b) *Melanthi posteri, Medontidæ dicti sunt; quibus* κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφείλοντο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺ, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέστησεν ἐς ἀρχὴν ὑπεύθυνον, *Populus imperii potestatem imminuit, & pro Regno constituit Magistratum, rerum gestarum rationi reddendæ obnoxium.* Ipse *Medon primus Archon Athenis* est Velleio; & Syncello, c) οὐκ ἔτι βασιλεῖς, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσαντο, *Non ulteriùs Reges, sed Archontes Perpetui Atheniensibus præficiebantur.* Neque tamen desitum est *Regis* nomen. Sequitur enim, ΙΗ ἐβασίλευσεν Μέδων, 18 *regnavit Medon, Magistratuum perpetuorum primus.* Et Eusebii interpres, d) *Post Codrum, Principes, quos Mors finiebat quorum primus Medon Regnum in finem vitæ obtinuit Athenis; & post eum cæteri Reges.* Et in Marmore, Medontidæ βασιλεύοντες citantur, usque ad *Æschylum.* Syncellus, e) Μετὰ Ἀλκμαίωνα τὸν λ' βασιλέα Ἀθηναίων κατεστάθησαν ἄρχοντες δεκαετεῖς ζ, *Post Alcmæonem trigesimum Atheniensium Regem* (τῶν διὰ βίου postremum) *constituti sunt Archontes Decennales septem.* Suidæ f) Hippomanes (is est δεκαετὴς quartus) dicitur τῶν Κοδριδῶν τοῦ γένους & τελευταῖος βασιλείας. Et Eusebius, post *Eryxiam* (eorum postremum) g) *Annui principes* (ἄρχοντες) *constituti sunt, cessantibus Regibus.* Ita ut οἱ δεκαετεῖς etiam *regnare* dicantur, sed minùs propriè. *Nileus* autem cùm regnare non potuerit, domi manere noluit; sed Ionibus migrationis auctor fuit.

a) supr. p. 226.
b) Pausan. l. 4. p. 226.
c) p. 178. c.
d) Chron. Num. 947.
e) p. 211. d.
f) In Ἱππομένης.
g) Chron. n. 1333.

Græcorum Coloniæ.

h) VEtustissima Græcorum Colonia fuit illa, quam Iolaus Thebanus, filius fratris Herculis, ex Atheniensibus & Thespiensibus, deduxit in Sardiniam.

h) Pausan. l. 7. p. 398.

Deinde ætate unâ ante Jonicam, Theras Thebanus, Autesionis filius, Lacedæmonios & Minyas, quos Pelasgus è Lemno ejecit, duxit in Insulam, quæ ab eo nunc Thera, antea Calliste vocabatur.

Celeberrimæ autem sunt, quæ in Asiam à tribus Græcorum gentibus deductæ sunt; sunt illæ Dores, Æoles, Jones.

a) Euf. n. 440. Vetustissimis temporibus, a) *Phorbas Argivorum rex Rhodum obtinuisse dicitur; & Triopas ejus filius, in Cariam trajiciens, promon-*
Diod. Sic. l. 5. *torium occupavit, quod ab eo Triopium vocatur.* Postea *Tlepolemus*
p. 227. *Argivus, occiso Licymnio,*

b) Iliad. β. b) Εἰς Ῥόδον ἷξεν ἀλώμϑυ☉ ἄλγεα πάχων
v. 674. Τρίχθα ᾗ ᾤκηθεν κτ. φυλαδόν——
Rhodum venit errans, ærumnas patiens;
trifariam autem habitârunt per tribus.

Urbes istas paulò antè nominat:

c) Ib. v. 653. c) Λίνδον Ἰήλυσσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον
Lindum, Ialyssumque & albicantem Camirum.

d) Diod. l. 4. d) *Insulam tunc temporis inhabitabant Græci à Triope deducti, qui, ob*
p. 182. *Herculis patris gloriam, regnum illi deferebant.* e) *Militabat hic dein*
e) supr. p. 327. *contra Trojam.*

f) Strab. l. 14. Tandem f) *Dorienses, qui post mortem Codri, Megara condide-*
p. 653. b. *runt, partim ibi manserunt, partim cum Althæmane Argivo in Cretam migrarunt, partim in dictas Rhodi urbes, in Halicarnassum, Cnidum, & Coum dispersi sunt. Hæc autem Homericis sunt recentiora: Cnidus quidem & Halicarnassus, ὐδὲ ἦν πω, nondum erant,* temporibus Trojanis.

g) Herodot. g) *Hæc erat Doriensium Ἑξάπολις, Hi finitimos Dorienses ad*
l. 1. c. 144. *Templum Triopium non admittebant. In certamine Apollinis Triopii Tripodes ærei victoribus constituebantur; quos non è templo efferre, sed Deo sacrare oportebat. Agasicles Halicarnasseus victor hanc legem violavit, & tripodem domum ferens, ad clavum suspendit. Eam ob causam civitates quinque Lindus, Jalyssus, Camirus, Coos & Cnidus ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς τὴν ἕκτην πόλιν Ἁλικαρνησσὸν, sextam civitatem Halicarnassum à Sacrorum participatione removerunt.* Ita Πεντάπολις fit, quæ priùs Ἑξάπολις. Neque multò post Τρίπολις forsan
h) Strab. l. 14. h) τῆς Ῥοδίων πόλεως συνῳκισμένης, *cùm Rhodiorum urbes essent*
p. 635. c.

in

in unam contracta. a) Πρότερον μὲν γὰρ καθ' αὑτοὺς ἐπολιτεύοντο οἱ Λίνδιοι καθάπερ καὶ Καμειρεῖς, καὶ Ἰαλύσιοι μετὰ ταῦτα δὲ συνῆλθον ἅπαντες εἰς τὴν Ῥόδον, *Primum Lindii Rempublicam suam habuerunt, ut & Camirenses, & Ialysii; postea autem omnes in Rhodum urbem coiverunt;* quæ b) *extructa est* κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ, *tempore belli Peloponnesiaci,* id est, ætate Herodoti. a)Ib. p.655. a. b)Strab. l.14. p.654. b.

Migratio Æolica.

GENS Æolica fuit latè diffusa. c) *Græci omnes extra Isthmum (exceptis Atheniensibus, Megarensibus & DoriensibusParnassi accolis)* Æolenses *dicti sunt.* d) *Migrationem Æolicam ajunt esse quatuor ætatibus priorem Ionicâ.* Illa autem non erat unius ætatis. *Profectionis auctor Orestes:* ejus socium *Pisandrum Thebanum* laudat e) Pindarus; sed hi nihil perfecerunt. f) *Penthilus Orestis filius progressus est in Thraciam, annis 60 post excidium Trojæ* (inde Lesbum occupavit) *sub adventum Heraclidarum in Peloponnesum. Eodem tempore, quo Penthilus, etiam Cleua & Malaus* (ipsi quoque de stirpe Agamemnonis) *copias compararunt; & cùm multum temporis apud* Φρίκιον *Locridis montem traxissent, in Asiam trajecerunt, & Cumam condiderunt, quæ ab eo monte* Φρικωνὶς *nominatur.* g) *Archelaus* (potiùs Echelatus) *Penthili filius, coloniam duxit in Cyzicenam, circa Dascylium; Grais usque ad Granicum fluvium progressus est.* h) *Graidi, Echelati filio, Penthili nepoti, Orestis pronepoti, coloniam ducenti, Lacedæmonii, regnante Agide, auxilio fuerunt cum classe. Hic regionem inter Ioniam & Mysos (quæ Æolis vocatur) occupavit, cùm ejus avus Penthilus multò antè Lesbum insulam cepisset.* c)Strab. l.8. p.333. b. d)Id.l.13. p.582. b. e)Nem.Od.11 vide. f)Strab. l.8. p.333. g)Strab. ib. h)Pausan. l. 3. p. 160.

i) *Æolicarum urbium maxima est & præstantissima Cuma. Illa & Lesbus quasi Metropoles sunt reliquarum, quæ numero ferè XXX fuerunt; earum non paucæ interierunt.* Herodoti ætate, recensebantur k) *Cumæ (quæ Phryconis vocatur) Larissa,* Νέον τεῖχος *(Novus murus) Tenus* (quæ *Temnus* est Straboni, Plinio, & Nummis) *Cilla, Notium, Ægiroessa, Pitane, Ægææ, Myrina, Grynia. Hæ XI priscæ Æolum urbes. Una enim Smyrna ab Ionibus dirempta fuit. Nam & hæ* (sicut Ionicæ) *erant in Continente XII numero, & terram habebant Ionibus præstantiorem, sed non similem cœli temperiem.* l) *Smyrnam* i)Strab. l.13. p.622. k)Herodot. l.1.c.149. l)Ib.c.150.

nam verò hac occasione amiserunt Æoles. Colophonios per seditionem ejectos receperant; qui postea, Smyrnæis Bacchi sacra extra urbem celebrantibus, urbem, occlusis portis, occupârunt. Succurrentibus Æolibus universis; pactum est, ut Iones bona mobilia redderent; Æoles Smyrnâ cederent. Smyrnæos XI illæ urbes inter se distribuerunt,
a) Ib c. 151. *suos quæque constituens cives.* a) *Præter has, in Continente, aliæ fue-*
b) supr. p. 256. *runt in Idâ urbes (Cebrenidis* b) meminimus) *& Insulares quinque in Lesbo; Sextam,* Arisbam, *Methymnæi sibi subjecerant, tanquam consanguineos. In Tenedo, una erat urbs; altera in insulis* Ἑκατὸν *Centum vocatis.*

Migrationis hujus chronologiam Herodotus sic statuit de
c) In fine, p. 573. c) Homeri vitâ agens.

Ἀπὸ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, τὴν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον ἐοῦσα ἄπολις.

Post expeditionem contra Trojam (quam fecerunt Agamemnon & Menelaus) annis CXXX Lesbus oppidatim habitari cœpit, antea urbem non habuit.

Μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολιῶτις, καὶ Φρικωνὶς καλεομένη ᾠκίσθη.

Post Lesbum habitatam, annis XX Cuma, quæ Æolica & Phrycotis vocata, habitata fuit.

Μετὰ δὲ Κύμην ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη. καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος.

Post Cumam, annis XVIII Smyrna à Cumanis condita est. Atque eo tempore natus est Homerus.

Τῶν δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ.

Ita Homerus fuit annis CLXVIII post bellum Trojanum.

Homeri ætatem Marmor posthac indicabit; est enim ille longè recentior. Juxta hos calculos, *Penthilus* in *Lesbum* trajecit, anno post casum Trojæ 120; & anno 140, *Cleua* & *Malæus* condidere *Cumam.*

d) supr. p. 351. Eratosthenes d) eundem annorum numerum supputat ad *Migrationem Ionicam.* Itaque κτίσις Κύμης atque Ἰωνικὴ ἀποικία, vel in eundem annum incidunt, vel de *excidii Trojani Epochâ*

inter

inter Auctores non convenit. De sententiarum in eâ re discrepantiâ, satis a) dictum est; neque de Herodoti, constat. Cùm verò Migratio *Ionica* sit *Æolicâ* serior (quod ex dictis liquet) Herodotus ad Marmoris potiùs, quàm ad Eratosthenis rationes accedere videtur. Quidam tamen intervallum illud imminuunt. *Philostratus* b) ὡς μὲν, ait, Φασὶν ἔνιοι, μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ὅτε τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Ἰωνίαν ἔστειλαν. *Alii numerant post res Trojanas annos 124, alii annos 127, cùm Athenienses Coloniam in Ioniam deducerent.* Hinc Velleius expeditionem Æolicam & priorem facit Ionicâ, & posteriorem: De Æolicâ, *exclusi,* inquit, *ab Heraclidis Orestis liberi, jactati variis casibus, quinto decimo anno sedem cepere Lesbum insulam.* Post plurima, de Ionicâ; *Subsequente tempore, Iones profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum,* &c. Rursus de Æolicâ, subjungit; *Et mox Æolii eâdem profecti Graciâ, longissimisque acti erroribus, non minùs illustres obtinuerunt locos, clarasque urbes condiderunt, Smyrnam,* &c. Longa fuit Æolicæ expeditionis molitio; nec nisi ab Orestis pronepote tandem perfecta. Strabo τέτταρας γενεὰς putat ad profectionem *Ionicam,* cui *Grais* æqualis fuisse videtur.

a) supr. p. 351.

b) In Euphorbo, p. 712.

Migratio Ionica.

De Neleo duce; de profectionis causâ; & de ejusdem chronologiâ verba fecimus. Coloniarum nomina in Marmore mutila sunt: evanuerunt Miletus, Priene, Lebedus, Teos, Phocæa, Chius. XII enim sunt civitates Ionicæ; c) *quæ non eâdem linguâ utuntur: in Lydia autem, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, linguâ inter se conveniunt, à prioribus discrepant: Erythræ in continente, & Insula Chios eandem habent loquendi formam: Samos autem insula, peculiarem. Ita quatuor sunt linguarum proprietates. XII hæ civitates Ionum nomine gloriabantur, & fanum construxerunt de suo nomine Panionium, ad quod Iones alii non admittebantur, exceptis Smyrnæis: In Mycale promontorio situm erat, & Neptuno Heliconio dicatum, ibi coëuntes Iones festum celebrabant, Panionia, dictum.* Nomen id, ni fallor, in Marmore.

c) Herodot. l. 1. p. 142.

 Quid

Marm. Quid autem hoc; Βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως τρεισκαιδεκάτου ἔτους; *Regnante Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno?*
a)supr.p.325 Ipsissima quidem sunt verba, quæ priùs ad a) *belli Trojani Epocham* exarata sunt; neque tempus aliud designare videtur; procul dubio ad *migrationem Ionicam* referri non possunt.

b)Pausan.l.7. p. 400. Inter urbes Ionicas, nonnullæ, ante adventum Ionum, à Græcis hominibus habitatæ fuerunt. b) *Colophonem tenuerunt Cares, cùm Cretenses, Græcorum primi, duce Rhacio, magnam regionis partem occuparent. Mopsus Rhacii filius ex Mantoe, Tiresiæ Thebani filia (quam, cùm esset captiva, Oraculum in Asiam miserat) Caras è regione penitus ejecit. Iones* (jam appulsi) *fœdus inierunt cum Græcis, qui in Colophone habitabant, & συνεπολιτεύοντο, οὐδὲν ἔχοντες πλέον, & cum illis civitate fruebantur pari jure.* Neque aliter ante
c) Ib.p.401. Ionum migrationem, c) *Teon coloniam deduxêre Orchomenii Minyæ, duce Athamante. Hic etiam Cares Græcis permisti fuerunt, cùm*
d)Pausan.l.7. p. 401. *Iones illuc in coloniam deducerentur.* d) *Erythræi origines suas è*
* supr. p. 332. *Cretâ deducunt, & à Pamphyliis, qui genere * Græci fuerunt. Cnopus Codri filius Ionas ἐπεσήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους cum Erythræis habitare facit.*

Athenienses etiam, Migrationis hujus tempore, *Ælaam* urbem maritimam (quæ postea *Pergamenorum* navale fuit) jamdudum
e)Strab. l.13. p.622. b. incoluerant. e) Ἐλαία enim Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον, *Elæa condita est à Menestheo & Atheniensibus, qui cum eo profecti sunt ad Trojam.*

Inter urbium nomina, quæ in adeso Marmore disparent, supponamus ΕΛΑΙΑΝ hanc, quam condiderunt Athenienses, *regnante*
f)Marm. supr. p.325. *Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno,* f) *quo Græci expeditionem in Trojam fecerunt.*

Ad
SECULUM XIV.

Templum Solomonis.

DAVIDI successit *Solomon* filius, non natu maximus, sed à Patre in regni consortium susceptus. Rex hic celebratur maximè ob

ob structuram Templi, atque rem Navalem; in utraque à Tyriis adjutus.

a) *Quadringentesimo & octogesimo anno Egressionis Israelitarum de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Solomonis super Israel, ædificari cœpit Domus Domino.* Hoc temporis intervallum b) computavimus: A c) Josepho, aliisque recentioribus variè augetur numerus. *Quartus regni Solomonis annus* est Per. Jul. 3706. Epocha hæc *æræ Exodi* finem imponit, & initium dat *æræ Templi*, libro proximo colligendæ. a) I Reg. 6. 1. b) supr. p. 305. c) Antiq. l. 8. c. 2.

Domus autem (quam ædificabat rex Solomon Domino) habebat LX cubitos in longitudine, & XX cubitos in latitudine, & XXX cubitos in altitudine. Et porticus erat ante Templum XX cubitorum longitudinis (juxta mensuram latitudinis templi) & habebat X cubitos latitudinis, ante faciem templi; id est, versus Orientem. v. 2. v. 3.

Templi Hierosolymitani (ut & d) Tabernaculi fœderis, templique e) Ezechielis) introitus erat ab Oriente: in Occidentali parte, nulla porta. d) Num. 3. 38. e) Ezech. 8. 16. & 11. 1.

Templum Solomonis duplo majus erat, quâm Tabernaculum Mosis. Hujus enim longitudo XXX cubitorum, latitudo X: quod ex f) *cortinarum* mensurâ g) colligitur. Templi Solomonis latitudo erat XX cubitorum; per totum. Longitudo erat LX; præter X, Porticûs: *Sanctum* h) *erat XL; & Sanctum Sanctorum XX.* Altitudo erat XXX: quod de *Sancto* intelligendum. Porticûs enim i) *altitudo CXX cubitorum erat;* Sancti Sanctorum, XX tantùm. Illius enim forma erat cubica. * *Oraculum habebat XX cubitos longitudinis; & XX latitudinis; & XX altitudinis.* Neque aliter in Ægypto, k) ὁ νεὼς πρόναον ἔχει μέγαν καὶ ἀξιόλογον, τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον. *Templi pars exterior magna est & eximia; fanum verò justæ ac quadratæ magnitudinis.* f) Exod. c. 26. g) Ribera de Templi fabr. l. 1. c. 7. h) C. 17. & 20. i) II Chron. 3. 4. * II Reg. 6. 20 k) Strab. l. 17. p. 805. c.

l) *Et sacerdotes intulerunt Arcam fœderis Domini in locum suum, in Oraculum templi, in Sanctum Sanctorum, subter alas Cherubim.* m) *In Arcâ autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel.* l) II Reg. 8. 6. m) v. 9.

Epistola ad Ebræos, de temporibus Mosis, n) *Tabernaculum (ait) factum est prius, quod dicitur Sanctum; in quo erant Candelabrum, & Mensa, & Panes propositi. Post velum secundum, Tabernaculum quod dicitur Sanctum Sanctorum; Aureum habens* θυμιατήριον n) c. 9. v. 2. 3. 4.

 thu-

thuribulum (non *altare incensi*, Exod. 30.1, id enim in tabernaculo exteriori; sed *πυρεῖον*, *batillum*, Levit. 16.12, quod Sacerdos Summus quotannis, die Expiationis, *de prunis altaris implevit* & in adytum transtulit) *& Arcam fœderis auro circumtectam*; *in quâ urna aurea habens Manna* (Exod. 16.33.) *& virga Aaronis, quæ germinavit* (Lev. 17.10.) *& Tabulæ fœderis.* *Urna* quidem & *Virga* in Solomonis templo desiderantur.

In anteriore tabernaculo, sacerdotes quotidie munia sua obibant : in adyto autem, *solus Pontifex semel in anno* (decimo die
a)Lev. 16.14. mensis Tisri) a) *vituli* & *hirci* sanguine aspergebat Propitiatorium; eodem die aliquoties intransque exiensque ; cùm sacrum illud, maximâ ex parte, peragerectur extra. Sed & aliis temporibus Pontifex ad Arcam introire solitus est. Flagrante bello Benjaminitico,
b)Judic. 20.28 b) *Israelitæ interrogârunt Dominum* (*nam Arca fœderis erat ibi*) *&*
c)I Sam. 14.18 *Phineas stabat ante eam in diebus illis.* c) *Saul dixit Ahiæ* ; *Admove huc Arcam Dei.* *Arca enim tunc erat cum Israelitis* : sed non in Tabernaculo.

Post transitum Jordanis, *Tabernaculum* cum *Arca* paulisper in *Gilgal*, diutissimè in *Shilo* sedem habuit (in tribu Ephraim.) *Arca*
d)I Sam. 7.1. verò, à Philistæis remissa, collocata est in d) *Kiriath-jearim* (in tribu Judæ) neque Tabernaculo suo fuit illa unquam restituta; sed
e)II Sam. 6.17. in arcem Sionis deducta, in novum e) *Tabernaculum*, *quod tetenf)II Chrô. 1.3. derat ei David* ; inde, in Templi adytum. Intereà f) *Tabernaculum Congregationis* (*à Mose factum in Deserto*) de Shilo translatum
g) Ibid. est ad *Gibeon* (urbem Levitarum) in tribu Benjamin : *ibi erat* g)
h)Ibid. *Altare aeneum*, in quo offerebatur juge sacrificium : ibi sacrificabat
i) Ps. 78. v. 67. ipse h) *Solomon.* Ad hunc modum, Deus i) *repulit Tabernaculum Josephi*, *neque elegit tribum Ephraim* ; *sed elegit tribum Juda*, *& montem Sion quem dilexit*; *& ædificavit Sanctuarium suum in excelsis.*

k)Exod. 25.22. Deus olim k) *locutus est ad Mosem, supra Propitiatorium, &*
l)Num. 7. ult. *de medio duorum Cherubim* , *qui erant super Arcam testimonii.* l) *Cumque ingrederetur Moses Tabernaculum fœderis* , *ut consuleret Oraculum* , *audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio quod erat*
m)Judic. 1.1. *super Arcâ testimonii, inter duos Cherubim* : *unde & loquebatur ei.* m) *Post mortem Josua Israelitæ interrogârunt Dominum* aliquoties ; &
n)I Sam. 14.37 responsa ab eo tulerunt. n) *Saul consuluit Deum* ; *& non respondit*

dit ei. (David responsa accepit plurima; id autem a) cautissimum erat, quod ultimum. Solomon quidem b) *Oraculum fecit, ut poneret ibi Arcam fœderis Domini; & fecit in Oraculo duos Cherubim.* Veruntamen neque Solomon, nec quisquam successorum ejus, aut Summorum Sacerdotum illud Oraculum consuluisse, nedum Responsum inde tulisse legitur. Adeò ut Arca deinceps tam siluisse, quàm c) *quievisse* dici possit. Rabbini autem (& qui sequuntur eos) Oraculum hoc in captivitate Babylonicâ primùm desiisse contendunt.

a) II Sam. 5. 23.
b) I Reg. 6. 19. 23.
c) Ps. 132. 8. 14. & I Chron. 6. 31.

d) Anno XIV postquam hoc *Solomonis* Templum à Nebuchodonosoro destructum fuerat, *Ezechieli* prophetæ, Babylone, *anno captivitatis suæ* 25°, oblatus est ἐν ὀπτασίᾳ conspectus *Templi.* Quodnam verò sit illud templum, quod vidit Ezechiel; an quale hoc, à Solomone conditum; an quale Secundum, à reversuris Judæis condendum; an quale Tertium, e) quod in futuro Messiæ seculo expectant Judæi; non statuitur. Descriptio *Ezechielis* cum mensurâ hâc, quam recitavimus, omnino non convenit. Difficile est itaque de eodem templo utramque intelligere. Neque non diversus est f) *Josephus*, in describendo *Herodis* Templo.

d) Ezech. c. 40.
e) Perke Eliezer, c. 51. p. 142. edit. Vorst.
f) Antiq. l. 15. c. 14.

Ophir.

Subjugatis g) *Idumæis*, regnum suum *David* ad mare Rubrum usque prolatavit. *Solomon* rex h) *classem paravit in Asiongaber juxta Ailath, in littore maris Rubri, in terra Idumææ.* Urbem *Ailam* à Joramo amissam, i) *regno Juda restituit* Azarias; cujus nepoti Achazo eripuit illam Retzin rex Syriæ. Seris Romani imperii temporibus, accensebatur k) *Sub dispositione V. Spect. Ducis Palæstinæ Præfectus Legionis X Fretensis, Ailæ.* Strabo vias duas à Gazâ illuc ducentes descripsit.

g) II Sam. 8. 14.
h) I Reg. 9. 26.
i) II Chron. 26. 2.
k) Notit. Imp. §. 21.

Eupolemus, apud l) Eusebium, dixit, τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, *Davidem naves fabricâsse Ailanis, urbe Arabiæ*; Deceptus forsan; quod Rex ille gloriatur se, pro struendo templo, congessisse m) *tria millia talenta de auro Ophir.* Sed & diu ante eum, Jobus non semel n) *auri Ophir* meminit.

l) Præp. l. 9. c. 30. p. 447.
m) I Chron. 29. 4.
n) c. 22. v. 24. & 28. 16.

thuribulum (non *altare incensi*, Exod. 30.1, id enim in tabernaculo exteriori; sed *πυρεῖον*, *batillum*, Levit. 16.12, quod Sacerdos Summus quotannis, die Expiationis, *de prunis altaris implevit* & in adytum transtulit) *& Arcam fœderis auro circumtectam*; *in quâ urna aurea habens Manna* (Exod. 16.33.) *& virga Aaronis, quæ germinavit* (Lev. 17.10.) *& Tabulæ fœderis.* *Urna* quidem & *Virga* in Solomonis templo desiderantur.

In anteriore tabernaculo, sacerdotes quotidie munia sua obibant : in adyto autem, *solus Pontifex semel in anno* (decimo die mensis Tisri) a) *vituli* & *hirci* sanguine aspergebat Propitiatorium; eodem die aliquoties intransque exiensque ; cùm sacrum illud, maximâ ex parte, perageretur extra. Sed & aliis temporibus Pontifex ad Arcam introire solitus est. Flagrante bello Benjaminitico, b) *Israelitæ interrogârunt Dominum* (*nam Arca fœderis erat ibi*) *& Phineas stabat ante eam in diebus illis.* c) *Saul dixit Abiæ* ; *Admove huc Arcam Dei.* *Arca enim tunc erat cum Israelitis* : sed non in Tabernaculo.

a) Lev. 16.14.
b) Judic. 20.28
c) I. Sam. 14.18

Post transitum Jordanis, *Tabernaculum* cum *Arca* paulisper in *Gilgal*, diutissimè in *Shilo* sedem habuit (in tribu Ephraim.) *Arca* verò, à Philistæis remissa, collocata est in d) *Kiriath-jearim* (in tribu Judæ) neque Tabernaculo suo fuit illa unquam restituta; sed in arcem Sionis deducta, in novum e) *Tabernaculum, quod tetenderat ei David* ; inde, in Templi adytum. Intereà f) *Tabernaculum Congregationis* (*à Mose factum in Deserto*) de Shiló translatum est ad *Gibeon* (urbem Levitarum) in tribu Benjamin : *ibi erat* g) *Altare æneum*, in quo offerebatur juge sacrificium : ibi sacrificabat ipse h) *Solomon.* Ad hunc modum, Deus i) *repulit Tabernaculum Josephi, neque elegit tribum Ephraim* ; *sed elegit tribum Judæ, & montem Sion quem dilexit* ; *& ædificavit Sanctuarium suum in excelsis.*

d) I Sam. 7.1.
e) II Sam. 6.17.
f) II Chrõ. 1.3.
g) Ibid.
h) Ibid.
i) Ps. 78. v. 67.

Deus olim k) *locutus est ad Mosem, supra Propitiatorium, & de medio duorum Cherubim, qui erant super Arcam testimonii.* l) *Cumque ingrederetur Moses Tabernaculum fœderis, ut consuleret Oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio quod erat super Arcâ testimonii, inter duos Cherubim : unde & loquebatur ei.* m) *Post mortem Josuæ Israelitæ interrogârunt Dominum*, aliquoties ; & responsa ab eo tulerunt. n) *Saul consuluit Deum* ; *& non respondis*

k) Exod. 25.22.
l) Num. 7. ult.
m) Judic. 1.1.
n) I Sam. 14.37

dit ei. David responsa accepit plurima; id autem a) cautissimum erat, quod ultimum. Solomon quidem b) *Oraculum fecit, ut poneret ibi Arcam fœderis Domini; & fecit in Oraculo duos Cherubim.* Veruntamen neque Solomon, nec quisquam successorum ejus, aut Summorum Sacerdotum illud Oraculum consuluisse, nedum Responsum inde tulisse legitur. Adeò ut Arca deinceps tam siluisse, quàm c) *quievisse* dici possit. Rabbini autem (& qui sequuntur eos) Oraculum hoc in captivitate Babylonicâ primùm desiisse contendunt.

a) II Sam. 5. 23.
b) I Reg. 6. 19. 23.
c) Ps. 132. 8, 14. & I Chron. 6. 31.

d) Anno XIV postquam hoc *Solomonis* Templum à Nebuchodonosoro destructum fuerat, *Ezechieli* prophetæ, Babylone, *anno captivitatis suæ* 25°, oblatus est ἐν ὀπτασίᾳ conspectus *Templi*. Quodnam verò sit illud templum, quod vidit Ezechiel; an quale hoc, à Solomone conditum; an quale Secundum, à reversuris Judæis condendum; an quale Tertium, e) quod in futuro Messiæ seculo expectant Judæi; non statuitur. Descriptio *Ezechielis* cum mensurâ hâc, quam recitavimus, omnino non convenit. Difficile est itaque de eodem templo utramque intelligere. Neque non diversus est f) *Josephus*, in describendo *Herodis* Templo.

d) Ezech. c. 40.
e) Perke Eliezer, c. 51. p. 142. edit. Vorst.
f) Antiq. l. 15. c. 14.

Ophir.

Subjugatis g) *Idumæis*, regnum suum *David* ad mare Rubrum usque prolatavit. *Solomon* rex h) *classem paravit in Asiongaber juxta Ailath, in littore maris Rubri, in terra Idumææ.* Urbem *Ailam* à Joramo amissam, i) *regno Judæ restituit* Azarias; cujus nepoti Achazo eripuit illam Retzin rex Syriæ. Seris Romani imperii temporibus, accensebatur k) *Sub dispositione V. Spect. Ducis Palæstinæ Præfectus Legionis X Fretensis, Ailæ.* Strabo vias duas à Gazâ illuc ducentes descripsit.

g) II Sam. 8. 14.
h) I Reg. 9. 26.
i) II Chron. 26. 2.
k) Notit. Imp. §. 21.

Eupolemus, apud l) Eusebium, dixit, τὸ Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, *Davidem naves fabricâsse Ailanis, urbe Arabiæ*; Deceptus forsan; quod Rex ille gloriatur se, pro struendo templo, congessisse m) *tria millia talenta de auro Ophir.* Sed & diu ante eum, Jobus non semel n) *auri Ophir* meminit.

l) Præp. l. 9. c. 30. p. 447.
m) I Chron. 29. 4.
n) c. 22. v. 24. & 28. 16.

Neque *Solomon* primus est mortalium, qui (instructâ classe mare Atlanticum aggressus) Aurum ex *Ophir* attulit; neque *Hiramus* primus Phœnicum, qui in mari rubro navigavit. Sed Solomon jam *Ebræorum* primus est, qui navigationem hanc instituit. De antiquâ Phœnicum navigatione a) diximus.

a) supr. p. 112.

b) Lib. 16.

c) Steph. T. A.

d) Plin. l. 6. c. 28.

e) Ibid. c. 23.

Mare *Rubrum*, sive *Erythræum* latè patet; pars ejus est Sinus Persicus. Strabo, b) *In sinu*, ait, *Persico* νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσὶν ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια, *sunt Tyrus & Aradus insulæ, quæ templa habent Phœniciis similia.* Stephanus utramque in *mari Erythræo* collocat. c) Τύρος νῆσος πρὸς Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, & Ἄραδος νῆσος τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. In eodem Sinu, d) *Insula objacet Ogyris, clara Erythrâ rege ibi sepulto.* e) *Geminum mare Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à rege Erythrâ.*

f) Antiq. l. 8. p. 369. f.

g) Plin. l. 6. c. 22.

h) Plin. l. 6. c. 23.

Auriferam Solomonis regionem longè lateque quæsiverunt viri eruditi. Alii in Oriente collocant, alii minùs feliciter in Occidente. LXX vertunt Σωφιρά. f) Josephus ait, illam πάλαι μὲν Σωφιρὰν, νῦν δὲ χρυσῆν γῆν καλουμένην. Τῆς Ἰνδικῆς ἐστιν αὐτὴ. *Olim Sophiram, nunc Auream terram vocatam; Est ea Indiæ* regio. Huic assentitur Hieronymus; uterque *Chersonesum Auream* illam intelligere videtur, quam Ptolemæus Indiæ adscripsit extremæ. Alii *Taprobanam* insulam esse malunt; sive ea sit *Zeilan*, sive *Sumatra*. Cùm verò Taprobanitis g) *aurum argentumque in pretio esset*; cùm à Romanis h) *nullo anno minus* H-S *quingenties exhauriret India*; cùm mercatores itidem hodierni magnum auri argentique pondus in Indiam transvehant, revehantque nullum; videamus an egredientibus Mare Rubrum, non ad sinistram in Asiâ, sed ad dextram potiùs, Africæ littora legendo, investiganda sit *Ophir*.

i) Thesaur. Oph.

k) I Reg. 10. 22. 23.

l) in Job. 22, 24

De *Zophalâ*, Æthiopici maris Insulâ, quæ Lusitanis aurum ubertim præbet, sententiam protulit Volaterranus, probat i) Ortelius; neque alia mihi magis arridet conjectura; tum ob auri copiam; tum ob navigationem facilem, & prisco huic ævo accommodam. Solomonis k) *classis Africana* vertitur Chaldæo Paraphrastæ. Et Origines, l) Φασὶ δέ τινες τῶν ἑρμηνευτῶν τὴν Σωφὴρ τὴν Ἀφρικὴν εἶναι, *Interpretum quidam ajunt, Sophir esse Africam.* Neque obstat, quòd temporibus Ptolemaicis & Romanis, *Rhaptum promontorium* navigationis Australis terminus sit, in Arriani Periplo & Ptolemæi tabulis;

bulis; cùm circuitus Africæ pridem Ægypti Regibus non esset incognitus, docente id Herodoto, ad Sec. XVIII.

a) *Misit Hiram*, rex Tyri, *in classe illâ servos suos nautas, peritos maris, cum servis Solomonis.* b) *Semel tertio quoque anno veniebat classis ex Oceano, afferens aurum & argentum, ebora, & simias, & psittacos.* Nullus adhuc apud Ebræos erat *eboris* usus: jam verò *Eburneum* (ebore ornatum) fuit c) *Solomonis solium*; & paulò post, d) *Achabi Palatium*. Psittaci *Indici* veteribus bene noti sunt. — a) I Reg. 2. 27. b) 10. 22. c) 10. 18. d) 22. 39.

e) *Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.* — e Ovid. Amor. l. 2. eleg. 6.

Sed & ex *Africâ* illos afferri (præter navigationes hodiernas) docent *Neronis exploratores*, apud f) Plinium. — f) L. 6. c. 29. p. 103.

Ebræis, rei nauticæ ignaris, auxilio fuerunt Tyrii, ob maris peritiam celeberrimi; neutri forsan, sine bonâ Regis Ægypti veniâ, qui Rubri Maris imperium hisce temporibus sibi asseruit; Quod mox dicendum. Solomon quidem g) *Pharaonis gener*, posterioribus regni temporibus classem extruxit. Sesostris, antequam subjugavit Asiam, navalem in Rubro Mari expeditionem suscepit. Verisimile est, Navigationes utrasque temporibus non longè diversis contigisse. Cæterùm Ægyptii non mercandi, sed dominandi cupiditate profecti sunt. Serò illi, sub Ptolemæis tandem, mercaturam exercuerunt. — g) I Reg. 9. 26.

Solomonis tempore prima contigit Ægyptiorum extra suos fines expeditio. h) *Ascendit enim Pharao rex Ægypti, & cepit Gezer, quam incolis Cananæis occisis, combussit, deditque eam in dotem filiæ suæ Solomonis uxori.* i) Rex istius urbis à Josuâ olim cæsus est; urbs ipsa cessit in sortem k) *Ephraim*; & *Levitis* assignabatur; inde autem l) *Cananæi non erant ejecti usque ad hunc diem.* — h) 9. 16. i) Jos. 12. 12. k) Ib. 16. 3, 10. l) c. 21. 21.

Solomon hanc urbem instauravit; munivit etiam *Palmyram in deserto*, urbesque alias. Fuit enim in ædificando magnificus; unde posteris κακῶν Ἰλιάς. Ad opera enim ille tributum indixit populo; tributo imposuit Jeroboamum, virum fortissimum, sed affectati regni non immeritò suspectum; qui propterea m) *fugit ad Sesac regem Ægypti, cum quo commoratus est usque ad mortem Solomonis.* — m) I Reg. 11. 28, 40.

Regnavit Solomon annos 40: illi successit *Rehoboam* primogenitus. *Jeroboam* autem, ex Ægypto reversus, regnum in partes distraxit. Ipse rex factus est à X Tribubus, tributi levamentum à Reho-

Rehoboamo frustra petentibus. Bipartito regno, duæ fuerunt Regum successiones, quas libro proximo persequemur.

Hiromus Rex.

a) Joseph. c. Ap. p. 1042. & Antiq. l. 8. c. 2, p. 267. f

M*Enander a) Ephesius (qui scripsit Regum gesta apud Græcos & Barbaros, ex libris cujusque regionis, quò magis historiæ veritatem disceret) de Regibus Tyri agens, hæc habet* de hoc Rege; quæ nobis conservavit Josephus.

Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα.

Abibalo defuncto, successit in regnum filius ejus Hiromus, qui vixit annos 53, regnavit annos 34

Οὗτος ἔχωσε τὸ εὐρὺ χωρίον (τὸν εὐρύχωρον,) Τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν. Ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας· καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε. Τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρωσε· καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης.

Hic latum spatium aggessit urbi; & columnam auream posuit in Jovis templo. Ex sylvoso monte Libano ligna cedrina excîdit, ad facienda templorum tegmina; & templa vetera demolitus, extruxit nova: delubrum dedicavit tam Herculi quàm Astartæ; Herculis quidem extruxit primùm, mense Peritio, deinde Astartes.

Ὁ πότε τοῖς Ἠυκέοις (Τιτυοῖς) ἐπιστράτευσε μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν.

Hic contra Titiceos (populum ignotum) *aliquando castra movit, quòd tributa non solverent, quibus subactis, denuo reversus est.*

Ἐπὶ τούτῳ ἦν τις Ἀβδήμουνος παῖς νεώτερος, ὃς ἀεὶ ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς.

Sub hoc erat adolescens quidam Abdemonus, qui parabolas semper solvebat, quas Hierosolymorum rex Solomon proponebat.

His

His gemina sunt, quæ ex *Dio*, rerum Phœnicicarum Scriptore, *Josephus locis citatis habet.*

Ἀβιβάλου τελευτήσαντος υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν.

Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον καὶ ἄστυ ἐποίησε, καὶ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ᾽ ἑαυτό, ἐγχώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν.

Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φησὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὲ Ἀβδήμουνόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτῖσαι χρήματα.

Abibalo defuncto, ejus filius Hiromus regnavit.

Hic orientalem urbis partem aggeribus auxit, & urbem ampliavit, Jovis Olympii templum, quod antè separatum erat, spatio medio aggeribus repleto cum urbe conjunxit, donariisque aureis ornavit. Ascendens autem in Libanum, ad Templorum structuram lignum cecidit.

Dicit etiam, Solomonem Hierosolymorum *regem, ænigmata ad hunc* Hiromum *misisse, & ab eo poposcisse; adjecto, ut qui non posset dirimere, pecuniam solventi persolveret.* Hiromum *autem assentientem, cùm non posset solvere, multâ pecuniâ mulctatum esse. Deinde* Abdemonum, *virum Tyrium, quæstiones propositas solvisse; aliasque proposuisse; quas cùm* Solomon *non solveret, pecuniæ rursus* Hiromo *rependit.*

Ex Eupolemo, apud a) Eusebium, citatur Epistola commentitia *Solomonis regis* πρὸς Σούρωνα (*Hiromum*) βασιλέα Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ Φοινίκης; & *Suronis* responsio. Neque minùs inepta est Οὐαφρῆ βασιλέως Αἰγυπτίων Epistola ad Solomonem. Eupolemus à b) Josepho inter eos gentium scriptores habetur, qui de rebus Judaicis, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον, *non multum à veritate aberrarunt*; quibus, ait, venia danda est, ideo, quòd codices

a) Præp. l. 9. c. ult.

b) c. Ap. p. 1051.

 Ebrai-

nam verò hac occasione amiserunt Æoles. Colophonios per seditionem ejectos receperant; qui posteà, Smyrnæis Bacchi sacra extra urbem celebrantibus, urbem, occlusis portis, occupârunt. Succurrentibus Æolibus universis; pactum est, ut Iones bona mobilia redderent; Æoles Smyrnâ cederent. Smyrnæos XI illæ urbes inter se distribuerunt, suos quæque constituens cives. a) *Præter has, in Continente, aliæ fuerunt in Idâ urbes (Cebrenidis* b) meminimus) *& Insulares quinque in Lesbo; Sextam, Arisbam, Methymnæi sibi subjecerant, tanquam consanguineos. In Tenedo, una erat urbs; altera in insulis* Ἑκατὸν *Centum vocatis.*

a) Ib c. 151.
b) supr. p. 256.

Migrationis hujus chronologiam Herodotus sic statuit de c) Homeri vitâ agens.

c) In fine, p. 573.

Ἀπὸ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, τὴν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον ἐοῦσα ἄπολις.	*Post expeditionem contra Trojam (quam fecerunt Agamemnon & Menelaus) annis CXXX Lesbus oppidatim habitari cœpit, antea urbem non habuit.*
Μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολιῶτις, καὶ Φρικῶνις καλεομένη ᾠκίσθη.	*Post Lesbum habitatam, annis XX Cuma, quæ Æolica & Phrycotis vocata, habitata fuit.*
Μετὰ δὲ Κύμην ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη· καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος.	*Post Cumam, annis XVIII Smyrna à Cumanis condita est. Atque eo tempore natus est Homerus.*
Τῶν δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ.	*Ita Homerus fuit annis CLXVIII post bellum Trojanum.*

Homeri ætatem Marmor posthac indicabit; est enim ille longè recentior. Juxta hos calculos, *Penthilus* in *Lesbum* trajecit, anno post casum Trojæ 120; & anno 140, *Cleua* & *Malaus* condidere *Cumam.*

d) supr. p. 351.

Eratosthenes d) eundem annorum numerum supputat ad *Migrationem Ionicam.* Itaque κτίσις Κύμης atque Ἰωνικὴ ἀποικία, vel in eundem annum incidunt, vel de *excidii Trojani Epochâ* inter

inter Auctores non convenit. De sententiarum in eâ re discrepantiâ, satis a) dictum est; neque de Herodoti, constat. Cùm verò Migratio *Ionica* sit *Æolicâ* serior (quod ex dictis liquet) Herodotus ad Marmoris potiùs, quàm ad Eratosthenis rationes accedere videtur. Quidam tamen intervallum illud imminuunt. *Philostratus* b) ὡς μὲν, ait, φασὶν ἔνιοι, μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωικῶν, οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ὅτε τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Ἰωνίαν ἔστειλαν. *Alii numerant post res Trojanas annos 124, alii annos 127, cùm Athenienses Coloniam in Ioniam deducerent.* Hinc Velleius expeditionem Æolicam & priorem facit Ionicâ, & posteriorem: De Æolicâ, *exclusi*, inquit, *ab Heraclidis Orestis liberi, jactati variis casibus, quinto decimo anno sedem cepere Lesbum insulam.* Post plurima, de Ionicâ; *Subsequente tempore, Iones profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieq; appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum*, &c. Rursus de Æolicâ, subjungit; *Et mox Æolii eâdem profecti Graciâ, longissimisque acti erroribus, non minùs illustres obtinuerunt locos, clarasque urbes condiderunt, Smyrnam*, &c. Longa fuit Æolicæ expeditionis molitio; nec nisi ab Orestis pronepote tandem perfecta. Strabo τέτταρας γενεὰς putat ad profectionem *Ionicam*, cui *Grais* æqualis fuisse videtur.

a) *sup. p.* 351.

b) In Euphorbo, p. 7. 2. 2.

Migratio Ionica.

DE Neleo duce; de profectionis causâ; & de ejusdem chronologiâ verba fecimus. Coloniarum nomina in Marmore mutila sunt: evanuerunt Miletus, Priene, Lebedus, Teos, Phocæa, Chius. XII enim sunt civitates Ionicæ; c) *quæ non eâdem linguâ utuntur: in Lydia autem, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, linguâ inter se conveniunt, à prioribus discrepant: Erythræ in continente, & Insula Chios eandem habent loquendi formam: Samos autem insula, peculiarem. Ita quatuor sunt linguarum proprietates. XII hæ civitates Ionum nomine gloriabantur, & fanum construxerunt de suo nomine Panionium, ad quod Iones alii non admittebantur, exceptis Smyrnais; In Mycale promontorio situm erat, & Neptuno Heliconio dicatum, ibi coëuntes Iones festum celebrabant, Panionia, dictum.* Nomen id, ni fallor, in Marmore.

c) Herodot. l. 1. p. 142.

Marm. Quid autem hoc; Βασιλεύοντ@ Ἀθηνῶν Μενεσθέως τρεισκαιδεκάτυ ἔτυς; *Regnante Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno?*

a)supr.p.325 Ipsissima quidem sunt verba, quæ priùs ad a) *belli Trojani Epocham* exarata sunt; neque tempus aliud designare videtur; procul dubio ad *migrationem Ionicam* referri non possunt.

Inter urbes Ionicas, nonnullæ, ante adventum Ionum, à Græcis hominibus habitatæ fuerunt.

b)Pausan.l.7. p. 400. b) *Colophonem tenuerunt Cares, cùm Cretenses, Græcorum primi, duce Rhacio, magnam regionis partem occuparent. Mopsus Rhacii filius ex Mantoe, Tiresiæ Thebani filia (quam, cùm esset captiva, Oraculum in Asiam miserat) Caras è regione penitus ejecit. Iones* (jam appulsi) *fœdus inierunt cum Græcis, qui in Colophone habitabant, & συμπολιτεύοντο ὐδὲν ἔχοντες πλέον, & cum illis civitate fruebantur pari jure.* Neque aliter ante

c)Ib.p.401. Ionum migrationem, c) *Teon coloniam deduxêre Orchomenii Minyæ, duce Athamante. Hic etiam Cares Græcis permisti fuerunt, cùm*

d)Pausan.l.7. p. 401. *Iones illuc in coloniam deducerentur.* d) *Erythræi origines suas è*

* supr. p. 332. *Cretâ deducunt, & à Pamphyliis, qui genere* * *Græci fuerunt. Cnopus Codri filius Ionas* ἐπεσήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκυς *cum Erythræis habitare facit.*

Athênienses etiam, Migrationis hujus tempore, *Æleam* urbem maritimam (quæ postea *Pergamenorum* navale fuit) jamdudum

e)Strab. l.13. p.622. b. incoluerant. e) Ἐλαία enim Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τ̃ σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων τ̃ συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον, *Elea condita est à Menestheo & Atheniensibus, qui cum eo profecti sunt ad Trojam.*

Inter urbium nomina, quæ in adeso Marmore disparent, supponamus E Λ A I A N hanc, quam condiderunt Athenienses, *regnante*

f)Marm. supr. p.31. *Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno,* f) *quo Græci expeditionem in Trojam fecerunt.*

Ad

SECULUM XIV.

Templum Solomonis.

DAVIDI successit *Solomon* filius, non natu maximus, sed à Patre in regni consortium susceptus. Rex hic celebratur maximè ob

ob structuram Templi, atque rem Navalem; in utraque à Tyriis adjutus.

a) *Quadringentesimo & octogesimo anno Egressionis Israelitarum de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Solomonis super Israel, ædificari cœpit Domus Domino.* Hoc temporis intervallum b) computavimus: A c) Josepho, aliisque recentioribus variè augetur numerus. *Quartus regni Solomonis annus* est Per. Jul. 3706. Epocha hæc *æra Exodi* finem imponit, & initium dat *æra Templi*, libro proximo colligendæ. a) I Reg. 6. 1. b) supr. p. 305. c) Antiq. l. 8. c. 2.

Domus autem (quam ædificabat rex Solomon Domino) habebat LX cubitos in longitudine, & XX cubitos in latitudine, & XXX cubitos in altitudine. v. 2. *Et porticus erat ante Templum XX cubitorum longitudinis (juxta mensuram latitudinis templi) & habebat X cubitos latitudinis, ante faciem templi;* id est, versùs Orientem. v. 3.

Templi Hierosolymitani (ut & d) Tabernaculi fœderis, templique e) Ezechielis) introitus erat ab Oriente: in Occidentali parte, nulla porta. d) Num. 3. 38 e) Ezech. 8. 16. & 11. 1.

Templum Solomonis duplo majus erat, quàm Tabernaculum Mosis. Hujus enim longitudo XXX cubitorum, latitudo X: quod ex f) *cortinarum* mensurâ g) colligitur. Templi Solomonis latitudo erat XX cubitorum; per totum. Longitudo erat LX; præter X, Porticûs: *Sanctum* h) *erat XL;* & *SanctumSanctorum XX.* Altitudo erat XXX: quod de *Sancto* intelligendum. Porticûs enim i) *altitudo CXX cubitorum erat;* Sancti Sanctorum, XX tantùm. Illius enim forma erat cubica. * *Oraculum habebat XX cubitos longitudinis; & XX latitudinis; & XX altitudinis.* Neque aliter in Ægypto, k) ὁ νεὼς πρόναον ἔχει μέγαν καὶ ἀξιόλογον, τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον *Templi pars exterior magna est & eximia; fanum verò justæ ac quadratæ magnitudinis.* f) Exod. c. 26. g) Ribera de Templi fabr. l. 1. c. 7. h) C. 17. & 20. i) II Chron. 3. 4. * I Reg. 6. 20 k) Strab. l. 17. p. 805. c.

l) *Et sacerdotes intulerunt Arcam fœderis Domini in locum suum, in Oraculum templi, in Sanctum Sanctorum, subter alas Cherubim.* m) *In Arcâ autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel.* l) II Reg. 8. 6. m) v. 9.

Epistola ad Ebræos, de temporibus Mosis, n) *Tabernaculum (ait) factum est prius, quod dicitur Sanctum; in quo erant Candelabrum, & Mensa, & Panes propositi. Post velum secundum, Tabernaculum quod dicitur Sanctum Sanctorum; Aureum habens* θυμιατήριον n) c. 9. v. 2. 3. 4.

thuribulum (non *altare incensi*, Exod. 30.1, id enim in tabernaculo exteriori; sed *πυρεῖον, batillum*, Levit. 16.12, quod Sacerdos Summus quotannis, die Expiationis, *de prunis altaris implevit* & in adytum transtulit) *& Arcam fœderis auro circumtectam; in quâ urna aurea habens Manna* (Exod. 16.33.) *& virga Aaronis, quæ germinavit* (Lev. 17.10.) *& Tabulæ fœderis. Urna* quidem & *Virga* in Solomonis templo desiderantur.

In anteriore tabernaculo, sacerdotes quotidie munia sua obibant : in adyto autem, *solus Pontifex semel in anno* (decimo die
a)Lev. 16.14. mensis Tisri) a) *vituli & hirci* sanguine aspergebat Propitiatorium, eodem die aliquoties intransque exiensque; cùm sacrum illud, maximâ ex parte, perageretur extra. Sed & aliis temporibus Pontifex ad Arcam introire solitus est. Flagrante bello Benjaminitico,
b)Judic. 20.28 b) *Israelitæ interrogârunt Dominum* (*nam Arca fœderis erat ibi*) *&*
c)I Sam. 14.18 *Phineas stabat ante eam in diebus illis.* c) *Saul dixit Abiæ; Admove huc Arcam Dei. Arca enim tunc erat cum Israelitis* : sed non in Tabernaculo.

Post transitum Jordanis, *Tabernaculum* cum *Arca* paulisper in *Gilgal*, diutissimè in *Shilo* sedem habuit (in tribu Ephraim.) *Arca*
d)I Sam. 7.1. verò, à Philistæis remissa, collocata est in d) *Kiriath-jearim* (in tribu Judæ) neque Tabernaculo suo fuit illa unquam restituta; sed
e)II Sam. 6.17. in arcem Sionis deducta, in novum e) *Tabernaculum, quod tetenderat ei David*; inde, in Templi adytum. Interea f) *Tabernacu-*
f)II Chrō. 1.3. *lum Congregationis* (*à Mose factum in Deserto*) de Shilo translatum
g)Ibid. est ad *Gibeon* (urbem Levitarum) in tribu Benjamin : *ibi erat* g)
h)Ibid. *Altare æneum*, in quo offerebatur juge sacrificium : ibi sacrificabat
i)Ps. 78. v. 67. ipse h) *Solomon.* Ad hunc modum, Deus i) *repulit Tabernaculum Josephi, neque elegit tribum Ephraim; sed elegit tribum Judæ, & montem Sion quem dilexit; & ædificavit Sanctuarium suum in excelsis.*

k)Exod. 25.22. Deus olim k) *locutus est ad Mosem, supra Propitiatorium, &*
l)Num. 7. ult. *de medio duorum Cherubim, qui erant super Arcam testimonii.* l) *Cumque ingrederetur Moses Tabernaculum fœderis, ut consuleret Oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio quod erat*
m)Judic. 1.1. *super Arcâ testimonii, inter duos Cherubim : unde & loquebatur ei.* m) *Post mortem Josuæ Israelitæ interrogârunt Dominum*, aliquoties; &
n)I Sam. 14.37 responsa ab eo tulerunt. n) *Saul consuluit Deum; & non respondit*

dit ei. David responsa accepit plurima; id autem a) cautissimum erat, quod ultimum. Solomon quidem b) *Oraculum fecit, ut poneret ibi Arcam fœderis Domini; & fecit in Oraculo duos Cherubim.* Veruntamen neque Solomon, nec quisquam successorum ejus, aut Summorum Sacerdotum illud Oraculum consuluisse, nedum Responsum inde tulisse legitur. Adeò ut Arca deinceps tam siluisse, quàm c) *quievisse* dici possit. Rabbini autem (& qui sequuntur eos) Oraculum hoc in captivitate Babylonicâ primùm desiisse contendunt.

a) II Sam. 5. 23.
b) I Reg. 6. 19. 23.
c) Ps. 132. 8, 14. & I Chron. 6. 31.

d) Anno XIV postquam hoc *Solomonis* Templum à Nebuchodonosoro destructum fuerat, *Ezechieli* prophetæ, Babylone, *anno captivitatis suæ* 25°, oblatus est ἐν ὀπτασίᾳ conspectus *Templi.* Quodnam verò sit illud templum, quod vidit Ezechiel; an quale hoc, à Solomone conditum; an quale Secundum, à reversuris Judæis condendum; an quale Tertium, e) quod in futuro Messiæ seculo expectant Judæi; non statuitur. Descriptio *Ezechielis* cum mensurâ hâc, quam recitavimus, omnino non convenit. Difficile est itaque de eodem templo utramque intelligere. Neque non diversus est f) *Josephus*, in describendo *Herodis* Templo.

d) Ezech. c. 40.
e) Perke Eliezer, c. 51. p. 142. edit. Vorst.
f) Antiq. l. 15. c. 14.

Ophir.

Subjugatis g) *Idumæis*, regnum suum *David* ad mare Rubrum usque prolatavit. *Solomon* rex h) *classem paravit in Asiongaber juxta Ailath, in littore maris Rubri, in terra Idumææ.* Urbem *Ailam* à Joramo amissam, i) *regno Judæ restituit* Azarias; cujus nepoti Achazo eripuit illam Retzin rex Syriæ. Seris Romani Imperii temporibus, accensebatur k) *Sub dispositione V. Spect. Ducis Palæstinæ Præfectus Legionis X Fretensis, Ailæ.* Strabo vias d fas à Gazâ illuc ducentes descripsit.

g) II Sam. 8. 14.
h) I Reg. 9. 26.
i) II Chron. 26. 2.
k) Notit. Imp. §. 21.

Eupolemus, apud l) Eusebium, dixit, τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, *Davidem naves fabricâsse Ailanis, urbe Arabiæ*; Deceptus forsan; quod Rex ille gloriatur se, pro struendo templo, congessisse m) *tria millia talenta de auro Ophir.* Sed & diu ante eum, Jobus non semel n) *auri Ophir* meminit.

l) Præp. l. 9. c. 30. p. 447.
m) I Chron. 29. 4.
n) c. 22. v. 24. & 28. 16.

Neque *Solomon* primus est mortalium, qui (instructâ classe mare Atlanticum aggressus) Aurum ex *Ophir* attulit; neque *Hiramus* primus Phœnicum, qui in mari rubro navigavit. Sed Solomon jam *Ebræorum* primus est, qui navigationem hanc instituit. De antiquâ Phœnicum navigatione a) diximus.

a) supr. p. 112.

Mare *Rubrum*, sive *Erythræum* latè patet; pars ejus est Sinus Persicus. Strabo, b) *In sinu*, ait, *Persico* νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσὶν ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια, *sunt Tyrus & Aradus insulæ, quæ templa habent Phœniciis similia.* Stephanus utramque in *mari Erythræo* collocat. c) Τύρος νῆσος πρὸς Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, & Ἄραδος νῆσος τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. In eodem Sinu, d) *Insula objacet Ogyris, clara Erythrâ rege ibi sepulto.* e) *Geminum mare Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à rege Erythrâ.*

b) Lib. 16.
c) Steph. T. A.
d) Plin. l. 6. c. 28.
e) Ibid. c. 23.

Auriferam Solomonis regionem longè latéque quæsiverunt viri eruditi. Alii in Oriente collocant, alii minùs feliciter in Occidente. LXX vertunt Σωφιρά. f) Josephus ait, illam πάλαι μὲν Σωφιρὰν, νῦν δὲ χρυσῆν γῆν καλουμένην. Τῆς Ἰνδικῆς ἐστιν αὐτή, *Olim Sophiram, nunc Auream terram vocatam; Est ea Indiæ* regio. Huic assentitur Hieronymus; uterque *Chersonesum Auream* illam intelligere videtur, quam Ptolemæus Indiæ adscripsit extremæ. Alii *Taprobanam* insulam esse malunt; sive ea sit *Zeilan*, sive *Sumatra*. Cùm verò Taprobanitis g) *aurum argentumque in pretio esset*; cùm à Romanis h) *nullo anno minus* H-S *quingenties exhauriret India*; cùm mercatores itidem hodierni magnum auri argentique pondus in Indiam transvehant, revehantque nullum; videamus an egredientibus Mare Rubrum, non ad sinistram in Asiâ, sed ad dextram potiùs, Africæ littora legendo, investiganda sit *Ophir*.

f) Antiq. l. 8. p. 369. f.
g) Plin. l. 6. c. 22.
h) Plin. l. 6. c. 23.

De *Zophalâ*, Æthiopici maris Insulâ, quæ Lusitanis aurum ubertim præbet, sententiam protulit Volaterranus, probat i) Ortelius; neque alia mihi magis arridet conjectura; tum ob auri copiam; tum ob navigationem facilem, & prisco huic ævo accommodam. Solomonis k) *classis Africana* vertitur Chaldæo Paraphrastæ. Et Origines, l) Φασὶ δέ τινες τῶν ἑρμηνευτῶν τὴν Σωφεὶρ τὴν Ἀφρικὴν εἶναι, *Interpretum quidam ajunt, Sophir esse Africam.* Neque obstat, quòd temporibus Ptolemaicis & Romanis, *Rhaptum promontorium* navigationis Australis terminus sit, in Arriani Periplo & Ptolemæi tabulis;

i) Thesaur. Oph.
k) I Reg. 10. 22. 23.
l) in Job. 22, 24

bulis; cùm circuitus Africæ pridem Ægypti Regibus non esset incognitus; docente id Herodoto, ad Sec. XVIII.

a) *Misit Hiram*, rex Tyri, *in classe illâ servos suos nautas, peritos maris, cum servis Solomonis:* b) *Semel tertio quoque anno veniebat classis ex Oceano, afferens aurum & argentum, ebora, & simias, & psittacos.* Nullus adhuc apud Ebræos erat *eboris* usus: jam verò *Eburneum* (ebore ornatum) fuit c) *Solomonis solium*; & paulò post, d) *Achabi Palatium*. Psittaci *Indici* veteribus bene noti sunt.

a) I Reg. 2. 27.
b) 10. 22.
c) 10. 18.
d) 22. 39.

e) *Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.*

e Ovid. Amor. l. 2. eleg. 6.

Sed & ex *Africâ* illos afferri (præter navigationes hodiernas) docent *Neronis exploratores*, apud f) Plinium.

f) L. 6. c. 29. p. 103.

Ebræis, rei nauticæ ignaris, auxilio fuerunt Tyrii, ob maris peritiam celeberrimi; neutri forsan, sine bonâ Regis Ægypti veniâ, qui Rubri Maris imperium hisce temporibus sibi asseruit; Quod mox dicendum. Solomon quidem g) *Pharaonis gener*, posterioribus regni temporibus classem extruxit. Sesostris, antequam subjugavit Asiam, navalem in Rubro Mari expeditionem suscepit. Verisimile est, Navigationes utrasque temporibus non longè diversis contigisse. Cæterùm Ægyptii non mercandi, sed dominandi cupiditate profecti sunt. Serò illi, sub Ptolemæis tandem, mercaturam exercuerunt.

g) I Reg. 9. 16.

Solomonis tempore prima contigit Ægyptiorum extra suos fines expeditio. h) *Ascendit enim Pharao rex Ægypti, & cepit Gezer, quam, incolis Cananæis occisis, combussit, deditque eam in dotem filiæ suæ Solomonis uxori.* i) Rex istius urbis à Josuâ olim cæsus est; urbs ipsa cessit in sortem k) *Ephraim*; & *Levitis* assignabatur; inde autem l) *Cananæi non erant ejecti usque ad hunc diem.*

h) 9. 16.
i) Jos. 12. 12.
k) Ib. 16. 3, 10.
l) c. 21. 21.

Solomon hanc urbem instauravit; munivit etiam *Palmyram in deserto*, urbesque alias. Fuit enim in ædificando magnificus; unde posteris κακῶν ἰλιάς. Ad opera enim ille tributum indixit populo; tributo imposuit Jeroboamum, virum fortissimum, sed affectati regni non immeritò suspectum; qui propterea m) *fugit ad Sesac regem Ægypti, cum quo commoratus est usque ad mortem Solomonis.*

m) I Reg. 11. 28, 40.

Regnavit Solomon annos 40: illi successit *Rehoboam* primogenitus. *Jeroboam* autem, ex Ægypto reversus, regnum in partes distraxit. Ipse rex factus est à X Tribubus, tributi levamentum à Reho-

Rehoboamo frustra petentibus. Bipartito regno, duæ fuerunt Regum successiones, quas libro proximo persequemur.

Hiromus Rex.

a) Joseph. c. Ap. p. 1042. & Antiq. l. 8. c. 2, p. 267. f

M*Enander* a) *Ephesius* (*qui scripsit Regum gesta apud Græcos & Barbaros, ex libris cujusque regionis, quò magis historiæ veritatem disceret*) *de Regibus Tyri agens, hæc habet* de hoc Rege; quæ nobis conservavit Josephus.

Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα.

Abibalo defuncto, successit in regnum filius ejus Hiromus, qui vixit annos 53, regnavit annos 34

Οὗτος ἔχωσε τὸ εὐρὺ χωρίον (τὸν εὐρύχωρον,) τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν. Ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας· καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε. Τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρωσε· καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης.

Hic latum spatium aggessit urbi; & columnam auream posuit in Jovis templo. Ex sylvoso monte Libano ligna cedrina excîdit, ad facienda templorum tegmina; & templa vetera demolitus, extruxit nova: delubrum dedicavit tam Herculi quàm Astartæ; Herculis quidem extruxit primùm, mense Peritio, deinde Astartes.

Ὁ πότε τοῖς Ἠυκέοις (Τιτυοῖς) ἐπεστράτευσε μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν.

Hic contra Titiceos (populum ignotum) *aliquando castra movit, quòd tributa non solverent, quibus subactis, denuo reversus est.*

Ἐπὶ τούτῳ ἦν τις Ἀβδήμουνος παῖς νεώτερος, ὃς ἀεὶ ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέταττε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς.

Sub hoc erat adolescens quidam Abdemonus, qui parabolas semper solvebat, quas Hierosolymorum rex Solomon proponebat.

His

His gemina sunt, quæ ex *Dio*, rerum Phœnicicarum Scriptore, *Josephus locis citatis habet.*

Ἀβιβάλου τελευτήσαντος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν.

Abibalo defuncto, ejus filius Hiromus regnavit.

Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον καὶ ἄστυ ἐποίησε, καὶ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ᾽ ἑαυτὸ, ἐγχώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ἱερῶν κατασκευήν.

Hic orientalem urbis partem aggeribus auxit, & urbem ampliavit, Jovis Olympii templum, quod antè separatum erat, spatio medio aggeribus repleto cum urbe conjunxit, donariisque aureis ornavit. Ascendens autem in Libanum, ad Templorum structuram lignum cecidit.

Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φησὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὲ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτῖσαι χρήματα.

Dicit etiam, Solomonem Hierosolymorum regem, ænigmata ad hunc Hiromum misisse, & ab eo poposcisse; adjecto, ut qui non posset dirimere, pecuniam solventi persolveret. Hiromum autem assentientem, cùm non posset solvere, multâ pecuniâ mulctatum esse. Deinde Abdemonum, virum Tyrium, quæstiones propositas solvisse; aliasque proposuisse; quas cùm Solomon non solveret, pecunias rursus Hiromo rependit.

Ex Eupolemo, apud a) Eusebium, citatur Epistola commentitia *Solomonis regis* πρὸς Σούρωνα (*Hiromum*) βασιλέα Τύρου καὶ Σιδῶνος, & Φοινίκης; & *Suronis* responsio. Neque minùs inepta est Οὐαφρῆ βασιλέως Αἰγυπτίων Epistola ad Solomonem. Eupolemus à b) Josepho inter eos gentium scriptores habetur, qui de rebus Judaicis, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον, *non multum à veritate aberrarunt*; quibus, ait, venia danda est, ideo, quòd codices

a) Præp. l. 9. c. ult.
b) c. Ap. p. 1051.

 Ebrai-

nam verò hac occasione amiserunt Æoles. Colophonios per seditionem ejectos receperant; qui posteà, Smyrnæis Bacchi sacra extra urbem celebrantibus, urbem, occlusis portis, occupârunt. Succurrentibus Æolibus universis; pactum est, ut Iones bona mobilia redderent; Æoles Smyrnâ cederent. Smyrnæos XI illæ urbes inter se distribuerunt, suos quæque constituens cives. a) *Præter has, in Continente, aliæ fuerunt in Idâ urbes* (*Cebrenidis* b) meminimus) & *Insulares quinque in Lesbo; Sextam, Arisbam, Methymnæi sibi subjecerant, tanquam consanguineos. In Tenedo, una erat urbs; altera in insulis* Ἑκατὸν *Centum vocatis.*

a) Ib c. 151.
b) supr. p. 256.

Migrationis hujus chronologiam Herodotus sic statuit de c) Homeri vitâ agens.

c) In fine, p. 573.

Ἀπὸ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον ἐοῦσα ἄπολις.	*Post expeditionem contra Trojam (quam fecerunt Agamemnon & Menelaus) annis CXXX Lesbus oppidatim habitari cœpit, antea urbem non habuit.*
Μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολιῶτις, καὶ Φρικῶνις καλεομένη ᾠκίσθη.	*Post Lesbum habitatam, annis XX Cuma, quæ Æolica & Phryconis vocata, habitata fuit.*
Μετὰ δὲ Κύμην ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη. καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος.	*Post Cumam, annis XVIII Smyrna à Cumanis condita est. Atque eo tempore natus est Homerus.*
Τῶν δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ.	*Ita Homerus fuit annis CLXVIII post bellum Trojanum.*

Homeri ætatem Marmor posthac indicabit; est enim ille longè recentior. Juxta hos calculos, *Penthilus* in *Lesbum* trajecit, anno post casum Trojæ 120; & anno 140, *Cleua* & *Malaus* condidere *Cumam.*

Eratosthenes d) eundem annorum numerum supputat ad *Migrationem Ionicam.* Itaque κτίσις Κύμης atque Ἰωνικὴ ἀποικία, vel in eundem annum incidunt, vel de *excidii Trojani Epochâ* inter

d) supr. p. 351.

inter Auctores non convenit. De sententiarum in eâ re discrepantiâ, satis a) dictum est; neque de Herodoti, constat. Cùm verò Migratio *Ionica* sit *Æolicâ* serior (quod ex dictis liquet) Herodotus ad Marmoris potiùs, quàm ad Eratosthenis rationes accedere videtur. Quidam tamen intervallum illud imminuunt. *Philostratus* b) ὡς μὲν, ait, φασὶν ἔνιοι, μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωικῶν, οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ὅτε τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Ἰωνίαν ἔστειλαν, *Alii numerant post res Trojanas annos 124, alii annos 127, cùm Athenienses Coloniam in Ioniam deducerent.* Hinc Velleius expeditionem Æolicam & priorem facit Ionicâ, & posteriorem: De Æolicâ, *exclusi*, inquit, *ab Heraclidis Orestis liberi, jactati variis casibus, quinto decimo anno sedem cepere Lesbum insulam.* Post plurima, de Ionicâ; *Subsequente tempore, Iones profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieq; appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum,* &c. Rursus de Æolicâ, subjungit; *Et mox Æolii eâdem profecti Graciâ, longissimisque acti erroribus, non minùs illustres obtinuerunt locos, clarasque urbes condiderunt, Smyrnam*, &c. Longa fuit Æolicæ expeditionis molitio; nec nisi ab Orestis pronepote tandem perfecta. Strabo τέτταρας γενεὰς putat ad profectionem *Ionicam*, cui *Grais* æqualis fuisse videtur.

a) supr. p. 351.

b) In Euphorbo, p. 7 [illegible]

Migratio Ionica.

DE Neleo duce; de profectionis causâ; & de ejusdem chronologiâ verba fecimus. Coloniarum nomina in Marmore mutila sunt: evanuerunt Miletus, Priene, Lebedus, Teos, Phocæa, Chios. XII enim sunt civitates Ionicæ; c) *quæ non eâdem linguâ utuntur: in Lydia autem, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, linguâ inter se conveniunt, à prioribus discrepant: Erythræ in continente, & Insula Chios eandem habent loquendi formam: Samos autem insula, peculiarem. Ita quatuor sunt linguarum proprietates. XII hæ civitates Ionum nomine gloriabantur, & fanum construxerunt de suo nomine Panionium, ad quod Iones alii non admittebantur, exceptis Smyrnæis: In Mycale promontorio situm erat, & Neptuno Heliconio dicatum, ibi coëuntes Iones festum celebrabant, Panionia, dictum.* Nomen id, ni fallor, in Marmore.

c) Herodot. l. 1. p. 142.

Marm. Quid autem hoc; Βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως τρεισκαιδεκάτου ἔτους; *Regnante Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno?*
a) supr. p. 325 Ipsissima quidem sunt verba, quæ priùs ad a) *belli Trojani Epocham* exarata sunt; neque tempus aliud designare videtur; procul dubio ad *migrationem Ionicam* referri non possunt.

Inter urbes Ionicas, nonnullæ, ante adventum Ionum, à Græ-
b) Pausan. l. 7. p. 400. cis hominibus habitatæ fuerunt. b) *Colophonem tenuerunt Cares, cùm Cretenses, Græcorum primi, duce Rhacio, magnam regionis partem occuparent. Mopsus Rhacii filius ex Mantoe, Tiresiæ Thebani filia (quam, cùm esset captiva, Oraculum in Asiam miserat) Caras è regione penitus ejecit. Iones* (jam appulsi) *fœdus inierunt cum Græcis, qui in Colophone habitabant, &* συνεπολιτεύοντο, οὐδὲν ἔχοντες πλέον, *& cum illis civitate fruebantur pari jure.* Neque aliter ante
c) Ib. p. 401. Ionum migrationem, c) *Teon coloniam deduxêre Orchomenii Minyæ, duce Athamante. Hîc etiam Cares Græcis permisti fuerunt, cùm*
d) Pausan. l. 7. p. 401. *Iones illuc in coloniam deducerentur.* d) *Erythræi origines suas è*
* supr. p. 332. *Cretâ deducunt, & à Pamphyliis, qui genere * Græci fuerunt. Cnopus Codri filius Ionas* ἐπεσήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους *cum Erythræis habitare facit.*

Athenienses etiam, Migrationis hujus tempore, *Elæam* urbem maritimam (quæ postea *Pergamenorum* navale fuit) jamdudum
e) Strab. l. 13. p. 622. b. incoluerant. e) Ἐλαία enim Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον, *Elæa condita est à Menestheo & Atheniensibus, qui cum eo profecti sunt ad Trojam.*

Inter urbium nomina, quæ in adeso Marmore disparent, supponamus Ε Λ Α Ι Α Ν hanc, quam condiderunt Athenienses, *regnante*
f) Marm. supr. p. 325. *Athenis Menestheo, decimo tertio ejus anno,* f) *quo Græci expeditionem in Trojam fecerunt.*

Ad
Seculum XIV.

Templum Solomonis.

DAVIDI successit *Solomon* filius, non natu maximus, sed à Patre in regni consortium susceptus. Rex hic celebratur maximè ob

ob structuram Templi, atque rem Navalem; in utraque à Tyriis adjutus.

a) *Quadringentesimo & octogesimo anno Egressionis Israelitarum de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Solomonis super Israel, ædificari cœpit Domus Domino.* Hoc temporis intervallum b) computavimus: A c) Josepho, aliisque recentioribus variè augetur numerus. *Quartus regni Solomonis annus* est Per. Jul. 3706. Epocha hæc *æra Exodi* finem imponit, & initium dat *æra Templi*, libro proximo colligendæ. a) I Reg. 6. 1. b) supr. p. 305. c) Antiq. l. 8. c. 2.

Domus autem (quam ædificabat rex Solomon Domino) habebat LX cubitos in longitudine, & XX cubitos in latitudine, & XXX cubitos in altitudine. v. 2. *Et porticus erat ante Templum XX cubitorum longitudinis (juxta mensuram latitudinis templi) & habebat X cubitos latitudinis, ante faciem templi;* id est, versus Orientem. v. 3.

Templi Hierosolymitani (ut & d) Tabernaculi fœderis, templique e) Ezechielis) introitus erat ab Oriente: in Occidentali parte, nulla porta. d) Num. 3. 38 e) Ezech. 8. 16. & 11. 1.

Templum Solomonis duplo majus erat, quàm Tabernaculum Mosis. Hujus enim longitudo XXX cubitorum, latitudo X: quod ex f) *cortinarum* mensurâ g) colligitur. Templi Solomonis latitudo erat XX cubitorum; per totum. Longitudo erat LX; præter X, Porticûs: *Sanctum* h) *erat XL*; & *Sanctum Sanctorum XX.* Altitudo erat XXX: quod de *Sancto* intelligendum. Porticûs enim i) *altitudo CXX cubitorum erat*; Sancti Sanctorum, XX tantùm. Illius enim forma erat cubica. * *Oraculum habebat XX cubitos longitudinis; & XX latitudinis; & XX altitudinis.* Neque aliter in Ægypto, k) ὁ νεὼς πρόναον ἔχει μέγαν καὶ ἀξιόλογον, τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον *Templi pars exterior magna est & eximia; fanum verò justæ ac quadratæ magnitudinis.* f) Exod. c. 26. g) Ribera de Templi fabr. l. 1. c. 7. h) C. 17. & 20. i) II Chron. 3. 4. * II Reg. 6. 20 k) Strab. l. 17. p. 805. c.

l) *Et sacerdotes intulerunt Arcam fœderis Domini in locum suum, in Oraculum templi, in Sanctum Sanctorum, subter alas Cherubim.* m) *In Arcâ autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel.* l) II Reg. 8. 6. m) v. 9.

Epistola ad Ebræos, de temporibus Mosis, n) *Tabernaculum* (ait) *factum est prius, quod dicitur Sanctum; in quo erant Candelabrum, & Mensa, & Panes propositi. Post velum secundum, Tabernaculum quod dicitur Sanctum Sanctorum; Aureum habens* θυμιατήριον *thu-* n) c. 9. v. 2. 3. 4.

thuribulum (non *altare incensi*, Exod. 30.1, id enim in tabernaculo exteriori; sed *πυρεῖον*, *batillum*, Levit. 16.12, quod Sacerdos Summus quotannis, die Expiationis, *de prunis altaris implevit* & in adytum transtulit) *& Arcam fœderis auro circumtectam; in quâ urna aurea habens Manna* (Exod. 16.33.) *& virga Aaronis, quæ germinavit* (Lev. 17.10.) *& Tabulæ fœderis.* *Urna* quidem & *Virga* in Solomonis templo desiderantur.

In anteriore tabernaculo, sacerdotes quotidie munia sua obibant: in adyto autem, *solus Pontifex semel in anno* (decimo die
a)Lev. 16.14. mensis Tisri) a) *vituli & hirci* sanguine aspergebat Propitiatorium; eodem die aliquoties intransque exiensque; cùm sacrum illud, maximâ ex parte, perageretur extra. Sed & aliis temporibus Pontifex ad Arcam introire solitus est. Flagrante bello Benjaminitico,
b)Judic. 20.28 b) *Israelitæ interrogârunt Dominum* (*nam Arca fœderis erat ibi*) *&*
c)I Sam. 14.18 *Phineas stabat ante eam in diebus illis.* c) *Saul dixit Abiæ; Admove huc Arcam Dei.* *Arca enim tunc erat cum Israelitis*: sed non in Tabernaculo.

Post transitum Jordanis, *Tabernaculum* cum *Arca* paulisper in *Gilgal*, diutissimè in *Shilo* sedem habuit (in tribu Ephraim.) *Arca*
d)I Sam. 7.1. verò, à Philistæis remissa, collocata est in d) *Kiriath-jearim* (in tribu Judæ) neque Tabernaculo suo fuit illa unquam restituta; sed
e)II Sam. 6.17. in arcem Sionis deducta, in novum e) *Tabernaculum, quod tetenderat ei David*; inde, in Templi adytum. Intereà f) *Tabernaculum*
f)II Chrō. 1.3. *lum Congregationis* (*à Mose factum in Deserto*) de Shilo translatum
g)Ibid. est ad *Gibeon* (urbem Levitarum) in tribu Benjamin: *ibi erat* g)
h)Ibid. *Altare aneum*, in quo offerebatur juge sacrificium: ibi sacrificabat
i) Ps. 78. v. 67. ipse h) *Solomon.* Ad hunc modum, Deus i) *repulit Tabernaculum Josephi, neque elegit tribum Ephraim; sed elegit tribum Judæ, & montem Sion quem dilexit; & ædificavit Sanctuarium suum in excelsis.*

k)Exod. 25.22. Deus olim k) *locutus est ad Mosem, supra Propitiatorium, &*
l)Num. 7. ult. *de medio duorum Cherubim, qui erant super Arcam testimonii.* l) *Cumque ingrederetur Moses Tabernaculum fœderis, ut consuleret Oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio quod erat*
m)Judic. 1.1. *super Arcâ testimonii, inter duos Cherubim: unde & loquebatur ei.* m) *Post mortem Josuæ Israelitæ interrogârunt Dominum* aliquoties; &
n)I Sam. 14.37 responsa ab eo tulerunt. n) *Saul consuluit Deum; & non respondit*

dit et. David reſponſa accepit plurima; id autem a) cautiſſimum erat, quod ultimum. Solomon quidem b) *Oraculum fecit, ut poneret ibi Arcam fœderis Domini; & fecit in Oraculo duos Cherubim.* Veruntamen neque Solomon, nec quiſquam ſucceſſorum ejus, aut Summorum Sacerdotum illud Oraculum conſuluiſſe, nedum Reſponſum inde tuliſſe legitur. Adeò ut Arca deinceps tam ſiluiſſe, quàm c) *quieviſſe* dici poſſit. Rabbini autem (& qui ſequuntur eos) Oraculum hoc in captivitate Babylonicâ primùm deſiiſſe contendunt.

a) II Sam. 5. 23.
b) I Reg. 6. 19. 23.
c) Pſ. 132. 8. 14. & I Chron. 6. 31.

d) Anno XIV poſtquam hoc *Solomonis* Templum à Nebuchodonoſoro deſtructum fuerat, *Ezechieli* prophetæ, Babylone, *anno captivitatis ſuæ* 25°, oblatus eſt ἐν ὁπλασίᾳ conſpectus *Templi*. Quodnam verò ſit illud templum, quod vidit Ezechiel; an quale hoc, à Solomone conditum; an quale Secundum, à reverſuris Judæis condendum; an quale Tertium, e) quod in futuro Meſſiæ ſeculo expectant Judæi; non ſtatuitur. Deſcriptio *Ezechielis* cum menſurâ hâc, quam recitavimus, omnino non convenit. Difficile eſt itaque de eodem templo utramque intelligere. Neque non diverſus eſt f) *Joſephus*, in deſcribendo *Herodis* Templo.

d) Ezech. c. 40.
e) Perke Eliezer, c. 51. p. 142. edit. Vorſt.
f) Antiq. l. 15. c. 14.

Ophir.

Subjugatis g) *Idumæis*, regnum ſuum *David* ad mare Rubrum uſque prolatavit. *Solomon* rex h) *claſſem paravit in Aſiongaber juxta Ailath, in littore maris Rubri, in terra Idumææ.* Urbem *Ailam* à Joramo amiſſam, i) *regno Judæ reſtituit* Azarias; cujus nepoti Achazo eripuit illam Retzin rex Syriæ. Seris Romani imperii temporibus, accenſebatur k) *Sub diſpoſitione V. Spect. Ducis Palæſtinæ Præfectus Legionis X Fretenſis, Ailæ.* Strabo vias dictas à Gazâ illuc ducentes deſcripſit.

g) II Sam. 8. 14.
h) I Reg. 9. 26.
i) II Chron. 26. 2.
k) Notit. Imp. §. 21.

Eupolemus, apud l) Euſebium, dixit, τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, *Davidem naves fabricâſſe Ailanis, urbe Arabiæ*; Deceptus forſan; quod Rex ille gloriatur ſe, pro ſtruendo templo, congeſſiſſe m) *tria millia talenta de auro Ophir.* Sed & diu ante eum, Jobus non ſemel n) *auri Ophir* meminit.

l) Præp. l. 9. c. 30. p. 447.
m) I Chron. 29. 4.
n) c. 22. v. 24. & 28. 16.

Neque *Solomon* primus est mortalium, qui (instructâ classe mare Atlanticum aggressus) Aurum ex *Ophir* attulit; neque *Hiramus* primus Phœnicum, qui in mari rubro navigavit. Sed Solomon jam *Ebræorum* primus est, qui navigationem hanc instituit. De antiquâ Phœnicum navigatione a) diximus.

a) supr. p. 112.

Mare *Rubrum*, sive *Erythræum* latè patet; pars ejus est Sinus Persicus. Strabo, b) *In sinu*, ait, *Persico* νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσὶν ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια, *sunt Tyrus & Aradus insulæ, quæ templa habent Phœniciis similia.* Stephanus utramque in *mari Erythræo* collocat. c) Τύρος νῆσος πρὸς Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, & Ἄραδος νῆσος τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. In eodem Sinu, d) *Insula objacet Ogyris, clara Erythrâ rege ibi sepulto.* e) *Geminum mare Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à rege Erythrâ.*

b) Lib. 16.
c) Steph. T. A.
d) Plin. l. 6. c. 28.
e) Ibid. c. 23.

Auriferam Solomonis regionem longè lateque quæsiverunt viri eruditi. Alii in Oriente collocant, alii minùs feliciter in Occidente. LXX vertunt Σωφιρά. f) Josephus ait, illam πάλαι μὲν Σωφιρὰν, νῦν δὲ χρυσῆν γῆν καλουμένην. Τῆς Ἰνδικῆς ἐστιν αὐτή, *Olim Sophiram, nunc Auream terram vocatam; Est ea Indiæ regio.* Huic assentitur Hieronymus; uterque *Chersonesum Auream* illam intelligere videtur, quam Ptolemæus Indiæ adscripsit extremæ. Alii *Taprobanam* insulam esse malunt; sive ea sit *Zeilan*, sive *Sumatra*. Cùm verò Taprobanitis g) *aurum argentumque in pretio esset*; cùm à Romanis h) *nullo anno minus* H-S *quingenties exhauriret India*; cùm mercatores itidem hodierni magnum auri argentique pondus in Indiam transvehant, revehantque nullum; videamus an egredientibus Mare Rubrum, non ad sinistram in Asiâ, sed ad dextram potiùs, Africæ littora legendo, investiganda sit *Ophir*.

f) Antiq. l. 8. p. 369. f.
g) Plin. l. 6. c. 22.
h) Plin. l. 6. c. 23.

De *Zophalâ*, Æthiopici maris Insulâ, quæ Lusitanis aurum ubertim præbet, sententiam protulit Volaterranus, probat i) Ortelius; neque alia mihi magis arridet conjectura; tum ob auri copiam; tum ob navigationem facilem, & prisco huic ævo accommodam. Solomonis k) *classis Africana* vertitur Chaldæo Paraphrastæ. Et Origines, l) Φασὶ δέ τινες τῶν ἑρμηνευτῶν τὴν Σωφεὶρ τὴν Ἀφρικὴν εἶναι, *Interpretum quidam ajunt, Sophir esse Africam.* Neque obstat, quòd temporibus Ptolemaicis & Romanis, *Rhaptum promontorium* navigationis Australis terminus sit, in Arriani Periplo & Ptolemæi tabulis;

i) Thesaur. Oph.
k) I Reg. 10. 22. 23.
l) in Job. 22, 24

bulis; cùm circuitus Africæ pridem Ægypti Regibus non esset incognitus; docente id Herodoto, ad Sec. XVIII.

a) *Misit Hiram, rex Tyri, in classe illâ servos suos nautas, peritos maris, cum servis Solomonis.* b) *Semel tertio quoque anno veniebat classis ex Oceano, afferens aurum & argentum, ebora, & simias, & psittacos.* Nullus adhuc apud Ebræos erat *eboris* usus: jam verò *Eburneum* (ebore ornatum) fuit c) *Solomonis solium;* & paulò post, d) *Achabi Palatium.* Psittaci *Indici* veteribus bene noti sunt. a) I Reg. 2. 27. b) 10. 22. c) 10. 18. d) 22. 39.

e) *Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.* e Ovid. Amor. l. 2. eleg. 6.

Sed & ex *Africâ* illos afferri (præter navigationes hodiernas) docent *Neronis exploratores*, apud f) Plinium. f) L. 6. c. 29. p. 103.

Ebræis, rei nauticæ ignaris, auxilio fuerunt Tyrii, ob maris peritiam celeberrimi; neutri forsan, sine bonâ Regis Ægypti veniâ, qui Rubri Maris imperium hisce temporibus sibi asseruit; Quod mox dicendum. Solomon quidem g) *Pharaonis gener*, posterioribus regni temporibus classem extruxit. Sesostris, antequam subjugavit Asiam, navalem in Rubro Mari expeditionem suscepit. Verisimile est, Navigationes utrasque temporibus non longè diversis contigisse. Cæterùm Ægyptii non mercandi, sed dominandi cupiditate profecti sunt. Serò illi, sub Ptolemæis tandem, mercaturam exercuerunt. g) I Reg. 9. 26.

Solomonis tempore prima contigit Ægyptiorum extra suos fines expeditio. h) *Ascendit enim Pharao rex Ægypti, & cepit Gezer, quam incolis Cananæis occisis, combussit, deditque eam in dotem filiæ suæ Solomonis uxori.* i) Rex istius urbis à Josuâ olim cæsus est; urbs ipsa cessit in sortem k) *Ephraim*; & *Levitis* assignabatur; inde autem l) *Cananæi non erant ejecti usque ad hunc diem.* h) 9. 16. i) Jos. 12. 12. k) Ib. 16. 3, 10. l) c. 21. 21.

Solomon hanc urbem instauravit; munivit etiam *Palmyram in deserto*, urbesque alias. Fuit enim in ædificando magnificus; unde posteris κακῶν Ἰλιάς. Ad opera enim ille tributum indixit populo; tributo imposuit Jeroboamum, virum fortissimum, sed affectati regni non immeritò suspectum; qui propterea m) *fugit ad Sesac regem Ægypti, cum quo commoratus est usque ad mortem Solomonis.* m) I Reg. 11. 28, 40.

Regnavit Solomon annos 40: illi successit *Reboboam* primogenitus. *Jeroboam* autem, ex Ægypto reversus, regnum in partes distraxit. Ipse rex factus est à X Tribubus, tributi levamentum à

Reho-

His gemina sunt, quæ ex *Dio*, rerum Phœnicicarum Scriptore, *Josephus locis citatis habet.*

Ἀβιβάλου τελευτήσαντος υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν.

Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον καὶ ἄστυ ἐποίησε, καὶ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτό, ἐγχώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ἱερῶν κατασκευήν.

Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φησὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὲ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτῖσαι χρήματα.

Abibalo defuncto, ejus filius Hiromus regnavit.

Hic orientalem urbis partem aggeribus auxit, & urbem ampliavit; Jovis Olympii templum, quod antè separatum erat, spatio medio aggeribus repleto cum urbe conjunxit, donariisque aureis ornavit. Ascendens autem in Libanum, ad Templorum structuram lignum cecidit.

Dicit etiam, Solomonem Hierosolymorum regem, ænigmata ad hunc Hiromum misisse, & ab eo poposcisse; adjecto, ut qui non posset dirimere, pecuniam solventi persolveret. Hiromum *autem assentientem, cùm non posset solvere, multâ pecuniâ mulctatum esse. Deinde Abdemonum, virum Tyrium, quæstiones propositas solvisse, aliasque proposuisse; quas cùm* Solomon *non solveret, pecunias rursus* Hiromo *rependit.*

Ex Eupolemo, apud a) Eusebium, citatur Epistola commentitia *Solomonis regis* πρὸς Σύρωνα (*Hiromum*) βασιλέα Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ Φοινίκης; & *Suronis* responsio. Neque minùs inepta est Οὐαφρῆ βασιλέως Αἰγυπτίων Epistola ad Solomonem. Eupolemus à b) Josepho inter eos gentium scriptores habetur, qui de rebus Judaicis, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον, *non multum à veritate aberrarunt*; quibus, ait, venia danda est; ideo, quòd codices

a) Præp. l. 9. c. ult.

b) c. Ap. p. 1051.

Ebrai-

Ebraicos non essent assecuti. *Dii* historici, præter Josephum, nemo
a) Joseph. l. 8. c. 2. p. 267. f. meminit. *Menander* hic (a) *qui antiquitates Tyriorum è linguâ Phœnicicâ in Græcam transtulit*) non alius esse videtur ab eo, qui
b) Strom. l. 1. p. 326. 2. Clementi Alexandrino *Pergamenus* dicitur. b) *Iramus*, inquit, *filiam suam Solomoni dedit; quibus temporibus fuit adventus Menelai in Phœnicen, post captam Trojam; ut ait Menander Pergamenus, & Lætus in rebus Phœniciis.*

Initium Hiromi regis Tyrii incidit in annum tricesimum ter-
c) Joseph. Antiq. l. 8. c. 2. p. 259. e. tium Davidis Regis Hierosolymorum : initium Solomonis incidit in annum septimum vel octavum Hiromi. Nam c) *anno undecimo*, vel (ut alibi dicitur) d) *duodecimo regni Hiromi, Templum in Hie-*
d) c. Apion. l. 1 p. 1043. e. *rosolymis condi cœpit*, anno Solomonis *quarto*. Hæc cùm sint
e) Petav. doct. Temp. l. 9. c. 62. plana, e) impugnantur frustra.

f) *A conditu Tyri* (de quâ g) diximus) *ad conditum Templi sunt an.* 240. Ignorantur veteris Tyri reges, qui *Hiromi* pa-
f) Joseph. ib. p. 259. trem præcesserunt; qui sequuti sunt, usque ad *Pygmaleonem*
g) supr. p. 304. (cujus tempore Carthago condita est) ex Menandro posthac recitantur.

Sesostris Rex.

h) supr. p. 22. SEculum hoc eorum est postremum, quæ h) Sacerdotibus Ægyptiis *ingloria* ferebantur. Ægyptiorum enim res gestæ adhuc fuerunt tenues admodum, & stilo historico parum dignæ. Imbelles illi primis seculis mollibus vacârunt studiis, & præter *Regum* nomina, & mirandas *Pyramidum* moles, nihil posteris reliquerunt.
i) p. 319. Secundi hujus intervalli tempora Extraneorum tyrannide, & cladibus domesticis diu infelicia fuerunt, donec *Thebani*, i) expulsis tandem *Pastoribus*, totius Ægypti Monarchiam paulatim adepti sunt. Sed neque post recuperatam Ægypto libertatem, *Regum reliquorum* (quos ex Manethone, & XVIII Africani Dynastiâ
k) & p. 314. in Canone k), recitavimus) l) οὐκ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδε-
l) Herodot. l. 2. c. 101. ξιν, καὶ οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, *nullum omnino refertur rerum gestarum specimen; propterea quòd nihil esset splendoris.* Apud exteros nulla fuit adhuc Ægyptiaci nominis claritudo.

Ignavis istis Regibus, in totius Ægypti regno, jam tandem successit *SETHOSIS, Thebanorum rex* quinquagesimus quintus. Ita no-

nominatur ille (ex Manethone a) Josepho; & *Sethos* Africano, Eusebioque in b) capite XIX Dynastiæ: Herodoto autem, Aristoteli, Straboni, Lucano, Valerio Flacco, Æliano, Suidæ, aliisque nuncupatur *SESOSTRIS*; Diodoro Siculo Σεσόωσις, & Paulino (apud c) Ausonium) *Sesoostris*. Audi Scaligerum: d) *Sethosis Josephi est Σέσωςρις Herodoti, & Σεσόωσις Diodori. Σέσωςρις quoque dicitur Africano, ex Manethonis tomo secundo, tertius rex Diospolitarum XII Dynastiæ.*

a) c. Apion. p. 1041. b) Syncell. p. 72. 73. c) Epist. 19. d) in Eus. n. 534.

Rex hic bellicâ civilique gloriâ inclytus erat, & parto Asiæ imperio splendidissimus: Ille e) *res illustrissimas, & usque ad hoc tempus maximas gessit. Quandoquidem verò de hoc Rege, non modò Græci scriptores inter se discrepant, sed etiam Ægyptii Sacerdotes, & qui illius laudes carmine celebrant, non consentanea narrant: Nos quæ sunt verisimillima, & cum monumentis in Ægypto adhuc extantibus maximè congruunt, referre conabimur.*

e) Diod. Sic. l. 1. p. 34. b.

f) *Quidam literis tradunt, Vulcanum, dum Sesostris nasceretur, patri ejus in somnis dixisse, Puerum jam natum toti Orbi imperaturum; eamque ob causam, Patrem æquales ejus undique coëgisse, regiâ educatione instituisse, & ad imperium Universale præparasse.* g) *Sanè magnificum fuit & regium quod eo nato, pater ejus fecit. Congregavit enim ex omni Ægypto pueros* (h) 1700) *qui eodem die nati sunt, & nutrices ac curatores illis imposuit, omnibusque eandem educationis disciplinæque formam præscripsit: persuasum habens, illos qui unà educati audacter cum illo versati essent, benevolentissimos fore, & commilitones optimos. Cuncta igitur affatim subministrans, pueros assiduis laborum tyrociniis exercebat. Eorum enim nulli cibum sumere licebat, nisi priùs stadia 180 percurrisset. Omnes itaque cùm essent ætate virili, per educationem optimè institutam, robore corporis athletico animisque imperatoriis ac potentibus, induti sunt.*

f) Ibid. a. g) Ib. b. h) P. prox.

Herodotus & Diodorus patrem Sesostris, aut antecessorem non nominant. In *Manethonis* autem serie (apud i) Josephum) Ἀρμέσσης Μιαμοῦν· τοῦ δὲ Ἀμένωφις· τοῦ δὲ Σέθωσις, *Armesses Miamun; ejus filius Amenophis; ejus filius Sethosis.* Neque aliter in Africani Dynastiis (quas transcripsit Eusebius) *Amenophim* (in XVIII postremum) sequitur *Sethos*, in XIX primus. In XII autem Africani Dynastiâ *Sesostris* est successor Ammenemis.

i) con. Apion. p. 1041.

a)Diod.Sic. l.1.p.34.c. Sesostris a) *à patre cum Exercitu primùm missus est in Arabiam; commilitabant sodales cum illo educati: Illic magnæ à Serpentibus molestiæ; aquarum ciborumque penuriam superavit; & totam Barbarorum nationem subjugavit, quæ usque ad id* b) *tempus* [illegible] *domita fuerat.*

b)supr. p.104.

c) Diod ib. c) *Deinde versùs Occidentem missus, maximam Africæ partem perdomuit, licèt adhuc esset admodum juvenis.* Lucanus [illegible] lum, in Lybicâ hâc expeditione, usque ad Oceanum perrexisse innuit.

d) L.10.v.276. d) *Venit ad Occasum, Mundique extrema Sesostris.*

e)Diod.ib.d. e) *Patre defuncto, Regnum suscepit, & rerum priùs bene gestarum fiducia elatus, totum terrarum Orbem sibi subjiciendum proposuit; & jam adultus fidemque Dei prædictioni adhibens, expeditionem istam aggressus est.*

f) Ibid. f) *Quidam ferunt, filiam ejus Athyrten ad id capessendum illum instigasse, quæ cùm esset omnium longè sagacissima, patrem edocuit, expeditionem fore facilem. Alii ferunt, illam Divinatione usam, præcognosse futura ex sacrificiis, & capto in Templis Somnio, observatis de cœlo signis.* Alii g) *dicunt, Sesostrim solertiam* [illegible] *consilia à Mercurio didicisse.*

g) Ælian.Var. l.2.c.4.

h)Diod.ib. Sesostris, h) *ad hoc propositum, imprimis Ægyptiorum omnium benevolentiam sibi conciliavit; necessarium arbitratus, ut & milites pro ducibus etiam mortem promptè oppeterent; neque quid [illegible] molirentur ii qui manebant domi. Omnes igitur, quoad poterat, [illegible] merebatur; hos, pecuniarum largitione; illos agrorum donatione; istos pœnarum remissione; omnes alloquio morumque humanitate [illegible] mulcens: læsæ Majestatis reos impunè dimisit, & ob æs alienum nexos nomina expediit, quorum inter satellites magnus erat numerus.*

i)Diod.Sic. l.1.p.35.a. i) *Viros elegit quosque viribus præstantes, & exercitum [illegible] cepti magnitudine dignum conscripsit. Singulis ordinibus [illegible] ductores ex iis qui secum educati fuerant; qui non solùm in re bellica jampridem exercitati, virtutisque à pueritiâ gnaviter studiosi; [illegible] etiam Regi sibique ipsis mutuò fraternâ benevolentiâ devincti [illegible] rant. Erant autem illi plures numero, quàm MDCC. His omnibus* (& eorum hæredibus) *assignavit sorte optimas Ægypti* ([illegible] ferioris) *partes; ut illi suos habentes reditus, & re nullâ indigentes* [illegible]

tes, bellicis tantùm negotiis vacarent. De Feudis istis militaribus, mox plura.

Sesostris in Æthiopiam.

SEsostris a) *itaque contractis copiis, primo bello aggressus est Æthiopes, versus Meridiem habitantes, gentemque illam vectigal sibi pendere coegit, Ebenum, Aurum, dentesque Elephantum.* Herodotus dicit, b) Βασιλεὺς μὲν δὴ οὗτος μοῦνος Αἰγύπτιος Αἰθιοπίης ἦρξε, *Rex hic Ægyptius solus Æthiopiæ imperavit.* Cùm tamen mox constabit, alios etiam Ægypti reges Æthiopiam sub ditione tenuisse. Sesostris per seipsum & proregem suum imperâsse videtur; successores ejus, non sine nativo aliquo subrege, illis subjecto. a)Diod.ib. b)Herod l.2. c.1.0.

c) Strabo (ex Eratosthene) de angustiis Rubri Maris ad *Diram* Æthiopiæ promontorium, *Dicunt ibi columnam esse Sesostris Ægyptii, quæ sacris literis ejus transitum significet. Ille enim videtur primus Æthiopiam & Trogloditicam subegisse; dein transgressus in Arabiam; inde omnem Asiam peragrasse; quapropter multis in locis Vallum Sesostris appellatur; & Deorum Ægyptiorum templa constructa inveniuntur.* Paulò pòst (ex Artemidoro) meminit d) *Isidis Templi à Sesostre positi,* non procul à *Ptolemaide* ϑηρῶν. Neque fuit *Dira* profectionis terminus. e) *Sesostris totam Æthiopiam permeavit usque ad Cinnamomiferam regionem: & extant adhuc quædam ejus monumenta, & Columnæ, & Inscriptiones.* Plinius regionis hujus nomen adhibet. f) *Promontorium & portus Mossylites, quò Cinnamomum devehitur: huc usque Sesostris exercitum duxit. A Mossylite promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba.* c)L.16. p.769 a. d)p.770. c. e)Strab.l 17. p.790.a. f)L.6.c.29.

Sed nec terrestribus tantùm copiis, sed etiam classe suscepta est hæc expeditio. g) *Tradunt Sacerdotes, Sesostrim primùm longis navibus profectum ex Arabico sinu, accolas maris Erythræi* (sive *Rubri,* quod ultra sinum Arabicum extendi diximus) *subegisse; & ulteriùs progressum, venisse in mare, ob brevia non navigabile; atque illinc reversum esse in Ægyptum.* Diodorus ad Indiam cum pervenisse refert. h) *Classem deinde CCCC navium in mare Rubrum expedivit, primus indigenarum qui longa navigia construxit: Quà insulas illic locorum occupavit, & maritimas continentis partes, usque ad Indiam.* g)Herodot. l.2.c.102. h)Diod.loc. cit.

Ad Insulas spectat illud Plinii; a) *Ante Isidis portum sunt in Insula stelæ lapideæ, literis ignotis.* Μόσυλον ἄκρον habet b) Ptolemæus. Lusitanis (qui Europæorum primi littora hæc à Meridie legerunt) vocatur *Cabo de Guardafuy.* Ultima est illic Africæ versùs Orientem protentura. Πέραν ἢ ταύτης (inquit c) Eratosthenes) ἀφῖχθαι φασὶ μέχρι νῦν, *ulteriùs negant quenquam adhùc profectum esse,* versùs meridiem. Ipse d) *Eratosthenes mensuram prodidit Taprobanæ insulæ,* ultrà positæ versùs Orientem.

Sesostris e) *prætereà extruxit Navigium cedrinum, longum cubitos 280, extrinsecùs auro, intrinsecùs argento obductum, quod dedicavit Deo* (Osiridi) *qui Thebis maximè colebatur.* Navigium hoc sacrum fuit, neque forsan in censu classis. Ægyptii dicunt f) Ἥλιον καὶ Σελήνην οὐχ' ἅρμασιν ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν ἀεὶ, *Solem & Lunam non curribus, sed navigiis vectos, cursus suos peragere; innuentes, humore res ali atque procreari.* Kalendarium Rusticum, *mense* g) *Martio,* habet ISIDIS NAVIGIUM, quod est Ægyptiorum festum, à Romanis admissum.

Navigatio hæc Sesostris à priscâ Ægyptiorum superstitione aliena videtur. Illi enim hactenus à rebus maritimis omnino abstinuerunt. In causâ fuit h) τὸ πρὸς τὴν θάλατταν ἔχθος, *quod mare oderint.* Odii causam faciunt, εἰς ταύτην ἀπόλλυσθαι τὸν πατέρα καὶ σωτῆρα τῆς χώρας, ὃν Ὀσίριδος ἀπορροὴν ὀνομάζουσι, *in eam periisse* (Nilum) *Patrem & Servatorem regionis, quem defluxum Osiridis nominant. Quem cum deplorent, in lævâ regione ortum, in dextrâ interemptum, innuunt Nili in mare exeuntis interitum. Unde neque aquam ejus bibere licet; nec eorum quæ gignit & nutrit quicquam purum existimant, & usui aptum: Neque gubernatores navium ... am factos, alloquio quidem dignantur, quod hi victum è mari quærent.* Κυβερνῆται, i) pars plebis infima. Cæterùm hæc forsan de *Nautis* tantùm Niliacis, & de *Mari*, fluminis ostiis objecto, intelligi possunt.

Sesostris, ex Austro reversus, profectionem parabat in Asiam. Illustrissima illa expeditio, ut Imperio, sic libro det exordium.

CHRO-

a) l. 6. c. 29.
b) Geogr. l. 4. c. 7.
c) Strab. l. 16. p. 767. c.
d) Plin. l. 6. c. 22.
e) Diod. l. 1. p. 37.
f) Plut. de Isid. p. 364. c.
g) Gruter. Inscrip. p. 138.
h) Plut. Symp. l. 8. p. 729.
i) Herodot. l. 2. c. 164.

CHRONICI CANONIS

LIBER TERTIUS

continet annos CC.

SICUT *Alexander*, Macedonici; *Cyrus*, Persici; ita *Sesostris* Ægyptiaci in Asiâ imperii auctor fuit.

Hunc Regem Græci (quasi a) *bello Trojano*, & *Mnoë* vetustiorem) ad b) *Danai* tempora perperam retulerunt; & prochronismis immensis [illegible] res gestas depravârunt. Ex deductâ *Thebanorum* c) *regum* [illegible]e, illius ætas incidit in posteriora XIV hujus seculi tempora: [illegible] collatâ d) modò Ebræorum Chronologiâ, illi contemporaneus fuit *Rehoboam* Rex, Solomonis filius; cujus *anno regni* [quinto], Sesostris cum exercitu in Asiam profectus est. Is est an. Per. Jul. 3747; post Diluvium 1377; & vetustissimæ *Thebanorum* Æræ fundamentum firmissimum; utpote rationibus Sacris [illegible]m.

a) supr. p. 248
b) supr. p. 132
c) p. 22.
d) p. 313

Ante hanc expeditionem, nullus est Ægyptiacæ historiæ nexus [cu]m rebus extraneis. Vetustiores Ægypti reges (quibuscum Abrahamo, Jacobo & Israelitis res erat) communi *Pharaonis* vocabulo nun-

nuncupantur; nec quidquam inde certi est colligere. *Sesac* Ægyptiorum regum primus in S.literis proprio nomine designatur; nisi
a)p. 90. a) *Rameses* sit Regis potiùs, quàm regionis nomen.

Sesostris in Asiam.

A Sacris literis expeditionem hanc auspicatò ordiamur; ob maximam tum Auctoritatem, tum Antiquitatem, atque certissimum temporis indicium. Sed & Ordo rei id postulat: invadenti Asiam objacet Judæa: captâ ejus Metropoli, prima innotuit Sesostris victoria.

b) I Reg. 14. 25. b) *Anno quinto regni Rehoboami Sesac Rex Ægypti ascendit in Jerusalem, & abstulit thesauros domûs Dei, & thesauros domûs Regis, & omnia*
c) 10. 16. *scuta aurea quæ fecerat* c) *Solomon.*

d) II Chron. 12. 2. Alibi, d) *anno quinto Rehoboami regis, Sesac rex Ægypti ascendit contra Hierosolymam cum curribus* 1200, *& equitibus* 60000; *populus autem innumerus venit cum eo ex Ægypto, Lubæi, Succæi, & Chusitæ* (LXX & vulgata, *Lybies & Troglodita & Æthiopes*) *& cepit munitas urbes in Juda, & venit usque Hierosolymam.* Sesac autem Reho-
e) Ibid. v. 8. 9. boamo regnum permisit, eâ lege, ut e) *serviat ei. Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Hierosolymâ: sublatis thesauris domûs Dei, & domûs Regis; & abstulit omnes clypeos aureos, quos fecerat Solomon.*

Captæ sunt urbes *in regno Judæ*, non itidem in regno Israelis: Jeroboamus (pristinâ clientelâ tutus) nihil mali jam pertulisse, sed novum suum Regnum Ægyptiacâ potentiâ stabiliisse videtur.

Sesac τοῖς LXX (inusitato metaplasmo) Σουσακεὶμ vocatur;
f) De Bello, l. 7 c. 18. p. 969. d. Josepho hîc Σούσακος; alibi mendosè f) Ἀσωχαῖος ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς primus censetur inter eos, qui ceperunt Hierosolymam. Quæ *Sesaco* attribuuntur in S.literis, eadem ad *Sesostrim* refert Herodotus.
g) Antiq. l. 8. c. 4. p. 279. Id pridem animadvertit Josephus; g) Ὁ θεὸς, inquit, πέμπει τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα Σούσακον, περὶ οὗ πλανηθεὶς Ἡρόδοτος τὰς πράξεις αὐτοῦ Σεσώστρει προσάπτει, *Immisit Deus Susacum Ægyptiorum regem; de quo errat Herodotus, illius res gestas Sesostri adscribens.* Et paulò pôst: Μέμνηται δὲ ταύτης τῆς στρατείας καὶ ὁ Ἁλ-

καρνασσεὺς Ἡρόδοτος περὶ μόνον τὸ τοῦ βασιλέως πλανηθεὶς ὄνομα, *Hujus expeditionis meminit etiam Herodotus Halicarnassensis, in regis nomine tantum errans.* De re, convenit Josepho cum Herodoto; de nomine, levissima est criminatio. Qui Ebræis *Sesac*, Græcis *Sesostris* dicitur.

Rex idem, ex Ægyptiorum archivis, Manethoni *Sethos* vocatur, qui decimus octavus recensetur in a) latereulo Thebano. Eundem esse utrumque perspicuum est; tum ex rebus ejus gestis; tum ex consensu temporum. De illius expeditione in Asiam hæc narrat Manetho. a) supr. p. 314.

Apud Josephum contra Apionem, l. 1. p. 1041.

Σέθωσις ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν —— ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν δόρατι, τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, Φόβῳ τῆς πολλῆς δυνάμεως ὑποχειρίους ἔλαβε.	*Sethosis, equestres & navales copias habens —— ad Cyprum & Phœniciam; & rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, universos quidem, hos ferro, illos suarum virium terrore sine bello sibi subjugavit.*
Καὶ μέγα φρονήσας ἐπὶ ταῖς ἐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλεώτερον ἐπορεύετο, τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρεφόμενος.	*Eoque successu elatus, confidentior incedebat, Orientales urbes ac provincias subvertendo.*

Manetho hîc (ut & in *Pastorum* rebus b) antea) *Assyriorum* meminit, *Ctesianâ* fretus auctoritate. In Ægyptiacis autem victarum gentium monumentis (mox producendis) censentur *Medi*, *Persæ*, *Bactriani*, *Scythæ*, aliique; nulla autem est *Assyriorum* ratio. b) supr. p. 106. 323.

Quod de *Cypro* à Sesostre occupatâ dicitur, Herodoto fuit omnino inauditum. Ille enim tradidit, *Regem* c) *Amasin primum mortalium fuisse, qui Cyprum cepit, tributariamq; fecit.* c) Herodot. l. 2 fine.

Inter eos, qui sponte, ἀμαχητὶ Φόβῳ τῆς πολλῆς δυνάμεως herbam porrexerunt, habendus est rex Judæ, Ῥοβόαμος δ᾽ αὐτῷ παρέδωκεν ἀμαχητὶ τὴν πόλιν, d) *Rehoboamus urbem, antequam oppugnaretur, illi dedidit.* d) Joseph. l. 8. c. 4. p. 279. f.

In urbe *Tyro* (urbs illa adhuc in Continente sita fuit) toto
a) Joseph. c. Ap. p. 1043. hujus expeditionis novennio, a) *Rege Abdastarto insidiis sublato à quatuor nutricis ejus filiis; regnabat eorum natu maximus*; quem *Menander* non nominat. Hic in Maritimis hujus belli negotiis Sesostri auxiliaris haberi potest.

b) I Reg. 15. 18. c) supr. p. 346. In *Damasco* jam regnâsse videtur b) *Tabremon*, Rezonis primi Regis filius, de quo diximus c).

d) p. 346. In Syriâ Sophenâ *Adad - ezeri* filius regnabat, qui communi regum istorum nomine "Ἀδαδος vocatus est; quod & suprà d) monuimus. Hi, & si qui essent alii in Syriâ Reges, victrici Sesostris fortunæ succumbere coacti sunt.

e) II Chron. 12. 3. Antequam progrediamur, illius exercitum lustremus. e) *Contra Hierosolymam ascenderunt currus 1200, equites 60000, & populus innumerus.* Josephus numerat *pedites* tantùm 40000. Hero-
f) L. 1. p. 35. a dotus indefinitè στρατιὴν πολλὴν vocat. f) Diodorus dicit, *exercitum incepti magnitudine dignum conscriptum fuisse, peditum 600000, equitum 24000; curruum bellicorum 27000.* Variant
g) supr. p. 338 numeri; sicut in Solomonis g) copiis. Homerus de *Thebis Ægyptiis* cecinit;

h) Iliad. X. v. 383. h) Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἂν ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.
Quæ centum portarum sunt; Ducenti autem per
Unamquamque viri egrediuntur cum equis & curribus.
(i. e.) 20000.

i) L. 1. p. 30. a. Diodorus ad hunc poetæ locum dicit, i) Δισμύρια δ' ἅρματα πρὸς ἀλήθειαν ἐξ αὐτῆς εἰς τοὺς πολέμους ἐκπορεύεσθαι. Τοὺς γὰρ ἱππῶνας ἑκατὸν γεγονέναι κατὰ τὴν παραποταμίαν τὴν ἀπὸ Μέμφεως ἄχρι Θηβῶν τῶν κατὰ Λιβύην, ἑκάστου δεχομένου ἀνὰ διακοσίους ἵππους, ὧν ἔτι νῦν τὰ θεμέλια δείκνυσθαι, *Viginti millia curruum re[illegible] ad bella exire. Centum enim erant equilia ad ripam fluvii à [illegible] usque Thebas Libycas; unoquoque ducentorum equorum capace; [illegible]rum fundamina etiamnum ostenduntur.* Sanè hisce temporibus Æ-
k) supr. p. 339. gyptum k) equis abundâsse diximus. Quod etiam testantur *O[illegible]*
l) Diod. ib. p. 35. c. *mandis* (sive Amenophis) copiæ, Sec. proximo.
Sesostris, tantum l) *exercitum itinere terrestri promovens, to-*
tam

tam subegit Asiam. Neque enim terras tantùm invasit, quas Alexander Macedo postea acquisivit; sed etiam gentes quasdam, quas ille non adivit. Transiit enim Gangem fluvium, & Indiam permeavit totam, usque ad Oceanum. Scytharum etiam gentes subjecit usque ad Tanaim fluvium, qui Europam ab Asia disterminat. Herodotus autem illum Istrum fluvium transiisse refert. a) *Sesostris*, ait, *magnum habens exercitum, perrexit per continentem, gentes omnes obvias subigens; donec ex Asia in Europam transgressus, Scythas subegit, & Thraces; ad quos, & non ulteriùs, exercitus Ægyptius pervenisse mihi videtur: quoniam in illorum terrâ stelæ positæ apparent, sed non ultra eos.* De stelis istis paulò ante dixerat. b) *Sesostris in quascunque incidebat gentes strenuas, & acres libertatis assertrices; in earum regionibus ponebat stelas, cum inscriptione nominis sui & patriæ, & ut suis viribus illas subegerit; quarum verò urbes sine prælio facilè cepisset, in illarum stelis, præter id quod in fortium gentium stelis inscriptum erat, etiam genitalia muliebria adsculpebat; monstrare volens, illos minimè viriles fuisse.* c) *Non apparent jam pleræque istarum stelarum, quas Sesostris rex Ægypti per regiones singulas erexit. Ipse verò* (ait Herodotus) *quasdam vidi in Syriâ Palæstinâ, & literas habentes quas dixi, & muliebria genitalia.* Sanè Rehoboamus urbem ἀμαχητὶ tradidit.

a) l.2.c.103.

b) Ib.c.102.

c) Herod. l.2. c.106.

d) *Inscriptio* autem *sacris Ægyptiorum literis* exarata, Græcè ita legitur.

d) Diod. Sic. l.1. p.35.d.

Τὴν δὲ χώραν ὅπλοις κατεστρέψατο τοῖς ἑαυτοῦ
Βασιλεὺς Βασιλέων, καὶ Δεσπότης Δεσποτῶν,
Σεσόωσις.

HANC REGIONEM SUIS ARMIS DEVICIT
REX REGUM ET DOMINUS DOMINORUM
SESOSTRIS.

In cippis autem, apud gentes pugnaces, pudendum viri posuit; apud ignavas & timidas, feminæ. e) Ita etiam Africanus & Eusebius.

e) Syncell. p.59 60.

Sesostris, f) *omni Asiâ, & plerisque Cycladum Insularum in ditionem redactis, transgressus in Europam, & percurrens Thraciam, in* *peri-*

f) Diod.ib.

periculum venit amittendi exercitûs, ob victûs penuriam & locorum difficultates: quapropter expeditionis terminos in Thraciâ posuit.

Si in Græciam perrexisset Sesostris (quod posteà fecerunt Persæ) clariorem rerum suarum famam apud posteros reliquisset; neque illius tempora Græcis inter Μυθικὰ habenda essent. Athenis jam regnabat *Phorbas*; Lacedæmone, & Corinthi, quarti *Heraclidarum* successores; qui aut virtutis, aut infortunii memoriam conservâssent. Græci autem jam rerum suarum studio, ob tenuitatem, parum tenebantur; exterarum nequaquam: quòd essent illi adhuc literarum rudes. Homerus, nondum natus, omnem Græcorum ἱστοριογραφίαν longè præcessit. Ne miremur igitur, maximas has (quas narramus) Ægyptiorum res gestas, tantâ ignorantiâ fuisse penè obrutas.

Cùm verò Ægyptii jam *Cyprum* & *Cycladas* (ut dictum est) obtinuerint; non immeritò illi inter θαλαττοκρατοῦντας numerantur ab Eusebio, ejusque exscriptoribus, Florentio, & Mariano: a) *Ægyptii, post Phœnices, mare obtinuerunt.* Syncellus hoc omisit. Non autem competit id temporibus istis, quæ *Primam Olympiadem* Vulgarem, sed quæ vera *Olympiorum* initia, proximè præcesserunt.

a) Euf. n. 1230.

Sesostris in Asiam reversus, egregia dominii sui monumenta illic reliquit. Oram Asiæ Maritimam eo tempore tenuerunt Græci, Dores, Jones, Æoles. In Lydiâ regnabat nescio quis ex *Argonautis* *Heraclidæ* posteris. De Sesostre Herodotus, b) *Visuntur*, ait, *circa Joniam duæ hujus viri statuæ ex petris sculptæ; una quà itur ex Epheso in Phocæam; altera quà ex Sardibus Smyrnam. Utrobique vir magnitudine* πέμπτης σπιθαμῆς *quinûm palmorum insculptus est; dextrâ jaculum, sinistrâ arcum tenens; cæteramque armaturam tam Æthiopicam quàm Ægyptiacam gestans: per pectora ab uno humero ad alterum, Inscriptio sacris literis Ægyptiis est, quæ Græcè ita sonat.*

b) L. 2. c. 106.

Ἐγὼ τὴν δὲ τὴν χώρην ὤμοισι τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην.

EGO REGIONEM HANC MEIS HUMERIS OBTINUI.

Quis verò, vel cujas fuerit, illic non apparet, sed alibi declaratur. Quidam ea conspicati, Memnonis imaginem esse conjectant, à veritate multùm deficientes. Diodorus dicit, *statuam fuisse* c) τῷ μεγέθει τέτταρσι παλαίσταις μείζονα τῶν τεττάρων πηχῶν, ἡλίκος ὢν καὶ αὐτὸς ἐτυγ-

c) Diod. Sic. p. 35. d.

ἐτύγχανεν, *quaternos palmos proceriorem quatuor cubitis, quâ ipse statura fuit.* De illius staturâ Eusebius, a) Σέσωστρις λέγεται γεγονέναι πηχῶν δ', παλαιστῶν γ', δακτύλων β', *Sesostris proceritas dicitur esse cubitorum 4, palmorum 3, digitorum 2.* a)Syncell. p.60.c.

Sesostris itaque omnia, *inde Bithynum, hinc Lycium ad mare, imperio tenuit;* quod de successore ejus mox dicitur.

Sesostris Coloniæ.

DE vetustioribus Ægyptiorum coloniis, in *Babyloniam*, & in *Græciam* deductis, b) suprà disseruimus. Duæ insuper, in hâc b)p.107.
Sesostris expeditione, memorantur Coloniæ; altera Scytharum, in *Parthiam*; altera Ægyptiorum, in *Colchidem*.

Epitomator Trogi Scythicæ Parthorum originis meminit, tam ubi de c) *Scythis* agit, quàm ubi de d) *Parthis*. Apud Photium, e) c)Justin. l.2.
Arrianus in Parthicis, Πάρθους φησὶν ἐκ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων d) 41.b.
βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν, ἀπὸ τῆς σφῶν χώρας Σκυθίας εἰς e)Biblioth.
τὴν νῦν μετοικῆσαι; *narrat Parthos, tempore Sesostris Ægyptiorum* cod.58.p.54.
regis & Jandysi Scytharum regis, ex Scythia, eorum patria, in eum quem nunc tenent locum demigrâsse. In Alexandrino Chronico, *Scytharum in Parthiam deductorum* numerus est 15000: & ad Sesostris tempora refertur migratio ista. Ætas autem Sesostris (ut solet à Græcis) ibi nimiùm quantum in anteriora protruditur. Q. Curtius hos Scythas Europæos fuisse censuit. f) *Tanais*, ait, *Europam &* f)L.6.prop.
Asiam medius interfluit; nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos con- init.
didere, non à Bosphoro, sed ex regione Europæ penetraverint. A migratione ortum est *Parthorum* nomen. g) Παρθυαῖοι (οἱ καὶ Πάρθοι) g)Steph. in
ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὰς μετοικίσαν ἐπὶ Μῆ- Παρθυ.
δον· κληθὲν δ' οὕτω παρὰ Μήδοις διὰ τὴν φύσιν τῆς αὐτοὺς δεξαμένης γῆς, λιμνώδους καὶ ἀγκώδους οὔσης· ἢ διὰ τὴν φυγὴν, καθότι οἱ Σκύθαι τοὺς φυγάδας Πάρθους καλοῦσι, *Parthi, gens olim Scythica, tandem fuerunt, vel transmigrârunt, sub Medo: sic dicti à Medis, propter naturam soli, in quo consedêrunt; quod paludosum est & humile; vel propter fugam: si quidem Scythæ fugitivos vocant Parthos.* Græci fabulantur hunc h) *Medum*, *Medeæ filium*, regioni nomen impo- h)Strab. l.11.
suisse. p.526.b.

a)Herodot. l. 2. c. 103. Coloniam alteram constituit Sesostris, a) *cùm è Thraciâ digressus retro abiisset, & ad Phasin fluvium venisset.* De quâ, *Non possum* (inquit Herodotus) *pro comperto dicere, utrùm ipse rex Sesostris, exercitum suum dividens, aliquantulum copiarum reliquerit ad incolendam regionem; an aliqui militum, peregrinationis pertæsi, circa Phasin fluvium substiterint.* De loco isto, in Orientalibus Euxini ponti partibus, Dionysius Periegetes.

b) Vers. 689. b) Παρ' δὲ μυχὸν Πόντοιο κατ' χθόνα Τυνδαριδάων
Κόλχοι ναιετάουσι μετήλυδες Αἰγύπτοιο. Prisciano interprete,
Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum (i.e. Dioscurias.)
Ægypto missi Colchi tenuêre coloni.

c)Diod. p. 35. e Neque satis rectè Diodorus dixit, c) *Ægyptiorum nonnullos, ad Meotim paludem relictos, Colchorum gentem constituisse.*

Tempus hujus Coloniæ malè se habet apud Veteres. Agathias
d)L. 2. p. 55. c. (de d) *Lazis* agens) *Colchi dicuntur esse Ægyptiorum colonia. Ajunt enim, multo tempore ante Heroûm (qui Jasonem comitabantur) adventum; immò antè Assyriorum imperium, & Nini & Semiramidis tempora, Sesostrim quendam regem Ægyptium, ingenti indigenarum exercitu coacto, quum universam Asiam invasisset ac subjugâsset, eo etiam loci venisse, & aliquam exercitûs sui partem ibi reliquisse, atque inde Colchorum gentem deductam.* Epitome Trogi dicit, Ægyptios in-
e)Justin. l. 2. c. 3. sisse Scythas *an.* 1500 antequam *Ninus* esset *rex Assyriorum* : e) *Primus Scythis bellum indixit Vexoris* (Sesostrim intellige) *rex Ægyptius: Qui cùm* (Scythas) *tantâ celeritate venire addidicisset, in fugam vertitur; exercituque cum omni apparatu belli relicto, in regnum se recepit. Scythas ab Ægypto paludes prohibuere.* Sed & qui *Argonautica* cecinerunt, *Apollonius Rhodius, Valerius Flaccus*; alii, Sesostrim *Argonautis* vetustiorem faciunt. Scilicet Sesostrim pro *Danai fratre* habuerunt.

f)Diod. Sic. l. 4. p. 173. Rex Colchorum vetustissimus fuit f) *Æetes Solis filius*, pater *Medeæ*, quæ *Argonautis* auxilio fuit, annis 282 ante hanc Sesostris
g) Diod. ib. p. 174. d. expeditionem. Tunc temporis g) *urbs Sybaris fuit Colchorum regia.* Alii memorantur Colchorum reges, & divites, & fortes, cum
h)Plin. l. 33. c. 3 quibus Sesostris haud æquo Marte dimicavit. h) *Jam regnaverat in Colchis Salauces; & Esubopes, qui terram virginem nactus plurimum*

mum argenti aurique eruisse dicitur in Sannorum (Soanum) *gente, & alioquin velleribus Aureis inclyto regno. Sed & illius aurea camera, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastatæ, victo Sesostre Ægypti rege.* Valerius etiam damni meminit, à Sesostre his in partibus accepti.

—— a) *Ut prima Sesostris*
Intulerit rex bella Getis; ut clade suorum
Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem;
Phasidos hos imponat agris, Colchosque vocari
Imperet —— ——

a) Argonaut. l. 5. v. 420.

Cæterùm non obstante clade istâ (neque enim gravis videtur) Sesostris coloniam in Colchide constituit, occupatâ urbe Ææâ. b) Αἶα πόλις Κόλχων κτίσμα Αἰήτου, θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια, ἣν περιρρέουσι δύο ποταμοὶ Ἵππος καὶ Κυάνεος ποιοῦντες αὐτὴν χερρόνησον, *Æa urbs Colchorum ab Æete condita, distans à mari stadiis 300; quam circumfluunt duo fluvii, Hippus & Cyaneus, qui illam peninsulam faciunt.* Hujus urbis, hujus expeditionis meminit Apollonius Rhodius.

b) Steph. Al.

Ἀργοναυτικῶν Δ. vers. 272.

Ἔνθεν δή τινα φασὶ πέριξ διὰ πᾶσαν ὁδεῦσαι
Εὐρώπην Ἀσίην τε βίῃ, καὶ κάρτεϊ λαῶν
Σφωϊτέρων θάρσει τε πεποιθότα. Μυρία δ' ἄστη
Νάσσατ' ἐποιχόμενος. τὰ μὲν ἤ ποθι ναιετάουσιν
Ἠὲ καὶ οὔ. Πουλὺς γὰρ ἄδην ἐπενήνοθεν αἰών.
Αἶά γε μὴν ἔτι νῦν μένει ἔμπεδον, υἱωνοί τε
Τῶνδ' ἀνδρῶν οὓς ὅγε καθίσατο ναιέμεν Αἶαν.
Οἳ δή τοι γράπτυς πατέρων ἕθεν εἰρύον)
Κύρβιας, οἷς ἔνι πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν
Ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινισσομένοισιν.
Inde quendam ajunt circumcirca peragrâsse
Totam Europam & Asiam, vi & virtute copiarum
Suarum, & audaciâ fretum. Is innumeras urbes
Invadens subegit, quæ aut alicubi incoluntur,
Aut non. Nam satis longa ætas interfuit.

Æa quidem adhuc manet firmiter: & posteri illorum,
Quos ille jussit inhabitare Æam
Descriptas Majorum servant
Tabulas, in quibus omnia sunt itinera, & fines
Maris Terraque circumquaque profecturis.

a)supr.p.248. Poeta quidem *Sesostrim* non nominat, sed per res gestas eum graphicè describit. Vetus Apollonii Scholiastes, ex a) citato *Dicæarchi* loco, illum vocat *Sesonchosin, totius Ægypti regem, qui omnem Asiam & plurimum Europæ subjugavit.* Quo quidem nomine *Sesostrim* intelligi innuit, imò probat; tum ex *Herodoto*, qui Sesostrim (non *Sesonchosin*) *stelas cum mulieribus posuisse* refert; tum ex *Theopompo*, *qui libro tertio illum Sesostrim vocat.*

b)sup. p. 242 c)In fine Epist. ante Dionysii περιήγησιν. Ex longinquis Sesostris itineribus enatum est *Geographiæ* studium, b) cui deinceps ἱερογραμματεῖς Ægyptii operam impense dederunt. Cujus rei testis luculentus est c) Eustathius. Σεσωστρις δὲ φασὶν, ὁ Αἰγύπτιος πολλὴν περιεληλυθὼς γῆν, πίναξί τε δέδωκε τὴν περίοδον, καὶ τῆς τῶν πινάκων ἀναγραφῆς οὐκ Αἰγυπτίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ Σκύθαις εἰς θαῦμα μεταδοῦναι ἠξίωσεν, *Sesostris Ægyptius, ut ajunt, cùm multum terrarum peragrasset, itinera tabulis edidit; & tabularum descriptionem non solùm Ægyptiis, sed & Scythis in admirationem impertiri dignatus est.* Scythæ hi sunt *Colchi*, *Æam* incolentes, quorum posteri γράπτυς πατέρων εὔρειας habuerunt.

d)Herodot. l.2. c.104. c.105. Tabulæ istæ Geographicæ (à Colchis conservatæ) non leves sunt originis Ægyptiacæ argumentum. Sed & alia profert Herodotus indicia, per quæ d) *Colchi videntur esse Ægyptii; ipsique Ægyptii illos ex Sesostris exercitu fuisse opinantur.* 1. Utrique sunt μελάγχροες καὶ οὐλότριχες, *atri coloris, & crispi capillitii.* 2. *Colchi, Ægyptii, & Æthiopes soli mortalium ab initio pudenda circumcidunt.* 3. *Utrique linum eodem modo elaborant.* 4. Καὶ ἡ ζωὴ πᾶσα καὶ ἡ γλῶσσα ἐμφερής ἐστι ἀλλήλοισι, *Et vita omnis & lingua apud utrosque similis est.* Ad probandam hanc cognationem, *circumcisionis* argumento utuntur etiam e) Diodorus & f) Josephus.

e)supr p. 74. f) Antiq. l.8. c.4.

Reditus Sesostris.

g)Diod. Sic. l.1. p.35.d. SEsostris, g) *cùm benignè se gessisset erga omnes eos quos sibi subdidisset, & expeditionem perfecisset, ἐν ἔτεσιν ἐννέα, novem annorum spa-*

spatio; imperavit Gentibus munera, pro facultatum modo, in Ægyptum annuatim perferre. Ipse cum immensa captivorum spoliorumque multitudine in patriam rediit, rerum gestarum magnitudine omnes ante se reges supergressus. Non dissimilia sunt quæ habet a) *Africanus* (& ex eo *Eusebius*) Ἐν ἐνιαυτοῖς ἐννέα: *annis novem* (Sesostris) *totam subjugavit Asiam, & in Europâ Thraciam; adeò ut ab Ægyptiis, post Osirim, primus haberetur.* Illi enim Osirim cum exercitu totum terrarum orbem peragrâsse fabulantur. a)Syncell. p.59,60.

Reditum acceleravit fratris perfidia. Quum enim in Asiam profecturus esset Sesostris, sive *Sethosis*, ille (sicut refert Manetho apud b) Josephum) *fratrem Armaim Ægypto præfectum constituit, & regalem potestatem ei contulit omnem, præter Diadematis usum; jussitque illum Reginæ liberorum Matri injuriam non inferre; & à Concubinis regiis abstinere. Cùm autem satis longo tempore Rex abesset, Armais in Ægypto relictus, contra fratris jussa, omnia audacter perpetravit. Nam & Reginam violavit, & concubinis aliis promiscuè usus est: Sumpsit etiam, amicorum suasu, Diadema, & fratri rebellavit. Summus autem Ægypti Sacerdos per literas Sethosi notum fecit, fratrem Armaim rebellâsse. Ille protinus Pelusium properavit, & regnum suum recuperavit.* b)con. Apion. p.1041.

Ibi tamen in magnum vitæ discrimen incidit. c) *Dum enim Sesostris, à magnâ expeditione reversus, in Ægypto commoraretur circa Pelusium, Frater ipsum cum uxore & liberis convivio exceptum insidiis appetebat. Illis enim à potu largiore consopitis, hic magnam siccæ arundinis vim, jampridem ad hoc destinatam, tabernaculo Regis noctu circumgessit atque incendit. Igne igitur subitò accenso, satellites regis, vino graves, opem segniter ferebant. Sesostris verò manibus porrectis vota pro filiorum & uxoris salute suscipiens, per flammas evasit; & sic præter spem servatus, Donariis tum alios Deos, tum Vulcanum maximè veneratus est, utpote cujus beneficio salus ipsi contigisset.* c)Diod. l.1. p.37.b.

Sacerdotes, de evadendi modo, Herodoto imposuisse videntur. d) *Dicebant* enim *Sesostrim redeuntem, & multos devictarum regionum populos reportantem, quum in reditu Daphnas Pelusias venisset, à Fratre, quem Ægypto præfecerat, unà cum liberis invitatum fuisse; & cùm ille domum materiâ circumstipasset, struemque incendisset, Sesostrim, re intellectâ, cum uxore, quam secum duxerat, protinus deliberâsse, & ea suadente, ex sex liberis, duos super ignem extendisse, & super illos* d)Herod. l.2. c.107.

(quasi per pontem ; ipsos transeuntes evasisse. Eo modo, duobus filiis exustis, cæteri cum patre servati sunt. Sesostris in Ægyptum reversus ultionem de fratre sumpsit.

a) Jos. c. Ap. p. 1041.
b) supr. p. 129.

a) Manetho (ex Græcorum Mythologiâ, non ex Ægyptiorum scriniis) *Armaim* hunc *Danaum* illum fuisse tradidit, qui b) olim in Græciam navigavit : unde tanta est apud Græcos Ægyptiorum temporum confusio.

c) Diod. l. 1. p. 36. a.

Sesostris domum reversus c) *omnia per Ægyptum templa eximiis donariis manubiisque exornavit ; & fortissimos militum pro merito donis honoravit. Sanè ab expeditione istâ non tantùm exercitus, rebus præclarè gestis opibusque ingentibus partis, gloriosè rediit ; sed etiam universa Ægyptus variis commodis inde referta fuit. Sesostris à bellicis negotiis desistens, Commilitonibus quidem rebus secundis bonisque partis fruendi potestatem concessit : ipse verò, cùm esset gloriæ studiosus, & æternæ memoriæ cupidus, Opera magna, & tam ingenio, quàm sumptu miranda molitus est ; sibi immortalem gloriam ; Ægyptiis securum laboris levamentum in omne tempus comparans.*

d) Ib. p. 37. b.

d). *Quanquam verò multa atque præclara de Sesostre ferantur, id tamen omnium* μεγαλοπρεπέστατον, *magnificentissimum* (immò superbissimum) *videtur, quod circa* ἡγεμόνας *Regulos, in profectionibus Regis, peragi solet. Nam qui devictarum gentium Regna illius indulgentiâ tenebant, aut alioqui maximas præfecturas acceperant, statis temporibus in Ægyptum dona ferebant. Quos Rex excipiens, in cæteris quidem honoravit, & eximiè provexit ; quando verò Templum vel urbem ingredi placeret, equos à quadrigis solvens, pro illis, quaternos Reges ac Principes subjugare solebat : omnibus (ut existimabat) manifestum faciens, quòd cùm potentissimos & totius orbis illustrissimos debellâsset, neminem haberet in Virtutis certamine sibi comparandum.* Verùm superbiæ imputationem non evasit.

e) L. 33. c. 3.

Sesostris (inquit e) Plinius) *Ægypti Rex tam superbus, ut prodatur annis quibusque sorte Reges singulos è subjectis jungere ad currum solitus, sicque triumphare.* Et Lucanus:

f) L. 10. v. 276.

f) *Venit ad Occasum, Mundiq; extrema Sesostris ;*
Et Pharios currus Regum cervicibus egit.

Vox

Vox *Pharius*, de Sesostre satis proleptice usurpatur.

Ad secundam hujus Regis fortunam adjici potest, quòd, illo regnante, a) *Avis Phœnix in Ægyptum venerit. Sacrum Soli id animal, colore ac distinctu pinnarum à cæteris avibus diversum. De numero annorum varia traduntur; maximè vulgatum, quingentorum spatium: Sunt qui adseverent, 1461 interjici* (juxta ἀποκατάστασιν b) Zodiaci) *alitesque Sesostride primùm post Amaside dominantibus; dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in Civitatem, cui Heliopolis nomen, advolâsse; multo cæterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium.* Tandem imperante Tiberio, c) *P. Fabio, L. Vitellio Coss. Phœnix in Ægyptum venit. Sed antiquitas quidem obscura: inter Ptolemæum & Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. Unde nonnulli falsum hunc Phœnicem, neque Arabum è terris credidere, nihilque usurpavisse ex his quæ vetus memoria firmavit. Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris struere nidum, eique vim genitalem adfundere; ex qua fœtum oriri; & primam adulto curam sepeliendi patris; neque id temere, sed sublato murrhæ pondere, tentatoque per longum iter; ubi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inque Solis aram perferre, atque adolere. Hæc incerta & fabulosis aucta. Cæterùm aspici aliquando in Ægypto eam volucrem, non ambigitur.*

a) Tacit. Annal. 6. p 154.

b) Supr. p. 9. & 3 9.

c) Anno V. C. 787.

Ad
SECULUM XV.

Opera Sesostris.

Quamdiu vixerit Sesostris, incertum: illum vitam suam in hoc Seculum produxisse indubitatum est. Bella gessit juvenis; provectiore ætate, otii Opera peregit. Illius autem Opera vel rem Divinam spectant, vel Militarem, vel Civilem.

Primùm igitur à Diis exorsus, Templa construxit, in omnibus Ægypti urbibus, Deo, quem singuli maximè colerent. Verùm Ægyptiorum neminem ad labores assumpsit; sed cuncta Captivorum operá perfecit. Ideo Templis omnibus adscripsit;

οὐδεὶς ἐγχώριος εἰς αὐτὰ μεμόχθηκε.

NEMO INDIGENARUM HUC IMPENDIT LABOREM.

a) Herodot. l.2.c.110. In urbe Memphi, a) *ante Templum Vulcani, statuas erexit, ex integris saxis, duas quidem tricenûm cubitorum; unam, suam; alteram, uxoris; filiorum autem, qui fuerunt quatuor, totidem statuas vicenûm cubitorum.* Ingentia hæc donaria b) Vulcano dicata sunt à Sesostre, ob suam, uxoris, & filiorum salutem; quum insidiæ, quas Frater ei struxerat Pelusii, irritæ factæ essent.

b) Diodor. p 37. 2.

c) Herod, l. 2. c.110. c) *Longo pòst tempore, cùm statua Darii Persæ huic Sesostris statuæ anteponeretur; id haud ferens Vulcani sacerdos negavit, res tales Darium gessisse, quales gessisset Sesostris Ægyptius; qui tum alias nationes, non pauciores quàm Darius, tum etiam Scythas subegisset; Darium verò Scythas vincere non potuisse: ideoque iniquum esse, ante hujus donaria sisti illius, qui hunc rebus gestis nequaquam superâsset.* Dicunt,

d) Diod. p.37. d. Darium hæc æquo animo tulisse. Adjicit Diodorus, illum d) *ingenuâ libertate dixisse, se conaturum, ut illo non sit posterior, si tantundem vitæ sibi contingat; ac jussisse, res pari li ætate gestas comparari. Id enim esse justissimum virtutis examen.*

e) Diod. ibid. Sesostris præterea erexit e) *Obeliscos duos è duro lapide, altitudine centum & viginti cubitorum,* quibus inscripsit τό τε μέγεθος τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ πλῆθος τῶν προσόδων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν καταπολεμηθέντων ἐθνῶν; *Potentiæ magnitudinem, vectigalium copiam, & gentium debellatarum numerum.*

f) Am. Marcell. l.17.p.92. f) *Augustus* Cæsar *Obeliscos duos ab Heliopolitanâ civitate transtulit; quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus est*

g) Plin. l.36.c.9 *Martio.* g) *Is autem Obeliscus, quem Augustus in Campo Martio statuit, excisus est à Rege Sesostride.* Augustus *jactis in terram fundamentis ad altitudinem rei imposita, ei addidit mirabilem usum Horologii.*

h) Fulv. l.4. c.30. h) Andreas Fulvius in Obelisci hujus basi hanc legit Inscriptionem.

CÆS. DIVI F. AUGUSTUS
PONT. MAX. IMP. XII. COS. (XI.) TRIB. POT. XV.
ÆGYPTO IN POTESTATEM POPULI RO. REDAC
SOLI DONUM DEDIT

Hodie

Hodie (testatur ille) in multas partes confractus, terrâ obrutus jacet ad pedem Accetorii montis, versus Tiberim. Eadem fuit Inscriptio Obelisci alterius, in Circo positi, quem Sixtus V. P. (Anno Domini 1589) ad Portam Populi erexit.

a) *Ex Syenite lapide, circa Syenem Thebaidis, trabes fecere Reges quodam certamine, Obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie est; & ita significatur nomine Ægyptio. Primus omnium id instituit Mitres, qui in Solis urbe regnabat, somnio jussus; & hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim sculpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ.* De ætate *Mitris* non liquet: Sesostris itaque primus haberi potest, qui Obeliscos posuerit. a) Plin. l. 36. c. 8.

Ægyptiorum Militia.

ÆGyptus tum ob b) equorum abundantiam, tum vetustissimam equitandi peritiam celebratur. c) *Dicæarchus*, πρῶτόν φασι Σεσογχῶσιδα εὑρηκέναι ἵππων ἄνθρωπον ἐπιβαίνειν. οἱ δὲ ταῦτα εἰς Ὧρον ἀναφέρουσιν, *Sesonchosidem artem equitandi primùm invenisse ajunt: alii autem ad Orum referunt.* Non multùm interest; cùm (ex Dicæarchi d) chronologiâ) *Sesonchosis* successerit *Oro*. Fabulantur Ægyptii e) *Osiridem ex Inferis Oro adfuisse, ut eum ad bellum institueret; & rogâsse, Quodnam animal ad pugnam euntibus censeret utilissimum; cumque Orus respondisset, Equum; Osiridem miratum fuisse, & ambigisse, cur non dixisset Leonem potiùs, quàm Equum? Orum regessisse*, ὡς λέων μὲν ὠφέλιμος ἐπιδεομένῳ βοηθείας, ἵππος δὲ φεύγοντα διασπάσαι καὶ καταναλῶσαι τὸν πολέμιον, *Leonem illi utilem esse qui indigeret auxilio; Equum autem ad hostem fugientem perdendum. Quo responso Osiridem delectatum fuisse, quasi Oro ad pugnam satis instructo.* Et in symbolis, f) ἀνδρείας καὶ παῤῥησίας ὁ ἵππος, *fortitudinis & audaciæ Equus* erat Symbolum.

b) supr. p. 340.
c) Schol. Apol. Rhodii, l. 4. v. 275. p. 412.
d) supr. p. 248.
e) Plutarch de Iside, p. 358. b.
f) Clem. Alex. Strom. 5. p. 567. a.

Sesostris autem g) *non tantùm res bello clarissimas gessisse fertur, sed etiam* περὶ τὸ μάχιμον ἔθνος νομοθεσίαν συστήσασθαι καὶ τὰ ἀκόλουθα τὰ περὶ τὴν στρατείαν πάντα διακοσμῆσαι, *Militari ordini leges instituisse omniaque ad militiam pertinentia pulcherrimè disposuisse.* g) Diod. Sic. l. 1. p. 59. d.

Herod.l.2, c.164. Sunt in *Ægypto VII hominum genera*; Ἱερεῖς, *Sacerdotes*, primi loco & dignitate; Secundi, Μάχιμοι, *Milites*; Inferioris longe conditionis sunt Βουκόλοι, Συβῶται, Κάπηλοι, Ἑρμηνέες, Κυβερνῆται, ἀπὸ τῶν τεχνέων, *à suis artificiis denominati*; neque ad rem præsentem attinent.

a)Ib.l.6. c.31. a) Οἵτε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες καλεόμενοι Μαχαιροφόροι εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι, *Hermotybies, & Calasiries qui*
b)Ib.l.2.c.164 *vocantur Ensiferi, soli sunt Milites ex Ægyptiis.* Isti autem b) *milites* Καλασίριες *dicti*, & Ἑρμοτύβιες *sunt horum Nomorum. Nam Ægyptus omnis in Nomos* (sive Præfecturas) *distincta est.*

c. 165. *Hermotybiorum hi sunt Nomi; Busirites, Saites, Chemmites* (in Thebaide) *Papremites, Insula Prosopitis, quæ vocatur Natho ex dimidiâ parte. Ex his Nomis Hermotybies, quum plurimi, sunt* 160000; *quorum nemo quæstuarii opificii quippiam didicit, sed omnes rei militari vacant.*

Herodot.l.2. c.166. *Calasiriorum hi sunt Nomi alii; Thebaus, Bubastites, Aphthites, Tanites, Mendesius, Sebennites, Athribites, Pharbæthites, Thmuites, Onuphites, Anytius, Myecphorites, qui in Insula est, Bubasti urbi opposita. Hi Nomi sunt Calasyriorum, qui dum coguntur quoad possunt plurimi, sunt virorum* 250000. *Neque illis fas est artificio ulli operam dare, sed solùm rei militari vacare; filio à patre discente.*

c.167. *Apud Thracas etiam, Persas, Scythas, Lydos, & omnes ferè barbaros, illi qui artificia discunt, eorumque liberi, pro ignobilioribus civibus habentur; generosiores autem ii, qui ab operibus manuariis abstinent; præsertim qui rei militari vacant. Id didicerunt Græci omnes, maximè Lacedæmonii: Corinthii verò, opifices minimùm contemptui*
c)Plutarch. in Lycurgo, p.41. f. *habent.* c) *Ferunt Lycurgum, in Ægypto*, τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν τοῦ μαχίμου διάκρισιν *segregationem militum ab aliis hominum generibus admodùm probâsse: in Spartam traduxisse; & illiberales artifices separâsse.* Neque Militibus solùm, sed etiam Artifici-
d)Schol. Apol. Rhodii, ut suprà. bus vetitum est paternum vitæ institutum deserere. d) *Dicaarchus dicit Sesonchosidem* (Sesostrim) *leges dedisse*, ὥστε μηδένα καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν τέχνην. Τοῦτο γὰρ ᾤετο ἀρχὴν εἶναι πλεονεξίας. *Neminem paternam artem relinquere. Id enim existimabat esse principium avaritiæ.*

e)Herod.l.6. c.60. e) *In hoc etiam cum Ægyptiis congruunt Lacedæmonii: eorum præcones, tibicines, & coqui in paterna artificia succedunt; & coquus è coquo;*

coquo; tibicen ex tibicine; præco ex præcone gignitur; neque κατὰ λαμπροφωνίαν, propter vocalitatem ulli aliis insidiantes seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseverant.

Militibus autem istis solis Ægyptiorum, præter Sacerdotes, concessum est præmium; ut essent singulis arura XII à vectigali immunes. (Est autem Arura 100 cubitorum Ægyptiorum quoquoversus, & cubitus iste par Samio.) Exemptio ista universis data est; hac verò per vices fruebantur. Mille Calasiriorum, & alii totidem Hermotybiorum annuo Satellitium munere circa Regem fungebantur; quibus, præter aruras, dabantur viritim quotidie panis tosti quinæ minæ, bubulæ carnis binæ, vini ἀρυστῆρες quatuor. Hæc Satellitibus assiduè præbebantur. Herodot. l. 2. c. 168.

Sesostris itaque Commilitonibus suis, tam ducibus secum educatis, quàm aliis bene meritis, Feuda militaria concessit, à vectigalibus immunia, & jure hæreditario tenenda. Quibusdam *Calasiriorum* cohortibus assignatus est Nomus *Thebæus*; ut *Hermotybiis*, *Chemmites* (sive Panopolites) in Thebaide pariter: ut illi præsto essent Regi. Milites reliqui in Ægypto Inferiore unà collocati sunt. In eâ enim sunt Nomi, præter *Thebæum* & *Chemmitem* omnes quos recitavimus; de quibus mox accuratiùs. Ingens hic exercitus in Insulâ Δέλτα quasi in castris metatus est, hinc *Pelusiaco*, inde *Canobico* Nili alveo vallatus; ad Orientem *Calasirii*, ad Occasum *Hermotybii*.

Sesostri quidem fuit hoc insigne magnanimitatis, & erga milites sibi devinctissimos gratitudinis argumentum; utrùm verò consilio maturo, & posteris salutari, hoc statutum sit, dubitare licet. Satis notum est, Milites, otio emollescentes, disciplinam detrectare; opulentiâ superbientes, auctoritatem contemnere; junctarum virium fiduciâ in seditionem pronos esse. a) *Sennacharibo Assyriorum rege Ægyptum invadente, militaris iste Ægyptiorum ordo Sethoni Regi opitulari noluit.* Sanè ex intestinâ rebellione videtur evenisse; ut, pessundatâ paulò pòst Majestate Thebanâ, plurimi in Ægypto pullularent Reguli. a) Herod. l. 2. c. 141.

NOMOI *Ægypti.*

SEsostrem ferunt, Ægyptum b) *in omnes Ægyptios distribuisse*, κλῆρον ἴσον ἑκάστῳ τετράγωνον διδόντα· καὶ ἀπὸ τούτου τὰς προσόδους ποιή- b) Ib. c. 109.

ποιήσαντα, ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνιαυτὸν, *per sortem data viritim aqua soli quadrati portione, atque inde vectigal instituisse; imposita pensione certa quotannis pendenda.* Lex agraria non Sacerdotes solos, aut Milites, sed & universam spectabat plebem; plebs autem sola vectigal solvebat.

a) Herod. ib. a) *Si fluvius alicujus sortem decurtasset; is Regem adiens rem indicat; Rex metatores mittebat ad inspiciendum, quanta esset soli diminutio, ut vectigal pro residui proportione taxaretur.* Atque hinc mihi videtur Γεωμετρίη εὑρεθεῖσα, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπελθεῖν, b) *Geometria inventa, in Graciam transiisse. Nam Polum & Gnomonem, & XII diei partes Graci à Babylonis didicerunt.*

b) supr. p. 37. & 240

Etsi Sesostris non primus fuerit Regum, qui post exactos Pastores totam Ægyptum sub ditione tenuerunt; hoc tamen ille primum post se reliquit Monarchiæ argumentum; quod ad faciliorem Regni administrationem, c) τὴν χώραν ἅπασαν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα μέρη διελὼν, *totam Ægyptum in XXXVI partes distribuens, quas Ægyptii* Νομοὺς *vocant* (*Præfecturas*, Plinius) ἐπέστησεν ἅπασι Νομάρχας, τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν τε προσόδων τῶν βασιλικῶν, καὶ διοικήσαντας ἅπαντα κατὰ τὰς ἰδίας μερίδας, *singulisque Præfectos imposuerit, qui reditus Regis curarent, & suo quisque Nomo omnia administrarent.* Juxta d) tripartitam veteris Ægypti distributionem distinguebantur Nomi XXXVI. e) Ἡ δὲ χώρα τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς Νομοὺς ἔχει. δέκα μὲν ἡ Θηβαῒς δέκα δὲ ἡ ἐν τῷ Δέλτα· ἑκκαίδεκα δὲ ἡ μεταξὺ, *Regio primùm divisa est in Nomos: Thebais in X; Delta in X; intermedia in XVI.*

c) Diod. l. 1. p. 37. 2.

d) supr. p. 25.

e) Strab. l. 17. init.

Nomorum nomina, ab Herodoto prolata, videntur esse Ægyptia. Vixit enim ille sub Artaxerxe Persâ, annis circiter 550 post expeditionem Sesostris in Asiam; & vetustissimus est Græcorum, qui res Ægypti nobis tradiderunt. Leguntur etiam apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, reliquorum *Nomorum* vocabula; sed Græcè traducta, & ad Lagidarum tempora accommodata. Sit operæ pretium omnia inter se comparare. Cùm verò *Nomi*, militibus attributi, ἐν τῷ Δέλτα (id est, inter Nili fluenta) positi sint; par est, ut Nili alveos & Ostia lustremus.

Nili

Nili Ostia.

SEPTEM celebrantur Nili Ostia, de quibus Herodotus. a) *Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluit Ægyptum; uno quidem alveo usque ad Kercasorum urbem; inde autem tripartitò. Alveus ad Auroram vergens, Pelusiacum ostium; alter ad Vesperam, Canobicum nominatur; tertius medium Delta scindens, neque aquâ neque celebritate minor, vocatur Sebennyticum ostium; à quo derivantur duo alia ostia in mare ferentia, quorum unum Saiticum* (forsan Taniticum) *alterum Mendesium appellatur. Sed Bolbitinum ostium & Bucolicum non sunt nativa ostia, sed effossa.* Quod de duobus amnibus, è *Sebennytico* profluentibus, hic dicitur, cum istis, quæ ex Ptolemæo mox proferenda sunt, non satis convenit. Neque est quisquam veterum, qui *Saitici ostii* meminerit: *Taniticum*, quod hic desideratur, agnoscunt omnes. Itaque pro Σα-- reponendum videtur Τα--. Hunc Herodoti locum Strabo respexisse videtur, cùm scripserit τὸ b) Τανιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι. Frustra quidem: *Tanis* ad Ortum est, & juxta Pelusium; *Sais*, ad Occasum, & juxta Canobum posita. Porrò ostium quod Herodoto Βουκολικὸν, Diodoro & Straboni, Φατνικὸν Plinio, *Phatnicum*; Ptolemæo, Παθμητικὸν dicitur. De cæteris ostiorum nominibus benè convenit. a) L. 2. c. 17. b) L. 17. p. 802. d.

Sunt igitur Nili ostia, 1. *Canobicum*, quod & Heracleoticum; 2. *Bolbitinum*; 3. *Sebennyticum*; 4. *Bucolicum*, quod & Phatnicum; 5. *Mendesium*; 6. *Taniticum*; 7. *Pelusiacum*. Bolbitinum & Bucolicum, ex Herodoti sententiâ, οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά, *non nativa ostia sunt, sed manu facta*; & ad Sesostris quidem ætatem referri possunt. c) Aristoteles, φαίνεται καὶ τὰ στόματα πάντα, πλὴν ἑνὸς τοῦ Κανωβικοῦ, χειροποίητα καὶ οὐ τοῦ ποταμοῦ ὄντα. *Omnia Nili ostia, præter unum Canobicum, non ab amne sed manu facta videntur.* Sunt & alia minoris famæ effossa Nili ostia, Πινεπτι & Διόλκος Ptolemæo sunt ψευδοστόματα, inter *Sebennyticum* & *Pathmeticum*. Nili Ostia, ait d) Plinius, *XI reperiuntur, quatuor quæ ipsi falsa ora appellant, sed celeberrima VII.* c) Meteorolog. l. 1. c. ult. p. 424. e. d) L. 5. c. 10.

Ægyptus Inferior.

ÆGYPTI pars inferior latissimè patet; tum intra τὸ Δέλτα, tum extra, ab utroque latere. Macedonibus e) *Magnam* e) Ptol. l. 4. c. 5. p. 105.

Delta vocatur id,juxta quod Magnus fluvius (qui dicitur Ἀγαθὸς Δαίμων , & defluit per ostium Heracleoticum) divertitur in fluvium Bubastiacum, qui per ostium Pelusiacum effluit. Ita a) *inferiorem Ægypti partem Nilus , dextrâ lævâque divisus,amplexu suo determinat ; Canopico ostio, ab Africâ ; ab Asiâ, Pelusiaco ; 170 M. Passuum intervallo. Quam ob causam inter Insulas quidam Ægyptum retulere; ita se findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græca literæ vocabulo Delta appellavere Ægyptum. Mensura ab unitate alvei (unde se primùm findit in latera) ad Canopicum ostium , 146 M. ad Pelusiacum 256 M.est.*

a) Plin.l.5.c.9.

Interamnensis hæc regio aliis amnibus divisa est ; quorum tres præcipuè celebrantur. Primus Θερμουθιακὸς ποταμὸς b) dicitur : qui juxta c) *τὸ ὀξὺ acumen τοῦ Δέλτα* divertitur à Canobico *versùs Septentriones*; & *medium Delta findens*, exit in mare *per ostium Sebennyticum.* Alter fluvius Ἀθριβιτικὸς dicitur ; quòd ex Bubastiaco fluat *per Athribin urbem* ; *exit per* Πινέπτιμι ψευδόστομον. Tertius Βουσιριτικὸς vocatur ; qui *ex Bubastiaco effluit*, *per ostium Pathmeticum* ; adde & Mendesium.

b) Ptol.
c) Herodot.

Juxta Fluviorum horum intervalla disponuntur Nomi. d) *Inter Bubastiacum,& Busiriticum sunt urbs Tanis , & Tanites Nomus; Pharbæthus,& Pharbæthites;* Πανέφυσις *urbs*,& Νεοῦτ *Nomus. Inter Busiriticum & Athribiticum sunt* Θμοῦις *urbs*, & *Mendesius Nomus; Busiris & Busirites; Onuphis & Onuphites; Leontopolis & Leontopolites, Athribis & Athribites; Sebennytus & Sebennytes superior. Inter Athribiticum & Thermuthiacum sunt* Παχναμουνὶς *urbs*, & *Sebennytes inferior;* Ξοῒς & Ξοΐτης ; Ταύα urbs,& Φθεμβουθὶ *Nomus. Inter Thermuthiacum denique &* Canobicum *sunt Sais & Saites; Cabasa,& Cabasites; urbs* Νικίου *& Prosopites Nomus ; urbs Butus , &* Φθενότης *Nomus*; & in angulo, Menelais, & Menelaites.

d) Ptol.l.9.c.5. p. 105.

Inter Nomos à Sesostre *Calasiriis* attributos,*Bubastites* quidem, *Tanites,Pharbæthites,Mendesius,Sebennytes, Athribites* (qui Plinio & Stephano *Atharrabites*) atque *Onuphites*, ex Strabone, Plinio, Ptolemæo benè noti sunt. Ἀνύτιος etiam Herodoti videtur esse Νεοῦτ Ptolemæi. Ἀφθίτης alibi non legitur : sanè *Phtha* fuit Ægyptiorum numen; & nisi nomus hic sit *Phthemphu* Plinii, Φθεμβουθὶ Ptolemæi,ubi collocandus sit,planè nescio. Μυεκφορίτης *Nomus*, cùm sit *Insula Bubasti urbi opposita*,forsan *Pharbæthiti* nomo posthàc ad-

adjecta fuit. Θμυΐτης νομὸς Herodoto diversus est à Mendesio; Ptolemæo autem Θμοῦις est *Mendesii Metropolis*. Mendesii Pana a) colunt & Hircum, b) ὁ τε τράγ☉ καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ Μένδης *Et hircus & Pan Ægyptiacè vocatur Mendes*: Sed & c) *Thmuis interpretatur hircus*. Itaque vel Herodotus duos nomos ex uno facit, vel duo nomi tandem in unum redacti sunt. a) supr. p. 59. b) Herodot. l. 2. c. 46. c) S. Hieron. c. Jovin. l. 2. p. 524. b.

Ex Nomis qui *Hermotybiis* assignati sunt, *Busirites*, *Saites*, & *Prosopites* sunt notiores. Urbs Πάπρημις d) Herodoto celebratur: ibi πανηγυρίζουσι τῷ Ἄρεϊ, *Festum agunt Marti*: in eo Nomo e) *Hippopotami sacri sunt*. f) Ἐν Παπρήμι, *In Papremite Nomo Achæmenes Darii Fil. ab Inaro Libye prælio occisus fuit*. Inaro mox capto, & in crucem acto, forsan urbs *Papremis* à Persis deleta fuit. Sanè Recentiorum nemo illius Nomi meminit. Præterea *Hermotybiorum* fuit Ναθὼ, τὸ ἥμισυ. Dimidiata hæc portio demonstrat, Delta non fuisse totum militibus distributum: Unde quidam inter Nili flumina censentur Nomi, *Xoites*, *Leontopolites*, *Cabasites*; quorum omninò nulla est apud Herodotum ratio. d) L. 2. c. 59, 63. e) c. 71. f) Ib. l. 3. c. 12.

Extra flumen Bubastiacum quatuor numerantur Nomi; *Bubastites* quem dixi: *Sethroites*, cujus Metropolis g) *Sethron*, Græcè *Pelusium*; sed Ptolemæi ætate, Ἡρακλέους μικρὰ πόλις, *Parva Heracleopolis*: tertius, *Heliopolites*: quartus, *Arabicus*, Ἀραβίας Νόμ☉, cujus Metropolis Φακοῦσα; neque alius est Strabonis Φαγρωριοπολίτης νομὸς, καὶ πόλις Φαγρωριόπολις; aut *Heroopolites nomus*, apud Plinium. g) supr. p. 108.

In Orientalibus hisce Inferioris Ægypti partibus, maximè versabatur Sesostris solertia. Duas enim fieri jussit ingentes fossas, ut labore, ita utilitate insignes. Altera deducta est h) *per desertum, à Pelusio, Heliopolim usque ad 1500 stadiorum longitudinem*, τὴν μῆκ☉ ἐπὶ σταδίους χιλίους καὶ πεντακοσίους. De longitudine istâ dubitare licet. i) *Agrippa à Pelusio Arsinoen, Rubri Maris oppidum, per deserta, 125 M. Passuum tradit*, id est, stadia tantùm mille. Hâc fossâ, tanquam muro, k) ἐτείχισε τὴν πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένην πλευρὰν τῆς Αἰγύπτου πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ τῆς Ἀραβίας ἐμβολὰς, *munivit Orientale Ægypti latus contra Syrorum & Arabum incursiones*. Neque enim miseriarum, irruptione *Pastorum* majoribus illatarum, memoria deleta fuit. h) Diod. Sic. l. 1. p. 36. d. i) Plin. l. 5. c. 11. k) supr. p. 129.

a)Herod.l.2. c.158.

Altera fossa, a) *è Nilo paulùm supra Bubastim urbem deducta, exit in Mare Rubrum. Incipit illa in Ægypti planitie, versus Arabiam; suprà planitiem mons est, propè Memphim extensus, in quo sunt lapidicina; ad ima montis, fossa longo tractu ducitur ab Occidente versus Orientem; deinde per divortium montis, versus Meridiem & Austrum, fertur in Sinum Arabicum.* De hâc fossâ b) Aristoteles. *Regum aliquis è Rubro Mari alveum ducere tentavit; quod Sesostris, veterum primus, aggressus est: ἀλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς. Sed comperit mare excelsius, quàm terram; quamobrem ille priùs, & posteà Darius, fodere destitit; ne aqua Nili immisto mari corrumperetur.* Accedit Strabo, referens, c) *Fossam hanc primùm à Sesostre incisam fuisse: d) illum verò ab incepto destitisse, cùm suspicaretur, superficiem maris sublimiorem esse.* Addit Plinius, e) *Daneon portus, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum, quâ parte ad Delta dictum decurrit, 62 Mill pass. intervallo (quod inter flumen & Rubrum mare interest) primus omnium Sesostris Ægypti rex cogitavit; mox Darius Persarum; deinde Ptolemæus sequens; qui & duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine triginta, in longitudinem 37 mill. 500 passuum, usque ad Fontes Amaros. Ultra deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quàm terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne inmisso mari corrumperetur aqua Nili, quæ sola potum prabet.* Verùm Herodotus & Diodorus inceptum tribuunt *Neco Psammitichi filio.* f) *Darius Persa opus pene absolverat, sed imperfectum reliquit; à quibusdam edoctus, Ægyptum, perfosso Isthmo, submersum iri: Mare enim Rubrum esse Ægypto editius. Postea verò Ptolemaus Secundus fossam perfecit, & loco opportuno Διάφραγμα Euripum clausum machinatus est; quod transiturus aperuit; mox iterùm occlusit. Amnis per hanc fossam decurrens vocatur Ptolemaus auctoris nomine; ad ostium urbem habet Arsinoes nomine.* Tandem sub Adriano Aug. repurgatus, *Amnis Trajanus* vocabatur. g) Restaurata fuit hæc *Fossa* ab *Amro, Alasi* filio, Ægypti præfecto, sub *Omare Caliphâ*, circà annum Hegiræ 20.

b)Meteorolog l. 1. c. ult. p. 425. d.

c) L. 17. p. 804 c.

d) L. 1. p. 38. d.

e) L. 6. c. 29.

f) Diod. l. 1. p 20. d.

g) Hist. Sarracen. p. 32.

h) Ptol. l. 4. c. 5. p. 106.

h) Ἐν μεθορίῳ Ἀραβίας κ, Ἀφροδιτοπόλεως, *In confinio Arabici & Aphroditopolitis nomi*, id est, inter Ægyptum Inferiorem & Superiorem, *sunt Babylon, Heliopolis, Heroopolis; per hanc & Babylonem urbem fluit Amnis Trajanus.* Babylonis hujus origo ad Sesostris tem-

tempora à quibusdam trahitur. a) *Dicunt captivos, è Babyloniâ ductos, laborum pertæsos defecisse, locum validum juxta fluvium occupâsse, & vicinis Ægyptiis bellum intulisse; tandem impunitate concessâ, locum inhabitâsse, quem à patriæ nomine Babylonem nominârunt. Ctesias fabulatur quosdam, cum Semiramide in Ægyptum venientes, urbem à patriâ denominatam condidisse.* Magis arridet Josephi sententia: b) *Babylon, ait, postea condita est, Cambyse Ægyptum vastante,* & excisâ ab eo Heliopoli. *Lacuum* c) meminimus qui cum *amari* essent, immisso hoc flumine, dulces facti sunt. a) Diod. p. 36. b. b) Antiq. l. 2. c. r. p. 65. c. c) supr. p. 141.

Porrò Sesostris d) *per regionem omnem à Memphi ad mare crebras à fluvio deduxit fossas, ut fruges facilè & per compendia veherentur, populusque ubique locorum mutuis commerciis frueretur, cum facilitate, & magnâ rerum abundantiâ.* In eundem usum (& forsan eodem tempore) facta est fossa transversa, quæ à Canobico incipiens, e) *Thermuthiacum, Atbribiticum, Busiriticum & Bubastitum amnes conjungit,* κῇ ἀπαράλληλόν πως τῇ παραλίῳ ῥεῖ, *æquè distans ferè à maris littore.* d) Diod. p. 36. d. e) Ptol. l. 4. c. 5. p. 105.

f) *Præterea Rex aggeres multos & ingentes egessit ad civitates illas, quæ solum haberent naturâ minùs editum, ut homines & animalia fluvio insurgente, tutos ibi receptus capesserent.* g) *Urbes primùm munitæ sunt ab iis qui rivos effodêre, sub rege Sesostre: iterum sub Sabacone rege, urbes valde excelsæ factæ sunt; maximè autem ad Bubastin urbem terra exaggerata videtur.* Unde Ægypti h) *habitationes eminus conspectæ, tam urbes, quam pagi (aut nativis collibus aut aggeribus impositæ) Insularum speciem præbent.* f) Diod. ibid. g) Herod. l. 2. c. 137. h) Strabo l. 17. p. 788. d.

i) *Ad hunc modum Sesostris usus est eâ populi multitudine, quam è terris in potestatem redactis abduxerat. Illi lapides immensæ magnitudinis in templum Vulcani pertraxerunt: illi ad effodienda cunctarum diverticula quæ sunt in Ægypto adacti sunt; & per imprudentiam effecerunt, ut Ægyptus, priùs equis & plaustris agendis ubique idonea, commoditate istâ careret. Nam ab eo tempore, Ægyptus, quæ omnis plana est, inequitabilis tamen & plaustris inhabilis extitit, propter fossas multiplices & varia diverticula habentes. Rex autem idcircò regionem incidit; ut civitates, quæ flumen non accolerent sed essent Mediterraneæ penuriâ aquæ ad potandum non laborarent, sed ea è puteis [illegible]citaretur.* i) Herod. l. 2. c. 108

Reliquum est ut cæteros Ægypti Nomos percurramus. Qui autem ad Occidentem fluvii Canobici positi sunt, non tam Sesostris, quam Ptolemæorum ætatem respiciunt. Postquam enim a) *Alexandria totius Ægypti Metropolis* constituta fuisset, loca ista, prius deserta plerunque, in pretio esse cœperunt; & fossis multis ex flumine Canobico in Maræotim lacum derivatis, fœcunda facta sunt & populosa. Totus tractus vocabatur Ἀλεξανδρέων χώρα *Alexandriæ regio*, quæ (ad Ægypti formulam) in Nomos distributa fuit. Plinius habet b) *Naucratiten, Nitriten, Gynæcopoliten, Menelaitem, Alexandriæ regione; Latopoliten* anteà dixerat. Apud Ptolemæum leguntur Ἀλεξανδρέων χώρας Νομὸς *** (deest nomen forsàn Νιτριώτης) *& Metropolis* Hermopolis *minor.* Ἀνδρυπολίτης νομὸς, *& Metropolis* Ἀνδρῶν πόλις. Ἀντυπολίτης νομὸς, *& Metropolis Latonæ urbs mediterranea. Et inter Magnum* (id est Canobicum) *fluvium, & fluvium Taly,* ἀπὸ δύσεως τοῦ μεγάλου ποταμοῦ, *ab occasu magni fluvii,* Μετηλ-ίτης νομὸς, *& Metropolis* Μετηλις: scribe, ex Plinio & Strabone, Μενελαΐτης & Μενελαΐς. Paulò ante dixerat, c) Μενελαΐτου *metropolis, Canobus.* Urbs Canobus, *Menelais*, & ostium Canobicum, *Heracleoticum* à Macedonibus vocabantur. Cùm verò d) *Taly amnis effluat per Bolbitinum ostium*, quod est ab ortu Canobici; & *Menelais* inter utrumque posita sit; quomodo ἀπὸ δύσεως collocari potest? Sanè interpres *ab ortu* reddit. De hoc tractu, Strabo: e) *A Schedia ad Memphim sursum naviganti ad dextram fluminis sunt Hermopolis; deinde* Γυναικῶν πόλις, *& Nomus Gynæcopolites; tum* Μώμεμφις, *& Momemphites Nomus. Inter hæc sunt fossæ plurimæ in Maræotim exeuntes. Supra Momemphim sunt duæ Nitri fodinæ* (unde dictus) Νιτριώτης *Nomus; non procul hinc est urbs Menelais: Ad sinistram verò, in ipso Delta, & ad fluvium est Naucratis.* Paulò antè; f) *Ad dextram fossæ Canobicæ* ὁ μὲν Ἐλάφης (in editis) θεῶν νομὸς; scribe ὁ Μενελαΐτης *est nomus, à fratre Ptolemæi primi appellatus; non verò ab Heroë, ut voluit Artemidorus.* Paulò pòst; Ἐν τῇ Λιβύῃ, *In Libyco Nili latere urbs est Cercesura, juxta Eudoxi speculas*; ὁ δὲ νομὸς Λιτοπολίτης οὗτος, *Nomus iste Litopolites vocatur*; Ἀντυπολίτης Ptolemæo; *Latopolites* Plinio; non à Latonâ, sed à Lato pisce dictus. Sic qui Γυναικοπολίτης Plinio & Straboni, est Ἀνδρυπολίτης Ptolemæo. *Momemphiten* solus habet Strabo; neque agnoscit eum interpres; *Naucratiten* solus Plinius; sed

a) Ptol. l. 4. c. 5. p. 103.
b) L. 5. c. 9. p. 105.
c) p. 103.
d) Ptol. ibid. p. 105.
e) L. 17. p. 803.
f) p. 180.

sed urbs est ἐν τῷ Δέλτα. Nomi igitur regionis Alexandrinæ, ex consensu Geographorum, sunt quatuor; *Menelaites*, *Gynæcopolites*, *Latopolites*, & *Nitriotis*; quem tamen non habet Ptolemæus. Verum hæc Sesostris ætate sunt longè recentiora.

Heptanomis.

HActenus περὶ τῆς κάτω χώρας, de *Inferiore* Ægypto; transeamus in *Superiorem*; de cujus Nomis minus dissentiunt Auctores. Numerantur VII; unde a) Ἑπτανομὶς vocatur. Ad *Occidentale*, sive Libycum Nili latus [1] *Nomus primus est Memphites*, *& metropolis Memphis*, etiam Ἀνάσθαν *urbs Mediterranea*. [2] Proximus est *Crocodilopolites* prius dictus, postea *Arsinoites*. b) *Arsinoitæ duo sunt. Inter Arsinoiten autem & Memphiten, fuit lacus Mœridis*; ad cujus introitum, *Labyrinthus*. Ultra ad 100 stadia, *metropolis mediterranea Arsinoe*; c) *quæ prius Crocodilorum urbs vocabatur. Nam in hoc Nomo Crocodilus impensè colitur, sacerdotibus mansuetus, & Σοῦχος dicitur*. Ad flumen *portus est Ptolemais*. [3] Huic nomo adjungitur *Oxyrynchites*, *& metropolis mediterranea* Ὀξύρυγχος: *Hic Oxyrinchi piscis templum est*. [4] Deinceps est *Hermopolites nomus*, *& metropolis mediterranea Hermopolis major*: *& ad flumen* Ἑρμοπολιτικὴ Φυλακὴ, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων, *Castellum Hermopolitanum*, *ubi vectigal exigitur rerum quæ è Thebaide deferuntur*; in confinio scilicet; & ex more vetustissimo, quum unius regis nondum esset Ægyptus. [5] *Heracleopolites* d) *est in insula Nili*, *longa passuum quinquaginta M. in qua & oppidum Herculis appellatum*, ad Occidentem; *& mediterranea* e) *Neopolis*.

a) Ptol.
b) Plin. 5. 9.
c) Strab. p. 811 d.
d) Plin. l. 5. c. 9.
e) Ptol l. 4. c. 5.

In Arabicâ, sive Orientali parte, quà montibus magis appropinquat fluvius, duo sunt nomi, [6] *Aphroditopolites*, quem fossam (in mare Rubrum ducentem) attigisse diximus: Ejus sunt *Veneris oppidum*, & Ἀκρῶν *urbs*. [7] *Cynopolites* nomus, ad Thebaidem censsus, urbes habet *Canum*, ubi Anubis colitur, & *Alabastron*, & *Acorum*.

Ptolemæus (Adriani Aug. tempora respiciens) his adjicit *Antinoiten nomum*, & *Antinoi urbem*; quæ postea, ut & *Hermopolis* (in alterâ Nili ripâ) Thebaidi adscriptæ sunt. *Thebais*, inquit Ammianus, f) *urbes clariores aliis Hermopolim habet*, *& Copton*, &

f) Lib. 22.

a)§. 20. *& Antinoum* : Et notitiâ Imperii, a) *Sub dispositione V. Spect. Ducis Thebaidos*; *Cuneus Equitum Scutariorum*, *Hermupoli* : Item, *Ala II Hispanorum*, *Pois* (*Peos*) *Artemidos*; πέ@ν. *Spelunca Dianæ*, *Antinoû* urbi (versus Aquilonem) proxima est, in Itinerario Antonini. Et in Orientalium Ecclesiarum laterculo, Ἀντινῶ μητρόπολις est Thebaidis Prioris. Porrò Heptanomi accensebantur *contermini ex Africâ duo Oasitæ*. Αὔασις b) Straboni triplex est
b)L.17.p.813. tertia autem Australior, & Thiniti nomo objecta.

Thebais.

c)Ptol. Australiora, c) καὶ ἄνω τόποι, *& superiora Ægypti loca* Thebaidis nomine continentur. Ab Occidentali fluminis latere,
d)Plin. 5.9. d) *ubi montes finiunt Thebaidem*, Hermopolitæ confinis est *Nomus*
e)Strab.p.813
f) Ptol. *Lycopolites*; in quo e) ἡ Θηβαϊκὴ Φυλακὴ Telonium, Hermopolitico simile; & Λύκων, *urbs mediterranea*. f) Ὑψηλιώτης *nomus*, & Ὑψίλη *metropolis* à Strabone & Plinio non agnoscuntur. Stephano Ὕψηλις κώμη Αἰγύπτου : In Itinerario Antonini, *Hisoris* inter urbem *Lycon* & *Ptolemaida*, corruptè legitur.

Sequitur *Aphroditopolites nomus*, ac urbs *Veneris iterum*. Dein *Thinites nomus*, cujus metropolis *This*; quondam vetustissimi
g) supr. p.27. & 86. regni caput; de quo g) satis dictum. Non procul *Abydus*, *oppi-*
h) Plin. ib. *dum* paulò posthac h) *Memnonis regiâ*, *& Osiris templo inclytum*, *7 mill. & 500 pass. in Libyam remotum à flumine*; *Dein Ptolemais*, Ἑρμεῖς Ptolemæo dicta; Lagidarum temporibus hujus nomi *metro-*
i) Strab.p.813 *polis*; i) *Urbs omnium quæ in Thebaide maxima*, *& Memphi non minor*, *& ad mores Græcos instituta*.

Proximus est *Diospolites nomus*, *& metropolis Diospolis Parva*. In alterâ Nili ripâ, *Diospolis Magna*, sive *iterum Jovis* urbs; *eadem*
k)Strab.l.17. p. 816. *Thebe* : cùm verò Thebarum k) *pars esset in Arabiâ*, *in qua urbs*, *pars etiam in ulteriore ripâ ubi Memnonium*; verisimile est, nomum Thebanum sive Diospolitanum ab initio Nili latus utrumque continuisse; & *Parvam* Jovis urbem à *Magna* demum ruinâ exortum habuisse.

l) Ptol.l.4.c.5. Huic adjacet *Tentyrites nomus*, *& metropolis* Τέντυρα *Tentyra*,
m) §.20. cujus incolæ crocodilis inimicissimi sunt, l) & *vicus mediterraneus* Παμπανὶς (In Notitiâ, m) *Ala Prima Cataphractariorum*, *Pampane*:

ne : In Itinerario, *Pa-pa*, depravatè) a) *postea Memnon.* Memnonii jam meminit Strabo ; adeò ut nomus etiam hic Thebani veteris pars fuisse videatur. Hic etiam b) Ταθυρὶς *vicus mediterraneus,* Παθυρὶς legendum videtur c) V. doctissimo ; qui & *Phaturiten* (non *Phanturiten*) nomum legit in Plinio ; atque inde terræ d) *Pathros*, id est, Thebaidis vestigia colligit.

a) Ptol. ib.
b) Ptol ib.
c) Bochart. Phaleg. l. 4. c. 27.
d) supr. p. 24.

Restat *Hermonthites nomus, & metropolis Hermonthis,* e) *in quâ Apollo & Jupiter coluntur ; hic etiam Bos alitur.* Post hunc, *nomum* in hâc parte alium non exhibet Ptolemæus. Plinius autem f) *Apollopoliten*, atque *Phanturiten*; quorum metropoles in Ptolemæi laterculo. g) *Deinde* Λάτων πόλις, *& Apollinis urbs Magna, & vicus mediterraneus* Φθοῦθις, *& insula Elephantina.* A Φθοῦθι forsan *Phanturites* nomus Plinii.

e) Strab. p 812
f) Plin. ib.
g) Ptol. ib.

Regrediamur jam ad Arabicos Thebaidis nomos. Cynopoliti (seu tandem Antinoïti) conterminus est h) *in Orientali fluminis parte Antæopolites nomus, &* Ἀνταίου *metropolis Mediterranea; inde* Πανσάλων. In Itinerario mansiones sunt *Anteu, Mythû, Isiu, Hieracôn* (id est urbe *Accipitrum*) *Peslâ.* In Notitiâ; *Pescla, Theraco, Isui, Mutheos.*

h) Ptol.

Nomus proximus est *Panopolites, & Metropolis Panopolis; dein* Λεπιδωτῶν *urbs; Chenoboscia;* & Καινὴ πόλις, *Nova urbs.* i) *Pan apud Ægyptios in summâ est veneratione, cui non tantùm simulacra ponuntur in omni templo, sed urbs etiam est ejus nominis in Thebaide, quam incolæ* Χέμμιν *Chemmin vocant, & interpretantur* Πανὸς πόλιν. *Panopolis* itaque nomen Græcum ; Ægyptiacum *Chemmis.* Hinc lux Herodoto : ille Ἔστι, k) inquit, Χέμμις πόλις μεγάλη νομῷ τῷ Θηβαϊκῷ, ἐγγὺς Νέης πόλιος ; *Chemmis est urbs magna in Nomo Thebaico, propè urbem Novam ;* quæ Ptolemæo Καινὴ πόλις. Est etiam l) νῆσος ἡ Χέμμις ἐν τῷ ἐν Βουτοῖ ἱερῷ, *Chemmis insula, juxta templum in Buti.*

i) Diod. Sic. l. 1. p. 11. a.
k) L. 2. c. 91.
l) Herodot. l. 2. c. 158.

Herodotus dixit, *Nomum Thebanum Calasiriorum* cohortibus quibusdam assignatum esse; & *Chemmiten Hermotybiis.* Cùm *Chemmis* sit *Panopolis*, & νομῷ τῷ Θηβαϊκῷ ; Nomus iste primâ institutione latè patebat, & totam fortasse Thebaidem, aut saltem magnam ejus partem continebat; neque *Hermotybii* minus, quàm *Calasirii* præstò fuerunt Regi.

 Sequi-

a)Plin.l.5.c.9. b)Strab.p.815 Sequitur, apud Ptolemæum, *Coptites Nomus & metropolis mediterranea Coptos.* a) *Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium;* b) *à quo fossa Coptum defert: Viam inde ad Berenicen, in Rubri maris littore aperuit Philadelphus,* διὰ τὸ τὴν Ἐρυθρὰν δύσπλουν εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἐν τῷ μυχῷ πλοϊζομένοις, *Quod mare Rubrum, præsertim ex intimo recessu, difficulter navigaretur.*

c)Ammian. d)Plin.ib. e)Ptol.id. f)Strab. Ultimus Ptolemæo est Θήβων νομός, *Thebarum nomus, & metropolis Diospolis Magna*, non solùm Ægypti, sed Thebani imperii caput. c) *Hecatompylas Thebas nemo non novit.* Nomus hic, juxta Ptolemæum, Æthiopiæ est conterminus: censentur in eo *Tuphium, Cnubis*, Εἰληθυίας πόλις, *urbs Lucinæ* (pro quâ *Lucotbea*, in editis Plinii) *Toum mediterranea*, Ὄμβροι. Plinius, inter Thebaidis Nomos (à summâ parte incipiens) d) recitat [1] *Ombiten*, [2] *Phatniten*, [3] *Apollopoliten*, & cæteros quos nominavimus. *Ombos*, & *Contra Ombos* habet Itinerarium. In Notitiâ, *Leg. III Diocletian, Ambo;* mendosè, pro *Ombis*. De Nomo *Phatnite* non constat: à *Phatnitico* Nili ostio distat nimium. Post e) *Ombros, Syene*, & *super Cataracten minorem*, Ἱερὰ Συκάμινος, *& Philæ*, f) *commune Æthiopum & Ægyptiorum domicilium*.

Macedones Nomis non tantùm nomina imponebant, sed ad libitum eos reformabant.

g)L.17.p.820. h)Plin.l.10. Ep.8/11. Dominantibus Romanis, Ægyptus erat *sub dispositione V. Spect. Præfecti Augustalis;* non tamen protinus sublata fuit *nomorum* distinctio. Νομάρχων meminit Strabo, g) in rebus Petronii. h) Trajano quærenti, de quo Nomo esset Plinii medicus, respondit ille, Νομῷ Μεμφίτῃ. Hadrianus *Antinoiten* nomum instituit. In *Provincias* serò divisa fuit Ægyptus.

Quæ de *Nomis* hic dicta Tabulam poscunt: de Operibus autem satis.

Diodor.l.1. p.37. d. *Sesostris omnes, qui cum imperio unquam fuerunt, excessisse videtur, tam rebus bello gestis, quàm magnitudine numeroque donariorum, & Operibus in Ægypto editis. Qui etiam cùm regnâsset annos XXXIII* (post reditum scilicet ex Asiâ) *captus oculis, sponte vitâ demigravit: Eoque facto non modò sacerdotum, sed & reliquorum Ægyptio-*

Ægyptiorum admirationem promeruit: quòd sibi vitæ exitum fecisset, magnitudine animi, factis testatâ, dignum.

In statuendis Sesostris annis variant auctores. Herodotus eos omisit: Africanus, in XII. Dynastiâ, *Sesostri* attribuit annos 48; in XIX autem *Sethoni* (qui idem est) annos 51; & Eusebius ibi, 55. Josephus, ex Manethone, * implicitè numerat illius annos 60; & paulò pòst expresè 59: Diodorus, annos tantùm 33; quos, ob paucitatem, ab illius reditu putamus. Tanta licentia insequentibus Ægyptiorum temporibus tenebras obduxit prorsus impervias; nisi facem præbuisset Chronologia Sacra. * supr. p. 139. p. 314.

Æra Templi.

TEMPLUM Hierosolymitanum, à Solomone conditum, stetit annos Quadringentos, juxta rationes nostras. Hujus temporis duo sunt intervalla: unum, regni *Israelitici*; alterum regni *Judaici*, ipsiusq; *Templi* excidio terminatur. Prius continet annos 272; qui ex comparatâ invicem duplici Regum successione, adscititiisq; utriusque Regni consortiis colligendi sunt.

Ær. Temp.		
1	a) *Anno 480 ab egressu Israelitarum ex Ægypto, anno regni sui 4, Solomon cœpit ædificare Domum Domino.*	a) I Reg. 6. 1.
8	*Anno undecimo Solomonis, absolutum est Templum.*	38.
37	Defuncto Solomone, *Rehoboam regnavit, filius 41 annorum in regnando*; id est, expleto patris anno 40, successit proximo.	14. 21.
41	*Anno quinto Rehoboami, Sesac* (sive Sesostris) *expilavit thesauros Templi.*	25.
50	Anno 14°, ex Asiâ in Ægyptum rediit.	
	Quo anno Rehoboam regnare cœpit, eodem (abstractis X Tribubus) cœpit etiam Jeroboam. Nam	
54	*Anno Jeroboami 18, Abiam in regno succedit Rehoboamo patri*: b) Hic Jeroboamum prælio vicit; Bethelem, urbesque alias cœpit, *regnabat annos tres*, incompletos: scilicet	15. 1. b) II Chron. 13. 15. I Reg. 15. 2.
56	*Anno 20 Jeroboami* (sive ultimo) *regnavit Asa.* Dicitur autem *Jeroboam regnâsse annos 22*; quia *Nadab filius* regna-	I Reg. 15. 9. 14. 20.

regnavit pro eo. Ultra annos 22, non mansit Sceptrum in domo Schismatici.

15. 25. *Nadab regnare cœpit anno secundo Asæ, & regnavit annos 2.* 57

33. Cæso Nadabo, *tertio anno Asa, regnavit Baasa.* 58

(Seculum XV.)

a) II Chron. 14. 9. Contra *Asam* Judææ Regem a) *Zera Rex Chus* (Arabiæ) *duxit* 1000000 *militum*; *quibus Asa occurrens cum* 300000 *è Juda, & 280000 è Benjamine, Chusæos fudit, &*

b) 15. 10. b) *anno regni* 15°, Pentecostes festum immensis sacrificiis celebravit. 70

Baasa regnavit in Tirzâ annos 24, id est, *à tertio Asæ anno* ad annum ejus *XXVI*, c) *quo regnare cœpit Ela.*

c) I Reg. 16. 8. d) II Chron. 16. 1. Obscurum est quod dicitur, d) *Baasam, anno* 36 *Asæ, ædificasse Ramam.* Alii hîc, non ab initio Asæ numerant, sed à morte Solomonis; alii, omissâ tricesimi notâ, numerum imminuunt; mihi satius est silere.

e) I Reg. 15. 16 e) *Erat autem bellum inter Asam & Baasam, omnibus diebus eorum.* Baasâ ædificante Ramam, *Ben-hadad Rex Syriæ Damascenæ*, ab Asâ mercede conductus, invasit Israelem, & cepit *totam terram Nephthali*, & *Iion* (in Asher & *Dan* (Danitarum) & *Abel-beth-maacham*, in tribu Manassis.

f) 16. 8. f) *Anno* 26 *Asæ regnavit Ela annos duos*, non integros. 81

15. 22. 23. *Anno* 27 *Asæ* (post septiduum Zimri) fit Schisma; *dimidium populi erat post Tibni; sed prævaluit populus qui erat post Omri: & regnavit Omri annos* 12. 82

Anno 31 *Asæ, Omri* (anno regni sui 5°) *condidit Samariam*; & anno proximo, Regiam illuc transtulit; quum *regnasset in Tirzâ annos* 6. 86

g) 16. 25. g) *Anno* 38 *Asæ* (qui est ultimus Omri) *regnavit Achab.* 93

h) 22. 41. h) *Anno* 4 *Achabi, regnavit Jehosaphat filius Asæ.* 97

51. *Anno* 17 *Jehosaphati regnavit Ahazias*, cum patre, *biennio* penè. 113

II Reg. 3. 1. 8. 16. *Anno* 18 *Jehosaphati*, *regnavit Joram*, *filius Achabi*, *super Israel*, cum fratre Ahaziâ, patre mortuo; fratre per cancellos decidente. 114

Anno

Æ. Temp.

118 *Anno 5° Joram regis Israel, regnante in Judâ Jehosaphato, regnavit Joram filius Jehosaphati*; à patre (anno ejus 22) in consortium regni vocatus.

119 *Anno secundo Jorami regis Juda, moriente Abaziâ, Joram regnavit* solus in Israele; cùm fuisset sex annis regni consors cum fratre. II Reg. 1. 17.

121 Anno regni 25° obiit Jehosaphat, & Joram rex Judæ regnavit solus.

125 *Anno octavo Jorami regis Judæ*, qui ultimus, *regnavit Abazias filius, anno Jorami regis Israel* 12° ineunte, completo autem 11°. 8. 17. 25. 9. 29.

Eodem anno, Reges ambo Judæ atque Israelis interempti sunt à Jehu. Successerunt *Athalia* vidua, in Judâ; ipse *Jehu*, in Israele.

131 *Anno septimo* occisâ Athaliâ, *regnavit Joas* septennis. 11. 5. 12. 1.

153 *Anno 23° Joasi, regnavit Jehoahaz filius Jehu in Israele.* 13. 1.

(Seculum XVI.)

165 Ineunte hoc sæculo (anno Per. Jul. 3871) *Joas* Rex in Judâ regnaverat annos 34. *Jehoahaz* in Israele, annos 12; ejus diebus omnibus, Hazael rex Syriæ oppressit Israelitas.

167 *Anno 37 Joasi, regnavit Jehohaz filius Jehoahazi in Israele*, cum patre, anno ejus 15°. 13. 10.

168 *Anno secundo Jehoæ*, 16° Jehoahazi, *regnavit Amasias*, cum patre Joaso, anno ejus 38°. 14. 1.

181 a) *Anno Amasiæ* 14, capto rege, Hierosolyma â *Jehoâ* diripiuntur. a) Joseph. l. 9. c. 10.

182 *Anno 15 Amasiæ, regnavit Ieroboam* Secundus *filius Jehoæ, in Israele.* II Reg. c. 14. 23.

193 Anno 26° Amasiæ, duodecimo Jeroboami, *Azarias* (qui & *Ozias*, & *Uzziah* dictus est) ab Amasiâ patre in regni consortium assumptus est. Hoc autem ex eo colligitur, quòd

208 *Anno 27 Ieroboami regnabat Azarias*; eodemque

 tem-

Ær. Temp.

tempore *filius erat* 16 *annorum in regnando*; id est, toti-
15.1. dem annos regnaverat; inde autem leprosus erat usque ad
2.
5. mortem.
14.23. *Regnabat Ieroboam annos* 41. Ultimus illius annus 222
erat Azariæ tricesimus : Sicut illius 27us fuerat hu-
jus 16tus.

Contigit inde in Israele septennium *Interregni*. Nam
non nisi

15. 8. *Anno* 38 *Azariæ regnavit Zacharias, Ieroboami filius;* 230
qui post sex menses à Shallumo occisus est.

13. *Anno* 39 *Azariæ* (post *mensem Shallumi*) *regnavit* 231
Menahem.

II Reg 15. *Phul, Rex Assyriæ, invasit terram : Menahem dedit*
19. *ei mille talenta argenti, ut confirmaretur in regno.*
23. *Anno* 50 *Azariæ, regnavit Pekajah Menahemi filius.* 242
27. *Anno* 52 *Azariæ* (qui ultimus) *regnavit Peka.* 244
32. *Anno secundo Pekæ, regnavit Iotham Azariæ filius*; & 245
* 30. regnavit * annis 20.
16.1. *Anno* 17 *Pekæ, regnavit* Achaz (à patre in regni con- 260
† 15.33. sortium ascitus) quùm † *regnásset Iotham annis* 16.
15.30. Eo anno contigit *Galilææ* captivitas.

Anno 20 *Iothami* (quarto Achazi) *Hosea conjuravit* 264
contra Pekam, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

18.1. (Seculum XVII.)

Anno tertio Hoseæ regis Israel (Jothamo mortuo) *re-* 266
9. *gnavit Ezechias filius Achazi regis Iudæ*, à patre ascitus.

Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat (decimus Acha- 270
10. zi) *septimus Hoseæ, Salmanaser Rex Assyriorum obsedit Sa-*
mariam.

Post tres annos, Samaria capta est, anno nono Hoseæ re- 272
* 17. 1. *gis Israel*; *anno sexto Ezechiæ*; anno duodecimo Achazi.
Nam * *in anno XII Achazi, regnaverat Hosea annis IX.*
Ita vertendum ; neque opus est ut duplicetur *Hoseæ novennium.*

Hic finis Regni Israelitici.

Collecta hæc utriusque Regni successio (quæ nos usque ad Seculum XVII, id est, ad *Æram Nabonassari*, & *Olympiadas* deducit) optima est intermediorum temporum norma. Sanè pauci illi *Reges*, qui in *Thebanâ serie* Sesostrim sequuntur, etsi rebus gestis & Imperii amplitudine sint præcedentibus longè præstantiores; eorum tamen tempora mutila sunt & incerta; neque satis ratam habemus regulam, per quam res istæ suis temporibus disponi possint. Ad rationes itaque *Ebraïcas* (quàm fieri commodè poterit) tempora *Thebana* posthac accommodari oportet.

Ægyptii per sesquiseculum circiter in Asiâ dominati sunt. Id tùm ex ipsorum Regum splendore (mox dicendo) liquet; tùm ex obscuris *Ebræorum* rebus; Qui non tàm intestinâ seditione divisi, quàm Ægyptiorum potentiâ per Asiam se pandente oppressi, toto hoc Seculo XV, nihil magnifici perpetrârunt. Seculo proximo, id magis manifestum est: quippe cedentibus Ægyptiis, & sublato eorum in Asiâ imperio, sub Regibus *Azariâ* atque *Ieroboamo* II, Regnum utrumque fuit florentissimum.

Reges Tyri.

AD normam Ebraicam etiam applicandi sunt *Annales Tyrii*; quorum fragmentum eximium, ex *Menandro* interprete, recitat.

Josephus con. Apion, l. 1. p. 1043.

Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα.	*Abibalo defuncto, successit in regnum filius ejus Hiromus, qui vixit annos 53, regnavit annos* ——	34
Οὗτος, &c. (*supr. p.* 350)	*Hic*, &c.	
Τελευτήσαντος Εἰρώμου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος (Βααλβάζερος) ὁ υἱός, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία,	*Hiromo moriente, successit in regno ejus filius Baleazarus; qui vixit an-*	

τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ (ιζ'.)

nos 43; regnavit annos ——— 7

Μετὰ τοῦτον Ἀβδάσταρτος ὁ αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα.

Post hunc Abdastartus filius, qui vixit annos 29, regnavit annos ——— 9

Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν· ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο.

Hunc quatuor nutricis ejus filii insidiis peremêre; quorum senior regnavit annos ——— 12

Μεθ' οὓς (ὃν) Ἄσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα.

Post quem, rex fuit Astartus Delæastarti filius, qui vixit annos 54; regnavit annos ——— 12

Μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος (Ἀθάρυμος) βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα.

Post hunc frater ejus Aserymus, qui vixit annos 54; regnavit annos ——— 9

Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα.

Ille peremptus est à fratre Phelete, qui regnum occupavit mensibus octo, & vixit annos 50, ——— 8m

Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ.

Hunc sustulit Ithobalus Astartæ sacerdos, qui vixit annos 68, regnavit annos 32

Ἀβροχία τε ἐπ' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀπὸ τοῦ Ὑπερβερεταίου μηνὸς, ἕως τοῦ ἐρχομένου ἔτους τοῦ Ὑπερβερεταίου. Ἱκετείαν δ' αὐτοῦ ποιησαμένου, κεραυνοὺς ἱκανοὺς βεβλῆκέναι.

Defectus pluviarum fuit, eo regnante, à mense Hyperberetæo usque ad insequentis anni Hyperberetæum: cùm verò ille supplicationes indixisset, magna vis tonitruum sequuta est.

Οὗτος πόλιν Βότρυν ἔκτισε τὴν ἐπὶ Φοινίκῃ, καὶ Αὔζαν τὴν ἐν Λιβύῃ. (*Ioseph. Antiq. l. 8. c. 7.*)

Hic Botryn urbem in Phœnice condidit; & Auza, quæ est in Africâ.

Τοῦτον διεδέξατο Βαδέζωρος, ὃς

Huic successit Badezorus fili-

ὃς (Βάλζερος υἱός) βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ.	*filius*, *qui vixit annos* 45; *regnavit annos* ——	6
Τούτου διάδοχος γέγονε Μάτγηνος (Μέτηνος) ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα (κε'.)	*Hujus successor fuit Matgenus filius*, *qui vixit annos* 32; *regnavit annos* ——	9
Τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων· βιώσας δὲ ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά.	*Hujus successor fuit Pygmalion*; *qui vixit annos* 56; *regnavit annos* ——	47
Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.	*Septimo autem hujus regni anno*, *ejus soror* (*Dido*) *profuga urbem Karthaginem in Africâ condidit*.	

Ab initio *Hiromi* ad exitum *Pygmalionis* colliguntur anni 177 & menses 8; qui juxta rationes Ebraicas stabiliendi sunt. a) *Templum in Hierosolymis conditum est anno duodecimo regni Hiromi.* Anno Templi 73, regnare cœpit *Ithobalus*, *Astartæ sacerdos*; cujus filiam b) *Jesabelem* in uxorem duxit *Achab*, qui regnare cœpit anno Templi 93, c) quo regnante contigit pluviarum defectus. Anno Templi 120, regnare cœpit *Pygmalion*; anno 126, *illius soror in Africam fugiens*, *Carthaginem condidit*.

a) supr. p. 37.
b) 1. Reg. 16. 31.
c) 17. 1.

τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ (ιζ´.)

nos 43; regnavit annos ——— 7

Μετὰ τοῦτον Ἀβδάσταρτος ὁ αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα.

Post hunc Abdastartus filius, qui vixit annos 29, regnavit annos ——— 9

Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν· ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο.

Hunc quatuor nutricis ejus filii insidiis peremère; quorum senior regnavit annos ——— 12

Μεθ' οὓς (ὃν) Ἄσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα.

Post quem, rex fuit Astartus Deleastarti filius, qui vixit annos 54; regnavit annos ——— 12

Μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος (Ἀθάρυμος) βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα.

Post hunc frater ejus Aserymus, qui vixit annos 54; regnavit annos ——— 9

Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτώ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα.

Ille peremptus est à fratre Phelete, qui regnum occupavit mensibus octo, & vixit annos 50, ——— 8m

Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ.

Hunc sustulit Ithobalus Astartæ sacerdos, qui vixit annos 68, regnavit annos 32

Ἀβροχία τε ἐπ' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀπὸ τοῦ Ὑπερβερεταίου μηνός, ἕως τοῦ ἐρχομένου ἔτους Ὑπερβερεταίου. Ἱκετείαν δὲ αὐτοῦ ποιησαμένου, κεραυνοὺς ἱκανοὺς βεβληκέναι.

Defectus pluviarum fuit, eo regnante, à mense Hyperberetæo usque ad insequentis anni Hyperberetæum: cùm verò ille supplicationes indixisset, magna vis tonitruum sequuta est.

Οὗτος πόλιν Βότρυν ἔκτισε τὴν ἐπὶ Φοινίκῃ, καὶ Αὔζαν τὴν ἐν Λιβύῃ. (*Ioseph. Antiq. l. 8. c. 7.*)

Hic Botryn urbem in Phœnice condidit; & Auza, quæ est in Africâ.

Τοῦτον διεδέξατο Βαδέζωρος, ὃς

Huic successit Badezorus fili-

ὃς (Βάλζερος υἱὸς) βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ.	*filius, qui vixit annos* 45; *regnavit annos* ———	6
Τούτου διάδοχος γέγονε Μάτγηνος (Μέτηνος) ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα (κέ.)	*Hujus successor fuit Matgenus filius, qui vixit annos* 32; *regnavit annos* ———	9
Τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων· βιώσας δὲ ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά.	*Hujus successor fuit Pygmalion; qui vixit annos* 56; *regnavit annos* ———	47
Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.	*Septimo autem hujus regni anno, ejus soror (Dido) profuga urbem Karthaginem in Africâ condidit.*	

Ab initio *Hiromi* ad exitum *Pygmalionis* colliguntur anni 177 & menses 8; qui juxta rationes Ebraicas stabiliendi sunt. a) a) supr. p. 370.
Templum in Hierosolymis conditum est anno duodecimo regni Hiromi. Anno Templi 73, regnare cœpit *Ithobalus*, *Astartæ sacerdos*; cujus filiam b) *Jesabelem* in uxorem duxit *Achab*, qui regnare cœpit anno Templi 93, c) quo regnante contigit pluviarum defectus. Anno Templi 120, regnare cœpit *Pygmalion*; anno 126, *illius soror in Africam fugiens, Carthaginem condidit.*

b) 1. Reg. 16. 31

c) 17. 1.

Sec.	Æra Tēp.	*Reges Judæ.*	*Reges Israelis.*	*R.Tyri.*	Per Jul.
	37	I.REHOBOAM, *an.*17.	I. JEROBOAM.		3743
		V. Sesac *Hierosolyma cepit.*		NUTRICIS *fil.*12. ASTARTUS, 12.	
	54	I.ABIAM, *an.*3. ☞	XVIII.		3760
	56	I.ASA, *an,*41 ☞	XX.		3762
	57	II. ☜	I, NADAB, *an.*2.		3763
	58	III. ☜	2.1BAASA *in* Tirsâ, *a.*24	ASERIMUS, 9.	3764
XV.	65	12.	8.	PHELES, *m.*8.	3771
	73	18.	16.	ITHOBALUS, Astartæ sacerdos, 32.	3779
	81	XXVI. ☜	1.ELA. *an.*2.		3787
	82	XXVII. ☜	2.1OMRI (Tibni) *an.*12		3788
	86	XXXI. ☜	5.Samaria *fit Metropolis.*		3792
	93	XXXVIII. ☜	12.1.ACHAB, *an.*22		3799
	96	41.1JEHOSAPHAT, *a.*25. ☞	IV.		3802
	105	9.	13.	BADEZORUS, 6.	3811
	111	15	19.	MATGENUS, 9.	3817
	113	XVII. ☜	21.1 ACHAZIAS.		3819
	114	XVIII. ☜	22.1JEHORAM, *cũ fratre.*		3820
	118	22.1.JEHORAM, *cũ patre,* ☞	V.		3824
	119	II. ☜	6.*Solus*, *fratre mortuo.*		3825
	120	3.	7.	PYGMALION, 47.	3826
	121	4.*Solus, patre defuncto, a.*4	8.		3827
	125	VIII.1{ AHAZIAS, *an.*1. ☞ ATHALIA, *eodem an.*	XI. XII. } JEHU, *an.*28.	Dido *in Africam.*	3831 3832
	131	VII.1.JOAS, *an.*40. *Abscondebatur* 6. *an.*	7. 28.		3837
	153	XXIII. ☜	1.JEHOAHAZ, *an.* 17.		3859
XVI	165	35.	13.	46.	3871
	167	XXXVII. ☜	15.1JEHOAS, *cum patre,* (*an.*16.	47.(*Huc* Menād.)	3873
	168	38.1 AMAZIAS, *cũ patre.* ☞	16.II.		3874
	170	40.3.*Solus*	17.3 *Solus.*		3876
	182	XV. ☜	4		3888
	193	26.1AZARIAS, *qui* & UZZIAH *an.* 52.	1.16.JEROBOAM II, *a.*41 12.		3899
	196	29.4.*Solus.*			3902

Sec.

Sec.	Ær. Tép.	Reges Juda.		Reges Israelis.	R.Tyri.	Per. Jul.
		(*Hæc florentissima*		*utriusq; Regni tempora.*)		
	208	XVI. *Rex leprosus usq; ad mortẽ.*		XXVII.	[illegible]	3914
	222	30.		XLI. *Post ejus mortem,* Interregni *septenniũ.*	*Reges Assyriorum.*	3928
	230	XXXVIII.	☞	ZACHARIAS, 6. *mens.*		3936
	231	XXXIX.	☞	1. SHALLUM, 1 *m.* MENAHEM	PHUL.	3937
	242	L.	☞	10. PEKAJAH, *an.* 2. (*a.* 10.		3948
	244	LII.	☞	1. PEKAH, *an.* 20.		3950
	245	1. JOTHAM, *an.* 20.	☞	II.		3951
	26[illegible]	16. ACHAZ, *cum patre.*	☞	XVII. Galilææ *captivitas.*	TEGLATPHULASAR	3966
	264	XX. 4.	☞	1. HOSEA.		3970
XVII	265			2.		3971
	266	7. 1 HEZEKIAS, *cum patre.*	☞	III.		3972
	270	0. IV.	☞	VII. Samariam *obsedit.*	SALMANASAR.	3976
	271	11. 5.		8.		3977
	272	XII. VI.	☞	IX. Samaria *capta.*		3978

Æra Ægyp.	Reges Ægypti.	Æra Att.	Græca.	
1373		612	22. PHORBAS.	
1377	SESOSTRIS *in* Asiam.			
1386	*Ejus reditus in* Ægyptum.			
		635	23. MEGACLES, *an.* 30.	
1401		640	Hesiodus *Poeta.*	
1420	RHAMSES.	665	24. DIOGNETUS, *an.* 28.	
		676	Homerus *Poeta.*	
		688	*Pheidon nummum argenteũ fecit*	
1450		693	25. PHERICLES, *an.* 19.	*Olymp.*
		699	*OLYMPIA* ab Iphito;	I.
			Lycurgo & Cleosthene *instituta.*	II.
				III.

Æra Ægyp.	Reges Ægypti.	Æra Att.	Græca.	
		712	26. ARIPHRON, *an.* 31. *Afr.*	IV. V
1480	AMENOPHIS, *qui &* MEMNON.	723	*Daicles coronatus.*	VI.
		727	*Pheidon praerat ludis.*	VII. VIII.
				IX. X.
1500	RAMESSES.			XI.
1501		740		
		743	27. THESPEUS, *an.* 27.	XII.
	AMMENEMES.			XIII.
	THUORIS.			XIV.
	Ægyptiorum in Asia Imperium circa hoc tempus desiit; Ægypto inter Regulos divisâ.			XV. XVI XVII. XVIII.
		770	28. AGAMESTOR (*an.* 24.)	XIX. XX. XXI. XXII. XXIII.
	Saitæ. STEPHANATHIS, (*an.* 7 NECEPSOS, 6. NECHUS, 8. — TNEPHACHTHOS. BOCCHORIS — ASYCHIS ANYSIS	794	29. ÆSCHYLUS, *an.* 23.	XXIV. XXV. XXVI. XXVII.
		807	Olympias *vulgò* Prima; *quâ* Corœbus *stadium vicit.*	I. II.
	SABBACON *Æthiops Ægypti Regulos circa hoc tempus opprimit. Dominatur an.* 50.	814	Syracusæ, *Colonia Corinthiorũ.*	III. IV.
		817	30. ALCMÆON, *an.* 12.	V.
		829	1. CHAROPS, *Archon Decennalis.*	VI.
		831	Roma *Condita.*	VII.
		836	Nabonassari *initium.*	VIII.
		839	2. ÆSIMEDES, *an.* 10.	IX.
1601	*Ad* Soum *Ægypti R. legati missi ab* Hoseâ *Rege Israelis.*	840		

Sesostris Successor.

NON est verisimile quod (sub *Vexoris* nomine) de *Sesostre* dicitur; illum a) *contentum victoriâ, imperio abstinuisse.* Sesostris enim acquisitum in Asiâ Imperium non modò sibi dum vixit retinuit; sed etiam posteris tradidit. Neque assentire possum viro magno, qui ad illud *Paulini*, apud b) *Ausonium*, a)Justin. Epit. l.1.c.1. b) Epist. 19.

Et qui regnavit sine nomine mox Sesoostris,

c) *Sine nomine* (inquit) *hoc est, sine hæredibus.* Sanè Sesostris quatuor filios habuit, præter solertissimam filiam *Athyrten*. De Successore autem ambigitur. Audiendus inprimis est Herodotus. c)Can. Isag. p. 310.

d) *Sesostre defuncto, regnum suscepisse ferunt PHERONEM ejus filium; qui expeditionem nullam fecit; sed luminibus captus est, hac de causa. Cum fluvius copiosissimè exundaret, ita ut XVIII cubitos rura transcenderet, & ingruente vento fluctuosus esset; Rex protervitate quadam spiculum in medios fluctus contorsit: statimque ex oculis laborans, visum amisit. Decennio quidem cæcus erat: anno autem undecimo advenit ei ex urbe Buti Oraculum: Tempus pœnæ quâ mulctaretur exactum esse; visumq; ei rediturum, si oculos abluisset urinâ mulieris, quæ ad suum solius virum accessisset, aliorum virorum expers. Ille uxoris suæ urinam primùm expertus, quum nihil meliùs cerneret; deinceps aliarum urinam expertus, tandem vidit. Tum mulieres omnes quas expertus esset (præter eam cujus urinâ lotus visum recepisset) in urbem coegit (quæ* Ἐρυθρὴ βῶλος, *Rubra gleba dicitur) easque omnes cum ipsâ urbe concremavit: eam verò, cujus urinâ sanatus est, uxorem duxit. Rex cæcitate liberatus, tum in aliis omnibus templis donaria eximia posuit, tum in templo Solis duos Obeliscos spectaculo dignos, longitudinis centenûm cubitorum; latitudinis octonûm.* Herodotum sequuntur alii, in Regis nomine plurimùm discrepantes. d)Herod. l.2. c. 111.

Diodorus dicit, Sesostris e) *filium in regno succedentem,* καὶ τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν ἑαυτῷ περιθέμενον, *& patris nomen sibi assumentem, nihil bello memorabile peregisse.* Filium intelligit eundem, cum Herodoto: Adjicit enim eadem de illius cæcitate; visusque redditi ratione; & de duobus Obeliscis. Plinio appellatur f) *Nuncoreus Sesostridis filius* ille, qui Obeliscum *centum cubitorum* e)L.1. p. 38.a. f) L.36. c.11.

Æra Ægyp.	Reges Ægypti.	Æra Att.	Græca.	
		712	26. Ariphron, *an.* 31. *Afr.*	IV.
1480	Amenophis, *qui &* Memnon.	723	*Daicles coronatus.*	V. VI.
		727	*Pheidon præerat ludis.*	VII. VIII.
				IX. X.
1500	Ramesses.			XI.
1501		740		
		743	27. Thespeus, *an.* 27.	XII.
	Ammenemes.			XIII.
	Thuoris.			XIV.
	Ægyptiorum in Asia Imperium circa hoc tempus desiit; Ægypto inter Regulos divisâ.			XV. XVI. XVII. XVIII.
		770	28. Agamestor (*an.* 24.)	XIX.
				XX. XXI. XXII. XXIII.
	Saitæ. Stephanathis, (*an.* 7; Necepsos, 6.; Nechus, 8. — Tnephachthos. Bocchoris — Asychis, Anysis	794	29. Æschylus, *an.* 23.	XXIV. XXV. XXVI. XXVII.
		807	Olympias *vulgò* Prima; *quâ* Corœbus *stadium vicit.*	I. II.
	Sabbacon *Æthiops Ægypti Regulos circa hoc tempus opprimit. Dominatur an.* 50.	814	Syracusæ, *Colonia Corinthiorũ.*	III. IV.
		817	30. Alcmæon, *an.* 12.	V.
		829	1. Charops, *Archon Decennalis.*	VI.
		831	Roma *Condita.*	VII.
		836	Nabonassari *initium.*	VIII.
		839	2. Æsimedes, *an.* 10.	IX.
1601	*Ad* Soum *Ægypti R. legati missi ab* Hoseâ *Rege Israelis.*	840		

Sesostris Successor.

NON est verisimile quod (sub *Vexoris* nomine) de *Sesostre* dicitur; illum a) *contentum victoriâ, imperio abstinuisse.* Sesostris nim acquisitum in Asiâ Imperium non modò sibi dum vixit retinuit; sed etiam posteris tradidit. Neque assentire possum viro mano, qui ad illud *Paulini*, apud b) *Ausonium*,

a) Justin. Epit. l.1.c.1.

b) Epist. 19.

Et qui regnavit sine nomine mox Sesoostris,

c) *Sine nomine* (inquit) *hoc est, sine hæredibus.* Sanè Sesostris quatuor filios habuit, præter solertissimam filiam Athyrten. De Successore autem ambigitur. Audiendus inprimis est Herodotus.

c) Can. Isag. p. 310.

d) *Sesostre defuncto, regnum suscepisse ferunt PHERONEM ejus filium; qui expeditionem nullam fecit; sed luminibus captus est, hac de causa. Cum fluvius copiosissimè exundaret, ita ut XVIII cubitos rura transcenderet, & ingruente vento fluctuosus esset; Rex protervitate quadam spiculum in medios fluctus contorsit: statimque ex oculis laborans, visum amisit. Decennio quidem cæcus erat: anno autem undecimo advenit ei ex urbe Buti Oraculum: Tempus pœnæ quâ mulctaretur exactum esse; visumq; ei rediturum, si oculos abluisset urinâ mulieris, quæ ad suum solius virum accessisset, aliorum virorum expers. Ille uxoris suæ urinam primùm expertus, quum nihil meliùs cerneret; deinceps aliarum urinam expertus, tandem vidit. Tum mulieres omnes quas expertus esset (præter eam cujus urinâ lotus visum recepisset) in urbem coegit (quæ Ἐρυθρὴ βῶλος; Rubra gleba dicitur) easque omnes cum ipsâ urbe concremavit: eam verò, cujus urinâ sanatus est, uxorem duxit. Rex cæcitate liberatus, tum in aliis omnibus templis donaria eximia posuit, tum in templo Solis duos Obeliscos spectaculo dignos, longitudinis centenûm cubitorum; latitudinis octonûm.* Herodotum sequuntur alii, in Regis nomine plurimùm discrepantes. Diodorus dicit, Sesostris e) *filium in regno succedentem*, καὶ τ. τοῦ πατρὸς προσηγορίαν ἑαυτῷ περιθέμενον, *& patris nomen sibi assumentem, nihil bello memorabile peregisse.* Filium intelligit eundem, cum Herodoto: Adjicit enim eadem de illius cæcitate; visusque redditi ratione; & de duobus Obeliscis. Plinio appellatur f) *Nuncoreus Sesostridis filius* ille, qui Obeliscum *centum cubito-*

d) Herod. l.2, c. 111.

e) L.1. p. 38.a.

f) L.36. c.11.

rum post cæcitatem (visu reddito ex oraculo) Soli sacravit. Ejusdem remanet & alius Romæ, (in Vaticano Caii & Neronis principum Circo) ex omnibus unus omnino fractus est in molitione. a) *Navis, quâ Caius Cæsar importaverat, omnibus quæ unquam in mari visæ sunt, mirabilior.* A Sixto V. erectus ante ædem S. Petri hodiè conspicitur: Rasus est, & Hieroglyphicarum expers; sed paternis major.

a) Plin. l. 36. c. 9.

Pheroni subjungit Herodotus b) *Proteum* (nescio quem) *Memphi regnantem*; qui (durante bello Trojano) *Alexandrum cum Helenâ apud se detinuit*: dein c) *Rhampsinitum regem.* Diodorus (qui alioquin Herodoti vestigiis insistere solet) inter *Sesostris filium* & *Proteum*, *multos*, ait, *fuisse successores ignobiles*; inter quos *Amasis* (vel d) *Ammosis*) *rex injustus*; quem (deficientibus Ægyptiis) ejecit *Actisanes Æthiops*. Ille Ægypto potitus, *Rhinocoruram*, bonorum omnium indigam, condidit: Hujus successorem facit *Mendetem* (sive *Marrum*) *indigenam*; *qui sepulcrum sibi construxit Labyrinthum*; & post eum, ἐπὶ γενεὰς πέντε, Ἀναρχίαν. Tandem *Protei* successorem habet *Rhemphim*; qui est *Rhampsinitus* Herodoti. Unde Diodorus hyperbolimæos istos Reges deprompserit, non quæro. Sanè Æthiopum impressio ad præsentem Ægyptiorum felicitatem non bene quadrat.

b) L. 2. c. 112.
c) Ib. c. 121.
d) In notis Rhodomanni.

Ad hæc tempora etiam pertinet XII Africani Dynastia; quam ille (juxta receptum Græcorum προχρονισμὸν) longè in anteriora protrusit. In illâ enim Sesostris tam nomine, quàm rebus gestis insignitur; aliique leguntur *Reges Thebani*, & priores & posteriores, qui alibi vix occurrunt; & res quædam magnificæ, quæ nisi felicissimis Thebanorum temporibus non satis competunt.

Syncel. p. 59.

Ex Manethonis tomo II.
XII Dynastia Diospolitarum regum VII.

1. *SESONCHOSIS, Ammenemis filius* ——— an. 46.
2. *AMMENEMES, ab Eunuchis occisus* ——— 38.
3. *SESOSTRIS, qui novem annis totam Asiam subegit; & in Europa Thraciam: & in devictarum gentium memoriam, apud fortes viri, apud imbelles, fœminæ pudendum in cippis exaratum posuit. Adeo ut ab Ægyptiis, post Osirim, primus haberetur* ——— 48.

4. *LA-*

LACHARES, qui Labyrinthum sibi sepulchrum paravit	an. 8.
AMMERES	8.
AMMENEMES	8.
SCEMIOPHRIS Soror	4.

Sesonchosis censetur primus, & à Sesostre omnino diversus. Illis, ex *Dicæarcho*, a) meminimus; & ex Apollonii Rhodii Scholiaste, illum cum *Sesostre* eundem esse docuimus. a)supr. p. 248. & 384.

Sesostri hic successit *Lachares, qui Labyrinthum sibi sepulchrum paravit.* b) Eusebio, *Labaris*; Diodoro *Mendes*, sive *Marrus* vocatur, qui (aliquantò post Sesostris tempora) *Labyrinthum condidit in Nomo Arsinoite*, posteà dicto. *Portentosissimum humani ingenii opus durat etiamnunc* (ait c) Plinius) *in Ægypto* (*in Heracleopolite nomo*) *qui factus est ante annos* (*ut tradunt*) 3600 *à Petesuco, sive Tithoe. Quanquam Herodotus totum opus Regum* ** *esse dicit, novissimaq; Psammetichi. Causam faciendi variè interpretantur, Demoteles, regiam Motherudis fuisse; Lysias, sepulchrum Mœridis; plures, Soli Sacrum id extructum; quod maximè creditur.* Sequitur ibidem ædificii mirandi descriptio. Ob sententiarum discrepantiam, de conditore non liquet. Verùm opus illud (Thebano Imperio dignum) hisce florentissimis Ægyptiorum temporibus optimè convenit. b)Sync. p. 59 c)Plin. l. 36. c. 13.

Africanus XII istam Dynastiam à XIX hâc (de quâ agimus) malè divulsisse videtur. In utrâq; enim sunt acquisitum in Asiâ Imperium & Reges qui in Ægypto unquam regnârunt maximi.

Sed neq; Reges d) Dynastiæ XIX (etsi longævi sint aliqui) intervallum temporis, Dynastiæ assignati, complere videntur. Illa enim (ad normam Græcam fabricata) terminos habet notissimas Græcorum Epochas; *Adventum Danai*, atq; *Excidium Ilii*. *Sethosis*, rex primus, *Danai* frater dicitur: *Thuoris*, ultimus, *excepit Menelaum*. Interstitium est annorum 302. Verùm in Dynastiâ hâc ab Africano numerantur anni tantùm 203: pauciores, ab Eusebio; qui defectum prospiciens, non *Armaim* hunc Sethoseos fratrem voluit esse *Danaum*, sed alium e) *Armaim*, qui in præcedente Dynastiâ rex decimus quartus censetur. d)supr. p. 314 e)Ibid.

Si cuipiam libuerit, ex Diodoro, aut ex XII Dynastiâ, semiplenam hanc Dynastiam explere; equidem non refragor; modò ne-

neque *Sesostris*, neque *Ammenemes* bis, terve numeretur. Nostrum est, testimoniis non contemnendis propagatum *Thebanorum* Imperium referre.

Rhamses Rex.

a) c. Apion. p. 1052. d. MAnetho (apud Josephum) a) Σέθως, ait, ἐβασίλευσεν ἔτη νθ', καὶ μετ' αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ῥαμψής ξς, *Sethos,* (Sesostris) *regnavit annis* 59, *& post hunc senior è filiis Rhampses* 66. Hic Imperium amplissimum, virtute paternâ partum, jure hæreditario administravit. Ejus nomen variè profertur; Herodoto, *Rhampsinitus*; Diodoro, *Rhemphis*;

b) supr. p. 314. b) Africano, Ῥαψάκης; Eusebio, *Ramses* nuncupatur.

c) Herodot. l. 2. c. 121. Rex fuit omnium ditissimus, atque avarissimus; c) *Cui tanta fuit vis pecuniarum, quantam nemo insequentium regum propè æquare, nedum superare potuerit.*

d) Diod. Sic. l. 1. p. 39. c. d) Ille *enim totam ætatem accurandis vectigalibus & acervandis undecunque opibus insumpsit. Ob pusillanimitatem atque avaritiam, neque in Deorum munera, vel hominum beneficia quicquam contulit. Ideo ut bonus, non rex, sed œconomus, pro virtutis gloriâ, majores quàm quisquam prædecessorum divitias reliquit. Argenti enim & auri coegisse fertur* εἰς τετταράκοντα μυριάδας ταλάντων, *quadragentas Myriadas* (400000) *talentorum.* Est autem talentum Ægyptiacum Attico duplum. De furtiva *ærarii* ejus expilatione, Herodotum adeas.

* Herodot. ib. c. 122. Nimia hæc regis Φιλαργυρία fabulæ forsan ansam dedit de illius descensu ad inferos. * *Dicunt hunc regem vivum descendisse infernè, eò ubi Græci Ἅδην esse opinantur, ibique cum Cerere aleâ lusisse, & aliquando victorem, aliquando victum fuisse; & reversum esse, donum ab ea ferentem, mantile aureum.*

e) supr. p. 246. f) Ibid. Similem Ægyptiorum fabulam e) retulimus de Mercurio aleâ ludente cum Lunâ, & dies ἐπαγομένας lucrante. f) Herodotus, *feriantur*, ait, *Ægyptii à descensu Rhampsiniti ad ejus reditum; & Sacerdotes pallium quoddam, eo ipso die contextum, uni ex suis induunt, & oculos mitrâ obducunt; quem gestantem pallium ubi in viam deduxerunt, quæ fert ad Cereris templum, ipsi redeunt, illo relicto. Hunc autem sacerdotem, velatos oculos habentem, ajunt à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab urbe viginti stadia abest; & rursus à Templo in eundem locum à lupis reduci.*

g) Herod. ib. c. 123. g) *Ægyptii dicunt Cererem & Dionysium Inferorum principatum tenere.*

a) *Usq*

a) *Usque ad Rhampsinitum regem, πᾶσαν εὐνομίην o-* a) Ib. c. 124.
mem legum æquitatem in Ægypto fuisse, Ægyptumque maximè flo-
isse ajebant.

Rex hic b) *monimenta reliquit Porticûs, quæ sunt ad tem-* b) c. 121.
um Vulcani ab Occasu (sicut rex c) Mœris porticûs alias, Bo- c) supr. p. 237.
am spectantes, extruxerat.) *Posuit etiam è regione porticuum sua-*
m duo simulacra longitudinis quinûm & vicenum cubitorum; quo-
m quod Aquilonem respicit, id Æstatem vocant, & quidem adorant,
que beneficiis prosequuntur: alteri autem, quod ad Notum est, &
ems vocatur, contraria istis faciunt.

Luculentissimum hujus Regis monumentum, cui nomen e-
s inscriptum, Thebis olim vidit Germanicus Cæsar: amplissimum
nè, non tam Regis ipsius, quàm Majestatis Ægyptiacæ testimo-
ium.

d) *Germanicus Ægyptum proficiscitur, cognoscendæ antiqui-* d) Tacit. Annal. l. 2. an. 771.
tis. Visit veterum Thebarum magna vestigia; & manebant stru-
is molibus literæ Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ. Jussus-
e è senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari; refere-
at, habitâsse quondam septingenta millia ætate militari; atque eo cum
ercitu Regem RHAMSEN Libyâ, Æthiopiâ, Medisque, & Persis, &
actriano, ac Scythiâ potitum, quasque terras Suri, Armeniique, &
ntigui Cappadoces colunt; inde Bithynum, hinc Lycium ad mare,
perio tenuisse. Legebantur & indicta gentibus tributa, pondus ar-
nti & auri, numerus armorum equorumque & dona templis ebur at-
e odores; quasque copias frumenti & omnium utensilium, quæque
atio penderet: haud minùs magnifica, quàm nunc vi Parthorum, aut
otentiâ Romanâ jubentur.

Nulli unquam Imperio secundum fuit Ægyptiacum; si cum
Romano illud comparari liceat, quod sub Trajano maximè splen-
didum fuit validumque, quando hæc literis mandavit Tacitus.
Vir doctissimus e) *de hâc tantâ potentiâ Ægyptiorum nihil legit,* e) Lips. in loco.
nihil credidit. Veruntamen ex rebus à Sesostre gestis sublata est
omnis dubitatio; & manifestò constat, elegantem hanc Æ-
gyptiaci Imperii descriptionem & accuratissimam esse, & veris-
simam.

Assyriorum hic (tanquam ignotæ gentis) nulla prorsus est
mentio; adeò ut πολυθρύλλητον eorum Imperium, hisce Ægyptio-

 rum

rum temporibus, penitùs nullum fuisse: populusque ipse, alieno sub nomine, cum cæteris nationibus tributum in Ægypto pependisse videatur. *Medos* etiam *Persasque* περιληπτικῶς nuncupari putamus; quorum res in literis admodùm obscuræ fuerunt: donec Dejoces, *Medis*; Cyrus *Persis* Imperium asseruêre.

a)Diod.Sic. l.1. p.35.d. Jam primùm *indicta sunt gentibus tributa.* Sesostris a) τοῖς μὲν ἔθνεσι κατὰ δύναμιν ἔταξε δωροφορεῖν καθ᾽ ἐνιαυτὸν εἰς Αἴγυπτον. *Jussit quidem gentes, pro modo facultatum, munera quotannis in Ægyptum perferre.* Rhamses tributa imperavit; & ab exactione istâ avaritiæ reus peragitur. Vulgò dicunt b) *Darium* gentibus primò imposuisse tributa: *Longimanum* intelligit c) Strabo; nos *Darium Medum*, sive *Primum*; de quo, in sequentibus.

b)Polyan. Strat.l.7.

c)L.15. p.735. b.

Præter hoc Rhampsis monumentum, in Thebarum regione Libycâ fuerunt ejusmodi alia diversorum regum elogia. Strabo αὐτόπτης d) *Suprà Memnonium* (ait, id est Amenophis monumentum) *sunt in speluncis Regum conditoria, in saxum incisa, circiter XL mirum in modum structa, spectatu digna. In his conditoriis, inscriptiones in quibusdam Obeliscis declarant divitias illorum regum, & potentiam; ut usque in Scythiam & Bactrianam, & Indiam, & quæ nunc Ionia dicitur, imperium extenderint; item tributorum magnitudinem; & exercitûs circiter mille millia.* Tanta autem potentiæ amplitudo non nisi de Sesostris successoribus intelligi potest; è quibus, qui *Rhampsi* huic inscriptus est Obeliscus, Germanico legendus obtigit; cæterorum regum nomina, tàm injuriâ temporum, quàm scriptorum incuriâ periere tandem, postquam ab ipsis Ægyptiis diutissimè conservata fuissent. e) Αἰγυπτίοις δ᾽ ἔτι καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν· ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας. Αὕτη δ᾽ ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀπεγράφοντο τὰ παράδοξα, καὶ τὰ θαύματος ἄξια εἴτ᾽ ἐν πράξεσιν εἴτ᾽ ἐν εὑρέσεσιν, *Ægyptiis adhuc quæ facta sunt per memoriam semper nova adsunt. Memoria verò est per historiam; hæc autem à Columnis, in quibus describebantur paradoxa, & quæ admiratione essent digna, sive in actionibus, sive in inventionibus.*

d)L.17.p.816. b.

e) Proclus comment. primo in Timæû.

Thebæ Ægyptiæ.

GErmanicus *visit veterum Thebarum magna vestigia.* Sanè urbs illa (tanto imperio digna) ex quo reges Thebani expulerant

Pa-

flores, totius *Ægypti* fuit Metropolis; ex quo Sesostris *Asiam* subjugaverat, totius fuit *Orientis* caput: Urbs unicè miranda, tùm ob vetustatem, tùm ob magnitudinem. De cujus origine frustra litigant Sacerdotes. Nihil opus est, ut fingant illam ab a) Osiride conditam; à b) Busiride, non est verisimile. Antiquitatem satis testatur longissima *Regum* series, à *Mene* ad *Thuorim*; quam nulla uspiam Gentium successio adæquare potest. a) Diod. Sic. l. 1. p. 14. b) Ib. p. 29.

Magnitudinem autem urbis ex ejus longitudine colligere est. c) Strabo (qui recentes illius ruinas vidit) Καὶ νῦν, inquit, δείκνυται δ' ἴχνη τοῦ μεγέθους αὐτοῦ ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους τὸ μῆκος, *Ostenduntur hodieq; magnitudinis illius vestigia ad LXXX stadiorum longitudinem.* Scilicet ad Nili ripas in tantum urbs extendebatur. Alii longitudinem multò majorem tradunt. Cato (apud d) Stephanum) τετρακόσια στάδια τὸ μῆκος, *Quadringenta stadia longitudinis* occupâsse asserit. Eustathius (ad * Dionysium) aliquid addit: Thebas, ait, εἰς σταδίους κ' καὶ τετρακοσίους ἐκτείνεσθαι, *Ad stadia* CCCCXX *extendi.* Verùm numeri isti de longitudine murorum, sive de urbis ambitu, intelligendi sunt: quamvis hoc quoque nimium videatur; cùm neque *Babylonis*; neque *Ninives* tanta esset amplitudo. e) Diodorus urbem angustiore limite comprehendit: τὸ μὲν περίβολον ὑποστησάμενος σταδίων ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα, *Circuitum substitui stadiorum CXL.* Quod de novâ urbe recens conditâ, nec dum auctâ, dictum videtur. Urbs primùm in Arabico Nili latere posita, tandem etiam in Libycum se expandit: * Μέρος δ' ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ περ ἡ πόλις· μέρος δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ περαίᾳ, ὅπου τὸ Μεμνόνιον, *Thebarum pars est in Arabiâ, ubi & urbs; pars etiam in ulteriore ripâ, ubi Memnonium.* c) L. 17. p. 816 a. d) In Διόσπ. * p. 36. e) p. 29. d. * Strab. l. 17. p. 816. a.

A splendidis Sesostris temporibus urbs hæc adeò illustris fuit, ut toti Ægypto gloriam, etiam & nomen præripuerit. f) Πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλεῖτο, *Olim Thebæ Ægyptus vocabatur*; Reges ipsi, *Thebani*, sive *Diospolitani*; omnis Ægypti populus, & universa potentia *Thebanorum* esse dicuntur. f) Herod. l. 2 c. 5.

Ex Epitaphio *Rhampsis* legit sacerdos, illic *habitâsse septingenta millia ætate militari.* Ex alio meminit Strabo στρατιᾶς περὶ ἑκατὸν μυριάδας, *Exercitûs circiter centum myriadum.* Immensum hunc numerum probat g) Pomponius Mela; ait, *Thebas (ut Ho-* g) De situ orbis l. 1. c. 9.

 me-

mero dictum est) centum portas habere ; solitasque singulas, ubi negotium exegerat, dena Armatorum millia effundere. Verùm non temerè credendum est , tot militum millia in unâ *Thebarum* urbe comprehendi. Docuit a) modò Herodotus , milites ferè omnes (quibus assignabantur fundi) *Inferioris Ægypti* nomos incoluisse ; eorum autem numerus fuit 410000. Verisimile est, ingentibus istis numeris contineri , non tantùm Ægyptios , sed etiam alias quascunque imperii gentes , quæ sub rege Thebano meruere.

a)supr. p.365.

b) Diodorus , istum *septingentorum millium* numerum ad omnem Ægypti plebem refert. Τοῦ δὲ σύμπαντος λαοῦ τὸ μὲν παλαιὸν φασὶ γεγονέναι περὶ ἑπτακοσίας μυριάδας, καὶ καθ' ἡμᾶς δὲ οὐκ ἐλάττους εἶναι τριακοσίων, *Dicunt , universi populi olim fuisse circiter septuagies centena millia ; esse etiamnum tricies centena millia.* Parùm dixisse videtur Diodorus , qui in Ægypto fuit (Olympiade c) CLXXX) annis circiter 30 antequam Thebæ excisæ sunt. Josephus (sub Vespasiano) post Thebarum cladem , longè majorem in Ægypto multitudinem fuisse demonstrat. d) *Ægyptus , ab Æthiopiâ ad Alexandriam , habet 7500000 incolarum ; sicut ex tributo singulorum capitum existimari licet , præter populum Alexandrinum.* Πεντήκοντα , ait , πρὸς ταῖς ἑπτακοσίαις μυριάδας ἀνθρώπων. Sanè recentioribus seculis major fuit populi numerus, quàm vetustioribus ; & sub Ptolemæis tandem maximum cepit Ægyptus incrementum. Id ex urbium pagorumque censu perspicuè cernitur ; qui ad hunc modum se habuit.

b)L.1.p.19.b.
c)Diod.l.1. p.30.d.
d)Bell. Judaic. l.2, c.16. p.807

Ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἔσχε κώμας ἀξιολόγους καὶ πόλεις πλείους τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς ὁρᾶν ἔστι κατακεχωρισμένον , *In sacris literis notatum est, Ægyptum antiquis temporibus habuisse urbes pagosque insignes , ultra* ——— 18000

Diod. l.1. p.19.b.

Ἐπὶ Ἀμάσιος δὲ βασιλέως , λέγεται πόλεις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας , *Sub Amasi rege , dicitur urbes habitabiles in eâ fuisse* ——— 20000

Herod. l.2. c.177.

Ἐπὶ δὲ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, πλείους τῶν τρισχιλίων (scribe τρισμυρίων) ἀριθμηθῆναι , *Sub Ptolemæo Lagi, recensitæ sunt plures quàm* ——— 30000

Diod. ibid.

Sub

ub *Ptolemæo Philadelpho.* — Theocrit. Idyl. 17. v. 82.

Τρεῖς μὲν οἱ πολέων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται, 300
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες, τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι, 3000
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἑνδεκάδες τρεῖς, } 33339 30000
Tres illi urbium centuriæ extructæ sunt, 6
Tria insuper millia super triginta, 33
Duo item terniones, & prætereà ter undecim. 33339

Posteriora hæc tempora respexit Cato (apud a) Stephanum) quum scripserit, *ὅτι τρισμυρίας τρισχιλίας κώμας εἶχε καὶ τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας*, *Ægyptum habuisse pagos* 33030, *hominum verò* 7000000.

a) In Διοσπ.

Thebarum itaque fortuna, adhuc superba, indies crescebat : postea verò declinavit illa, urbsque à *Sabacone, Nabuchodonosoro, Cambyse* capta est, & malè multata. Post conditam Alexandriam, primatum amisit : A b) *Ptolemæo Philometore* (Secundo) *ob defectionem, ad paupertatem redacta*; tandem à *Cornelio Gallo* (primo Ægypti Præfecto Augustali) penitus excisa est. Eusebius (anno tertio post pugnam Actiacam) c) *Thebæ Ægypti usque ad solum dirutæ.* Ad quem locum ait Vir maximus, d) *Hallucinatio est.* Veruntamen funestæ hujus cladis veritatem testatur Strabo; qui in expeditione Arabicâ comes fuit Ælio Gallo, qui, post C. Petronium, successit Cornelio Gallo. e) Νυνὶ (inquit, id est, sub Tiberio) *κωμηδὸν συνοικεῖται*, *Nunc per vicos habitatur.* Adde hoc Juvenalis :

b) Pausan. Attic. p. 15.
c) Chron. n. 1989.
d) Scal. Animadvers.
e) Strab. l. 17. p. 816.

f) *Vetus Thebe centum jacet obruta portis.*

f) Sat. XV. v. 6

g) Pausanias etiam *Thebas Ægyptias ad nihilum redactas* esse testatur.

g) L. 8. p. 509.

Neque id præterire possum, quod de primâ hujus urbis clade refert Ammianus Marcellinus. h) *Hanc, inter exordia pandentis se latè Carthaginis, improviso excursu duces oppressere Panorum : postea que reparatam Persarum rex Cambyses aggressus est.* Carthaginis exordium in hæc *Rhamsis*, in Ægypto regnantis, tempora incidit : Imperium autem, urbe adultâ, prolatum est : neque intelligenda sunt urbis conditæ, sed expansi dominii initia. Post annos 130, *Sabbacon Æthiops* obtinuit Ægyptum ; & post annos 260,

h) L. 17. p. 90.

Nabuchodonoforus : utrumlibet intelligas. Sanè *Pœnorum* imperium ultra *Philænorum aras* extendi non novimus.

Carthago condita.

INter Phœnicum colonias celeberrima fuit *Carthago*, non autem vetustissima. a) *Illi, extra Columnas Herculis progressi, in media Africæ orâ maritimâ urbes condiderunt,* μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, *paulò pòst belli Trojani tempora.*

a)Strab.L.1. .48.c.

Colligitur tempus *Carthaginis Conditæ* ex *Tyriorum Regum* annalibus, ad Æram *Templi* applicatis. b) Josephus (ut solet) κατ' αὔξησιν peccat; dum *Hiromi* ætatem, non regnandi annos in calculum suum adhibet. Sunt autem anni 126 à jacto Templi fundamento ad Carthaginem condi cæptam. Templum condi cœpit, anno Per. Jul. 3706 : adde annos 126; habes Per.Jul. 3832; quo Carthago condi cœpit. Cum calculis istis optimè convenit c) Solino; *Hadramyto & Carthagini auctor est à Tyro populus. Carthaginem (ut Cato in oratione Senatoria autumat) cùm rex Hiarbas rerum in Libyâ potiretur, Elissa mulier extruxit, domo Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit Civitatem Novam; mox sermone verso, Carthago dicta est, quæ post annos septingentos triginta septem exciditur, quàm fuerat extructa.* Excisa est Carthago *Cn. Lentulo, L. Nummio Coss.* anno Romæ conditæ 608; Per.Jul. 4568. Deductis annis 737, Carthaginis conditus incidet in annum jam dictum 3832.

b)c.Apion. p.1043.

c) Cap. 30.

d)Euf. n. 804. d) *Philistus Naucratita scripsit, à Zoro & Carthagine hoc tempore* (id est, anno 32 ante ἅλωσιν Trojæ) *Carthaginem conditam; eosdem autem fuisse Tyrios.* e) Appianus fictitios istos *conditores* ponit *annis 50 ante captum Ilium.* Verùm *Carthada*, sive *Carthago*, non conditoris nomen est, sed urbis: *exprimit* Νεάπολιν; & *Zor* est *Tyrus* Pœnicè: f) Πόλις ὀχυρά· Σὼρ, ἤγουν Τύρος: *Urbs munita Tzor, sive Tyrus.*

e)Libyc. initio

f)Josuæ 19.29

Menander *Didonem* non nominat. Fugæ historiam compendio cecinit g) Virgilius; sed licentiâ nimis poeticâ, ad *Æneæ* tempora composuit. Servius ibi, magis historicè: *Dido (ait) vero nomine Elissa ante dicta est; sed post interitum, à Pœnis DIDO appellata, id est Virago, Punicâ linguâ: Quod cùm à suis civibus cogeretur*

g)Æneid. l.1. aV.342. ad 323

getur cuidam de Afris regibus nubere ; & prioris mariti amore teneretur ; forti se animo & interfecerit, & in pyram injecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes extruxisse fingebat. a) Syncellus, ἐκαλεῖτο περὶ τούτου Οὐεργὼ (Οὐράγω legit Bochartus) non Carthago, sed Dido *vocabatur antea Virago*, id est, Elissa. *Dicunt* illam b) κληθῆναι, ὕστερον τῇ Τυρίων φωνῇ Διδῶ, διὰ τὸ πολλὰ πλανηθῆναι, ἀπὸ Φοινίκης ἀπάρασαν ἐπὶ Καρχηδόνα. Τῇ γὰρ Φοινίκων φωνῇ τὴν πλανῆτιν Διδῶ προσαγορεύουσι, *Postmodum Tyriorum linguâ appellatam esse Didonem, quia multùm divagata est, cùm è Phœnice proficisceretur Carthaginem ; Erraticam enim, Phœnicum Sermone, Didonem appellari.*

a) p. 181. a.

b) Etymolog. M. Δ.

Stephanus de Carthagine, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κακκάβη. Τοῦτο δὲ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν λέξιν ἵππου κεφαλὴ δηλοῦται, *Vocatur etiam CACCABE. Ita patrio eorum sermone significatur caput equi.* Quo spectat Virgilius ;

c) *Effodere loco signum, quod regia Juno*
Monstrârat, caput acris equi —

c) Æneid. 1. v. 447.

Tetradrachmam habeo, in cujus una parte προτομὴ ἵππου, *caput acris equi* eleganter pictum, cum literis ad infimum collum ignorabilibus.

Ex Græcorum Mythologiâ, Libyam jampridem insederat Cadmus,

— d) Λιβυστίδι Κάδμος ἐρέξη
Δωμήσας πολίων ἑκατοντάδα· δῶκε δ' ἑκάστῃ
Δύσβατα λαϊνέοις ὑψίθρονα τείχεα πύργοις.

d) Nonni Dionys. l. 13. v. 364.

Cadmus in Libya extruens centum urbes, arduis mœnibus & turribus lapideis unamquamque cinxit. Et in comitatu Bacchi,

e) Τόσος λαὸς ἔην ἑκατόμπολις —

e) Ib. v. 378.

Tantus erat populi numerus è centum urbibus Cadmi. Atque inde Κάδμεια dicta Carthago, apud Stephanum.

Amenophis Rex.

MAnetho (apud f) Josephum) post *Rhampsem*, εἶτα τὸν Ἀμένωφιν εἰσποιεῖσας ἐμβόλιμον βασιλέα, *Dein Amenophim adjicit*

f) Apiô. 1. c. 52. d

a) supr. p. 314. *cit regem.* Idem in a) Thebaná Africani Dynastiâ Ἀμμενέφθης; Eusebio, A*menophes*; Pausaniæ verò, per literæ prothesin, *Phamenophis* dicitur.

Rex hic Herodoto non memoratur; quem neglectâ temporum ratione, à Regibus *Thebanis* ad *Memphitas* hic transiliisse
b) p. 52. b) diximus: cumque secutus est Diodorus; interpositis tamen γενεαῖς ἑπτὰ *Regum ignavorum*, πλὴν ἑνὸς Νειλέως, *ex-*
c) p. 247. *cepto Nileo*; cujus c) suo loco, ex Eratosthene & Dicæarcho, meminimus.

d) p. 334. Ex homonymiâ, A*menophim* hunc cum d) priore confundi putamus. De priore, Africanus (eumque sequuti Eusebius, &
e) Sync. p. 72. Syncellus) e) Οὗτός ἐστιν ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγ-
A.D. p. 151. c. γόμενος λίθος, *Hic Memnon habitus est, & lapis loquens.* Idem dicit Eusebius in Chronico; sed magis cautè, ex alienâ Africani po-
f) Num. 400. tiùs quàm suâ sententiâ. f) *Hic est Amenophis*; *quem quidam Memnonem putant, lapidem loquentem.* Ipse enim *Memnonem* diu postea bello Trojano interfuisse refert (regnante in Ægypto Thuore)
g) Num. 832. g) *Memnon & Amazones Priamo tulêre subsidium.*

Sane veritati historicæ maximè congruum est, A*menophim* hunc qui post Sesostrim regnavit, esse illum Græcorum *Memnonem*, qui Susis Phrygibusque imperavit. Rex enim hic inter bellicosissimos Ægypti reges meritò numerandus est, qui, educto in Asiam exercitu, gentes à Sesostre subjugatas invisit & ordinavit; Phrygiam obambulavit: Susis diu commoratus, sui monumenta reliquit; Bactrianos rebellantes ad obedientiam pristinam reduxit; & de Asiâ pacatâ, stabilitoque Sesostris imperio, superbum deportavit triumphum. Græci autem (quibus debemus omnem, præter Sacram, vetustiorum temporum historiam, licet serò contextam) cùm tantarum rerum famam tardis incertisque rumusculis accepissent, adeò fabulis (ad quas Græci veteres nimis erant proclives) inquinaverunt omnia, ut exortâ demum literarum luce, & reclusis Ægyptiorum adytis, non esset Græcis integrum, ex ipsis Ægypti monumentis, rerum Ægyptiacarum instaurare veritatem. Nos quidem operam dabimus, quantam in re deperditâ possumus, veritatis veteris naufragium colligere, & ex obscuris Thebarum ruderibus, incertisque Græcorum placitis, Regis maximi memoriam reficere.

Inter

Inter plurima hujus regis monumenta, celebratur maximè statua illa vocalis, cujus meminerunt Strabo, Plinius, Tacitus, Pausanias, Lucianus, Philostratus, Tzetzes. Pausaniam inprimis audiamus, qui Ægyptium Regis nomen enunciat. *Thebis*, a) inquit, *trans Nilum, ad Σύριγγας, quas vocant, statua adhuc est resonans* (pro ἠχεῖον, ἠχεῖον substituit b) Scaliger) *quam multi Memnona nominant; quem ex Æthiopia ajunt in Ægyptum, & Susa usque penetrâsse. Verùm Thebani non dicunt Memnonem, sed ex indigenis Phamenophim esse, cujus erat ista statua. Audivi etiam, qui Sesostrim esse dicerent. Statuam hanc Cambyses diffidit; & quantum à capite ad medium corpus, abruptum est; quod reliquum sedere videtur; & quotidie ad ortum solis sonum edit; qualem nervi citharæ aut lyræ, cùm fortè rumpuntur.*

a) Pausan. Att. p. 78.
b) In Euseb. p. 400.

Phamenophis itaque, sive *Amenophis*, Thebanis is est, qui Græcis *Memnon*. Nomen ex *Menis*, primi regis, nomine componi videtur. *Mennoph* Græcis, euphoniæ gratiâ *Mennon*, sive *Memnon*. Cæterùm obscura est Ægyptiorum nominum ratio.

c) *Cambyses autem lapidem hunc concidit*, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ, ὡς Πολύαινος ὁ Ἀθηναῖος ἱστορεῖ, *Credens magicas præstigias in eo fuisse, ut refert Polyænus Atheniensis*. Inde Juvenalis, de Thebis,

c) Syncell. p. 151. c.

d) *Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.*

d) Sat. XV. v. 5.

e) Strabo, ex opinione vulgi, etiam adfert dimidiatæ statuæ causam. *In ulteriore*, inquit, *Nili ripâ, est Memnonium; hîc cùm duo essent colossi de solido lapide, inter se propinqui, alter manet integer, alterius verò superiores à sede partes corruerunt, terræ motu, ut fertur. Creditum etiam est, semel quotidie sonitum, veluti ictûs haud magni, à parte edi quæ in sede ac basi remansit.* Damis (Apollonii Tyanei in itinere socius) colossum illum alterum, qui extabat integer, descripsisse videtur. Dicit enim, f) τὸν τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν, καὶ ὁπόσα τοῦ στόματος ὡς φθεγξομένου ᾄδουσι, *Oculorum & totius oris imaginem quasi loquuturi hominis esse perhibent.* Dicit præterea, statuam λίθου εἶναι μέλανος· ξυμβεβηκέναι δὲ τὼ πόδε ἄμφω, κατὰ τὴν ἀγαλματοποιίαν τὴν ἐπὶ Δαιδάλου, *ex nigro esse lapide; pedes ambos junctos esse, juxta modum faciendi statuas usque ad ætatem* g) *Dædali*. Porrò Memnonis statua dicitur h) φθέγξασθαι μὲν παραχρῆμα, τῆς ἀκτῖ-

e) L. 17. p. 816 a.
f) Philostr. l. 6. c. 3.
g) supr. p. 192.
h) Philost. ib.

ἀκτῖνος ἐλθούσης αὐτοῦ ἐπὶ σῶμα, *vocem edere, ubi primùm solis radius ad ejus os pervenit.* Quod non nisi Colosso integro competit. Marmoris genus docet Plinius. a) *Lapis Æthiopicus, quem vocant Basalten, ferrei coloris atque duritiei, narratur in Thebis (delubro Serapis, ut putant) Memnonis statuâ dicatus; quem quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt.* Tacito, inter præcipua Ægypti miracula, censetur b) *Memnonis saxea effigies, ubi radiis solis icta est, vocalem sonum reddens.* Accedat Dionysius ὁ Περιηγητής,

a) Plin. l. 36, c. 7

b) Annal. l. 2. an. 772.

c) Vers. 250.

c) Θήβην ὠγυγίην ἑκατόμπυλον, ἔνθα γεγωνὼς
Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται Ἠῶ.

Thebas priscas, centum portas habentes; ubi resonans
Memnon exorientem suam salutat Auroram.

Quid multa? Strabo atque Pausanias, auctores minimè vani, sonitum audiverunt. Strabo autem, etiamsi audiverit, fidem tamen non adhibuit. d) *Ego,* inquit, *cùm Ælio Gallo adessem, & cum reliquâ multitudine amicorum ac militum qui cum eo erant, circiter horam primam, sonitum audivi. Utrum à basi, sive à Colosso, an vero ab circumstantium aliquo editus sit, non habeo affirmare; cùm propter obscuritatem causæ, quidvis potiùs credere subeat, quàm ex lapidibus sic compositis sonum edi.*

d) L. 17. p. 816 b.

Præter sonorum hoc miraculum, fuerunt alia hujus regis in Ægypto monumenta; alia etiam nomina. e) *In urbe Abydo (quæ olim urbs magna & secunda post Thebas) fuit Memnonis Regia mirificè structa è solido lapide; quemadmodum Labyrinthus. Est eò deducta ex magno flumine fossa; circa quam Acanthon Ægyptiorum lucus est, Apollini sacer. Si Memnon (quod nonnulli sentiunt) ab Ægyptiis vocetur Ismandes, etiam Labyrinthus erat Memnonius, & ejusdem opus; sicut ea quæ in Abydo sunt, & in Thebis. Ibi enim quædam dicuntur Memnonia.* f) Paulò antè de *Labyrintho* dixerat, *Sepulti nomen esse Imandem*; qui in Epitome scribitur Μαΐνδης. Apud g) Diodorum, *Mendes sepulchrum sibi construxit Labyrinthum*; quem cùm *nihil bellici suscepisse* dicat, ille Memnona non intellexisse videtur. Labyrinthi conditum ætati huic, quæ Sesostrim sequuta est, convenire jam diximus. Neque est à vero dissimile, opus illud non unius regis fuisse, non unius seculi; sed hisce inchoatum temporibus,

e) Strab. l. 17. p. 813. b.

f) Strab. ib. p. 811. d.

g) P. 39. a. 61. d

vix

vix ultimis perfectum fuisse. Plinius, dum immensam illi antiqui-
tatem attribuit, non à *Tithone* Memnonis patre, sed à a) *Tithoë*, a) supr. p. 11.
Semideorum septimo, condi voluit.

Porrò *Amenophis* hic, sive *Memnon*, qui Straboni est *Ismandes*, & *Imandes*, Hecatæo dicitur *Osimandes*; hoc forsan ab *Osiride*, illud ab *Iside* nomen. Inter magnifica Thebanorum regum sepul-
chra (quorum b) *XLVII memorantur in sacris sacerdotum libris*, b) Diod. Sic.
sed manebant tantùm XVII tempore Ptolemai Lagi, & eorum plera- l. 1. p. 30. c.
que Olympiade CLXXX, id est, ultimis Ptolemæorum temporibus, destructa fuerant) illud maximè memorandum est, quod eleganter & copiosè descripsit Hecatæus Abderita (qui *sub Ptolemæo Lagi*
historiam Ægyptiacam composuit. Alius c) *erat Hecatæus Milesius*, c) Suid. in
Hegesandri filius, tempore Darii Histaspidæ, qui primus historiam Ἑκαῖ.
πεζῶς ἐξήνεγκε, *solutâ oratione scripsit*; qui Herodoto, λογοποιὸς
historicus vocatur.) Ex Hecatæo, inquit Diodorus, d) *Sub in-* d) p. 30. d.
troitum monumenti regis (quem vocant) Osymandis, atrium est ex vario lapide, longitudine duûm plethrûm (200 pedum) altitudine 45 cubitorum: hinc digresso occurrit lapideum peristylion quadratum, cujus unumquodque latus quaternûm plethrorum; animalia XVI cubitorum ex uno saxo, ad antiquum morem cælata, subsunt columnarum loco: tectum totum sive lacunar, duas orgias (8 cubitos) latum, ex uno lapide, stellis in ceruleo variegatum est. Proximè hoc peristylium rursus alius est introitus, & atrium priori cætera assimile, sed sculpturis ampliùs variis elaboratum. Juxta introitum, tres erant statuæ ex uno saxo singulæ; MEMNONIS τȣ̃ Συηνίτȣ (vocem hanc non capio, neque interpres, qui statuarium intelligit; nescio, an sit patris nomen) *una earum sedebat, omnium in Ægypto maxima; quæ mensurâ pedis VII cubitos excedit.*

Ex hâc Memnonis statuâ (quem etiam sedentem faciunt Pausanias, Strabo, Philostratus) conjicio, monumentum hoc fuisse
e) ἐν τῇ πεζαία, ὅπȣ τὸ Μεμνόνιον, in Thebis Libycis; immò ipsum e) Strab.
fuisse *Memnonium*, quod quidem pro Serapis templo perperam ac- p. 816. a.
ceperunt. f) *In Thebis, delubro Serapis, ut putant, Memnonis sta-* f) Plin. l. 36. c. 7.
tua. Philostratus appellat g) τὸ τέμενος τȣ̃ Μέμνονος, *Tem-* g) L. 6. c. 3.
plum Memnonis. Dicit illud simile esse *Foro antiquo*, *qualia in urbibus quondam habitatis supersunt; ubi columnarum fragmenta, pa-*

 rietum

rietum vestigia, & sedes, & limina, & Mercuriorum simulachra, partim manu, partim tempore consumpta. Sed pergamus.

* Diod. ibid. Stant * statuæ *duæ reliquæ ad illius genua, altera à dextris, altera à sinistris, filiæ atque matris, priore minores. Opus mirandum ob magnitudinem, artemque, & saxi naturam; cùm in tantâ mole, neque fissura, neque labes ulla conspiciatur. Inscriptionem verò hanc præfert.*

Βασιλεὺς βασιλέων Ὀσυμανδὶς εἰμὶ·
Εἰ δέ τις εἰδέναι βούλεται πηλίκος εἰμὶ, καὶ ποῦ κεῖμαι,
Νικάτω τι τῶν ἐμῶν ἔργων.

SUM REX REGUM OSYMANDIS;
SI QUIS NOSSE VELIT, QUANTUS SIM, ET UBI JACEAM,
VINCAT ALIQVID MEORUM OPERUM.

Est & alia seorsum Matris imago XX cubitorum, in cujus capite tres reginæ; quibus significatur eam filiam, uxorem & matrem Regis fuisse.

a) Diod. Sic. p. 30. d. a) *Post Atrium, erat peristylium priore præstantius; in quo sculpturæ variæ, repræsentantes bellum ab eo gestum,* πρὸς τοὺς ἐν τοῖς Βάκτροις ἀποστάντας, *cum Bactris rebellantibus; in quos expeditionem fecit cum quadringentis millibus peditum & viginti millibus equitum: Divisoque in quatuor partes exercitu, regis filii singulis præfecti sunt.*

Inter gentes à Sesostre subjectas non recensentur Bactriani; *Rhamsen* tamen *Bactrianâ potitum esse*, ex ejusdem monumento didicimus. Ex Hecatæo, lux Tacito; ex Tacito, fides Hecatæo; ex utroque, geminatum diuturnæ potentiæ testimonium; ut appareat, *Sesostrim* non unicum fuisse ex Ægypti regibus, qui Asiam cum exercitu longè latèque peragraverit. Minor quidem hic est copiarum numerus, quàm quas modò memoravimus; sive, quòd Ægyptii indies in belligerando peritiores fuerint; sive, quòd contra gentem rebellem non totis opus esset Ægypti viribus.

b) Diod. ib. b) *In primo pariete, Rex cernitur oppugnans murum, flumine circumfluum; & contra repugnantes se in periculum conjiciens; cum leone, unà cum rege terribiliter concertante. Nonnulli hoc de*

leone mansuefacto accipiunt, quem rex aluerat, & pugnæ socium habuit; alii volunt, imagine leonis, fortissimi regis animum designari. a) Ἀλκῆς μὲν καὶ ῥώμης σύμβολον αὐτοῖς ὁ λέων, *Leo illis roboris & virium symbolum est.* a) Cl. Alex. Strom. l. 5. p. 567. a.

Fluvius iste, qui murum circumfluit, sine dubio est *Eulæus*; de quo Plinius; b) *Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus; circuit arcem Susorum.* Memnon itaque arcem Susorum expugnavit; & Susis aliquandiu imperavit. Sanè *Susa* c) Μεμνόνιον ἄστυ καλέεται, *Urbs Memnonia vocabatur*; d) & τὰ βασιλήϊα Μεμνόνεια καλεόμενα, *Regia dicitur Memnonia*, & ipsa e) Σοῦσα τὰ Μεμνόνεια, *Susa Memnonia* à Græcis appellantur. f) *Si quis prisca heroum tempora respiciat, Susa dicuntur à Tithono, Memnonis patre, condita; arx autem vocatur Memnonium; Susii etiam Cissii dicti sunt, & Æschylus Memnonis matrem Κισσίαν vocat.* Mœnia etiam Memnonia dicta sunt: g) τὰ Βαβυλωνίων ἢ τὰ Μεμνόνεια, τὰ ἐν Σούσοις τείχη, *Muri Babylonis; vel qui in Susis dicuntur Memnonis.* Diodorus dicit, h) à Cambysis tempore, *artifices ex Ægypto ascitos ædificâsse regias illas celeberrimas, quæ sunt in Persepoli, in Susis, & in Mediâ.* Sed palam est, Ægyptiaca in *Susis* ædificia ad ætatem *Memnonis* esse referenda. Verùm ad peristylion redeamus.

b) L. 6. c. 27.
c) Herodot. l. 5. c. 54.
d) c. 53.
e) l. 7. c. 151.
f) Strab. l. 15. p. 287. a.
(Steph. in Σοῦσα)
g) Pausan. Mess. p. 275.
h) L. 1. p. 30.

i) *In secundo pariete effigiantur captivi à Rege ducti, absque virilibus, manibusve; quo significatum, effœminatis animis in periculo deesse manus. Tertius paries continet victimas regis, & triumphum à bello actum. In medio peristylio, extructa est ara, sub dio, lapidis pulchritudine, artificio, & magnitudine miranda.*

i) Diod. Sic. p. 31. c.

In ultimo pariete, duæ sunt statuæ sedentes, ex integro saxo XXVII cubitorum; juxta quas ex peristylio tres sunt introitus, in domum columnis substructam, instar Odei, cujus singula latera duorum plethrorum: in eâ multæ sunt statuæ ligneæ litigatorum, respicientium Judices. Illi, in uno parietum sculpti, sunt numero XXX; & in medio summus judex, habens k) *VERITATEM ex collo pendentem, & oculos clausos, & libros plurimos sibi adjacentes.*

k) supr. p. 316.

Cætera nobilissimi hujus monumenti invitus prætereo, ne tædium afferam: Diodorum videas. Summa est hunc Regem, non bello tantùm, sed etiam pace Magnum; erga Deos, Pium; erga homines, Justum fuisse.

Hæc quidem *Memnonis* in Asiam expeditio apud Græcos multò celebrior fuit, quàm altera *Sesostris*; vel quòd hæc recentior erat; vel quòd Poetæ (qui omnium primi res gestas literis mandârunt) jam tandem in Græciâ efflorescebant. *Hesiodus* & *Homerus* Memnoni fuerunt coætanei. Homerus quidem Memnonem omnino non nominat; neque meminisset ejus, etiamsi Iliadas ultra mortem Hectoris deduxisset; quùm indecorum esset, res suæ ætatis

a) Θεογ. v. 985 nuperas veteribus Trojanis immiscuisse. a) Hesiodus autem *Memnonem* (quem fingit esse *Tithoni & Auroræ* filium) appellat Αἰθιόπων βασιλῆα --- *Regem Thebanum.*

Sanè Ægyptus Græcis serò patefacta; neque ante *Psammitichi* regis tempora omnino cognita! Delta diu illis Ægyptus propria

b) Strab. l. 1. p. 33. b. habebatur; quæ à mari remotiores sunt ad Austrum regiones, communi b) *Æthiopiæ* nomine designabantur; sicut *Scythiæ* nomine, Septentrionaliores. Homerus, Thebaida *Æthiopiam* vocat; illamque ab *Ægypto* distinguit. Menelaus sic Telemachum alloquitur,

c) Odyss. l. 4. v. 48.

———— c) Καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθίοπας θ' ἱκόμην ——— ————
———— Per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii ———— ———

Id est, ex Inferiore Ægypto, sive propriè dictâ, in Thebaida. Nam Homerus expressis verbis dicit, Menelaum *Thebas* venisse; illum ulteriùs penetrâsse, non est rationi consentaneum. Damis (Apol-

d) Philost. l. 6. c. 3. lonii Tyanei comes) vidit d) *Memnonis templum & ejus loquentem statuam, in Æthiopiâ*: id est, in Thebaide, scilicet in Libycâ

e) supr. p. 335. Thebarum parte. Diximus, e) *Æthiopas ab Indo consurgentes, juxta Ægyptum consedisse.*

Increbuit forsan Memnonis fama apud Græcos posteros in

f) Herod. l. 2. c. 106. Asiâ, ex imaginibus istis petrâ incisis, f) *quarum armatura & Ægyptiaca fuit, & Æthiopica*, quæ in *Ioniâ* diu posteà visebantur; quas Herodotus quidem *Sesostri*, alii autem *Memnoni* attribuunt.

g) Diod. Sic. l. 4. p. 192. b. g) *Tithonus autem, Laomedontis filius, Priami frater, in orientalibus Asiæ partibus militans, usque ad Æthiopiam processit: unde fabula de Memnone ex Aurorâ suscepto; qui Trojanis suppetias tulit,* &

& ab Achille occisus est. Græci enim (qui Homerum longo intervallo sequuti sunt) cùm nihil illis Bello Trojano magnificentius haberetur, quicquid à majoribus illustre acceperant (non sine magnâ temporum imperitiâ) ad id bellum retulerunt. *Pindarus*(Poetarum primus qui fabulam hanc celebravit) ultra annos DCC post Trojæ casum floruit; a) στρατάρχον Αἰθιόπων Μέμνονα appellat; a)Pyth.Od.6. v.30. Olymp. Od.2. v.148. Nem.Od.6. vers. 82.
& *Auroræ filium Æthiopem*; illumque *ab Achille prostratum* cecinit. b) Apud Eleos fuit vetustum opus Lycii Myronidæ, quod *Achillis & Memnonis monomachiam* exhibuit; Quæ etiam in c) *Arcâ Cypseli*; & *in* d) *throno Amyclæi* Apollinis insculpta fuit. Et b)Pausan. l.5. p. 331. c)Ib.p.323.
Quintus Smyrnæus (qui Homeri παραλειπόμενα contexuit) concertationem istam graphicè depinxit. Rem ita narrant Græci, e) d) Pausan. l.3. p. 97.
Memnonem fuisse regem Æthiopum, venisse ad bellum Trojanum, non ex Æthiopiâ, sed à Susis Persarum urbe, debellatis iis omnibus nationibus, quæ mediæ sunt, usque ad Choaspen flumen. Phryges viam monstrant, per quam exercitum duxit. Cui geminus est Suidæ locus. e)Pausf. Phoc. p. 669. e.
f) *Memnon, qui Ilium duxit copias, præerat quidem Æthiopibus; ipse autem non fuit Æthiops, sed è Susis Persicis, & Choaspe fluvio, gentes ibi locorum sibi subjectas habens.* Diodorus (ut salva sit Ctesiana *Assyriorum* æra) Memnonem, non Regem, sed satrapæ filium facit. Dicit Trojani belli tempore, g) *Teutamum Asiam sub imperio tenuisse; Priamum, cùm sub regis Assyrii clientelâ esset, ab eo petiisse subsidia; 10000 Æthiopum, totidemque Susianos cum 200 curribus missos, duce Memnone, Tithoni filio; Tithonum tunc fuisse Persiæ præfectum; Memnonem in arce Susorum extruxisse regiam, quæ usque ad Persarum principatum dicta est Memnonia: & per regionem istam stravisse viam publicam, quæ etiam nunc vocatur Memnonia: ac licet Æthiopes, οἱ περὶ Αἴγυπτον, qui ad Ægyptum pertinent, hac in dubium vocent, virum hunc suæ patriæ arrogantes, & palatia vetera ostendentes, quæ hodieque vocantur Memnonia; famam tamen esse, Memnonem Trojanis suppetias jam dictas attulisse; multos Græcorum sustulisse; tandemque Thessalorum insidiis cecidisse; cadaver Æthiopes ereptum combussisse, & ad Tithonum ossa reportâsse.* Diodorus hîc, ab aliis diversus (quod apud Mythologos non rarum) ex fabulâ fabulam nectit; &, famam sequutus, potiora rejicit. f)Suid. in Mem g) Diod. l.2. p. 77. d.

De

De sepulchro etiam Memnonis mira comminiscuntur. [a) L.10.c.26.] *Auctores sunt*, inquit a) Plinius, *Memnonidas aves quotannis advolare Ilium ex Æthiopia, & confligere ad Memnonis tumulum*; & quidem in Troade b) *supra Æsopi ostia tumulus est, in quo ostenditur sepulchrum Memnonis, Tithoni filii.* [Ælian de Animal. l.5.c.1. Solin. c.43.] [b) Strab. l.13. p.587.c. l.15. p.728.a.] Simonides (vel potius c) Σήμος ὁ Ἠλεῖος, vel ὁ Δήλιος) *ait, Memnonem sepultum esse circa Paltum Syriæ, juxta flumen Badam.* Josephus id magis ad Austrum collocat. [c) Casaub. in locum.] d) *Duobus*, inquit, *stadiis ab urbe Ptolemaide est fluvius perexiguus, qui Belcus vocatur, juxta quem est Memnonis sepulchrum.* [d) Bell. Jud. l.2. c.9. p.790.] Philostratus asserit, e) *Nusquam terrarum extare Memnonis tumulum; ipsum autem, in Æthiopia, in nigrum transformatum fuisse lapidem, & figuram sedentis; cujus os sol radio percutiens vocem elidit*; [e) Icon. Mem. p.742.] de quo satis dictum. Quid multa? Verissimè Damis negat, Memnonem omnino venisse Trojam. [f) Philostr. Vit. Ap. l.6.7.3] f) Ἠῶς μὲν παῖδα γενέσθαι αὐτὸν· ἀποθανεῖν δὲ οὐκ ἐν Τροίᾳ, ὅτι μηδὲ ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν, ἀλλ' ἐν Αἰθιοπίᾳ τελευτῆσαι, *Auroræ quidem filium fuisse Memnonem; non autem apud Trojam occubuisse, quò ille nunquam venerit, sed in Æthiopia.* Ne verò corrueret fabula celeberrima, [g) Philostr. Heroic. in Antilocho, p.672.c.] substituitur g) *alter Memnon, Trojanus, juvenis, qui post Hectoris mortem* maximè inclaruit, *qui Antiochum occidit, & ab Achille occisus est, cujus arma caputque in rogum congesta.* *Regnante* nihilominus *in Æthiopia, eodem Trojani belli tempore Memnone Æthiope; sub quo etiam Psammius mons à Nilo exaggeratus dicitur; cui Ægyptii qui ad Memphim, & Æthiopes qui sunt ad Meroëm, sacrificant, cùm ad ortum solis statua sonum emittit.* Verùm Memnon hic Thebanus est bello Trojano longè recentior.

Pari trecentorum horum annorum προχρονισμῷ peccat Virgilius (Poeta præstantissimus) qui Æneam cecinit Carthagine in picturâ videntem

[h) Æn. l.1. v.493.] h) *Eoasque acies, & nigri Memnonis arma.*

Quæ quidem ætati Didûs non malè conveniunt, neutiquam verò Æneæ.

In his Græcorum commentis (uti solet in aliis) falsa veris commiscentur. Licèt enim ementita sit Trojani temporis ratio; verum tamen est, Memnonem (qui Ægyptiis est Amenophis) imperii sedem domiciliumque *Susis* aliquandiu tenuisse, & exercitum

(ex-

(exemplo Sesostris) per *Ioniam Phrygiamque* duxisse. Quæ quidem lucem expeditioni illius *Bactrianæ* præbent, & ab eâdem accipiunt; illa inquam expeditio, quæ hujus regis famam non tantùm apud Susianos (Persarum enim nomen nondum innotuerat) sed & apud Græcos propagavit.

Secundùm Africani rationes, a) *Amenophis* regnavit annos XX. Eusebius illi largitus est annos XI. Fuit autem longævus; Damis apud b) Philostratum refert, *Memnonem in Æthiopia diem obiisse, quum regnasset apud Æthiopes* γενεὰς πέντε, *per spatium quinque generationum.* Herodoto tres γενεαὶ sunt anni C. Cum igitur rex hic diu vixerit, ad seculum proximum de Successore disseremus. Interim transeamus ad Græcos.

a) Sync. p. 72

b) L. 6. c. 3.

Epocha Marmorea.

		Ær. Att.
Ἀφ' οὗ .. Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς ... ἡ ἔτη Ι...ΗΙΔΙΔΔ .. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν	EX quo Hesiodus Poeta floruit, anni DCLXX ... regnante Athenis ... Megacle.	649
Ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη ΙΗ'ΗΔΔΔΔΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν .. ιογνήτου.	Ex quo Homerus Poeta floruit anni DCXLIII, regnante Athenis Diogneto.	676
Ἀφ' οὗ ... δων ὁ Ἀργεῖος δημώσας .... νὰ .... ἐσκεύασε καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἐποίησεν ἑνδέκατος ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτη Ι...ΗΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν .. .ους.	Ex quo Pheidon Argivus ..... & nummum argenteum in Ægina fecit (undecimus ab Hercule) anni DCXXXI, regnante Athenis Phericle.	688

Hesiodus Poeta.

PRæterita Græcorum tempora, licet non essent prorsus illiterata; Veruntamen c) Παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμματος Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. *Apud Græcos nullum invenitur scriptum, de quo constet, quod sit Homeri carminibus antiquius.* Et d) Plinio, *Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens.* Hâc autem de re non convenit inter vete-

c) Jos. c. Api l. 1. p. 1034. d.

d) L. 25. c. 2.

a) Au. Gell. l. 3. c. 11. res. a) *Alii Homerum quàm Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt; in quîs Philochorus & Xenophanes: alii minorem; in quîs L. Accius Poeta, & Ephorus Historiæ scriptor.* Nostro Marmore judice, lis Ephoro datur; & *Hesiodus* annis aliquot ante *Homerum* floruisse decernitur.

b) Paterc. l. 1. c) A. Gell. ib. Velleio, b) *Hesiodus fuit circa CXX annos distinctus ab Homeri ætate.* At *M.* c) *Varro dicit, non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint; idque ex Epigrammate ostendit, quod in tripode inscriptum est, qui in monte Helicone ab Hesiodo positus traditur.* d) Herod. l. 2. c. 53. Herodotus illos ferè æquales facit. d) *Hesiodus, ait, atque Homerus annis non amplius 400. meipso seniores.* Disparuit in Marmore numeri pars posterior: ex reliquiis conjicere est, annos plus minus XXX fuisse inter Hesiodum & Homerum. Cùm verò alter ab altero versus & hemistichia non pauca sumpserit; dubitare licet, an e) Vell. Paterc. l. 1 c. 12. f) Lips. in Vell. sit e) *Clarissimum Homeri ingenium sine exemplo maximum; quod neque ante illum, quem ille imitaretur; neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est.* f) *Major simplicitas & rudior antiquitas in Hesiodo comparet,* quàm in Homero. Velleius quidem rectè facit *Homerum* Primis Iphiti Olympiis æqualem; non autem rectè collocat *Hesiodum* & *Caranum* (sive, initia regni Macedonici) *post annos circiter* 120, ad Primam Olympiadem Vulgarem.

g) Vell. Paterc. l. 1. p. 12. g) *Hesiodus vir perelegantis ingenii & mollissimâ dulcedine carminum memorabilis; otii quietisque cupidissimus; ut tempore tanto viro* (Homero) *ita operis auctoritate proximus; qui vitavit, ne in id, quod Homerus, incideret: patriamque & parentes testatus est; sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissimè* istis versibus de patre suo,

h) Ἔργων, v. 637. h) Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Habitavit prope Heliconem, in misero vico Ascra, hyeme malo, æstate molesto, nunquam bono. Ascra Bœotiæ urbs prope Heliconem: illuc ex Cumâ migraverat ejus pater.

i) supr. p. 301. Hesiodo vetustiores memorantur i) *Olen Lycius, qui hymnos Delios composuit; & Pamphos Atheniensis. Dionysius* quidam, apud k) L. 3. p. 140. b. k) Diodorum, *refert,* παρ' Ἕλλησι, πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους, *apud Græcos Linum* (Thebanum) *fuisse*

pri-

primum rythmorum & melodiæ inventorem. Hunc ait ἐπὶ ποιητικῇ καὶ μελῳδίᾳ θαυμασθέντα, *poësi & melodiâ excellentem, discipulos habuisse Herculem, Thamyrim, & Orpheum. Hercules magistrum citharæ ictu interfecit. Thamyris, quòd musicâ excelleret, certamen cum Musis inivisse dicitur; unde illæ*

a) Αὐτόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς. a) Hom. Il.B. v. 596.

Et Musices & oculorum usum illi ademerunt. Fuit autem Thamyris filius *Argiopes*, nymphæ Parnassi incolæ, & *Philammonis* (cujus nominis vestigia non obscura leguntur in b) Marmore, sub b) supr. p. 264. Theseo.) Argiope in Odrysas migravit; unde Thamyris Thrax vocatur. Scripsit ille poema de Titanum bello contra Deos. *Orphei* non semel c) meminimus. *Orphaica* (quæ nunc vocantur) non c) p. 264, 274. sunt Pisistrati temporibus vetustiora.

d) *Thymetes ætate Orphei, poesin Phrygiam de Bacchi Dei gestis composuit, & sermone & literis vetustis. Musæus Eleusinius, Orphei discipulus, fuit* ἐποποιὸς *versificator; scripsit* ὑποθήκας *præcepta ad Eumolpum filium versibus* 4000, *& alia plurima. Musæus Thebanus, Thamyris filius, Philammonis nepos, fuit* μελοποιὸς *poeta Lyricus, multo ante bellum Trojanum.* Quod de *Leandro* & *Herone* circumfertur carmen, est *Musæi* cujuspiam *Grammatici*, sub infima Romanorum tempora. d) Diod. ibid.

Diodorus e) alibi, *Daphne, Tiresiæ vatis filia, Delphis consecrata, artificio singulari varia conscripsit oracula;* παρ' ἧς φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν, *à qua Homerus Poeta carmina non pauca mutuatus, poësin suam ornasse dicitur.* f) *Narrant Trœzenii, Orabantii Trœzenii poemata ante Homerum extitisse; & ante Homerum vixisse ajunt Daretem Phrygium, cujus Iliadem Phrygiam usque in hunc diem conservari scio. Melisander Milesius Lapitharum & Centaurorum pugnam scripsit.* Alibi g) Ælianus, *Post Orpheum & Musæum fuit poeta quidam nomine Syagrus, qui primus bellum Trojanum cecinisse dicitur.* Ptolemæus Hephestio (apud h) Photium) *Præter* i) *Daretem, qui (ut retulit Antipater Acanthius) ante Homerum Iliadem conscripsit;* ἡ περὶ Ὁμήρου (k) ait) Ἑλένη, ἡ τὴν Ἰλιακὸν συγγεγραμμένη πόλεμον Μουσαίου τοῦ Ἀθηναίου θυγάτηρ γενομένη, παρ' ἧς καὶ Ὅμηρον λέγει λαβεῖν ὑπόθεσιν, καὶ κτήσασθαι τὸ δίγλωσσον e) L. 4. p. 178 c f) Ælian. Var. hist. l. 11. c. 2. g) L. 14. c. 21. h) Cod. CXC i) Ib. ex l. 1. k) Ib. ex l. 4.

 δένι-

δρίος, *Helena Homero antiquior, Musæi Atheniensis filia, bellum Trojanum conscripsit à qua & Homerus dicitur argumentum accepisse, & bilinguem agnum possedisse.* Et paulò pòst, a) *Phantasia quædam Memphitis, Nicarchi filia, ante Homerum composuit bellum Trojanum, & narrationem de Ulysse; & libros* Memphide *deposuisse dicitur, Homerumque eò profectum, à Phanite sacrorum Scriba transcriptos accepisse, eorumque ordinem insecutum esse.* Hæc quidem istis sunt germana, quæ de Ægyptiis Homeri natalibus comminiscitur Heliodorus. Ejusdem farinæ sunt, quæ de *Sisypho Coo, Teucri scribâ*, & de *Dictye Cretensi, Idomenea sequuto*, b) Joannes Tzetzes; aut quæ c) Suidas de *Palamede Thebano*, & de *Corinno Iliensi ejus discipulo* referunt; quos ante Homerum de bello Trojano scripsisse ajunt. Qui *Daretis* & *Dictyis* nomine hodiè prostant libelli (interpretibus *Nepote Cornelio* & *Q.* (nescio quo) *Septimio*) pro genuinis non sunt habendi. Sed & d) *Homeri præceptor, Pronapides*, *&φυής μελοποιὸς nobilis poeta Lyricus*, inter eos recensetur, qui *literis usi sunt Pelasgicis*.

a)Ib. ex l. 5.

b)Chil. V. 29. 30

c)In Πα. & Κο.

d)Diod. Sic. l. 3 p. 140. d.

Solon (in e) *VII Sapientum convivio*) refert; *Hesiodum, apud Locros, super imminuta hospitis filiæ pudicitiâ immeritò suspectum, à puellæ fratribus, apud Locrense* Νέμεον, *ex insidiis trucidatum fuisse; ejusque cadaver, in mare dejectum, à delphinorum grege ad Rhium & Molycriam deportatum; à Locris (qui tunc fortè apud Rhium conventum solennem agebant) Hesiodi recens interfecti cadaver agnitum; illos protinus (hominis gloriâ permotos) cædis auctores* (Ctimenum & Antiphum, f) *Ganyctoris Naupactii filios, ab Hesiodi cane* proditos) *investigâsse; inventos in mare vivos præcipitâsse, eorumque domum diruisse: Hesiodum autem ad Nemeium sepultum esse.* De *Operibus* Hesiodi quid senserint Veteres, docet g) Pausanias; qui & percussores nominat.

e) Plutarch. p. 162. c.

f) Plutarch. p. 966.

g) L. 9. p. 588.

Homerus Poeta.

NON minùs obscura fuit Homeri ætas, quàm aut illius Patria, aut Parentes; de quâ erat olim quæstio & vetustissima, & celeberrima; & adhuc sub judice lis esset, si non auctoritate nostri Marmoris dijudicata fuisset. *Floruit Homerus sub Diogneto Athenarum rege*, anno Attico 676; Per. Julianæ 3807; annis post Trojæ

cla-

cladem 302; antequam Olympia ab Iphito & Lycurgo instaurata sunt, annis 23; antequam Corœbus stadium vicerit, annis 131. De eâ igitur re non est ampliùs ambigendum. Diversas tamen veterum sententias referre, non erit injucundum.

a) *Crates dixit, illum floruisse ante reditum Heraclidarum, intra annos 80 post bellum Trojanum; Eratosthenes, post annum 100 à Trojâ captâ; Aristarchus, circa Ionicam migrationem, id est, post annum 140 à casu Trojæ; Philochorus, post Ionicam migrationem, sub Archippo* Athenis Archonte, *annis 180 post excidium Trojæ. Apollodorus annos numerat 100 post migrationem Ionicam, ut sint anni 250 post Trojam.* b) *Euthymenes dicit, eum floruisse cum Hesiodo, natum fuisse in Chio, sub Acasto, circa annum 200 post captam Trojam. Ejusdem etiam sententiæ fuit Archemachus.* c) *Ut Cassius* Hemina, apud Gellium, *annis post bellum Trojanum plus centum atque sexaginta; ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos, annis circiter centum & sexaginta.* Minus abest à scopo Nepos; cæteri, quos nominavimus, nimium κτ' προχρονισμὸν peccant. Roma condita est anno Per. Jul. 3961, deme annos 160, habes annum Per. Jul. 3801. Nepotis calculos secuti sunt Scriptores Latini. Velleius (*Vinitio Coss.* anno U.C. 783) de Homero dixit; d) *Hic longiùs à temporibus belli, quod composuit, Troici, quàm quidam rentur, abfuit. Nam ferme ante annos 950 floruit, intra 1000 natus est.* Plinius (anno U. C. 830) e) *Jam ante annos prope mille Homerus.* Et Juvenalis (sub initium Nervæ) anno U. C. 850.

a) Tatian. con Græcos, p 166. c. Euf. n. 930.
b) Cl. Alex. Strom. l. 1. p. 327. a.
c) Gell. l. 17. c. 21.
d) L. 1. p. 6.
e) Plin. l. 7. c. 16

——— *Uni cedit Homero*
Propter mille annos ———

f) *Sosibius Lacon Homerum retulit ad annum octavum regni Charilli* (cujus tutor fuit Lycurgus) *Regnabat ille annos 64 post quem ejus filius Nicander annos 39, anno illius 34, Primam Olympiadem institutam fuisse ajunt: adeo ut esset utique Homerus annis nonaginta antequam instituta essent Olympia.* Primam intellige Olympiadem, in quâ *Corœbus* vicit: ad quam, g) ab ἐπιτροπίᾳ *Lycurgi*, Eratosthenes numerat annos 108. h) *Alii dicunt, Homerum fuisse paulò ante Olympiadas, id est, annis 407 post casum Trojæ.* (Calculus iste ad Primam Olympiadem Vulgarem non rectè ponitur, rectè autem ad Iphiteam.) *Alii* (majori μεταχρονισμῷ peccantes)

f) Cl. Alex. l. 1. p. 327. a.
g) Clem. ibid. p. 336. b.
h) Tatian. l. c.

tes) *tempus inferius deducunt ; dicentes , Homerum fuisse æqualem Archilocho , qui floruit circa Olympiadem XXIII , tempore Gygis Lydi, annis 500 post excisam Trojam.* Eadem delirant a) *Theopompus*, & *Euphorion* , apud Clementem; quippe tantum quilibet à veritate distat , quantum à Marmore.

a) Clem. ib. p. 327.

Homerus non tam natalibus obscurus , quàm poematum famâ post mortem illustris fuit. Videamus itaque , quibus gradibus in tantum gloriæ fastigium evectus sit ; ut inter *Heroas* tandem relatus, divinis honoribus celebratus fuerit.

b) *Lycurgus in Asiam trajiciens , incidit in Homeri poemata (quæ primùm , ut arbitror, asservabantur apud Creophyli posteros) & animadvertens , in iis prudentiam civilem & eruditionem non minori studio dispersam, quàm voluptatis & c) æquabilis temperici oblectamentum; ea studiosè descripsit & ad deferendum domum consarcinavit. Erat enim jam apud Græcos obscura quædam carminum fama , & à paucis fragmenta quædam poematis sparsim & inconditè circumferebantur;* γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος , *Lycurgus autem omnium primus ea vulgavit.*

b) Plut. in Vita, p. 41. c.

c) Περὶ ἐυκρασίας lego.

Quod Plutarchus , ætatis Homericæ incertus , ex conjecturâ dicit de Creophyli posteris , id pridem asseruit *Heraclides Ponticus*. *Lycurgus* , d) ait , λαβὼν τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεοφύλου , πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον , *Homeri poemata apud Creophyli posteros primus in Peloponnesum asportavit.* Cùm verò Homerus floruerit anno Attico 676 , & Lycurgus anno 699 (id est post annos 22) cùm Iphito Olympia instauraverit ; liquet, Lycurgum Homero non multo juniorem fuisse. Rectè itaque e) Cicero : *Lycurgi temporibus Homerus etiam fuisse traditur.* Auctores habuit f) *Timæum* atque g) *Apollodorum* , qui *Lycurgum cum eo congressum* tradiderunt. Strabo congressûs locum indicat, h) *Lycurgum* scilicet ἐντύχοντα , ὥς φασί τινες , καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ , *congressum etiam (ut quidam ajunt) cum Homero in Chio degente.* Lycurgus igitur non tam à *Creophyli posteris*, quàm ab ipso Homero carmina accepisse videtur.

d) Περὶ Λακεδ.

e) Tusc. l. 5.

f) Plutarch. in Lycurg.

g) Cl. Alex. Strom. l. 1. p. 327. a.

h) Strab. l. 10.

Solon Atheniensis (Archon anno 3 Olympiadis 46 , anno Attico 989) i) τὰ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον , *præscripsit Homeri carmina ordine debito consui , ita ut ubi pars prima desierat, inde pro-*

i) Diog. Laert. in Solon. p. 14. c.

proxima inciperet. Ante Solonis enim tempora, a) τὰ Ὁμήρου ἔπη πρότερον διῃρημένα ᾖδον οἱ παλαιοί. *Veteres Homeri carmina in certas partes distributa cecinerunt: Alii recitabant* τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην, *pugnam juxta naves*; & Δολώνειαν; & ἀριστείαν Ἀγαμέμνονος, *strenuitatem Agamemnonis; ad hæc* Νεῶν κατάλογον, *Catalogum navium*; & Πατρόκλειαν; & Λύτρα, *Redemptionis mercedem*; & ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, *Certamina in Patrocli honorem instituta*; & ὁρκίων ἀφάνισιν, *Juramentorum violationem*; *atque hæc quantum ad Iliada pertinet.* Quod verò ad alteram, τὰ ἐν Πύλῳ καὶ τὰ ἐν Λακεδαίμονι, *Res in Pylo gestas, aut Lacedæmone*; & Καλυψοῦς ἄντρον, *specum Calypsûs*; & τὰ περὶ τὴν σχεδίαν, *Ratem*; Ἀλκινόου ἀπολόγους, *Alcinoi Apologos*; Κυκλώπειαν, *Cyclopiam*; Νεκυίαν, *Spectra*; τὰ τῆς Κίρκης λουτρὰ, *Lavacrum Circes*; Μνηστήρων φόνους, *Procorum cædes*; τὰ ἐν ἀγρῷ, τὰ ἐν Λαέρτη, *Quæ in agro, quæ Laertæ facta sunt.* Ad hunc modum Homeri poesis in partes dissecta, sub diversis titulis, passim recitabatur. Solon membra discerpta disposuit, & ῥαψῳδεῖσθαι *consui, concinnari* jussit; ut esset centonum consequentia; & unum poematis corpus (ἐξ ὑποβολῆς, ordine, & ad Poetæ mentem) genuinè restitutum. b) Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας, *Solon itaque magis illustravit Homerum quàm Pisistratus, ut ait Dieuchides,* vel Διευτυχίδας.

a) Æl. Var. hist. l. 13. c. 14.

b) D. Laert. ib.

Pisistratus (anno Attico 1022) tyrannidem Athenis exercuit. *Hic*, inquit c) Cicero, *primus Homeri libros, confusos anteà, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus*; id est, interprete Æliano, in *Iliadem* & *Odysseam* digessit. *Lycurgus*, d) ait ille, *Homeri poesin serò in Græciam attulit ex Ioniâ*; ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, *Posteà verò Pisistratus colligens, Iliadem & Odysseam confecit.*

c) De Orat. l. 3 p. 194.

d) Æl. ibid.

e) *Hipparchus Pisistrati* (τοῦ ἐκ Φιλαϊδῶν, *è Philaidarum populo oriundi*) *filius natu maximus & sapientissimus, cùm alia multa præclara sapientiæ exempla edidit, tum Homeri etiam poemata in hanc regionem primus invexit*; καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι, *& Rhapsodis injunxit, ut in Panathenæis ea alternatim recitarent; quod ad hæc usque tempora observant.* f) Ælianus, eadem repetens, ἄδειν simpliciter dixit. Nimirum Hipparchus Homerica car-

e) Plato in Hipparcho, p. 512. b.

f) Var. hist. l. 8. c. 2.

carmina non tam induxit, quàm in festis Panathenaicis recitari instituit; & alternum illum cantandi morem invenit, quem diu posteà retinuerunt Rhapsodi.

a) Scholiast. in Pind. Nemeõ. Od. 2.

Paulo post ejectos Pisistratidas, a) ὁ Κίναιθος Χῖος ἐν Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, κατὰ τὴν ἑξακοστὴν ἐννάτην ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. *Cinathus Chius, apud Syracusas, Homeri carmina cecinit Olympiade LXIX; ut refert Hippostratus.* Quod Athenis non ita pridem instituerat Hipparchus, id *primus Syracusis* præstitit *Cinathus.* Quod etiam in omnibus ferè Græcorum urbibus tandem usurpatum fuit. Causam * dedimus, ob quam *Clisthenes, Sicyonis tyrannus*, Rhapsodos ibi certare vetuit. Ad Rhapsodici certaminis celebritatem, etiam percussa sunt b) ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ numismata, cum *Homeri* imagine.

* supr. p. 16.

b) Erizzo, p. 271.

c) Plut. Apotheg. Lacon. in Κλ. p. 223, a

c) *Cleomenes Alexandridæ filius* (qui cum *Demarato* regnabat Lacedæmone) *dixit, Homerum esse Lacedæmoniorum poetam; Hesiodum autem τῶν Εἱλώτων. Ille enim bellum gerere; hic agrum colere docet.*

d) Plut. Apophtheg. p. 186 d.

d) *Alcibiades* (qui tempore belli Peloponnesiaci floruit) προσελθὼν διδασκαλείῳ ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει· τοῦ δὲ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου φήσαντος, ἐντρίψας αὐτῷ κόνδυλον παρῆλθε, *veniens aliquando ad ludum literarium, rhapsodiam Iliadis poposcit magistrum; qui cùm se nihil Homericum habere diceret, colapho ei impacto transiit.* Homerum *& pueris, & viris, & senibus* legendum † diximus. e) *Homero vate nullum feliciorem extitisse convenit, sive Operis fortunâ, sive materiâ æstimetur. Itaque Alexander Magnus, inter spolia Darii Persarum regis, unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus (quando tædebat unguenti bellatorem & militiâ sordidum.) Imò Herclè,* inquit, *librorum Homeri custodiæ detur; ut pretiosissimum humani animi opus, quàm maximè diviti opere servaretur.* Ille enim f) *Iliadem virtutis bellicæ viaticum*, τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον *& credidit, & appellavit; eamque habuit*, Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, *ab Aristotele correctam*; ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν, *quam ex Narthecio vocant. Eam cum pugione sub pulvino semper repositam habebat, ut Onesicrates prodidit.*

† supr. p. 333.

e) Plin. l. 7. c. 29.

f) Plut. vit. Alex. p. 668.

a) Stra-

a) Strabo, ad hanc Homericæ poesis emendationem, *Callisthenem* & *Anaxarchum* adhibet. b) Suidas habet *Zenodotum Ephesium primum Homeri correctorem, sub Ptolemæo primo*; & *Aratum* ejusdem ferè ætatis; c) *Aristophanem Byzantium*, Zenodoti discipulum; & *Aristarchum*, Aristophanis discipulum, *sub Ptolemæo Philometore, Olympiade CLVI.* Ἔκδοσις hæc Ἀρισταρχειος, à veteribus maximè probata, non omnimodam evasit reprehensionem.

a) Lib. 13. p. 594. d.
b) In Zen.
c) In A.

d) *Cassander, rex Macedoniæ, ut refert Carystius*, ὅπως ἦν φιλόμηρος, ὡς διὰ στόματος ἔχειν τῶν ἐπῶν τὰ πολλά, καὶ Ἰλιάς ἦν αὐτῷ καὶ Ὀδύσσεια ἰδίως γεγραμμέναι, *adeo fuit Homeri studiosus, ut carmina plurima memoriter haberet, & tum Iliadem cùm Odysseam propriâ manu descriptam.*

d) Athen. Dipnos, l. 5.

Ad amplissimum laudis Homericæ cumulum accessit ambitiosa Græcorum æmulatio, quâ urbs quæque nobilis Poetam, genere quidem obscurum, sed ingenio clarissimum, civem sibi asserere, & illius manes cultu divino devincire contendit. Non satis liquet de tempore, quando cœperit Homeri Ἀποθέωσις. e) *Ptolemæus Philopator* (Lagidarum tertius) κατασκευάσας Ὁμήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισεν, *Templum Homero extruens, ipsum decorè sedentem collocavit*: κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τοῦ Ὁμήρου, *circa simulacrum verò posuit Civitates eas, quæ Homerum sibi vendicant.* Alexandrinus iste cultus, forsan *Calasiridi* (apud f) Heliodorum) ansam dedit asserendi, *Homerum* natione fuisse *Ægyptium.*

e) Æl. Var. hist l. 13. c. 22.
f) Æthiop. l. 3

Homerum g) *Smyrnæi suum esse confirmant: itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt.* h) Ἔστι δὲ τὸ Ὁμήρειον στοὰ τετράγωνος ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξόανον, *Est autem delubrum Homeri porticus quadrata, templum & simulacrum Homeri continens.* i) Ἀντιποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ. Καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. *Nam Smyrnæi quoque Homerum sibi acriter vendicant; & apud eos numisma quoddam æreum Homerium vocatur.*

g) Cicero pro Archia.
h) Strab. l. 14.
i) Ibid.

Utrùm Smyrnæi, in hac religione, exemplo essent Ptolemæo; an hic illis, incertum est. Neque enim istis temporibus longè vetustior erat Homeri veneratio, cùm illius statuæ serò fabricatæ fuerint; neque ex vivo vultu, sed ex artificis ingenio. *In Bibliotheci,*

a) L.35. c.2.

cis, ait a) Plinius, *dicantur illi, quorum immortales animæ in iisdem locis ibi loquuntur: quin imò etiam quæ non sunt, finguntur; pariuntque desideria non traditi vultûs; sicut in Homero evenit.* Hinc b) varia, & inter se dissimilis *Homeri* effigies, tam in nummis cernitur, quàm in marmoribus.

b) Erizzo, p. 271.

Chii quinquennales ludos in honorem Homeri edebant; id est, exacto quolibet quadriennio, *Rhapsodorum* agonem celebrabant cum sacrificiis, & nummis in eam rem percussis. Ex *Hipparchi* (ut dixi) instituto, Athenis mos erat c) *καθ' ἑκάςην πενταετηρίδα τ̃ Παναθηναίων, quinquennali Panathenæorum festo, solius Homeri carmina ῥαψωδεῖσθαι, recitari.*

c) Lycurg. Orat. ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτ.

Numismata autem *Chiorum* (ut & *Smyrnæorum*) Homeri imaginem ferebant. d) *Mitylenæi Sapphonem in nummis imprimebant; Chii, Homerum*; non autem in patriæ, sed sapientiæ argumentum. *Omnes* (inquit e) Aristoteles) *honorant sapientes: Parii igitur Archilochum, quamvis maledicum, honorarunt; καὶ Χῖοι Ὅμηρον, οὐκ ὄντα πολίτην, & Chii Homerum, quamvis non esset eorum civis; & Mitylenæi Sapphonem, quamvis esset mulier.* Homerus itaque non erat *Chius*, ex Aristotelis sententiâ. Sanè Homerum aliquando habitâsse *in Chio* testatur f) Thucydides, *ex hymno Apollinis, in quo sui ipsius meminit Homerus;*

d) Jul. Pollux. l.9. c.6. p.437.
e) Rhetor. l.2. c.23. p.445. c.
f) Hist. l.3. p.242.

τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ,
Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.

Quomodo Homerus, jam cæcus, *Thestoridem* plagiarium insequutus, in Chium trajecerit, narrat g) Herodotus.

g) De Vit. Hom. c.20.

In h) nummis autem ΟΜΗΡΟΣ est sedens, barbatus, diademate redimitus, & plectrum manu tenens: in aversâ parte ΧΙΩΝ nomen, & Sphinx, notissimum eorum insigne; ex quo, cujas esset nummus, absque nomine, intelligi poterat. In ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ autem nummis, ut & ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ (qui à Smyrnæis sacra accepisse videntur) aversâ parte est ΜΕΛΗΣ fluvius, urnâ innixus, dextrâ lyram tenens super genu erectam. i) *Apud Smyrnæos est Meles amnis pulcherrimus, καὶ σπήλαιον ἐπὶ ταῖς πηγαῖς ἔνθα Ὅμηρον ποιῆσαι τὰ ἔπη λέγουσι, & antrum ad ejus fontem, in quo Homerum carmina composuisse ajunt.* k) *Juxta hunc fluvi-*

h) Erizzo, p. 271.
i) Pauf. Ach. p. 407. 2.
k) Herod. in Vita c.3.

fluvium Critheis Homerum peperit, non cæcum, sed videntem, eumque Melesigenem à fluvio nominavit. a) *Postea Homeri nomen ei inditum est à* cœcitatis *calamitate. Nam Cumani cæcos* Ὁμήρες *appellant.* Ex nummo autem conjectare possumus, Smyrnæos tam *Meletis*, quàm *Homeri* genio sacra fecisse. a)Herod.in Vitâ,c.13.

Argivi quidem Homerum cum Apolline divini honoris participem fecerunt, b) ποιοῦντες ἢ θυσίαν ἐπὶ ξενία ἐκάλλον ἢ Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον, *Sacrificantes in Peregrinorum hospitio, invocabant Apollinem & Homerum.* Græci c) *capris albis* sacrum faciebant *Apollini*; Homero itidem: unde d) M. *Varro Homeri imagini hoc epigramma apposuit*; b) Æl Var. hist. l.9 c.15. c)Liv.l.25. d)Au.Gell. l. 3. c.11.

> *Capella Homeri candida hæc tumulum indicat;*
> *Quod ariete mortuo faciunt sacra.*

Pro (*ariete*) versûs gratiâ, quidam legunt (*hâc Ietæ*) quia Homerus *in* e) *Insula obierit, & Ietæ ejus sepulchrum & epitaphium habent.* f) *Aristoteles tradit, cum ex insulâ Io natum.* Ietæ g) *in Insulâ & Homeri, & Clymenes ejus matris sepulcrum ostendunt.* Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, *Ios insula matris est patria*: ita respondit Homero Oraculum. e)Herodot. c.36. f)A. Gell.ib. g) Pausan.l.10 p. 655.

Argivi autem, quòd eorum majores in h) *Iliade* impensè prædicarentur, *Homerum* i) πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν· εἰκόνα ἢ χαλκῆν ἀναστήσαντες, ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτόν. ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν, *magnificis donis cohonestârunt. Nam statuam illi æneam erigentes, decreverunt sacrificare Homero* (κατὰ τρία, ἤγουν τὰ πάτρια, *juxta diem, mensem* cum Lunâ, *annum* cum Sole congruentem. De quâ re vide k) Gemini εἰσαγωγῇ, cap. de *Mensibus*, p. 32.) *atque aliud quinquennale sacrificium mittere Chium.* Chii enim, in ejus honorem, Quinquennalia celebrabant (ut & Smyrnæi forsan) & Athenienses in Panathenæis. h)Iliad. B. v.560. i) Agon. Hesiodi & Homeri, p.15. k)In Uranologio Petav.

Cùm igitur Homeri ingenium Græcorum animos tantâ mulceret admiratione; cùm illius carmina tam magnifico apparatu passim recitarentur; non tamen constaret satis de illius ortu; omnes incessit Homerum sibi vendicandi æmulatio: adeo ut cui Parentes jus urbis nullius, ei Fortuna plurimarum dederit. Cicero

cero quatuor urbes nominat; neque occurrit vetustior, qui contentionis meminit. a) *Homerum Colophonii civem esse dicunt suum; Chii suum vendicant; Salaminii repetunt; Smyrnæi verò suum esse confirmant; itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii prætereà pugnant inter se atque contendunt.* M. Varronis b) Epigramma tres adjicit.

a) Cic. pro Archiâ, p. 389.

b) Au. Gell. l. 3. c. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος,
Ἀθῆναι,
Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Editiones quædam pro Χίος hîc habent Ἴος. Anthologia Epigrammatum, pro *Rhodo* & *Salamine* substituit *Pylum* & *Cumam*, vel *Ithacen*;

c) Anthol. l. 4. c. 27

d) Ibid.

c) Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφών, Πύλος, Ἄργος,
Ἀθῆναι.
Aliàs, d) Σμύρνα, Χίος, Κολοφών, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος,
Ἀθῆναι.

Rhodi aut *Pyli*, in hanc rem, alibi nulla occurrit mentio. *Salamis* autem urbs Cypri (non insula in sinu Saronico) intelligenda est. e) Οἰκειοῦνται γὰρ δὴ καὶ Ὅμηρον Κύπριοι, *Nam & Cyprii* Homerum *sibi vendicant; & Themisto fœminam indigenam ejus matrem fuisse ajunt, & vaticinium quoddam de illius ortu habent.* f) *Colophonii verò locum ostendunt, in quo narrant* Homerum, *literas docentem, Poeticæ exordia fecisse, & primùm conscripsisse Margitem.* De Ithacâ testatur Oraculum. g) *Divo Hadriano Imperatore Pythiam sciscitante, undenam esset* Homerus, *& quibus parentibus ortus, Pythia carmine* Hexametro sic respondit;

e) Pausan. Phoc. p. 656.

f) Agon. Hes. & Homeri, p. 1

g) Ibid. p. 2.

Ἄγνωστόν μ' ἔρεαι γενεὴν καὶ πατρίδα γαῖαν
Ἀμβροσίου Σειρῆνος. Ἔδος δ' Ἰθακήσιός ἐστι·
Τηλέμαχος δὲ πατὴρ καὶ Νεστορέη Ἐπικάστη
Μήτηρ, ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα.
Ignotam à me quæris generationem, & terram patriam
Ambrosiæ Sirenis: solo Ithacensis est;

Telema-

Telemachus illi pater; & Nestoria Epicaste
Mater; quæ peperit hominum longè sapientissimum.

Quibus (inquit Agonis auctor) *fides maximè adhibenda est; tum propter sciscitantem, tum respondentem; præterea quòd ipse Poeta carminibus progenitorem suum tam magnificè celebraverit.* Ob Oraculum hoc, in Epigrammate, *Ithace* in locum *Cumæ* substitui videtur.

Animadvertit olim a) Plato; Homerum, in Græcorum convivio, *Pisces* non adhibuisse. Οἶσθα, inquit, ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν οὐκ ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας. *Nosti, Homerum in exercitu ad Heroum convivia Pisces non adferre; quamvis essent Græci in ipso maris Hellesponti littore.* *Meleager* quidam *Gaderensis* (apud b) Athenæum) hinc lepidè colligit, Homerum patriâ fuisse *Syrum.* Ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια, ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς Ἀχαιούς, δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, Homerus (ait) *genere Syrus, more patrio, Heroas priscos Piscibus abstinuisse fingit, cùm magna sit in Hellesponto eorum copia.* Abstinentiam ab esu *piscium* in Oriente vetustam esse c) diximus.

Lucianus (sententiarum diversitatem *irridens*) fingit Homerum in Elysiis sibi respondisse; *se* d) *Babylonium esse: & à civibus suis non Homerum vocatum fuisse, sed Tigranem; posteà verò* ὁμηρεύσας, *cum obses esset apud Græcos, nomen mutâsse.*

Denique (ne non incertiores simus quàm dudum) e) *Apion Grammaticus prodidit, se evocasse umbras ad percontandum* Ho*merum, quâ patriâ, quibusque parentibus genitus esset; non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.*

De Homeri vitâ scripserunt Herodotus, Plutarchus, Proclus, aliique anonymi: Si plura velis, illos adeas: nos Stoica cohibet virgula. f) *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit: Miser* (inquit Censor Seneca) *si tam multa supervacua legisset. In his libris, de patriâ* Homeri *quæritur; in his, de Æneæ matre verâ; in his, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit? in his, an Sappho publica fuerit? & alia, quæ erant dediscenda si scires.*

a) De Repub. l. 3.
b) Dipnos. l. 4.
c) supr. p. 220.
d) Ἀληθ. ἱστορ. Orat. 3.
e) Plin. l. 30. c. 2.
f) Sen. Epist. 89.

Phidon Rex.

a) Syncell. p. 198.b.

ARgivorum rex a) *Phidon, septimus à Temeno, undecimus ab Hercule; & ejus frater Caranus* æquales fuerunt *Lycurgo* & *Iphito*. Hos omnes Eusebius in ea conjicit tempora, quæ paulò præcesserunt *Primam Olympiadem*. Est autem annorum ampliùs centenorum μεταχρονισμός. Neque enim istis competunt Olympiis, in quibus *Corœbus* vicit; sed istis, quæ ab *Iphito* instaurata sunt. *Phidoni* (in Marmore) assignatus est annus Æræ Att. DCLXXXVIII: Per. Jul. 3819: post casum Trojæ 314. *Prima Olympias* Eusebio est annus Per. Jul. 3938 (qui est annus Atticus

b)Num.1240. 807) b) *à captivitate Trojæ* 406.

c)L.6. c. 127. Herodotus meminit c) Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων· ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε, *Phidonis Argivorum regis; qui Mensuras Peloponnesiis statuit; & Græcorum longè insolentissimus, agonothetas Eleorum summovit, ipseque certamen in Olympiâ proposuit.* Phidonem, à Pisæis ascitum, *Octavis Olympiis* præsedisse docet d) Pau-

d)Eliac. l. 2. p. 386. sanias, id est, anno Attico 727.

e)Syncell. p. 98. Hic etiam *Pondera* invenit. e) Φείδων, Ἄργους κρατῶν, μέτρα καὶ σταθμὰ πρῶτος ἐφεῦρεν. f) *Phidon, quum Argorum potire-*

f)Eus. n. 12. 7. *tur, Mensuras & Pondera primus instituit.* Neque aliud est, quod in Marmore disparuit; ex quo, illum etiam *Nummum argenteum*

g) Var. Hist. l. 12. c. 10. *in Æginâ fecisse* discimus. Unde g) Æliano, *Æginetæ* πρῶτοι νό-

h)L. 8. p. 376. a vide 358. ib. μισμα ἐκόψαντο, *monetam primi percusserunt; & ab illis Æginæum nomisma nomen habuit.* Ephorus (apud h) Strabonem) *dicit, argentum à Phidone in Æginâ cusum fuisse*: ἐμπόρειον γὰρ γενέσθαι διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας, τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, quòd insula, *ob soli sterilitatem, mercaturam faceret, & incolæ in mari negotiarentur.*

i)L. 7. c. 56. Sunt tamen qui hæc in dubium vocant. Invenit (inquit

k)L. 9. c. 6. p. 437. i) Plinius) *Mensuras & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes, ut maluit Gellius.* k) Julio Polluci non est operæ precium *inquirere, utrùm Phidon Argivus nummum primus excuderit*, εἴτε δημοτικῇ ἢ κυβαία συνοικήσας; *commerciine, an aleæ adminiculo?*

An

An Erichthonius Athenienſibus & Lyciis? an Lydi, ut ait Xenophanes? aut Naxii, ut Aglosthenes?

Regnum Macedonicum.

PHidonis frater fuit -- a) *Caranus, Pellæa dedit qui nomina Regum*; id eſt, qui regni Macedonici auctor fuit. Hunc tamen Scriptores vetuſtiſſimi non agnoſcunt. a) Paulin. apud Auſon. Ep. 19.

b) Herodotus, *hiſtoriæ pater*, ſeptem priores Macedoniæ Reges recenſet; [1] *PERDICCAS*, ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχὴν, *Conditor regni*; [2] *ARÆUS* (aliàs *Argeus*) [3] *PHILIPPUS*, [4] *AEROPUS*, [5] *ALCETAS*, [6] *AMYNTAS*, [7] *ALEXANDER*; τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης ἐστὶ, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν τυραννίδα, *Septimus à Perdiccâ, qui imperium in Macedonas obtinuit.* b) L. 8. c. 139.
Amyntas ille c) *Dario*, Perſarum regi, *terram & aquam dedit*: c) Id. l. 5. c. 18.
Regnabat Alexander, Xerxe in Europam tranſeunte. Reges iſti d) οἱ Τημένου ἀπόγονοι, *à Temeno oriundi* (qui ſub Reditum Heraclidarum Argos obtinuit) erant e) Ἕλληνες γένος τὠρχαῖον, *vetuſtâ origine Græci*: f) Ὡς οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα Ἑλλανοδίκαι οὕτω ἔγνωσαν εἶναι, *Et Hellenodicæ, qui ludis Olympiis præſunt, ita cognoverunt*, decertante Alexandro. d) Ib. l. 7. c. 173 e) L. 9. c. 44. f) L. 5. c. 22.

De horum regum numero aſſentitur g) Thucydides. Dicit enim *ARCHELAUM*, *PERDICCÆ filium* (*Alexandri* nepotem; regnabant autem illi ſucceſſivè) *apparatu bellico meliùs inſtruxiſſe regnum*, ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι βασιλεῖς ὀκτὼ οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι, *quàm cæteri omnes octo reges, qui eum anteceſſerant.* Ante *Alexandrum*, ſex Reges; ante *Archelaum*, octo fuerunt. g) L. 2. p. 168. d.

h) *Poſt Archelaum Macedonica res, diſſenſione jactata, in Amyntæ regno ſtetit.* Amyntæ filius, *Philippus* i) *florentiſſimum Macedoniæ ſtatum reddidit*: Philippi filius, *Alexander imperium uſque extremos Orientis terminos protulit.* h) Solin. c. 15. i) Juſtin. l. 7. c. 6. &c.

Alexander ille *Magnus* k) τὸ γένος πρὸς πατρὸς μὲν ἦν Ἡρακλείδης ἀπὸ Καράνου, *genus paternum, per Caranum, ab Hercule traxit.* Unde Scriptores, Alexandri temporibus recentiores, *Caranum* faciunt primum Macedoniæ regem. Epitomator Trogi, l) *Poſt Caranum*, ait, *Perdicca regnavit*: Sequuntur ibidem *Argæus*, *Philippus*, *Europus*, & (omiſſo Alcetâ) *Amyntas*, *Alexander*, alii. k) Plutarch. Alex. initio. l) Juſtin. l. 7. c. 2.

Cara-

Caranum regem agnoscunt Livius Velleius, Pausanias, Suidas. Magis cautè Solinus, a) *succedit Carano Perdicca (XXII Olympiade) Primus Rex nominatus.* Juxta recentiores, *Caranum* adhibet; juxta veteres, *Perdiccam primum* titulo regio insignitum dicit. *Rex nominatus est Olympiade XXII*; quo tempore aliquandiu regnaverat *Perdicca*, apud b) Eusebium. Verùm enimverò tempus illud à *Phidonis* (quam assignavimus) fratrisque *Carani* ætate nimis remotum videtur. Sanè in *Temenidarum* genealogiâ (quam ex Satyro profert Theophilus Antiochenus) Perdiccas Carani abnepos censetur. Series ista ita se habet. c) *Ex Aristomacho ortus est Temenus; ex hoc, Ceisus; ex hoc, Maron; ex hoc, Thestius; ex hoc, Acous; ex hoc, Aristomidas; ex hoc, Caranus; ex hoc, Cœnus; ex hoc, Tyrimmas; ex hoc, Perdiccas;* ex hoc, Argeus; *ex hoc, Philippus; ex hoc, Aeropus; ex hoc,* Alcetas; *ex hoc, Amyntas.* Ex istâ prosapiâ, *Cœnus* & *Tyrimmas* in Macedonicorum regum catalogum asciti sunt, sive ab Eusebio, sive quocunque alio, quem secutus est Eusebius: & *Perdiccas* non *primus*, aut *secundus* rex est, sed ordine *quartus*; adeo ut initia *Carani* ultra Vulgarem Primæ Olympiadis epocham assurgant. Nihilominus computatio ista κτ' μεταχρονισμὸν errare videtur; cùm *Caranus* esset Phidoni (ut diximus) & Iphito contemporaneus.

a) Solin. c. 15.
b) Chron. n. 1325.
c) Theoph. ad Autolych. l. 2. p. 85.

In *Dexippi* fragmento, apud d) Syncellum, pessimè se habet horum Regum series. Ἀργέιος παῖς Τυρίμμα dicitur, & Ἀλκήτας ὁ Φιλίππου υἱός. Quo pacto (contra veterum auctoritatem) *Perdiccas* rex atque *Aëropus* iniquè exclusi sunt.

d) p. 262.

e) *Oppidum Æga, in quo mos sepelire Reges*, quæ etiam *Edissa* dicta est, in Emathiâ regione ad amnem Ludiam vetus fuit Macedonum regia: Philippus Amyntæ filius sedes ad *Pellam* transtulit.

e) Plin. l. 4. c. 10

Quandoquidem verò non tantùm *Macedonici* tituli depravatio, sed etiam alii non pauci Chronologorum errores ex veræ Olympiadum Epochæ ignorantiâ ortum habent, de istis jam inquirendum. Posteriora enim Macedonum tempora non sunt hoc loco discutienda.

Olympia.

Olympia.

OLYMPIADUM epocha duplex est; Vera, & Vulgaris. Verum Olympiorum initium illud est, quod *Iphitus*, *Lycurgus* & *Cleosthenes* instituerunt, anno Æræ Atticæ 699; Per. Jul. 3830.

Prima autem Olympias, in vulgarem Chronologorum usum recepta, est XXVIII Iphitea illa, quâ *Corœbus Eleus* stadium vicit, anno Æræ Atticæ 807, Per. Jul. 3938. a) Ἀπὸ Ἰφίτου Ὀλυμπιάδες ὀκτὼ πρὸς ταῖς εἴκοσι καταριθμοῦνται εἰς Κόροιβον τὸν Ἠλεῖον, *Ab Iphito ad Corœbum Eleum numerantur Olympiades XXVIII*; id est, anni 108: Olympiade XXVIII vicit *Corœbus*. Hinc b) *Eratosthenes ad primam Olympiadem numerat annos* 108, ἀπὸ τῆς ἐπιτροπίας τῆς Λυκούργου, *à Tutelâ Lycurgi*; qui fuit Iphiti socius: Ista *Corœbi* Olympias non fuit verè *prima*, sed prima τῶν ἀριθμουμένων. c) Καὶ ἡ καθ' αὑτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους, *Et Corœbi Olympias Prima habita est, ex quâ Græci dinumerârunt tempora.* d) *Hæc Aristodemus tradidit, & Polybius. Callimachus autem dicit XIII tantùm Olympiadas non fuisse conscriptas, & XIV Corœbum vicisse.* De Chronologicâ Primæ hujus Olympiadis institutione; & de sero ejusdem usu dicemus ad Seculum proximum.

a) Phlegon. fragm.
b) Cl. Alex. Strom. l. 1. p. 336. b.
c) Syncell. p. 196. c.
d) Euseb. Cr. p. 216.

Neque erit hîc operæ pretium (ex *Phlegontis Tralliani* fragmento, *de Olympiis*) recitare, quibus modis *Lycurgus Spartanus*, *Iphitus Eleus*, & *Cleosthenes Pisæus* ἐκεχειρίαν *inducias indixerint Peloponnesi urbibus*, & ex Oraculi responsis, *ludos Olympicos* instauraverint: aut quæ de iisdem diffusè refert *Pausanias*, in Eliacis. Ab Oxyli temporibus, e) tota Elidis regio (ex Heraclidarum juramento) Jovi sacra fuit; & urbs Elea (sine muris) ipsâ religione tuta fuit. f) Olympia primùm Jovis Olympii oraculo illustris facta est: eo deficiente, mansit nihilominus sua Templo gloria, διὰ τὴν πανήγυριν, καὶ τὸν ἀγῶνα, *ob conventum solennem, & certamen jam institutum.*

e) Strab. l. 8. p. 357. d.
f) Strab. l. 8. p. 353. c.

Velleius; præter hanc Iphiti Epocham, aliam vetustiorem statuit. g) *Certamen*, inquit, *Olympiorum initium habuit, auctore Iphito Elio; Is eos ludos mercatumque instituit, ante annos* quàm

g) Vell. l. 1. p. 15.

quàm M. Vinicius consulatum iniret DCCCCIV. Hoc sacrum eodem loco instituisse fertur, abhinc annos ferme MCCL, Atreus, cùm Pelopi patri funebres ludos faceret; quo quidem in ludicro Hercules *victor extitit.* M. Vinicius Consul fuit anno Per. Jul. 4743: detrahe annos 904, habes annum Per. Jul. 3839. Μεταχρονισμὸς est annorum novem. Detrahe annos 1250, habes annum Per. Jul. 3493. Is est annus ante veram Olympiorum Epocham 337; sed juxta Velleii calculos, 346. Qui autem ad Epocham Vulgarem numerant, ponunt 400 ampliùs annos ab Olympico *Herculis* certamine (sive is ἀγωνιστὴς fuerit, sive ἀγωνοθέτης.) Clemens Alexandrinus habet annos 427; a) Eusebius, 430; Syncellus, χ΄, 600.

a) Chron. n.811.

Porrò b) *alii ab Athlio Agonem positum tradunt, unde* Ἀθλητὰς *nominari: post quem Apius, Endymion, Alexius, Oenomaus, Pelops in præfecturâ Certaminis successerunt.* c) *Alii autem Herculem unum ex Idæis Dactylis intelligunt; alii Jovis & Alcmenæ filium, qui primus & certaverit, & vicerit.* Sed vetusta ista omittenda sunt: d) ταῦτα γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται, καὶ οὐ πάνυ πιστεύεται, *Solent enim talia & variè dici, & non admodum credi.*

b) Syncell. p.195.d.
c) Strab. l.8. p.355.a.
d) Ibid.

Lycurgi Ætas.

QUanti intersit rei Chronologicæ has Olympiadum Epochas rectè distingui, ambigua Lycurgi ætas satis demonstrat; de quo, e) καθόλου μὲν οὐδὲν ἔστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον, ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι, καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ, ὁμολογοῦνται, *nihil omnino dici potest non controversum; maxima autem contentio est de tempore quo vixerit ille.* Qui Vitam illius descripsit, Ætatem non statuit.

e) Plut. in Vita, initio.

Aristoteles, ex disco Olympico, in quo Lycurgi nomen exaratum fuit, didicit, f) *illum fuisse Iphiti socium in instaurandis Olympiis:* at Eratosthenes & Apollodorus, ex Spartanorum regum genealogiis, colligunt, g) *Lycurgum fuisse multis annis seniorem Primâ Olympiade.* Utrique quidem rectè: Ille Veram spectat Epocham; hic, Vulgarem.

f) Ibid.
g) Ibid.

Lycurgum cum *Homero* congressum esse, tradunt h) Timæus, & i) Apollodorus. Conveniunt tempora. Nam Homerum floruisse diximus circa annos CCC post casum Trojæ: & Dicuchidas

h) Ibid.
i) Cl. Alex. Strom. l.1. p.327.a.

das (apud Clementem) Lycurgi ἀκμὴν refert ad annum CCXC post captam Trojam. Ib. p. 328. a.

Lycurgus a) περὶ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ. *Leges latæ sunt 100 annis ante Primam Olympiadem* Vulgarem, id est, annis octo postquam Olympia ab Iphito instaurata sunt. Istis Tatiani numeris b) Clemens Alexandrinus adjicit annos 50; non legislativum, sed natale Lycurgi tempus respiciens.

a) Tatian. p. 174. ad fine.
b) p. 309. b.

Epaminondas dixit, c) *Laconicam* πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδῄωτον *D annis intactam fuisse ab hostibus.* Tempora designat Lycurgi Legislatoris. Pugna Leuctrica contigit anno secundo Olympiadis CII. Is est an. 406 à Vulgari Olympiadum epochâ; à Verâ autem, 514. *Tatianus* νομοθεσίαν retulit ad annum octavum post instaurata Olympia; *Epaminondas*, ad decimum quartum: utrique numeris rotundis usi sunt.

c) Æl. Var. hist. l. 13. c. 42. Plut. Apophtheg. p. 194 b.

Cicero, dum à Vulgari Epochâ Lycurgi leges computat, μεγαχρονισμῷ peccat. Dicit Lacedæmonios d) *Septingentis jam annis ampliùs unis moribus & nunquam mutatis legibus vixisse.* Pro Flacco peroravit ille anno U. C. 694, qui est secundus Olympiadis 180., sive 718 à Primâ Olympiade Vulgari: Cùm tamen Lycurgus superiore seculo vixerit; & calculus ab Iphiti tempore deducendus fuerit.

d) Orat. pro Flacco.

Thucydides (cùm nondum apud Græcos nata esset Chronologia technica) dixit e) ἔτη ἐστὶ μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται), *Sunt anni admodum quadringenti & paulò plures usque ad hujus belli finem, ex quo Lacedæmonii eâdem administrandæ Reipub. formâ utuntur.* Numerat *annos 400 & paulò plus* ab institutis Lycurgi ad finem belli Peloponnesiaci. Annus belli 27 (qui & ultimus) fuit primus Olymp. XCIV, id est, annus 373 post Corœbi victoriam: supersunt anni 27 καὶ ὀλίγῳ πλείω. Errorem sensisse videtur Scholiastes, qui τὴν πολιτείαν interpretatus est, τὴν ὀλιγαρχίαν, τὴν γερουσίαν. Sin verò Ephororum tempus intelligatur, nimium dicitur; si Lycurgi, parum.

e) L. 1 p. 13. b.

Major est ἀναχρονισμὸς Platonis, qui Socratem introducit dicentem, f) *Lycurgi instituta* οὐδέπω ἴσως ἔτη τριακόσια, ἢ ὀλίγῳ τούτων

f) In Minoe, p. 46 c.

τούτων πλείω, annis paulò plus CCC ante se extitisse. Rectiùs dixisset, *annis penè D.* Socrates belli Peloponnesiaci tempore maximè floruit. Periit enim anno 4 Olympiadis XCIV, qui est annus 484 ab Olympiis à Lycurgo & Iphito instauratis. Quantò sagaciùs Aristoteles (Platonis discipulus) ex disco Olympico veram Lycurgi ætatem eruit?

Lycurgus (ex *Proclidarum* familiâ) *Polydectæ* fratri succedens,
a) Plutarch. p. 41, 2. a) *ἐβασίλευσε μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν, regnavit menses duntaxat octo:* Natoque *Carilao*, Polydectæ filio posthumo, usque ad XXV ætatis annum, illius tutelam gessit: Regnante interim (ex *Eurysthenidarum* familiâ) *Labota:* Quo adhuc vivente, Lycurgus in Cretam navigavit, ut Minois Leges disceret: è quibus non pauca in suas transtulit; quas demum sub *Agesilao* promulgavit.
b) Pausan. l. 3. p. 161. b) *Labotæ* enim *successerunt Dorissus ejus filius: dein Dorissi filius* Agesilaus: *Hos utrosque mors citò rapuit: sub Agesilao tamen Lycurgus leges promulgavit.* Mendosus est Herodoti locus.
c) Herodot. l. 1. c. 65. c) *Lacedæmonii dicunt disciplinam suam è Creta allatam esse per Lycurgum* ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων. Mendum vetustissimum etiam
d) Pausan. ib. p. 160. d) *Pausaniæ* imposuit. Vox Λεωβώτεω non cum ἀδελφιδέου concordat; sed cum voce βασιλεύοντος conjungi debet. Vertendum est *Cùm esset Lycurgus tutor filii fratris sui; Laobotas autem esset Rex Lacedæmoniorum.*
e) L. 8. c. 131. Herodotus e) alibi, in recensendâ *Leutychidis* genealogiâ, Reges Spartanos sursum recitat τοῦ Χαρίλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος. *Eunomus* (extra locum hîc positus) fuit *Prytanis* filius; *Polydectis* pater, *Carilai* avus. Desideratur etiam *Sous*, *Proclis* filius, Rex secundus. Successiones autem ad hunc modum se habent.

Messenii.

Messenii. (Pausa p.222)	*Lacedæmonii.* (Pausan. p.160.	(Pausan. p.170.	*Arcades.* (Pausan. p 452)	
1. *Cresphôtes.*	1. a) EURYSTHENES.	1. PROCLES.	1. *Cypselus.*	a) Vid. Herod. 6, 52. b) Id. 4. 147.
	b) Theras horum avunculus & tutor erat; qui illis adultis, coloniam duxit in insulam Callisten, quæ ab eo Thera dicta est.			
2. *Æpytus.*	2. AGIS. *f.*	2. SOUS.	2. *Laias.*	
	c) Sub his Ilotæ in servitutem redacti sunt.			c) Plutarch. Lycurgo.
3. *Glaucus.*	3. ECHESTRATUS, *f.*	3. EURYPHON, *f.*	3. *Bucolion.*	
	4. LABOTAS.	4. PRYTANIS, *f.*		
4. *Isthmius.*	d) Primum Argivis bellum indictū, ob Cynurensem agrum, sed nihil memorabile gestum.		4. *Phialus.*	d) Pausan. p.160, 170.
	e) His regnantibus, pax fuit.	5. EUNOMUS, *f.*		e) Ibid.
5. *Dotidas.*		6. POLYDECTES, *f.*	5. *Simus.*	f) Ib. 161.
	5. f) DORYSSUS, *f.*	Occisus cultro popinario in tumultu.		
6. *Sybotas.*	6. AGESILAUS, *f.*	LYCURGUS.	6. *Pompus.*	
	g) Sub hoc, promulgatæ sunt leges.			g) Ibid.
	7. ARCHELAUS, *f.*	7. CHARILLUS, *an.* 64.	7. *Ægineta.*	
	8. TELECLUS, *f.*	8. NICANDER.	8. *Polymestor.*	
7. *Phinta.*		In Limnis occisus à Messeniis.		
8. *Antiochus,* & *Androcles.*	9. ALCAMENES.	(ejus 34.		
	h) An. ejus 37, *Prima Olympias*, an.			
9. *Euphaes.*		9. THEOPOMPUS.	9. *Æchmis.*	h) supr. p. 33.

Quemadmodum *Labotas* contemporaneus erat *Prytani, Eunomo, Polydecta*, & *Lycurgo*: ita etiam *Lycurgus* fuit *Labota, Doryssο*, & *Agesilao*. Eusebius perperā i) *Dorisso* attribuit annos 29; *Agesilao*, 44. i) Chron. n. 1031.

De Lycurgi Legibus satius est silere, quàm parum loqui. De *Republica Lacedæmoniorum*, scriptores extant tam Veteres, quàm Recentiores. Id inprimis notandum: k) Ἐν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ πρὸς τοὺς πολέμους συντέτακται σχεδὸν ἥτε παιδεία, καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος, *Lacedæmone, & in Creta omnis ferè disciplina, omnisque lex ad* k) Aristotel. Polit. l. 7, c. 2.

 rem

rem Militarem comparata est. Lacedæmonios incessit deinceps ingens
armorum studium: jacta sunt undequaque discordiarum semina; &
bella cum finitimis assiduè conflata.

a)Pausan. a) *Carillus* Rex, jam adultus, *Argivorum agrum igne ferroq; va-*
p.170. *stavit: & paucis post annis, eodem duce, Lacedæmonii contra Tegeatas*
b)Herod. l.1. *exiêre,* b) χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, *captioso freti oraculo* (quod ex-
c. 66. hibet Herodotus) c) *Polymestor, Æginetæ filius,* octavus à Cypselo,
c)Pausan. *erat eo tempore Rex Arcadum: Non viri solùm sed etiam fœminæ sumptis*
p.462. *armis Lacedæmonios prælio fuderunt; ipsumq; Charillum cepêre vivum:*
d)Pausan. d) *Quem tradunt, cùm se jurejurando obligâsset, bellum Tegeatibus non*
p. 532. *ampliùs illaturum, gratis dimissum fuisse; nec tamen juramentum ser-*
e)Ib. p. 161. *vâsse:* e) *Adfuit hic Archelao (ex alterâ familiâ) Regi, in excidendâ*
f) Ibid. *Ægy, urbe finitimâ. Suspicabantur enim Lacedæmonii, Ægytas* φρονεῖν
τὰ Ἀρκάδων, *ad Arcades propensos fuisse.* f) *Archelao successit Tele-*
clus; sub quo Lacedæmonii Amyclas, Pharin, Geranthras, oppida finitima
(quæ ab Achæis adhuc tenebantur) bello capta everterunt. Pharitæ &
Geranthratæ (eorum adventu territi) ex pacto decesserunt è Peloponneso.
Amyclenses autem fortiter restiterunt, & cùm multa dedissent virtutis
documenta, diuturnitate belli sunt superati. De his Dorienses trophæum
erexerunt: quasi nihil memorabilius ab ipsis gestum fuisset.

g)Cl. Alex. Seculo XVI, *Charillo* (cùm jam g) *regnâsset annos 64, ut refert*
Strom. l.1. *Sosibius Lacon)* h) *successit ejus filius Nicander; quo regnante, Teleclus*
p.327. *Rex (ex alterâ familiâ) in Dianæ Limnadis fano à Messeniis occisus est.*
h) Pausan. Templum illud in Laconici agri & *Messeniaci confinio positum est: lo-*
p.161. *cum Limnas vocant; & Doriensium iis solis commune. Lacedæmonii a-*
Ib.p.222. *junt, Virgines illuc à se de more missas à Messeniis violatas; & Teleclum,*
injuriam propulsare conantem, interemptum fuisse. At Messenii dicunt,
Teleclum impuberes, in morem virginum ornatos, cum pugionibus dispo-
suisse, qui primores Messeniorum ad templum venientes ex improvi-
so adorirentur; Messenios autem ad vim arcendam accurrisse. Sane
Lacedæmonii cædem Regis sui non vindicabant, quasi essent facinoru
conscii. Apud Messenios eo tempore regnabat Phinta, Sybotæ filius; à Cre-
sphonte rex septimus. i) *Teleclo successit Alcamenes ejus filius: hujus*
i)Ib. p.162. *tempore Helos oppidum maritimum, quod Achæi tenuerunt, eversum est:*
& Argivi, *Helotis auxilia ferentes, prælio victi sunt.* k) *Nicander,*
k)Ib.p.170. *Argolidem hostiliter ingressus, magno eam damno affecit. Asinæi autem,*
facinoris istius participes, deletâ paulò pòst patriâ, graves Argivis pœnas
dederunt profugi.

Post

Post cædem Telecli a) *ætate alterâ, quum Alcamenes & Theopompus Nicandri filius regnarent in Spartâ, apud Messenios autem Antiochus & Androcles, Phintæ filii; inter utrumq; populum, levissimam ob causam, simultas orta est: quæ non ita multò post, cùm Euphaes Antiocho & Androcli successisset, in apertum bellum erupit*, sub initium Seculi XVII. a) Ib. p. 222.

Ad
SECULUM XVI.

Ramesses Rex.

TAM Ægyptiorum, quàm Ebræorum fortuna hoc Seculo varia fuit: Circa initium ejus regnabat *Ramesses*, *Amenophis* successor; inter illos *Sesostris* posteros habendus, qui Imperium in Asiâ tenuerunt. b) Eusebius hunc Regem omisit: illius tamen successionem satis testantur Manetho & Africanus. b) supr. p. 314.

Plinius successionem innuit; cui dicitur c) *Ramises is, quo regnante Ilium captum est.* De tempore quidem peccat; verùm ex dictâ Græcorum fabulâ intelligendus est. Nam si *Memnon* (qui Amenophis) bello Trojano occubuerit; congruum est, ut sub illius successore urbs conflagraret. c) L. 36. c. 8.

Extat hodie Romæ hujus Regis Obeliscus, omnium maximus tam illorum qui Romæ visuntur, quàm qui in Ægypto.

Ramesses plurimos ex Syncello recensuimus (ad Seculum VI, & VII) aliosq; ex Manethone, ad XIII. Verùm elogia magnifica, & ἀνάπταυ οἰκουμένης βασιλείαν, *Universalis Imperii* testimonium, quæ Obelisci hujus Auctori attribuuntur, in Ægyptiorum neminem, qui nostrum præcesserunt, satis conveniunt. Cùm igitur Obeliscus ille non tantùm hujus Regis laudes immensas contineat, sed etiam venerandũ sit Ægyptiaci Imperii monumentum; operæ pretium fuerit, ejus historiam conquirere, & *Hermapionis* interpretationem proferre.

Ramessis Obeliscus.

IN d) *Solis urbe, Ramises, ubi fuit Mneuidis* (Bovis Heliopolitani) *regia, posuit Obeliscum, lõgitudine undecenis* (undecentenis) *pedibus; per latera, cubitis quatuor.* e) *Opus id fecisse dicuntur XXM hominum. Ipse Rex, cùm subrecturus esset, vereretúrq; ne machinæ ponderi non sufficerent, quò majus periculum curæ artificum denunciaret, filium suum adalligavit cacumini; ut salus ejus apud molientes prodesset lapidi. Hac* d) Plin. l. 36. c. 8. e) Ib. c. 9.

ad-

admiratione operis effectum est, ut cùm oppidum id expugnaret Cambyses Rex, ventumq́; esset incendio ad crepidines Obelisci, extingui ignem juberet, molis reverentiâ, qui urbis nullam habuerat.

Ex Ægypto captâ Obeliscos transtulit *Octavianus Augustus*; qui tamen (ut ait Ammianus) a) *hunc non contrectare ausus est, vel difficultate magnitudinis territus, vel quòd Deo Soli speciali munere dedicatus, fixusq́; intra ambitiosi templi delubra, tanquam apex omnium eminebat. Verùm Constantinus nihil committere in religionem existimavit, si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret, id est, in templo Mundi totius. Quo convecto per alveum Nili, projectoq́; Alexandriæ, navis amplitudinis antehac inusitatæ ædificata est, sub trecentis remigibus agitanda.*

a) Am. Marcell. l. 17. p. 92.

Ille Novam Romam hoc monumento ornari voluit: sed Constantini morte Obelisci transvectio aliquandiu impedita est. Illud indicat Constantius Aug. in ipsâ Obelisci inscriptione Latinâ; quam, *ex Angeli Rocchæ Bibliothecâ Vaticanâ*, exhibet Janus Gruterus.

In Australi basis parte.

b) *Patris opus munusq́; (suum) tibi Roma dicavit*
Augustus (toto) Constantius Orbe recepto:
Et quod nulla tulit tellus, nec viderat ætas,
Condidit; ut claris exæquet dona triumfis.
Hoc decus ornatum Genitor cognominis urbis
Esse volens, cæsâ Thebis de rupe revellit.

b) Grut. Inscript. p. 186.

Parte Orientali.

Sed gravior Divum tangebat cura vehendi;
Quòd nullo ingenio, nisuq́; manuq́; moveri
Caucaseam molem discurrens fama monebat.
At Dominus Mundi Constantius, omnia fretus
Cedere virtuti, terris incedere jussit
Haut partem exiguam montis, Pontoq́; tumenti.

Parte Septentrionali

Credidit, & placido, &c. Gruterum vide.

Tandem anno Æræ Christianæ 357, Imperante Constantio, Obeliscus hic c) *impositus navi, per maria fluentaq́; Tyberis, defertur in vicum Alexandri, III Lapide ab Urbe sejunctum; unde chamulcis impositus, tractusq́; lenius per Ostiensem portam, Piscinamq́; Publicam,*

c) Am. Marcell. l. 17.

Circo

Circo illatus est Maximo; & Caveâ locatur in mediâ, ingenti machinarum hominumq; operâ.

Centrum *Circi* jamdudum occupaverat Obeliscus alter. a) *Is Obeliscus, quem Divus Augustus in Circo Magno statuit; excisus est à rege Semnes-erteo (quo regnante Pythagoras in Ægypto fuit) centum viginti quinque pedum & dodrantis, præter basim ejusdem lapidis.* a) Plin. l. 36. c. 7.

Obeliscus iste, licet posteriùs excisus, priùs tamen in Circo Romano collocatus est; & in medio Circo eminentissimus cernitur in *Nummis*, in honorem *Trajani* (qui Circum restituit) aliorumque percussis, ob ludos Circenses. Rex autem ille Ægypti Herodoto *Psemmis* vocatur. b) *Pythagoram Polycrates per epistolam commendavit Amasidi* (adhuc privato) qui posteà in regno *successit Aprii Psammis filio.* b) D. Laert. Pythag. init.

A temporibus itaque Constantii in Circo Maximo duo fuerunt Obelisci. De utrisque Cassiodorus. *Obeliscorum prolixitas ad Circi altitudinem sublevatur; sed prior Soli, inferior Lunæ dicatus est; ubi sacra priscorum Chaldaicis signis, quasi literis, indicantur.* Sanè *Obeliscus Lunæ dicatus*, & Hieroglyphica *Chaldaica*, declinantis Imperii oscitationem sapiunt.

Utrosque hos Obeliscos dejectos, confractos, terrâ erutos Sixtus V, Papa magnificus, nitori pristino restituit; minorem (qui Augusti) in Viâ Rectâ, ante ædem S. Mariæ Populi erexit; hunc autem, ante ædem Lateranensem, anno Domini 1588, id est, annis 1231 postquam Circo illatus est à Constantio; annis circiter 2420 postquam de rupe Syenite excisus est à *Ramesse*. Utrique hodiè Hieroglyphicis undequaque ornatissimi conspiciuntur.

Hermapion hujus Obelisci interpretationem Græcè edidit; illam, non tamen integram, conservavit Ammianus. Cùm enim in lateribus singulis tres essent στίχοι, id est, quatuor laterum, duodecim; ille sex tantùm nobis impertiit. In lateribus singulis κατ' στίχους, cernuntur accipitres tres tutulis conspicui (est autem c) Accipiter Solis symbolum) tres itidem Boves, totidemque Brachia extensa. Honorificentissima illic leguntur tùm Regis hujus elogia, tùm Majestatis Ægyptiacæ testimonia. c) Cl. Alex. Strom. l. 5.

OBELISCI INTERPRETATIO.

Ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Νοτίου διερμηνευμένα ἔχει.
Στίχος πρῶτος τάδε.

Ἥλιος βασιλεῖ Ῥαμέσῃ.
Δεδώρημαί σοι ἀνὰ πᾶσαν οἰκουμένην μετὰ χαρᾶς βασιλεύειν,
Ὃν Ἥλιος φιλεῖ καὶ Ἀπόλλων, Κρατερὸς, Φιλαλήθης, υἱὸς Ἥρωνος, Θεο-
Κτίστης τῆς οἰκουμένης· (γέννητος,
Ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ἄλκιμος Ἄρεως βασιλεὺς Ῥαμέσης,
ᾯ, πᾶσα ὑποτέτακται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς καὶ θάρσους.
Βασιλεὺς Ῥαμέσης Ἡλίου παῖς αἰωνόβιος.

(Στίχος δεύτερος.)

Ἀπόλλων κρατερὸς, ὁ ἑστὼς ἐπ᾽ ἀληθείας δεσπότης διαδήματος,
Τὴν Αἴγυπτον δοξάσας, κεκτημένος,
Ὁ ἀγλαοποιήσας Ἡλίου πόλιν
Καὶ κτίσας τὴν λοιπὴν οἰκουμένην.
Καὶ πολυτιμήσας τοὺς ἐν Ἡλίου πόλει θεοὺς ἀνιδρυμένους,
Ὃν Ἥλιος φιλεῖ.

(Τρίτος στίχος.)

Ἀπόλλων κρατερὸς, Ἡλίου παῖς, παμφεγγής,
Ὃν Ἥλιος προέκρινεν, καὶ Ἄρης ἄλκιμος ἐδωρήσατο.
Οὗ τὰ ἀγαθὰ ἐν παντὶ διαμένει καιρῷ,
Ὃν Ἄμμων ἀγαπᾷ, πληρώσας τὸν νεὼν τοῦ Φοίνικος ἀγαθῶν·
ᾯ οἱ Θεοὶ ζωῆς χρόνον ἐδωρήσαντο,
Ἀπόλλων κρατερὸς υἱὸς Ἥρωνος,
Βασιλεὺς οἰκουμένης Ῥαμέσης.
Ὃς ἐφύλαξεν Αἴγυπτον, τοὺς ἀλλοεθνεῖς νικήσας,
Ὃν Ἥλιος φιλεῖ.
ᾯ πολὺν χρόνον ζωῆς ἐδωρήσαντο θεοὶ,
Δεσπότης οἰκουμένης Ῥαμέσης, αἰωνόβιος.

(Ἄλλος

GRÆCO-LATINA.

Incepit interpretatio à latere Australi.
Versus primus hæc habet.

Sol Regi Ramesti. I.
Dedi tibi super totum mundum gratiosè regnare,
Quem Sol amat, & Apollo, fortis, veri amator, filius Heronis, Deogenitus,
Conditor mundi;
Quem Sol selegit, strenuus Martis Rex Ramestes,
Cui omnis terra subordinata est cum vi & audacia,
Rex Ramestes Solis filius immortalis.

(Versus secundus.) II.

Apollo fortis, qui est reverâ Dominus Diadematis,
Ægyptum glorificans, possidens,
Qui splendidam facit Solis urbem;
Et condens reliquum Mundum.
Et valde honorans Deos in Solis urbe positos,
Quem Sol amat.

(Versus tertius.) III.

Apollo fortis, Solis filius, totus lucidus,
Quem Sol selegit, & Mars strenuus donavit;
Cujus bona in omni manent tempore,
Quem Ammon diligit: implens templum Phœnicis bonis;
Cui Dii vitæ tempus dederunt,
Apollo fortis filius Heronis,
Rex Mundi Ramestes.
Qui servavit Ægyptum, extraneos superans,
Quem Sol amat;
Cui multum tempus vitæ dederunt Dii,
Dominus Mundi Ramestes, immortalis.

(Ἄλλος στίχος δεύτερος.)

Ἥλιος θεὸς μέγας, δεσπότης οὐρανοῦ,
Δεδώρημαί σοι βίον ἀπρόσκορον.

Ἀπόλλων κρατερὸς, Κύριος διαδήματος, ἀνείκαστος,
Ὧν ἀνδριάντας ἀνέθηκεν ἐν τῇδε τῇ βασιλείᾳ Δεσπότης Αἰγύπτου.
Καὶ ἐκόσμησεν Ἡλίου πόλιν,
Ὁμοίως καὶ αὐτὸν Ἥλιον, δεσπότην οὐρανοῦ,
Συνετελεύτησεν ἔργον ἀγαθὸν
Ἡλίου παῖς, βασιλεὺς αἰωνόβιος.

(Τρίτος στίχος.)

Ἥλιος θεὸς, δεσπότης οὐρανοῦ, Ῥαμέστῃ Βασιλεῖ
Δεδώρημαι τὸ κράτος, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν.
Ὃν Ἀπόλλων, φιλαλήθης, δεσπότης χρόνων,
Καὶ Ἥφαιστος ὁ τῶν θεῶν πατὴρ, προέκρινεν διὰ τὸν Ἄρεα.
Βασιλεὺς παγχαρὴς, Ἡλίου παῖς, καὶ ὑπὸ Ἡλίου φιλούμενος.

(Ἀφηλιώτης πρῶτος στίχος.)

(νος υἱός,
Ὁ ἀφ' Ἡλίου πόλεως μέγας θεὸς, ἐνουράνιος, Ἀπόλλων κρατερὸς, Ἡρω-
Ὃν Ἥλιος ἠγάπησεν, ὃν οἱ θεοὶ ἐτίμησαν,
Ὁ πάσης γῆς βασιλεύων,
Ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ὁ ἄλκιμος διὰ τὸν Ἄρεα βασιλεὺς,
Ὃν Ἄμμων φιλεῖ.
Καὶ ὁ παμφεγγὴς συγκρίνας αἰώνιον βασιλέα.

Reliqua, ob ταυτολογίας fortasse, omisit Ammianus.

Sil

(Versus secundus alius) ad Occidentem forsan, vel Septentrionem. IV.

Sol Deus magnus, Dominus Cœli,

Dedi tibi vitam satietatis expertem.

Apollo fortis, Dominus Diadematis, *incomparabilis,*

Quorum statuas posuit in hac Regia Dominus Ægypti;

Et exornavit Solis urbem,

Pariter ac ipsum Solem, Dominum Cœli.

Perfecit opus bonum,
Solis filius, Rex immortalis.

(Versus tertius) tertii forsan lateris. V.

Sol Deus, Dominus Cœli, Ramesti Regi

Dedi robur & in omnes potestatem;

Quem Apollo, veri amator, Dominus temporum,

Et Vulcanus, Deorum pater, selegit propter Martem.

Rex gratiosissimus, Solis filius, & à Sole amatus.

(Versus primus ad Orientem.) VI.

A Solis urbe Magnus Deus, Cœlestis, Apollo fortis, Heronis filius;

Quem Sol genuit; quem Dii honorârunt:

Qui toti terræ imperat,

Quem Sol *selegit, strenuus propter Martem Rex.*

Quem Ammon amat,

Et qui est totus lucidus, jussit (esse, æternum Regem.

Ex superbâ hâc Inscriptione liquet, quàm vesana fuerit veterum adulatio; quàm vetusta Divinæ Originis affectatio.

 Sol

Sol, Orus, & *Apollo*, apud Ægyptios diversa fuerunt numina. In Deorum Dynastiis (quas a) exhibuimus) primus Deorum est *VULCANUS*; secundus, *SOL*, *ejus filius*; Dein *Semideorum* 1 *ORUS*; 2 *MARS*; 3 ἩΡΑΚΛΗ͂Σ qui hic Ἥρων vocatur; cujus filius, 4 *APOLLO*; 5 *AMMON*; ultimus *JUPITER*. Apud *Græcos* b) *Vulcani complures*; *eorum secundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant*; *quem custodem esse Ægypti volunt*. Etiam c) *Soles ipsi multi à Theologis proferuntur*; *eorum tertius Vulcano Nili filio natus*; *cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur*. Themistius d) *Solem* vocat, *Apollinis avum*. Sed Theologia prisca non hujus est instituti.

a) supr. p. 11.
b) Cic. de Nat. Deor. l. 3. p. 247.
c) Ibid.
d) Orat. 13. sub finem.

Athanasius Kircherus e) Græcam hanc *Hermapionis* interpretationem immeritò rejicit. Illum vixisse, f) ait, tempore Augusti, in cujus gratiam interpretatus est Obeliscum alterum, quem Augustus in Circo posuit. Quod idoneo absque auctore dictum, contra *Ammiani* testimonium, qui rem sui temporis tradidit, tarde credendum est. Dicit insuper, g) *Doctrinam Hieroglyphicam, non Regum laudes & victorias continere, sed solas res ideales & intellectuales*; *& interpretationem hanc ab Hieroglyphicorum stylo & ingenio abhorrere*. Quod est ipso Obelisco refragari. Ex Proclo h) diximus, *Tàm actiones memorabiles, quàm inventiones in stelis conservari*.

e) Obelisco Pamphyl.
f) p. 149.
g) p. 151.
h) supr. p. 418.

Est igitur Obeliscus hic verissimum atque illustrissimum magnitudinis Ægyptiacæ monumentum; i) Ἀνὰ πᾶσαν οἰκουμένην βασιλεύειν, & *habere* k) τὸ κράτος, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν, nihil aliud est, quàm totius Orientis imperio potiri; quod Sesostris successoribus suis tradit. Hujus Obelisci conditor *Rameses*, sive l) Δεσπότης οἰκουμένης Ῥαμέσης —— m) ὁ πάσης γῆς βασιλεύων, & n) ᾧ πᾶσαν ὑποτέτακται ἡ γῆ, μετ᾽ ἀλκῆς καὶ θάρσους, inter successores istos potentissimos meritò numerandus est.

i) Vers. 1.
k) Vers. 5.
l) Vers. 3.
m) Vers. 6.
n) Vers. 1.

Id autem apprimè notatu dignum est, quod præsentem Ægypti statum spectare videtur. o) Βασιλεὺς οἰκουμένης Ῥαμέσης ὃς ἐφύλαξεν Αἴγυπτον τοὺς ἀλλοεθνεῖς νικήσας, *Rex Mundi Ramestes, qui servavit Ægyptum, extraneos superans*. Quinam verò sint *extranei* isti, non adeò promptum est dicere. Suspicamur, *Æthiopas* fuisse; ab illis quidem Ægyptum non ita multò pòst occupatum iri videbimus. Ob servatam patriam, lætissima fuit hujus Regis victo-

o) Vers. 3.

ctoria; eoque clarior, quia ultima. E Sesostris posteris nemo post hunc in gloriâ fuit; nullus est ultra *Thebani* nominis splendor. De amplissimo itaque Ægyptiorum imperio, hæc dicta sunto.

Ammenemes & Thuoris.

ETSI de his Regibus nihil occurrat memoriâ dignum, non tamen omittendi sunt; quùm a) Africanus (quem sequuntur Eusebius & Syncellus) in laterculo Thebano, eorum nomina Regibus superioribus adjecerit. a) supr.p.314.

Ammenemes, sive *Ammenemnes* (nomen ex *Ammone* & *Mene* compositum) apud Syncellum legitur, Seculo IV; & in XI & XII Africani Dynastiâ. Quâ autem ratione, *Sesostris* idem est, qui *Sethosis*; eâdem, hic, qui *Sethosim* sequitur, *Ammenemes*, prorsus idem est, cum b) *Ammeneme* illo, qui post *Sesostrim* ponitur, in XII Africani Dynastiâ. b) supr.p. 414

Thuoris, non XIX tantùm Dynastiæ, sed *Thebanorum* regum omnium (quorum supersunt nomina) postremus est. Hic c) *Homero dictus Polybus, Alcandræ maritus, qui excepit Menelaum.* Utrum Africanus hujus sententiæ auctorem habuerit Manethonem, non liquet; sectatores habet Eusebium & Syncellum. Hi Regem hunc bello Trojano æqualem faciunt; comparationem istam malè institutam esse d) monstravimus. c) supr.p.314. d) sup.p.250. 415.

Eusebius e) *Septimum* hujus regis annum (id est, ultimum) ponit eundem, quo *Troja capta est*. Incautè quidem; nam si *Polybus* eo anno desiisset vivere, quomodo *Menelaum*, diu pelago jactatum, excipere potuit? Menelaus de seipso inquit, post excisam Trojam, e) Can.n.835.

——— ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον
Κύπρον, Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς,
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην ——— Odys.4. v.82.

Octavo anno veni Cyprum Phœnicemq; & Ægyptios oberrans, Æthiopes adii.

Minùs peccant *Menander Pergamenus & Letus in Phœniciis* (apud f) Clementem) qui conjiciunt *adventum Menelai in* f) Strom. l.1. p. 326. a.

in Phœnicem, post Trojam captam, in tempora Hirami & Solomonis, id est in Seculum XIV, antequam Sesostris in Syriam profectus esset.

Herodotus non *Thebanum* Regem, sed *Memphitem* dicit excepisse Menelaum. Ante bellum Trojanum, ait, a) *Alexandrum & Helenam in Ægyptum ad Canobicum Nili ostium, & ad Taricheas appulisse; illos ab illius ostii custode, qui Thonis appellatus est, Memphim transmissos esse ad Proteum regem, qui Alexandrum abire jussit, Helenam detinuit usque ad Menelai adventum; qui post eversum Ilium, illam illæsam à Proteo recepit.* Collocatur Proteus inter Sesostrim & *Rhamsem*.

a)L.2.c. 113. c. 114. 115. 119.

b) Diodoro *Thonis est vetustum Ægypti emporium, quo Nilus se in mare exonerat.* Apud c) Homerum, *Proteus Ægyptius Menelai insidiis captus est ad Pharum insulam.*

b)L.1.p.11.d. c) Odyss. l. 4. v.385.454.

Ibid.v. 354.

Νῆσος ἔπειτά τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)
Τόσσον ἄνευθ' ὅσσόν τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.
Est quædam insula in undoso ponto
Ante Ægyptum (Pharum eam vocant)
Tantum distans, quantum tota die cava navis
Conficit, cui ventus stridulus aspirat à puppi.

Eratosthenes, Plinius, Aristides, alii (de continente, *Pharo* insulæ oppositâ, intelligentes) Homerum hîc ἀτοπίας insimulant. Plinius interpretatur πανημερίη d) *noctis & diei cursum*: cùm tamen noctis pars nulla intelligi debeat. Homerus *Nilum* fluvium e) Αἰγύπτου nomine semper designat: vox Νεῖλος illi fuit omninò incognita. *Canobicum* Nili ostium (quod proximum) distabat f) *à Pharo insulâ stadia* 150, hoc est milliaria XIX. Quòd spatium Heroibus ad πλοῦν πανημέριον, *diurnam navigationem* ordinariam satis esse arbitramur.

d) Plin. l. 2. c.85. e)supr.p. 247. f) Strab. l.17. p.791.b.

Herodotus autem ista ex Sacerdotum placitis; ex fide historicâ tradit, nullum fuisse in Ægyptum Græcis aditum, nullum commercium ante *Psammitichi* tempora: tunc demum g) *Iones quidam & Cares* πρῶτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν, *primi*

g) Herod.l.2. c.154.

primi eorum, qui essent diversæ linguæ, Ægyptum incoluerunt. Quod quidem in dubium vocat, quicquid de Menelai in Ægyptum adventu decantari solet.

Georgius a) Syncellus Eusebium, à XVIII Dynastiâ usque ad XXII*, omninò deserit; & Ægyptios horum temporum Reges futiliter interpolat. Ut cætera omittamus, inter *Ammenemem* & *Thuorim* interserit (nescio quos) *Ochyran* & *Amedem*. Post *Thuorim* (ex vetustissimâ *Thinitarum* Dynastiâ) resuscitat tres proximos *Menis* successores. Post illos sequitur demum *Rex LXII Sussakim, qui cepit Hierosolyma*; cujus gratiâ omnes istæ turbæ videntur fuisse commissæ. Nullus autem in totâ serie legitur *Sesostris*. Tantæ licentiæ pudet pigetque. a) supr. p. 314

Huc usque recto tramite per *Thebaicæ* successionis seriem (à *Mene* continuatam ad *Thuorim*) XVI ferè annorum centurias emensi sumus. Apud Africanum sequitur (b) *ex tertio Manethonis tomo*) *XX Dynastia Diospolitarum Regum XII, * qui regnârunt annis* 135. Eusebius annos 178 eidem Dynastiæ attribuit, & in † Canonis sui filo Ægyptio, post *Trojam captam*, totidem annos, Regibus vacuos, annumerat. Vetus Chronicon, apud c) Syncellum, habet in *XX Dynastiâ Diospolitarum Regum VIII, annos* 228. Ex istis anonymæ Dynastiæ discrepantibus numeris nihil certi de postremis Thebanorum temporibus colligere possumus; quorum quidem historia lacera admodum est & manca, tùm ob auctorum exilitatem, tùm discordiam. Priusquàm verò de rebus istis obscuris & oblivione obrutis inquiramus, liceat nobis aliquantisper retrogredi, & Diospolitanam *Africani* Chronologiam lustrare; ne nobis vitio detur ab illius vestigiis decessisse.

b) Syncell. p. 73. c.
* Ib. p. 47. c.
† Num. 836.
c) p. 51. d.

Africani Dynastiæ Thebanæ.

In historiâ *Thebana*, Africanus non minorem sibi permisit licentiam, quàm quæ in *Memphiticis* à nobis d) animadversa est. In utrisque successionum Regiarum capita truncantur; in utrisque Dynastiæ ad libitum finguntur. Eò autem hic deterius est peccatum, quòd cùm in illis ordo tantùm rerum turbetur, in his pro Dynastiis umbræ & larvæ obtrudantur.

d) supr. p. 27. 93.

Extra dubium est *Thebani regni* originem ab ipso *Mene* fuisse

a)Can. Isag. p. 124. deductam: verùm Africanus non nisi post decem Dynastias (quarum à Scaligero a) colliguntur anni 2219) *Diospolitarum regum* primò meminit, abrupto prorsùs & incondito parapegmate. Audiamus ipsum.

b) Syncell. p. 59. c. c)Ib. p. 60. b) *XI Dynastia Diospolitarum Regum XVI, qui regnârunt annos 43. Post quos, Ammenemes annos 16. Huc usque Manetho produxit tomum primum.* Eadem verbatim c) Eusebius.

Numerus iste *annorum* minutus est, & tot Regibus impar. *Regum* autem numerus nihil aliud videtur esse, præter ὁμάδα XVIII Dynastiæ; Reges XVI, qui hic reticentur, illic nominantur. Sed d)supr. p. 414. quis est *Ammenemes* ille, qui in nullâ censitus Dynastiâ, claudit *primum Manethonis tomum?* Idem forsan, qui d) in XII Dynastiâ præcedit Sesostrim; sicut alter *Ammenemes* ibi (qui Sesostrim sequitur) idem est, qui in XIX Dynastiâ recensetur.

e)Sync. p. 73. Manethonis tomus secundus hic incipit: e) Tertius ad XX Dynastiam: Quasi Manethonis libri, juxta Africani Decadas, distributi essent. Longè concinnior est librorum Manethonis partitio f)Eus. p. 60. in Excerptis Latino-barbaris, cum Eusebio editis. Post f) *Deos Semideosque*, & νεκύας, qui tempus historicum antecesserunt, g) (Ità.) g) *Hæc finis de primo tomo Manethoni.* Secundus tomus incipit à *Mene; & usque ad Septimam decimam Potestatem secundum scribitur totum.* Id est,

Μέχρι τῆς ιζ' Δυναστείας Δεύτερος ἐγράφη τόμος.

h)supr. p. 414. XII Africani *Dynastiam* h) exhibuimus.

i)Sync. p. 61. a. i) XIII *Dynastia Diospolitarum Regum LX, qui regnarunt* * * *.

Desideratur annorum numerus. Nam Eusebius (qui annos 453 regibus istis attribuit) numerum ϛπδ, ad Xoitas pertinere docet; quorum Dynastia in Africani textu omissa est. Ut verbo expediam. Pulcherrima hæc tot Regum dynastia est summa totalis Thebanorum regum omnium, quos recensuimus à *Mene* usque ad *Thuorim.* Eratosthenes numeravit XXXVIII; Decima octava Dynastia, XVI; Decima nona, VI. Sunt omnes LX. Tanta est in istis incongruis congruentia.

k)Syncell. ib. k) XIV Dynastia (quæ Eusebio est *Xoïtarum*) Africano deest.

XV &

XV & XVI Africano sunt *Pastorum*; Eusebio autem illa *Diospolitarum*; hæc *Thebæorum* dicitur. Earum a) meminimus. a)supr. p. 94.

b) XVII *Dynastia Pastorum aliorum regum XLIII; & Thebæorum Diospolitarum XLIII; qui omnes regnârunt annis* 151. Singulis regibus largitur annum unum & menses novem. Nugæ! Eusebius eo numero omnes Sesostris posteros complectitur. Nam post *Sesostrim* (in XII Dynastiâ) adjicitur *Labaris, & ejus successores XLII.* Syncellus (post Eratosthenis seriem) *Regum LIII, ex Apollodoro, meminit*; nullum nominat. Locum c) suprà dedimus. b)Syncell. ib. c)p. 312.

Certè huc usque nihil sani de *Regibus Thebanis* retulit Africanus: abrupta, inania, inepta sunt omnia. Sepositis itaque quisquiliis, nos *Eratosthenis* laterculum (nobilissimum antiquitatis monumentum) meritò amplexi sumus.

XVIII autem, & XIX Africani Dynastiæ longè melioris notæ sunt: Nos illas d) retinuimus; illas illustravimus. d)supr. p. 314.

Hactenùs de *Thebano* Ægypti Regno.

Ebræorum Regna.

CEssante in Asiâ *Ægyptiorum* imperio; necdum *Assyriis* lacertos moventibus; opportunitas idonea utrisque Ebræorum regibus animos addidit; eósque ad splendorem pristinum restituendum adeò feliciter excitavit, ut res Ebraicæ, *Jeroboamo* & *Azariâ* regnantibus, in statum antiqvum rediisse videantur.

Prior regnabat *Jeroboamus.* Ille *restituit terminos Israel ab aditu Hamathæ usque ad mare campestrium. Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent, usque ad clausos carcere & extremos. Et salvavit eos in manu Jeroboami, filii Joas. Universa quæ fecit, & fortitudo ejus, quâ præliatus est, & quomodo restituit Damascum & Hamatham Judæ in Israel, scripta sunt.* II Reg. 14. 25. 26. 27. 28.

Neque minùs sub Azaria floruit regnum Judæ. *Ille ædificavit Ailah, & restituit eam ditioni Judæ. Pugnavit contra Philistim, & destruxit murum Gath, & murum Jabinæ, & murum* Azoti, *& ædificavit urbes* Azoti, *& in Philistim. Et adjuvit eum* Deus *contra Philistim, & contra* Arabas, *qui habitabant in Gerbaal, & contra* II Chron. 26. 2. 6. 7.

Ammonitas. *Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ.* *Et di-*
8. *vulgatum est nomen ejus usque ad introitum Ægypti , propter cre-*
bras victorias. *Illius exercitus fuit virorum* 307500. Rei bellicæ
13. peritissimus fuit Rex ipse.

His itaque temporibus Regna hæc florentissima fuerunt. Verùm felicitas ista non fuit diuturna. Post mortem Jeroboami regnum illud ab hoc culmine in præcipitium ruere cœpit ; primum excisa est illius domus; deinde Regnum.

Post interregni septennium, ejus filius *Zacharias*, post sex regni menses à *Shallumo* sublatus est.

*II Reg.15.19 Post *mensem Shallumi , regnavit Menhahem.* Tunc * *Phul, rex Assyriæ , invasit terram ; & Menhahem dedit ei mille talenta argenti, ut confirmaretur in regno.* Ex eo tempore regnum Samariæ Assyrio clientelare fuit. Ingruentibus Assyriis alterum Regnorum destructum est ; alterum tributo subjectum. Adeò instabilis fuit Ebræorum fortuna : florentes eos oppresserunt *Ægyptii*; reflorescentes , *Assyrii*.

Regnum X Tribuum non uno tempore excisum fuit. Tres erant exitii gradus ; tres Ebræorum deportationes. Prima fuit *Galilææ* μετοίκεσις; secunda , *Samariæ*; tertia demùm, *Judææ*. Unde (sub Templo Secundo) *Galilæa*, *Samaria*, & *Judæa* notissima fuerunt trium Provinciarum nomina.

Galilæa.

PEKA Rex Samariæ fœdus iniit cum *Rezine* rege Damasci, contra *Jothamum* regem Judæ , qui *Achazum* filium in societatem
a) II Reg.16.5 regni adhibuit. Illi junctis viribus a) *ascenderunt ad oppugnandum Hierosolyma , & obsederunt Achazum ; sed non potuerunt debel-*
b) Joseph. l. 9. c. 12. *lare* (b) διὰ τὴν τῶν τειχῶν ὀχυρότητα, *quod urbs esset egregie munita*) c) *Rex autem Syriæ ; Ailam restituit Syriæ* (urbs illa ad
c) II. Reg.16.6 mare Rubrum ; quam Azarias non ita pridem ædificaverat) *& ejectis Judæis, Idumæi habitabant in Aila, usque in hunc diem* ; id est, ad reditum è Babylone.

d) 7. Interea d) Achaz *nuncios misit ad Teglat-phul-azarum regem*
e) II. Reg.15. 29. *Assyriorum* ; qui contra Pekam e) *venit , & cepit Aion , & Abel, domum Maacha , & Janoe , & Kadesh , & Hazor , & Gilead , & Galilæam,*

lilaam, & universam terram Nephtalim, & transtulit eos in Assyriam. Scilicet (ultra Jordanem fluvium) a) *transtulit Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manassis; & abduxit eos in Hala, & in Habor, & Hara, & fluvium Gozan; usque ad hunc diem;* id est, ætatem Ezræ. a) I Chron. 5. ult.

Josephus deportationem hanc ita descripsit. b) *Theglaphalasser rex Assyriorum, Israelitas aggressus, subactâ Galaaditicâ regione; & quicquid trans Jordanem colitur; & viciná, quæ Galilæa vocatur, & Kydidâ* (Kades) *& Hazorâ, colonos abstractos in suum regnum traduxit.* b) Joseph. ib. c. 11. p. 310. e.

Ad hunc modum Regnum Samariæ, licèt non funditùs eversum, pessimè tamen mulctatum fuit; & ex notione *Limitis*, quem rex Assyrius novæ provinciæ imposuit, jam primùm enatum est *Galilææ* nomen; quæ paucos post annos ab Esaiâ appellatur c) *Galilæa Gentium.* Neque obstat, quòd loco jam citato, & in libro Josuæ non semel, vox d) *Galilæa* per prolepsin usurpetur. c) Esai. 9. 1. d) supr. p. 305.

Galilææ captivitas (quæ ruinæ Israeliticæ primus gradus fuit) triplici Regum charactere insignitur: contigit enim anno *Pekæ* 17; *Jothami,* 16; *Achazi,* primo; qui est Templi 260; Per. Jul. 3966; & primus VIII Olympiadis Vulgaris.

In eâdem hâc expeditione, Rex Assyriorum (Achazi precibus & muneribus accersitus) e) *ascendit in Damascum, & vastavit eam; & transtulit habitatores ejus in Kir; & occidit Rezin.* f) Τὺς Δαμασκηνὺς ἀπῴκισεν εἰς τὴν ἄνω Μηδίαν, καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν Ἀσσυρίων μεταστήσας τινὰς εἰς τὴν Δαμασκὸν κατῴκισε, *Damascenos traduxit in Superiorem Mediam, & quasdam Assyriorum gentes in Damasceno agro reposuit.* Kir itaque est *Media*; & Assyriis adhuc subjecta. Quod quidem Ctesianis *Medorum Regibus* fidem aufert, qui exuto *Sardanapalo*, g) jam diu regnâsse feruntur. Sic desiit regnum Damascenum; quod h) cœpit ante annos 280. e) II Reg. 16. 9 f) Joseph. ib. c. 13. g) Euf. n. 197 h) supr. p. 346.

i) *Hosea conjuravit contra Pekam; eique successit.* k) *Contra Hoseam ascendit Salman-azar rex Assyriorum; & Hosea ei servus factus est, reddiditq; illi tributum.* i) II. Reg. 15. 30. k) 17. 3.

Duplicem hujus Regis expeditionem innuit Josephus; Primam, quâ ille *Hoseam* l) ὑπήκοον ἐποιήσατο, καὶ φόρυς ἐπέταξεν l) Joseph. l. 9. c. 13.

ξεν αὐτῷ τελεῖν ὡρισμένους, *subjugavit, & tributa imposita pendere coegit*; a) Alteram, quâ obsessa est Samaria.

a) c.14.

Samariæ Captivitas.

b)II.Reg 17.4 CUM *rex* b) *Assyriorum deprehendisset in Hosea, quòd rebellare nitens, misisset nuncios ad Sua, Regem Ægypti; ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat; obsedit eum.*

Sub finem tertii obsidionis anni, *anno* (Achazi XII; Ezechiæ VI)
6. *IX Hosea, rex Assyriorum cepit Samariam, & transtulit Israel in Assy-*
18. 11. *rios, collocavitque eos in Hala, & in Habor, fluviis Gozan, & civitatibus Medorum*; quò non ita pridem alios è Galilæâ traduxerat *Teglat-phul-asar.* Medi enim ab Assyriis nondum defecerant.

Hunc finem habuit Regnum Israeliticum, postquam à schismate Jeroboami durâsset annos CCXXXVI. Et *Samaria* facta est altera Assyriorum provincia.

Annus Templi 272, Per. Jul. 3978 (quo Samaria capta est) est annus octavus Seculi proximi. Limitem paululum transgressi, duplicem Ebræorum Regum successionem absolvimus: quod reliquum est Æræ Templi, unâ *Judæ Regum* serie conficitur.

Parili ratione, de *Assyriorum Regibus* proxime dicturi, de iis (quos nominavimus) hic agere supersedemus.

ΠΟΛΥΚΟΙΡΑΝΙ'Η *Ægypti.*

EX istis quæ de *Thebanis regibus* (*Sesostre, Rhamse,* Amenophe, *Ramesse*) dissertata sunt, manifestum est Ægyptios olim Asiâ potitos fuisse; & vetustissimam eorum *Monarchiam* inter Maxima Mundi Imperia meritò annumerandam esse. Illius amplitudo locupletissimis testibus confirmata est; diuturnitas autem certò definiri non potest. Labente jam tandem fortunâ, immensa illa potentia intra Ægypti limites rursus redacta; & imperium, toto orbe splendidissimum, in minutulas quasdam Dominationes dissipatum est.

Quod autem in scribendis historiis plerumque evenire solet; ut quò turbatiores res sint, eò sit major dicendi copia; id quidem

dem in turbidisſimis hiſce Ægypti temporibus longè aliter accidit. Totum illud tempus, quod Græcis Μυθικὸν nominatur, huc uſque filo hiſtorico obivimus : quum jam ad intervallum illud devenimus , quod illis *Hiſtoricum* dicitur , obmuteſcit oratio ; recentiora vetuſtioribus incertiora ſunt : quæ occurrunt omnia, abrupta ſunt atque devia ; neque ſatis liquet, unde nobis denuò ſumendum ſit exordium.

Præſentem Ægypti ſtatum intellectu difficilem reddidit tùm injuria Temporis, tùm Auctorum diſcrepantia; de illâ fruſtrà querimur ; hæc autem paulò accuratiùs examinanda eſt.

Inſequentes Ægyptiorum Reges diverſos diverſi tradiderunt ſcriptores : inter eos tamen *Sabbacon Æthiops* ab omnibus agnoſcitur ; poſt eos demùm de *Pſammiticho* ejuſque poſteris benè convenit inter auctores. Ut igitur è tenebris aliquantulum lucis refulgeat, ſucceſſionis differentias uno intuitu luſtremus. Ex comparatione forſan elicienda eſt varietatis cauſa.

Herodotus. l. 2. c. 135.	*Diod. Siculus.* l. 1. p. 41. c.	*Dynaſtiæ Africani.* Dynaſt. Regum.	Annorum
Aſſychis.		XXI Tanitarum VII	130
		XXII Bubaſtitarum IX	120
		XXIII Tanitarum IV	89
Anyſis cœcus, qui fugit Sabbaconem.	*Bocchoris.*	XXIV *Bocchoris* Saita	6
Sabacos Æthiops.	*Sabacon* Æthiops	XXV Æthiopum III	
Anyſis iterum.		1. *Sabbacon*	8
Sethon , Vulcani ſacerdos.		2. *Sevechus*	14
		3. *Tarchus.*	18
XII Reges.	XII Reges.	XXVI Saitarum IX	
		1. *Stephinites*	7
		2. *Necepſos*	6
		3. *Nechao*	8
Pſammitichus.	*Pſammitichus.*	4. *Pſammitichus*, &c.	

Euſebium & Syncellum non adduximus, qui Africanum ſequuntur ; neque ad rem facit ; quòd illi Regum & annorum numeros

a) Sync. p. 52. a meros non rarò immutent. Non majoris momenti sunt a) *Veteris Chronici Dynastiæ* istæ apud Syncellum.

b) supr. p. 49. Herodotus (post b) excerptos quosdam *Thebæorum* Reges, & *Memphitarum* quosdam) *Asychin* habet & *Anysin*. Ille fortasse
c) L. 1. p. 59. d. idem est, qui c) Diodoro, inter Legislatores Ægyptios, *Sasychez* vocatur: Legislatio Novi regni auctori non disconvenit; nisi ma-
d) Herod. l. 2. c. 135. vis *Sasychem* esse *Sesac*, *Sesostrim*. Cave autem, ne putes d) *Asychin successorem Mycerini* Memphitæ fuisse.

e) Ib. c. 137. e) *Regnante in Ægypto Anysi cæco, qui ex urbe Anysi fuit, Sabacon rex cum magna Æthiopum manu excurrit in Ægyptum. Cæcus hic fugit in palustria: Æthiops regnavit in Ægypto.* Manifestum est *Anysim* huic *Sabbaconi* σύγχρονον fuisse; tàm ex fugâ;
f) Ib. c. 140. quàm quòd delituerit f) *in Elbo insula*, usque ad Æthiopis decessum.

g) Diod. l. 1. p. 41. c. Diodorus Siculus (qui in Ægypti regibus Herodotum sequi solet) omissis duobus istis Regibus, g) *Bocchorim* recenset & πολλοῖς ὕστερον χρόνοις *Sabaconem*. Quod festinanter dictum est; cùm sine dubio *Bocchoris* eodem tempore in Ægypto regnaverit, quo *Sabacon* incursionem fecerit. Africanus enim, & post eum
h) Sync. p. 74. Eusebius & Syncellus, dicunt h) *Sabaconem Bocchorim combussisse vivum.* Infelix exitus certissimum est Synchronismi argumentum.

Viginti superiores Africani Dynastias anteà tetigimus; sex insequentes libenter adjicimus; ut prochronismis, quibus res Ægyptiacæ depravantur, sit tandem finis. A *Psammitichi* regno delirare definit Africanus. Non magna est deinceps sententiarum discrepantia. Duæ sunt hic insititiæ *Tanitarum*
i) supr. p. 251. Dynastiæ; i) nos illas temporibus suis restituimus, & *Tanitis* *Regibus* addidimus.

Bubastitarum Dynastiam, inter Thebanos & Æthiopas stationem suam servare, non est incongruum. Tres sunt istius Dy-
k) p. 371. nastiæ Reges; de quibus, præter nuda nomina, nihil superest. Urbs erat *Bubastus* Inferioris Ægypti; & Nomi, k) *Calasiriu* assignati; caput.

Bocchoris Rex suam habet *Dynastiam*; & *Æthiopes*, suam. Sequitur *XXVI Saitarum Dynastia*, in quâ *Nechus Rex* est tertius cui successit *Psammitichus* ejus filius. Hoc pacto *Nechus* ille Bocche-

Bocchoride septimus numeratur; octavus quidem Eusebio & Syncello, qui quatuor habent Æthiopas. Verùm ista καθ' ὕστερον πρότερον recitantur. Tres illi *Saitarum* reges qui sequuntur *Æthiopas*, ante illos collocari debuerunt. *Nechus* enim Psammitichi pater *Bocchoridi* æqualis fuit: eadem utriusque ætas, idem fuit utriusque infortunium. Nam a) *Nechum Psammitichi patrem interemit Sabacon Æthiops, à quo Psammitichus aufugit in Syriam.* a)Herod. l. 2. c. 152.

Cum igitur *Sabacon Æthiops* (Ægyptum occupans) *Anysim* regem in palustria pepulerit; *Bocchorim regem* ceperit; *Nechum regem* sustulerit; manifestum est, sub ejus adventum, Reges diversos, in diversis Ægypti partibus, simul regnâsse.

Qui fuerit contemporaneorum horum Regnorum numerus, non est definire. Verisimile est, plura fuisse, quàm quæ eruimus. Ejusdem temporis (id est, ante *Æthiopum* invasionem) fuit *Dynastia Bubastitarum*; & *Thebanorum* regnum (si qua fides XX Africani Dynastiæ) nondum desiit; licet hisce temporibus valde imminutum, & intra angustos limites redactum esse videatur. Post Æthiopum decessum, Δωδεκαρχίαν testantur Herodotus & Diodorus; neq; nota sunt istorum regum nomina.

Πολυκοιρανίη tàm ante Sabaconis adventum in Ægypto obtinuit, quàm post ejus reditum: non unus fuit horum temporum status; non longus multiplicatorum Dominorum principatus. Ægyptus disjunctis viribus externos impetus avertere non valuit; sed ab hostibus oppressa, servituris jugum aliquandiu pertulit. Cedente *Sabacone*, rediit Regulorum dominatus; quorum potentia citò *Psammiticho* cessit.

De causis horum motuum siletur apud Veteres: obscura est Regulorum (de quibus agimus) origo; neque satis constat quo casu contigerit *Thebanarum* rerum conversio. Illæ quidem majores fuisse videntur; quàm ut vi extraneâ subverterentur. Si conjecturæ sit locus; equidem *Thebanum Imperium* seditione intestinâ corruisse existimo.

De militari Ægyptiorum ordine, à Sesostre instituto, in Nomis Inferioris Ægypti collocato, & feudis patrimonialibus donato, jam pridem b) verba fecimus. Verisimillimum est, b)supr. p. 359 Milites illos opulentos, superbos, seditiosos, sibimet ipsis No-

Ooo mos

mos hos Inferiores asseruisse; & spretâ Majestate Thebanâ, potestatem Regiam usurpâsse. Præsertim cùm illi in urbe *Sai*, in *Bubasti*, aliisque *Inferioris* Ægypti partibus, Regnorum suorum sedes habuerint.

De Δωδεκαρχία, suo loco: hic illorum Regum, qui ante *Æthiopum* tyrannidem contemporanei fuerunt, Synopsin accipe.

Saitæ	an.	Bubastitæ.	an.			Thebani.
Stephanathis	7	*Sesonchis*	21			
Necepsos	6	*Osorthon*	15	*Tnephachthos.*	*Asychis.*	Ἀνώνυμοι
Nechus	8	*Tacellothis*	13	*Bocchoris.*	*Anysis.*	

Saitis primum locum dedimus; quòd ad eos tandem summa rerum devoluta; & *Sais* totius Ægypti Metropolis fuerit.

Cùm verò in laterculis singulis non plures quàm duo aut tres Reges contineantur, qui annos 50 non attingunt; inde judicium facere licet, de parili temporis spatio, quod inter *Thuorim* Thebanorum ultimum intercesserit, & invasionem Æthiopicam. Nisi mavis *Ammenemem* & *Thuorim* locum suum inter hos Regulos capessere.

Ex istis Regibus, non sunt leviter prætereundi *Necepsos* & *Bocchoris*. Ille ob Cœlestem scientiam; hic, ob prudentiam insignis fuit.

Necepsos Rex.

a) Epist. 19. PAulinus, apud a) Ausonium (*Suetonii* historiam de *Regibus* in epitomen referens) ex omnibus Ægypti regibus, duos tantùm (tanquam illustriores) nominat; spretâ temporis ratione.

Quique Magos docuit mysteria vana Necepsos;
Et qui regnavit sine nomine mox Sesoostris.

Sesostris armis inclytus, & imperio splendidus erat. *Necepsos*, partiarius cùm esset Inferioris Ægypti Regulus, maximus tamen habebatur Sideralis scientiæ instaurator. Quæ b) Mercurius Primus

b) supr. p. 37.

mus olim excogitaverat; quæ a) Secundus in templorum adytis repoſuerat; Rex hic in praxin uſumque hominum traduxit. *Magos docuiſſe* dicitur; non quòd illi eſſent hujus auditores (*Magorum* enim nomen, Perſis proprium, nondum innotuit, & cum Cyri victoriis demùm inclaruit) ſed quod *Magi*, poſt ſubactam à Perſis Ægyptum, ex hujus Regis ſcriptis doctrinam Genethliacam hauſerint.

Ipſi quidem Babylonii hoc non agnoſcunt, qui artem iſtam Zoroaſtri b) attribuunt. Anonymus (apud c) Suidam) Πρῶτοι Βαβυλώνιοι ἐφεῦρον διὰ Ζωροάστρου, μεθ' ὃν καὶ Ὀστάνης· οἱ ἐπέστησαν τῇ οὐρανίᾳ κινήσει τὰ περὶ τοὺς τικτομένους συμβαίνειν· ἀφ' ὧν Αἰγύπτιοι καὶ Ἕλληνες ἐδέξαντο, Aſtronomiam *Babylonii primi invenerunt per Zoroaſtrem; quem ſequutus eſt Hoſtanes; qui animadverterunt à cœleſti motu manare ea quæ naſcentibus accidunt; à quibus Ægyptii & Græci acceperunt* doctrinam iſtam, *& natos ad aſtrorum motus referunt.* Verùm Zoroaſtres & Hoſtanes non tam apud Babylonios inclaruerunt, quàm apud Perſas. De Græcis quidem rectè dictum, illos artes Aſtrologicas (etiam & Magicas, uti d) diximus) à Babyloniis & Perſis accepiſſe: De Ægyptiis autem non rectè; niſi inſtaurationem Scientiarum intelligas, quæ in Ægypto contigit poſt deſtructum Perſarum Imperium. Quamdiu enim Ægyptus à Perſis ſervitute premebatur, exulantes artes, cum Imperio, Babylonem migràſſe videntur; illas autem in Ægypto, non in Babyloniâ, natas fuiſſe conſtat. e) Herodotus aſſerit, *ab Ægyptiis excogitatum eſſe quis menſis, dieſve, cujuſq; ſit Deorum* (f) id eſt Planetarum) *& quo quis die genitus, qualia ſortietur, & quam mortem obibit, & qualis vixerit.* Tantundem Clemens g) Αἰγύπτιοι πρῶτοι ἀστρολογίαν εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν ὁμοίως δὲ καὶ Χαλδαῖοι, *Ægyptii primi aſtrologiam inter homines intulerunt; ſimiliter & Chaldæi.* Herodotus quidem ipſo Hoſtane non fuit ætate inferior. Natus enim anno ſecundo poſt mortem Darii, h) *initio belli Peloponneſiaci, agebat annum quinquageſimum tertium.* Hoſtanes autem erat ex Magis recentioribus; cùm illis nomen dederit. i) Ὀστᾶναι πρῶτοι παρὰ Πέρσαις Μάγοι ἐλέγοντο· κατὰ διαδοχὴν Ὀστᾶναι, *Hoſtanæ quondam apud Perſas vocabantur Magi; per ſucceſſionem Hoſtanæ.* Qui primùm *Magi*, poſtea *Hoſtanæ* dicti ſunt. k) *Oſtanes Medus* (circa Olympiadem LXXX) *Sacerdoti-*

a) --p. 240.
b) --p. 145.
c) In Ἀστρον.
d) ſupr. p. 145.
e) L. 2. c. 82.
f) ſupr. p. 197.
g) Strom. l. 1. p. 306. c.
h) Au. Gell. l. 15. c. 23.
i) Suid. in Oſt.
k) Syncell. p. 248. b.

dotibus in Ægypto præfuit : Siquidem *Democritus Abderita ab eo initiatus fuerit.*

a) L 36. p. 37. d supr. p. 197. a) Dio Cassius dicit, *dispositionem dierum ad VII Planetas, inventum fuisse Ægyptiorum* ; *sed in omnes tamen homines non ita pridem vulgari cœptum : certè veteribus Græcis omninò incognitum fuisse.* Et Philastrius Brixiensis b) expressè asserit, ipsum *Hermen definivisse, secundum VII stellas hominum generationem consistere.*

b) Hæres. n. 111

Mysteria autem ista, quæ Magi ab hoc Rege didicerunt, non tam artis genethliacæ secreta denotant (licet etiam jurejurando cautum sit, c) *ne hæc profanis vel imperitis auribus intimentur*) quàm ritus quosdam mysticos, qui ἀστροθύταις, *Astrorum sacrificulis*, solennes fuerunt. Astrologi enim Planetas, velut Deos, adorabant.

c) Jul. Firmic. l. 7. præfat.

Eusebius, ex Porphyrio, profert Apollinis oraculum; quo præcepta est Planetarum invocatio per dies singulis cognomines.

d) Pr. Evang. l. 5. c. 14.

d) *Invoca Mercurium ; & pariter Solem die Solis ;*
Lunam itidem, cum aderit ejusdem dies ;
Et similimodo Saturnum, & Venerem
Κλήσεσιν ἀφθέγκτοις ἃς εὗρε Μάγων ὄχ' ἄριστος
Τῆς ἑπταφθόγγου βασιλεὺς ὃν πάντες ἴσασιν.
Invocationibus arcanis, quas invenit Magorum optimus,
Septisonæ rex, quem omnes norunt.

Ostanem intelligi dixerunt, qui aderant. Addidit Oraculum;

Καὶ σφόδρα καὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ θεὸν ἑπτάκι φωνεῖν.
Et valdè, & singulatim semper deum septemplici voce.

Magica hæc disciplina, non tantùm per singulos VII Deorum dies, sed etiam per septemplicem ritûs repetitionem usitata est. Jarchas Brachmanus Apollonio Tyanæo dedit e) *septem annulos septem stellis cognomines ; quos Apollonius gestavit singulos, secundùm dierum nomina.*

e) Philost. l. 3. c. 13.

Scaliger putat, *Ostanem*, jam dictum, fuisse regem Babylonis. f) Βαβυλὼν *enim est* ἑπτάφθογγος, *hoc est, septem literarum.* Parili ratione, cum *Ægyptus* sit vox septem literarum, Necepsos, rex Ægy-

f) Proleg. Emend. Temp. p. 47.

Ægypti, Ostanis Magorumque præceptor, meritò dici potest *Magorum præstantissimus.* De regno Ostanis omninò non constat: neque in Oraculo intelligitur alteruter. Βασιλεὺς τ ἑπταφθόγγε is est, qui a) Æschylo dicitur, a) Ἑπτ. ἐπὶ. Θηβ. v.739.

——— ὁ σεμνὸς Ἑβδομαγέτας
Ἄναξ Ἀπόλλων ——— *Venerandus Hebdomagetes,*

Rex Apollo——— Ἑπτάφθογγος est VII orbium cœlestium harmonia; cui (secundum veteres) præfuit Apollo. Proclus, in b) Timæum Platonis, cùm dixisset, Τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἑπτάδα ἀνέθεσαν, ὡς συνέχοντι πάσας τὰς συμφωνίας, *Septenarium dedicârunt Apollini, veluti ei, qui concentus universos complecteretur.* Addit, Διὸ καὶ Ἑβδομαγέτην ἐκάλουν τὸν θεόν, *Quapropter Deum vocabant Hebdomagetam,* Septenarii principem. Sol etiam ex Ægyptiorum Theologiâ *Rex* denotatur. c) Τῶν ἑπτὰ ἡγεῖσθαι μὲν τὸν Ἥλιον καὶ τ Σελήνην οἴον), *Solem & Lunam septem stellis præesse arbitrantur.* d) Παρ' ἣν αἰτίαν οἱ Αἰγύπτιοι βασιλεῖ μὲν ϛ δεξιῷ ὀφθαλμῷ ἀπεικάζουσι τὸν Ἥλιον. βασιλείᾳ δ' ϗ ἀριστερῷ ὀφθαλμῷ τὴν Σελήνην, ῥαβδοφόρους δ' τοὺς πέντε ἀστέρας τῷ δ' λοιπῷ λαῷ τοὺς ἀπλανεῖς: *Quam ob causam Ægyptii Solem Regi & dextro oculo assimulant; Lunam autem Reginæ, & sinistro oculo; quinque stellas, lictoribus; cæteras inerrantes, reliquo populo.* e) *Lyrâ Apollinis chordarum VII tot cœlestium sphærarum motus præstat intelligi, quibus Solem moderatorem natura constituit.* Neque obstat, *Magum* ab Oraculo nuncupari; cùm f) Porphyrius eodem loco dicat, *Deos futura præmonstrantes* εἶναι αὐτοὺς ἄκρους τε Μάγους, καὶ ἄκρους Γενεθλιαλόγους: *esse ipsos summos Magos, summosque Genethliacos.* Sed revertamur.

b) L. 3. p. 200. lin. 28.
lin. 30.
c) Sex. Empir. adv. Mathem. l. 5. p. 114. d.
d) Ibid. e.
e) Macrob. l. 1. c. 19.
f) Euf. loc. cit.

Huic Regi apud auctores plerumque præponitur *Petosiris.* g) Plinio non semel *Petosiris & Necepsos memorantur.* Illum ex nomine Ægyptium, ex eruditione sacerdotum fuisse colligimus. *Extat* (inquit h) Reinerus Reineccius) *Petosiris Ægyptii liber ad Necepso regem in Bibliothecâ Carpensi; & S. Angeli.* Sanè ambos eodem tempore vixisse verisimile est: utrosque Astrologiæ præcepta scriptis tradidisse constat. Νεχεψὼς ὁ βασιλεὺς citatur i) Galeno. Exegesis in *Tetrabiblum Ptolemai* (Proclo tributa) ad

g) L. 1. c. 13. L. 7. c. 49.
h) Hist. Juliæ, part. 1. p. 269.
i) De Simpl. l. 9. c. 14.

 ista;

a) L.3.p.111. ista; a) Τὰ ὑπὸ τοῦ Παλαιοῦ, περὶ κλήρου Τύχης, γεγραμμένα, *Quæ ab Antiquo, de sorte Fortunæ, scripta sunt*; Adjicit; Λέγει δὲ παλαιὸν τὸν Νεχεψὼ καὶ Πετόσιριν. Οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸ διὰ ἀστρολογίας ἐξήπλωσαν προγνωστικόν, *Antiquum autem nominat Necepso & Petosirim. Illi enim primi Astrologicas prædictiones explicarunt.* Et paulò pôst, ad id, b) Παρὰ τῷ Συγγραφεῖ, *Apud*

b) Ib. p. 112. *scriptorem*: Τῷ ἐπὶ ἀρχῆς τοῦ ἐξ ἀρχῆς συγγραψαμένῳ. Τινὲς δέ φασιν ὅτι τὸν Νεχεψὼ αἰνίττεται ὃς πρῶτος ἐζήτησε τοιαῦτα θεωρήματα, καὶ συνέγραψε, *Hoc est, apud eum qui initio scripsit. Quidam autem ajunt, Necepsonem intelligendum esse; qui talia præcepta primus indagârit & conscripserit.* Porphyrius etiam, c) εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν Ptolemæi, *Petosirin* citat. Ante hos omnes, *Petosiris* meminit *Aristophanes in Danaidibus* (apud d) Athenæum)

c) Ib. p. 194.
d) Deipnos. l. 3. p. 114.

Καὶ τὸν κυλλάστιν ὀθίζου, καὶ τὸν Πετόσιριν.
Et cyllastim loquere, & Petosirin.

e) Ibid. Quid autem ad *Potosirin* κυλλάστις? Nisi forsan existimemus illum victûs purioris observantissimum fuisse. e) Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑπόξυζοντα ἄρτον κυλλάστιν καλοῦσι, *Ægyptii subacidum panem cyllastin vocant.* Quod ab f) Herodoto sumptum: Ἀρτοφαγέουσι δὲ ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι. *Pane vescuntur, quem ex olyris (sive zeâ) conficiunt; eum Cyllestin nominant.* Inde Hesychius Κυλλάστις ἄρτος ὡς ἐν Αἰγύπτῳ ὑπόξυζων ἐξ ὀλύρας. Neque aliter Pollux. g) Αἰγύπτιοι τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηγμένους ἄρτους καλλιστεῖς ὠνόμαζον, *Ægyptii panes subacidos vocant Callistes* (nomen enim variè scriptum est.) Interpres vertit *Panes in acutum tendentes*; Casaubonus h) *fastigiatos, vel turbinatos*: mihi ὀξώδης, *acidus* panis intelligi videtur; cui hyssopi commixtus, ob vim mundatricem; de quo, ex Chæremone, i) Porphyrius.

f) L. 2. c. 77.
g) L. 6. c. 11.
h) In Athen. p. 220.
i) Supr. p. 212.

Vettius Valens, Astrologus Antiochenus, nondum editus (is forsan qui jussu Constantini Magni Novæ Romæ thema natalitium constituit; ideoque k) Michaeli Glycæ dictus, ὁ τῶν Ἀστρονόμων ἀκριβέστατος) in primo Ἀνθολογιῶν *Floridorum*, utrosque hos veteres Scriptores in suam sententiam adducit. Ὁ Βασιλεύς, inquit, ἐναρχόμενος ἐν τῇ ιγ΄ βίβλῳ μυστικῶς ἐδήλωσε λέγων, &c. Dein,

k) Annal. part. IV. p. 249.

Dein, Ὁμοίως ἢ καὶ ὁ Πετόσιρις ἐν τοῖς ὅροις ἐδήλωσε τ̀ τόπον. *Regis librum XIII* citat; & *Definitiones Petosiris*. *Rex* autem hic ἐναρχόμενος dicitur, quòd primus fuerit Astrologicæ doctrinæ præceptor. Ex eodem hujus Regis libro XIII desumpta sunt, quæ Valens tradidit *de Sorte Fortunæ*. Totum lemma à Seldeno a) editum est. a) Ad Marm. Arundel.p.130

Quot Sortes (sive genituræ præsides) statuerit Necepso, non liquet: Valenti autem illæ quatuor sunt; ὁ κλῆρος τ̀ τύχης, ὁ Δαίμων, ὁ Ἔρως, & Ἀνάγκη. Easdem ex Ægyptiorum disciplina recenset Macrobius (de Mercurii Caduceo agens) b) *Ægyptii Deos præstites homini nascenti quatuor adesse memorant*, δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην, *& duos priores Solem & Lunam intelligi volunt -- Amor Osculo significatur, Necessitas Nodo.* Apud Jo. Picum Mirandulanum, ex Hermete Ægyptio, sunt Sortes Planetarum singulis. Saturno, Νέμεσις; Jovi, Νίκη; Marti, Τόλμα; Soli, Ἀγαθοδαίμων; Veneri, Ἔρως; Mercurio, Ἀνάγκη; & Lunæ, Ἀγαθὴ τύχη. b)Saturn. l.1. c.19. Adv. Astrol. l.6. c.18.

Ptolemæus Sortes omnes rejicit, ut inutiles, præter *Sortem Fortunæ*, vetustissimo dogmate nixam. Ipse Valens (neglectis *Amoris* & *Fati*, id est, Veneris & Mercurii sortibus) binas tantùm *Genii* & *Fortunæ*, id est, Solis & Lunæ retinet; hanc corporis, illam animæ præsidem constituens. Neque sanè mirum est, Conjecturalis Artis Magistros non consentire.

c) Julius Firmicus, qui post Manilium artem hanc Latine docuit, *ut Romanis hominibus novi operis traderet disciplinam*, opus suum Mavortio Lolliano dedicavit, qui fuit Præfectus Prætorio Orientis, sub Constantino Augusto. Ille duo egregia veteris hujus Regis commenta magnopere celebrat, *Mundi genituram*, & *Zodiaci Decanos*. De istâ, d) *Divini*, inquit, *illi viri, atque omni admiratione digni, Petosiris Necepsoque quorum prudentia ad ipsa secreta Divinitatis accessit, etiam Mundi Genituram divino nobis Scientiæ Magisterio tradiderunt --- e) sequuti Æsculapium & Anubium, quibus potentissimum Mercurii numen istius Scientiæ secreta commisit.* Et paulò pòst, f) *Ut esset, quod Mathematici in genituris hominum sequerentur exemplum, ideo hanc quasi genituram mundi, divini viri prudenti ratione finxerunt.* De Decanis verò: g) *Singula*, inquit, *Signa tres habent Decanos. Sunt autem Decani, magni nu-* c)In fine operis. Præf. oper. d)Præf.l.3. e)Ibid. c.1. f) Ibid. g)L.4.c.16.

mi-

minis & potestatis , per ipsosque prospera omnia ac infortunia decernuntur. Sic & Necepso, Ægypti potentissimus Imperator, optimus quoque Astronomus , per ipsos Decanos omnia vitia valetudinesque collegit ; ostendens , quam valetudinem quis Decanus efficeret : quia una natura ab aliâ vincitur, unusque Deus ab altero. Ex contrariis ideo naturis , contrariisque potestatibus, omnium ægritudinum medelas, divinæ rationis magisteriis , adinvenit. XXXVI itaque Decani omnem Zodiaci possident circulum, ac per XII Signorum numerum , Deorum , seu Decanorum hæc multitudo dividitur. Reliqua apud Firmicum legenda. a) *Sed magnus ille Petosiris hanc partem leviter attigit ; non quòd etiam eam nesciret , qui jam ad omnia Divinitatis secreta accesserat : sed eam pleniùs docere noluit , ne immortalem operis sui disciplinam in posteros relinqueret.* b) *Istum etiam de parte nonagesimâ , quæ à Græcis* ἐννενηκοντάμερος *dicitur, tractatum Petosiris invido voluit livore celare.* c) *Hunc autem locum divinus ille Necepso, ut remedia valetudinum inveniret , diligentissimè quidem, ut divinum tanti viri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicavit.* Veteribus autem his parùm cognita fuerunt ista , quæ Firmicus libro VIII differit , *De Sphæræ Barbaricæ apotelesmatibus* (d) Sphæra Ægyptiaca Barbarica dicitur, ad differentiam Græcanicæ.) e) *Neque enim* , inquit , *divini illi viri , & sanctissimæ religionis antistites , Petosiris & Necepso , quorum alter imperii gubernacula tenuit , cùm omnia quæ ad hujus artis pertinent disciplinam, diligentissimis ac veris interpretationibus explicâssent, id quod nos edituri sumus , invenire potuerunt.* Ista Firmicus ab aliis didicit. Ille enim *in* f) *suis perscripsit libris omnia, quæ Æsculapio Mercurius Annubiusque tradiderunt ; quæ Petosiris explicavit , & Necepso ; quæ Abraham , Orpheus , & Critodemus ediderunt , cæterique omnes hujus artis antiscii , perlecta pariter atque collecta, & contrariis sententiarum diversitatibus comparata. Ut quicquid divini Veteres ex Ægyptiis adytis protulerunt , ad Tarpeiæ arcis templa perferret.*

a) L. 4. c. 16.
b) L. 8. c. 1.
c) L. 8. c. 3. fine
d) Scal. in Maniliū, l. 5. initio
e) L. 8. c. 5.
f) Præf. l. 4.
Præf. l. 5.

Necepsos itaque rex Ægyptius Astrologiæ Judiciariæ auctor habendus est omnium vetustissimus.

Frustra Græculi Astrologos dodecatemoria cœlestia ab g) Homero didicisse volunt ; qui *dies XII* itineri , *Deorumque singulis domus à Vulcano factas* tribuit. Eustathius in locum , γρά-φει

g) Iliad. I. v. 493. & 607.

φασιν οἱ παλαιοὶ, ὅτι πρῶτος Ὅμηρος ἔοικε τοῖς ἀπὸ μαθημάτων ἀφορμὴν τῆς τοιαύτης δόξης. Sanè Consentûm Deorum numerus Ægyptiis ab antiquitate intimâ receptus est. Secundùm Sacerdotes, a) *Sunt anni 17000 ad Amasim regem, ex quo è Diis VIII facti sunt XII.* Ab isto Deorum numero manârunt loci duodecim in themate genethliaco; quos Chaldæi ab Ægyptiis accepisse videntur, non tamen absque aliquâ discrepantiâ. *Ratio Chaldaica secundùm Trigona disposita, simplicior est & magis persuasibilis.* Quod docet Ptolemæus, περὶ τῶν ὁρίων disserens, *de finibus* Planetarum, ad utriusq; gentis disciplinam terminatis. a)Herod.l.2. c.47. & 145.

Neque satis convenit prisco illi Jacobi Patriarchæ ævo, ut Leæ mulierculæ parturienti Zilphæ gratulantis acclamatio intelligatur de *Sorte Fortunæ*, juxta Astrologorum placita. Nulla enim est adeò vetusta Syriacæ artis notitia; nisi velimus illis assentiri, qui Mathesin omnem Sethio acceptam ferunt. Quæ tamen eâ de rescripsit b) Vir omni laude major, admodum erudita sunt, lectuque dignissima. Genes, 30. 11. b)Selden.de Diis,p.82.92.

Astrologica hæc divinandi ratio, in Ægypto excogitata, dein à Chaldæis ad Græcos derivata, c) *plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque seculis valuit* --- d) *nullo non avido, futura de sese sciendi, atque ea è cœlo verissimè peti credente.* Cæterùm tanta vetustas, tantumque populorum studium artem fallacem, irritam, inanem esse arguunt; cùm illa non minùs hodiè incerta sit, quàm olim; neque adhuc inveniri possit ullum, cui innitatur, veritatis fundamentum. c)Plin.l.30.c.1 d) Ibid.

Bocchoris Rex.

CRudelissimam hujus Regis necem narravimus; quem tamen meliori fato dignum existimare licet. Ille enim magnam suarum virtutum laudem assecutus, inter optimos Ægypti Reges numerandus est.

Africanus, huic Regi totam *XXIV Dynastiam* attribuit; cùm tamen constet, illius *patrem* ante eum regnâsse. De Patris verò nomine non satis convenit; qui aliis Γνεφαχθῶ, aliis Τεχνατὶς, aliis Νεόχαβις vocatur. e) Diodorus obiter tradit, Βασιλεύσαντα Γνεφαχθῶ τὸν Βοκχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα, Gne- e) L.1. p.59.

phactbum Regem Bocchoridis Sapientis patrem, exercitum in Arabiam duxisse. De eadem expeditione a) Plutarchus, *Technatis Bocchoreos pater, cùm in Arabes expeditionem faceret, morarenturque impedimenta, cibo obvio suaviter usus, cepit super toro profundum somnum: Inde Menem execratus est, & Sacerdotibus approbantibus, execrationem in stela incisam posuit. Columna hæc, in qua execratio in Menem Regem, qui primus Ægyptios à tenui, & opum pecuniaque non indigente victûs ratione deduxisset, Thebis posita fuit in templo* Jovis. An igitur *Thebanus* Bocchoris, qui Africano *Saita* dicitur? Execratio autem ista b) *in causa fuit, ne honores Meni in posterum perdurarent.* Alexis, apud c) Athenæum, patris filiique abstinentiam, sub alio adhuc nomine, prædicat: Ἔφη μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν, *Dicit modico victu usos fuisse Bocchorim ejusque patrem Neochabim.*

a) De Iside, p. 354.
b) Diod. ib.
c) Dipn. l. 10. p. 418. c.

Celebratur Bocchoris, tum ob Prudentiam, tum ob Justitiam. Τοῦ Σοφοῦ cognomen meruit; d) *corpore quidem debilis, sed animo præstantissimus. Legislator erat prudens & solers.* Ille fertur τὰ περὶ τοὺς Βασιλεῖς πάντα, *Constituta de Regio munere*, καὶ τὰ περὶ τῶν συμβολαίων ἐξακριβῶσαι, *& de exacto Contractuum modo præscripsisse. In Judiciis adeò perspicax fuit, ut multa ejus Decreta, propter excellentiam, ad nostra usque* (Diodori) *tempora memorentur: Moribus autem fuit avarissimus.*

d) Diod. l. 1. p. 59. d.

Diodorus, l. 1. *p.* 50. b.

Τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων νόμους Βοκχόριδος εἶναί φασι.	*De Commerciis, has leges à Bocchoride latas asserunt.*
Προστάττουσι τοὺς μὲν ἀσυγγράφως δανεισαμένους, ἂν μὴ φάσκωσιν ὀφείλειν, ὀμόσαντας ἀπολύεσθαι τοῦ δανείου.	*Mandatur, ut si quis, pecuniis mutuò acceptis absque Syngrapho, se debere neget, interposito juramento, absolvatur à debito.*
Τοὺς δὲ μετὰ συγγραφῆς δανείσαντας ἐκώλυε διὰ τοῦ τόκου τὸ κεφάλαιον, πλεῖον ποιεῖν ἢ διπλάσιον.	*At per interventum Syngraphæ fænerantes, ultra duplum per usuram augere sortem vetabat.*

Τῶν δὲ ὀφειλόντων τὴν ἐκπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς οὐσίας μόνον ἐποιήσατο, τὸ δὲ σῶμα κατ' οὐδένα τρόπον εἴασεν ὑπάρχειν ἀγώγιμον.

Et de obæratorum facultatibus duntaxat usuras exigere; sed corpus nullo modo in nexum ducere concedebat.

a) *Hanc legem Soloni Athenis invexisse videtur, quam Σεισάχθειαν nominavit*, id est, *onus excussum*; *qua cives universos ab ære alieno, in corporis nexum credito, liberavit. Et quidam non immeritò culparunt Legislatores Græcos, quod vetuerint, ob fœnus pignori capere arma, aratrum, aliaque operi faciundo necessaria; sed eos, qui illis uti debebant, nectendos permiserint.* a) Diod. l.1. p.50.b.

Justitia hujus Regis, tanquam divina, honorabatur. b) *Bocchoridi Ægyptio, qui natura asper erat, Aspidem ab Iside missam ferunt, quæ capiti supernè circumvoluta obumbraret, ut judicaret juste.* Ægyptii enim c) *Aspidem* in honore habent; in eâ *obscuram quandam Divinæ potentiæ imaginem conspicati; sicut Solis, in stellis solent.* b) Plut. περὶ δυσωπίας, p.529. f. c) Id. de Iside, p.380. f.

d) *Bocchoris Ægyptiis jura constituit; sub quo & agnus locutus est.* Hujus portenti, tanquam fabulæ, meminit e) Ælianus; agnum illum *bicipitem & quadricornem, duas caudas, octo pedes* habuisse refert. Atque hinc Homerum poëtam, qui Xantho equo sermonem largitus est, excusandum putat. f) Idem tradit, hunc Regem taurum ferum Mnevidi immisisse; quem tamen Mnevis interemit. Ob id, inquit, *oderunt illum Ægyptii.* Neque hinc satis est causæ, cur omnis ab eo justitiæ gloria abjudicaretur. Bocchoris enim (ipso Æliano teste) δίκαιος τὸ ἐν ταῖς κρίσεσιν ἔδοξε, καὶ πρὸς τὸ θεῖον τὴν ψυχὴν κεκοσμημένος: *existimabatur justus in judiciis; & puro in Deum animo.* d) Eus. Chron. n. 1236. e) de Animal. l.12.c.3. f) Animal. l.11.c.11.

Manasses ad hunc Regem refert id, de puerorum tacito per capras lactatu, quod g) Herodotus de *Psammiticho* narraverat. g) L.2. c.2.

h) Καὶ γὰρ καὶ Βόκχορος, φησὶν, κράτωρ Αἰγυπτίων
Ἀπὸ ψελλίσματός τινος ἑνὸς ἀφώνου βρέφους
Τὴν παλαιοτέραν πάσαν διάλεκτον ἐπέγνω.
Nam & Bocchoris, ajunt, Rex Ægyptiorum,
De balba quadam infantis voce,
Linguarum omnium antiquissimam agnovit.
h) Histor. P.187.Gr.

Βέκκος, sive κεκὸς fuit vox caprarum & infantium, teste Herodoto, agni autem dictum quis dicet?

Lysimachus, aliique veterum, Exodum Israelitarum ex Ægypto, duce Mose, ad hujus Regis tempora a) perperam ded[uxerunt]. *Hoc est*, ait b) Josephus, *ante annos MDCC.* Qui[bus] calculis *Bocchoris* factus est *Mose* longè vetustior. Hierosolyma à Tito capta sunt, anno Per.Jul.4783; deme 1700, habes ann[um] 3083. Moses eduxit Israelitas anno Per.Jul.3227.

a) supr.p.140.
b) c.Apion. l.2. p.1061.d.

Sabacon Æthiops.

SEsostris Ægyptius Æthiopiam pridem subjugavit, & ad [m]are Atlanticum, c) *ad Mossyliten usque portum exercitum du[xit]*. Sabacon Æthiops Ægyptum, jam disjunctis viribus debilitatam, occupat. d) *Ægyptiorum bellis attrita est Æthiopia, vicissim i[m]peritando, serviendoque.*

c) supr. p.373.
d) Plin. l.6. c.29.

Sub adventum Rex hic crudelitate barbarus erat: habeb[a]tur nihilominùs e) εὐσεβείᾳ καὶ χρηστότητι πολὺ διαφέρων τῶν πρὸ [αὐτοῦ] *pietate & benignitate antecessoribus superior.* Humanitatis [argu]mentum dedit, quòd capitalium facinorum reos non addixe[rit] morti, sed aggeribus; atque eo modo f) *urbes, maximè Bubas[ti], sublimiores factæ sunt, quàm pridem à Sesostre.* Summa illius p[ie]tas ex eo colligitur, quòd, somnio monitus, *ultrò concessit ex Æ[gy]pto, quum regnâsset ibi annos* 50.

e) Diod. l. 1. p.41. c.
f) Herod. l. 2. c. 137.

g) *Ex Sacerdotum libro recensebantur Ægypti Reges* 3[3]*, quorum* 18 *fuerunt Æthiopes.* Uterque numerus nimius videt[ur]. An veteres illi *Reges IX Elephantini* (quos h) recitavimus) [pro]pter vicinitatem, ad Æthiopas referri poterunt? Diodorus i) *Actisanem Æthiopem*, inter Sesostrim & Remphim intertexuit. Verùm inter potentissimos Thebanorum Monarchas, quis loc[us] Æthiopi?

g) Ib. c.100.
h) supr.p.88.
i) p. 391.

Africanus in XXV hâc *Æthiopum Dynastia*, subjungit *Sabaconi Sevechum*, *ejus filium*; & *Tarachum*; quibus Eusebius & Syncellus addiderunt quartum, *Merrem Æthiopem.*

Dubitare licet utrum Africanus hos duos Reges ab idoneo [a]liquo scriptore acceperit; an ipse illos ad historiæ sacræ text[um] accommodaverit. Ultimus Israelis rex k) *Hosea* etiam *misit* [le]*gatos*

k) II Reg.17.4.

legatos ad Sua, Regem Ægypti. Ita Vulgata; Hebræis, *So*; Josepho, *Soan*; LXX, Σηγὼρ; & in alio codice, πρὸς Σωὰ legitur. Paulò post, a) *anno XIV Regis Ezechiæ* contra Senacheribum processit *Tiraca*, sive Θαρακὰ βασιλεὺς Αἰθιόπων. Rex prior Africano Σεύηχος, alter Ταρκὸς vocatur; ita tres sunt illi *Æthiopum Reges*, qui regnârunt in Ægypto. Herodotus unius Sabaconis annos 50 numerat: Africanus tribus Regibus b) annos tantùm 40 attribuit; Eusebius & Syncellus, 44: adeò incerta est harum rerum chronologia. Eusebius & Syncellus (licet Africanum sequuti sint) nullam tamen temporis rationem adhibent. Nam in Eusebii c) Canone, *Hosea* regnare desinit, priusquam *Sebichus* incipit: apud d) Syncellum, Σεβήχων regnare desinit, priusquam *Osea* incipit.

a) 19. 9.
b) Sync p. 74. B.
c) Num. 1270 & 1293.
d) p. 184. & 203.

Syncellus alium adinvenit *Æthiopiæ regem*: Dicit, e) *Hoseam* εἰς συνθήκας ἐλθεῖν τῷ Αἰθίοπι Ἀδραμέλεχ τῷ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ Σηγὼρ βασιλεῖ Αἰγύπτου, *in societatem venisse cum Adramelech Æthiope, qui Ægypto proximus erat; & cum Segor rege Ægypti.* Hic Græcis interpretibus dictus; ille autem nimis est ignotus. Sed & S. f) Chrysostomus, Hoseam *Æthiopibus confœderatum fuisse*, narrat. Magis explicatè g) Sulpicius Severus, *Regem Æthiopum, qui tum Ægyptum obtinebat, in auxilium accersit.*

e) p. 204. b.
f) Homil. 30. in Joan.
g) Hist. Sac. l. 1. p. 85.

Sous itaque, sive *Sua*, sive *So*, *Rex Ægypti* (ad quem *Hosea legatos misit*) non alius esse videtur, quàm *Sabacon Æthiops*, de quo agimus; præsertim cùm Æthiops ille in seculum proximum (id est, ultra *Hoseæ* exitium) in Ægypto commoratus fuerit. Legatio ista quamvis esset irrita; deinceps tamen magna Assyrios Ægyptiosq; incessit æmulatio.

De Ægyptiacis hujus Seculi, hactenus: adeamus Græca.

Prima Olympias Vulgaris.

Quemadmodum Æra Christiana, ab Exiguo Dionysio excogitata, nobis vix tandem à Caroli Magni temporibus in usum venit; & annus Urbis Conditæ, ipsis Romanis ante M. Catonem ignotus, serò in Fastos relatus fuit: non aliter apud Græcos, Historia absque ullâ temporum definitione, diu incerta fuit. Feliciter tandem in *Alti* quæsita est Chronologia; & in Gymnasio,

ex Olympionicarum nominibus contexta est fidissima Græcorum temporum mensura.

a) Pausf. Eliac. 1 p.358.

Quo autem tempore illorum nomina primùm congesta fuerint, non liquidò constat, a) *Evanoridas, in puerili luctâ aliquando victor, cum Hellenodica factus esset, conscripsit ipse nomina victorum in Olympiâ.* Quando vixerit ille, incertum est: sane nulli fuerunt b) Hellenodicæ ante L Olympiadem.

b) Pausan. ib. c) Plut. Numa, p.60. b.

c) Alii τὴν τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφὴν ὀψέ φασιν Ἱππίαν ἐκδοῦναι τὸν Ἠλεῖον, ἀπ' οὐδενὸς ὁρμώμενον ἀναγκαίου πρὸς πίστιν, *Ferunt, Hippiam Eleum serò edidisse catalogum Olympionicarum, nullis fultum certis argumentis.*

d) Plato in Hippiâ, sive de Mendacio.

Duo notanda sunt: editionem & seram fuisse; & dubiæ fidei. Concedamus Hippiam hunc eundem esse, qui cum Socrate sene sermones habuisse fingitur; d) qui *dicit, se solitum fuisse proficisci ad festa Olympica, ibique apud templum cuique interroganti declarare, quodcunque quis demonstrari desideret*: serus tamen habendus est ille: cùm Socrates Olympiade XCV, à Corœbo numeratâ, obierit.

e) Pausan. Eliac. 1. p.354.

Sed nec initio exarata sunt victorum nomina ad usum Chronologicum; sed ad virtutis æmulationem. e) Ὑπελείπετο δὲ καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα φιλοτιμία τῶν νικησάντων Ὀλυμπιάσι, τὰ ὀνόματα ἀναγράψαι ἐν γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ, *Ut relinqueretur posteris æmulatio virtutis eorum qui vicerunt ludis Olympicis, conscribebant nomina in Gymnasio Olympico.* Hæc nominum congeries chronographis posterioris ævi ansam dedit res Græcas in Tetraeteridas congerendi; & veritatem historicam è stadio vindicandi.

Sanè ἱστορικὸν scribendi genus longè vetustius est, quàm est χρονολογικόν. Priscis Historicis nuda fuit rerum gestarum narratio; nec certis temporum intervallis distincta; nec a Termino fixo deducta. In hâc classe censendi sunt, *Herodotus, Thucydides, Xenophon*, & qui perierunt reliqui; quorum scripta, antequam nata esset ars Chronologica, prodierunt. Hi, licèt Olympiorum aliquando obiter meminerint, tetraetericam tamen Olympiadum computationem non agnoscunt.

Hellanicus (anno Æræ Atticæ 1151) *Argivarum Sacerdotum* annos; Ephorus, *Reges Spartanos* ab Heraclidarum reditu ad annum

annum Æræ Atticæ 1240 (*Ephorosque* forsan) suis historiis intexeruit; Demetrius Phalereus (Archon ipse, anno Attico 1274) compilavit *Archontum ἀναγραφήν*. *Sacerdotes*, *Ephori*, *Archontes* in instrumentis publicis contractibusque civilibus priùs usurpati sunt; deinceps in historiis. Olympiades autem serò inductæ sunt in usum historicum; in politicum, nunquam. Parius noster Chronographus (qui anno Attico 1318 *Marmor Arundelianum* exaravit) omnium antiquissimus est eorum, qui *Chronologicum* scribendi genus instituit, diversum ab *Historico*: Hic celebriores Græciæ epochas, *regum Atheniensium* annis, & *Archontibus* annuis signatas, ad *Diognetum* usque numerat, qui Archon fuit anno quarto Olympiadis 128. Ex quo satis apparet, *Archontes* in chronologiam priùs receptos esse, quam Olympionicas. Nulla enim est in nobilissimo illo monumento Olympiadum notitia: quippe tunc temporis Olympiades Historicæ non fuerunt editæ, nedum applausum obtinuerint.

Inter superstites Græcos, qui Olympiadas in historiis adhibuerunt, longè vetustissimus est Polybius. Nam ineptissima ista *Olympiadum*, *Archontum*, *Ephororum* στοιχείωσις, quæ in Hellanica Xenophontis irrepsit, glossatoris cujuspiam inscitiam prodit. Verum cùm Æra Olympiaca Polybio, tanquam Vulgaris & suâ ætate notissima, usurpetur; illius Origo altiùs investiganda est. a) *Aristoteles* quidem (qui obiit anno Attico 1261) de *Olympionicis* librum conscripsit singularem: Scripserunt etiam b) *Stesiclides*, c) *Philochorus*, alii; sed recentiores omnes. Inter Historicos verò, duorum retrò seculorum deperditos, nullum extat hujusce rei vestigium.

a) Diog. Laert. in vitâ.
b) Id in Xenoph.
c) Suid. in Φιλ.

Prodiit tandem, Ptolemæi Philadelphi temporibus, d) *Timæus longè eruditissimus*, e) μεγίστην πρόνοιαν πεποιημένος τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας, καὶ τῆς πολυπειρίας πεφροντικώς: *maximam adhibens diligentiam in exquisitâ temporum notatione, & variarum cognitione abundans.* Scripsit hic f) Ὀλυμπιονίκας, ἢ χρονικὰ πραξίδια, *Acta ad tempus Olympionicarum relata.* g) Ὁ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τῶν Ἐφόρων πρὸς τοὺς Βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς Ἄρχοντας τοὺς ἐν Ἀθήναις, καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, οὗτός ἐστι. *Hic enim ille est, qui Ephoros à primâ institutione cum Regibus Spar-*

d) Cic. de Orat.
e) Diod. l. 5. initio.
f) Suid. in Tim.
g) Polyb. Exc. Vales. p. 50.

tano-

tanorum comparat ; & Archontes Athenienses ; ac Sacerdotes Argivas cum Olympicis victoribus confert. Unde orsus sit Timæus, non invenio ; neque an vixerit ultra Olympiadem CXXIX ; ad quam ille Historiam suam perduxit ; & quâ illum excepit Polybius, usque ad CLVIII.

Timæus itaque (quantum video) primus *Olympiadas* in historicam compaginavit fabricam. Quicquid ante ætatem Timæi ad Olympiadem aliquam accommodatur, id quidem κτ̀ πρόληψιν collatum videtur. Post Timæum, *Eratosthenes* (sub Ptolemæo Evergete) *Canones Temporum* compegit ; qui à plurimis sunt probati : & ab illis demùm temporibus, Olympiades quasi totius *Græciæ Fasti* habitæ sunt.

Dion. Hal. l. 1 Plut. 4 c. 5.

Cùm igitur serò conscripta sint *Olympionicarum* nomina ; & illorum series in chronologiam assumpta fuerit, non nisi annis ampliùs DC postquam Olympia ab Iphito instaurata sunt ; nihil mirum, si desiderentur vetustissima *Victorum* nomina ; aut si nonnulla ex conjecturâ suppeditentur. Perierunt proculdubio XXVIII priorum Victorum nomina. *Corœbi* memoria ex a) *Sepulchro* superaverat, non ex Gymnasio. Non fuit ille omnium primus; sed eorum primus, qui continuâ serie in memoriam revocari potuerunt; b) ἐξ ὃ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐπὶ ταῖς Ὀλυμπιάσιν ἐστὶ, *Ex quo continuatio est in actis publicis Olympiadum.* Nulla Hellenonicarum, nulla Chronographorum solertia investigare potuit, quinam ille fuerit qui victoriam ante Corœbum proximus adeptus est. Principio, inquit c) Aristodemus, *Certamen in stadio tantum fuit, & nullius Victoris nomen inscribebatur, ipsis id negligentibus : XXVIII autem Olympiade, Corœbus Elidensis stadio victor inscriptus est; ejusque Olympias prima constituta; à quâ Græcis tempora exacte numerare placuit.* Ab his autem *Corœbi* Olympiis non cœpit mos inscribendi nomina ; sed longo pòst tempore collecta sunt undequaque nomina, ut conscriberetur Victorum catalogos, quorum Coryphæus fit Corœbus. Neque tamen res hæc firmissimis est exquisita argumentis ; cùm de nonnullis, qui Corœbum sequuntur, non immeritò dubitare liceat. *Septimus* in serie numeratur d) *Dacles* ; qui tamen non à Corœbo numerandus erat; sed ab Iphito, qui coronavit illum. e) *Sextâ Olympiade, rex Iphitus Delphos missus est, consultum an Coronæ imponerentur Victoribus ; dato oraculo, lextrum*

a) Pausan. Eliac. I. p. 301.
b) Ibid.
c) Syncell. p. 196. c.
d) Dion. Hal. l. 1. p. 57.
e) Phlegon. Frag.

struis sepsit, & septimâ Olympiade primus coronatur Daicles. Sic etiam *octava Olympias, cui cum Pisais præsidebat Pheidon tyrannus Argivus* (*quam Elei inter* 'Ανολυμπιάδας *numerant*) non à Corœbo est octava, sed ab Iphito. Pheidon enim Iphito & Lycurgo fuit a) contemporaneus.

Pausan. Eliac. II. p. 386. ult. Herodot. l. 6. c. 127. a) p. 446.

Qualiscunque verò sit hæc Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ, tanto quidem favore & studio à Græcis recepta est; ut *Corœbus*, tanquam Mercurius bifrons, Fabulosi temporis Verique Index collocetur: quicquid ejus victoriam præcessit μυθικὸν habetur; nihil ἱςορικὸν, nisi post *Primam* hanc *Olympiadem*. Parum enim interest rei Chronologicæ, utrum Corœbi Olympias sit verè prima, an sit postulatitia; dummodo stabilis figatur Terminus, à quo putentur tempora. Consensus Chronographorum errorem protegit, & Epocham ab omni controversiâ vindicat.

Censor. de Die Nat.

Æra itaque Olympiaca (Græcorum temporum conservatrix, & veritatis vindex) in Canone adhibetur; Cùm sit rebus istis accommodatissima. Statuitur autem Olympiorum Epocha vulgaris (ex communi veterum Chronologorum consensu) ad annum Periodi Julianæ 3938; qui est Æræ Atticæ 807; quo tempore *Athenis Rex* erat *Æschylus*.

Non autem hîc ferenda est illorum licentia (qui ut rationes suas huic Epochæ componerent) Διαδοχὰς veteres miserè lacerant, & ad libitum truncant.

In b) Eusebii Canone; Prima Olympias incidit in *annum 37 Alcamenis Regis Spartani.* Subjicitur, *Lacedæmoniorum reges defecerunt.* Oscitanter nimis. c) *Alcamenes Telechi filius, cepit Amphiam, anno secundo nonæ Olympiadis*: Utramque Regum familiam (tàm Euristhenidarum, quàm Proclidarum) ad Olympiadem CXL durâsse docet d) Polybius. Videtur Eusebius laterculis decipi e) τῶν συλλογιζομένων τὰς χρόνους ἀπὸ τ ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων, *eorum qui per reges Spartanos tempora deduxerunt* à Reditu Heraclidarum usque ad Primam Olympiadem; inde autem per Olympiades ipsas.

b) Num. 1240. c) Pausan. l. 4. p. 225. d) L. 4. p. 272. & 304. e) Diod. Præf. p. 4.

f) Eusebius (paulò ante Primam Olympiadem) *Corinthiorum reges defecerunt; post hos in Corintho constituti sunt annui Prytaneis.* Reipublicæ præfuerunt Prytanes annos XC, usque ad initium *Cypseli*; anno Attico 925, anno secundo Olymp. XXX, Dem-

f) Num. 1238.

Demptis annis 90, habes annum 835; qui est primus Olympiadis VIII: Eò usque Corinthi regnatum est. Reges numerantur XI; Aletiadæ IV, Bacchiadæ VII. Verùm Pausanias; * Ἀλήτης αὐτὸς ἢ καὶ οἱ ἀπόγονοι βασιλεύουσιν ἐς μὲν Βάκχιν τὸν Πρύμνιδος ἐπὶ γενεὰς πέντε, *Aletes & posteri regnarunt ætates quinque usque ad Bacchim.* Desideratur rex unus.

|L. 2. p. 92.

Ad Primam Olympiadem, a) Eusebius: *Lydorum primus Ardisus.* Amputantur reges XVIII; quorum memoria hâc inscitiâ periit; reliquos quatuor habemus, Eusebii beneficio. b) *Post Atyadas, regnarunt Sardibus Heraclidæ, per ætates XXII ab Agrone usque ad Gygem, annis 505.* De Lydorum autem regno c) dictum.

a) Num. 1239. b) Herod. l. 1. c. 7. c) supr. p. 330.

Eadem omnia delirat Syncellus; quæ non opus est repetere.

Alcmæon, Atheniensium *Regum* (sive, d) ἀρχόντων τῶν διὰ βίου) postremus, regnavit annos tantùm duos, juxta Eusebium, & Syncellum; & *Prima* hæc *Olympias* incidit in annum secundum *Æschyli, Regis* penultimi. In Græco autem *Atheniensium Regum* catalogo (inter Excerpta Scaligeri, cum e) Eusebio edita) *Alcmæon* regnat ann. XII; & *Olympias Prima* contigit anno *Æschyli XII.* Est decennii differentia; ex diversis orta sententiis de intervallo à clade Trojanâ ad Primam Olympiadem. Excerpta ad normam f) *Timæi* fabricari videntur; qui in illo intervallo numeravit annos CDXVII. Eusebius autem, calculos sequutus *Eratosthenis*, qui in eodem intervallo statuit annos tantùm CDVII, decennium amputat de pede laterculi. Quâ ratione subsidet tota series; & Trojæ ἅλωσις tot annis fit recentior.

d) p. 357. e) Eus. p. 215. f) supr. p. 329.

Cæterùm annos plures, quàm quos Timæus numerat, à quibusdam Veterum huic intervallo attribui liquet; tum ex g) *Dicæarchi* calculis; tum ex Syncello, qui diversas quorundam sententias annotat. Ἀθηναίων κϛ´ ἐβασίλευσεν Ἀρίφρων Φερεκλέους ἔτη κ´. κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν, ἔτη λα´, *XXVI Rex Atheniensium Ariphon, Phereclis F. regnavit annos XX: secundùm Africanum verò, annos XXXI.* Paulò pòst; Ἀθηναίων κη´ ἐβασίλευσεν Ἀγαμήστωρ Θεσπιέως ἔτη ιζ´. κατὰ δὲ ἄλλους, ἔτη μ´, *XXVIII Rex Atheniensium Agamestor Thespiei F. regnavit annos XVII: secundùm alios autem, annos XL.*

g) p. 249. Syncell. p. 185. b. Ib. p. 195. c.

Prima

Prima hæc *Olympias* competit anno 807 Æræ Atticæ, ad mensuram Marmoris comparatæ : *Troja capta* est anno Attico 374: Interstitium est annorum 433. In Marmore numerantur an. XXVI plures, quàm ab Eratosthene : ut igitur isti numero paria sint *Atheniensium Regum* tempora ; *Alcmaeon rex*, in Canone nostro (ex auctoritate *Timæi*) habet annos XII; *Ariphon* (juxta *Africanum*) annos XXXI; *Agamestor* (ex congruo) annos XXIV, id est, quatuor plures, quàm apud Eusebium: sit licentiæ venia. Consurgit præterea biennium ex prochronismo epochæ *Annuorum Archontum*; qui *Decennalibus* succedunt : unde *Olympias Prima*, non in XII, sed in XIV *Æschyli* annum incidit.

Epocha Marmorea.

Ἀφ᾽ οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου, δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου, ἐκ Κορίνθου ἤγαγε ἀποικίαν . . . Συρακούσας . . . τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός.

EX quo *Archias Evageti F. decimus à Temeno, è Corintho deduxit coloniam Syracusas, regnante Athenis Æschylo, anno ejus vigesimo primo.*

Coloniæ Siculæ.

MAGNI interest hanc *Archiæ* epocham rectè statui; à quâ pendet tota *Sicularum Coloniarum* historia ; quam diligenter tradidit.

Thucydides, lib. VI. sub initium.

		Æra Attica
Ἑλλήνων πρῶτοι Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ, ΝΑΞΟΝ ᾤκησαν.	*Græcorum primi Chalcidenses, ex Eubœa navigantes cum Theocle coloniæ ductore, cōdidere NAXUM.*	813
ΣΤΡΑΚΟΤΣΑΣ δὲ τοῦ ἐχομένου ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκ Κορίνθου ᾤκισε, Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον ἐκ τῆς νήσου, ἐν ᾗ νῦν οὐκ ἔτι περικλυζομένη ἡ πόλις ἡ ἐντός ἐστιν. ὕστερον δὲ χρόνῳ καὶ ἡ ἔξω	*Insequenti anno, Archias (unus ex Heraclidis) è Corintho profectus condidit SYRACUSAS; Siculis ex insulâ (Ortygiâ) prius expulsis; in quâ jam non amplius*	814

Æra Attica

ἔξω, προστειχισθεῖσα, πολυάνθρωπος ἐγένετο.

mari circumfluâ urbs interior sita est. Postea verò temporis, & ea, quæ extra insulam est, addito muro, incolis frequentari cœpta.

Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδεῖς ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, ΛΕΟΝΤΙΝΟΥΣ τε πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς ΚΑΤΑΝΗΝ· οἰκιστὴν δὲ αὐτοὶ Καταναῖοι ἐποιήσαντο Εὔαρχον.

819 *Anno quinto post Syracusas conditas, Theocles & Chalcidenses Naxo profecti, Siculis bello pulsis, condiderunt LEONTINOS, & dehinc CATANAM; sed Catanenses Euarchum conditorem faciunt.*

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Λάμις ἐκ Μεγάρων ἀποικίαν ἄγων ΤΡΩΤΙΛΟΝ οἰκίσας, καὶ ὕστερον ΘΑΨΟΝ οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει, οἱ δ᾽ ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες, Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώραν, καὶ καθηγησαμένου, ΜΕΓΑΡΕΑΣ ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. Καὶ ἔτη οἰκήσαντες πέντε καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια, ὑπὸ Γέλωνος τυράννου Συρακουσίων ἀνέστησαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ χώρας· πρὶν δὲ ἀναστῆναι, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκίσαι, Πάμμιλον πέμψαντες ἐς ΣΕΛΙΝΟΥΝΤΑ κτίζουσι.

Per idem tempus Lamis (à Megaris coloniam ducens) TROTILUM condidit; postmodum THAPSUM: eo mortuo, reliqui è Thapso migrantes, condiderunt MEGARA, quæ & Hybla dicta sunt, ab Hyblone Siculorum rege, qui terram dederat. Megarenses anno centesimo, postquam eorum urbs condita fuit, misso Pammilo, condidere SELIUNTEM; & post annos 245, Megarenses ipsi à Gelone expulsi sunt.

ΓΕΛΑΝ δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν· καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοῦ-

859 *Anno XLV post conditas Syracusas, Antiphemus è Rhodo, & Entimus è Cretâ, colonos ducentes, communi operâ condiderunt GELAM, à flumine dictam: locus*

ὄνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται· νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς.

locus primùm munitus, ubi urbs erat, vocabatur Lindii. Jura sunt Dorica.

Ζάγκλη τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικίᾳ Χαλκιδικῆς πόλεως λῃστῶν ἀφικομένων ᾠκίσθη, ὕστερον δὲ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο τὴν γῆν. ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστὶ, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι· ὕστερον δὲ αὐτοὶ μὲν ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἱ Μήδους φεύγοντες προσέβαλον Σικελίᾳ· τοὺς δὲ Σαμίους Ἀναξίλας Ῥηγίνων τύραννος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν, ΜΕΣΣΗΝΗΝ ἀντωνόμασε.

Zancle (à Siculis dicta, quia locus speciem falcis habet) initio à Piratis Cumæis condita, postmodum à Chalcidensibus inhabitata fuit: illos ejecerunt Samii Ionesque alii, Medos fugientes. Hos ejecit Anaxilas Rheginorum tyrannus, qui urbem appellavit MESSENEM.

ἹΜΕΡΑ ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη, καὶ Χαλκιδεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι ἦλθον ἐς τὴν ἀποικίαν. νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν.

HIMERA Zancles est colonia à Chalcidensibus plerisque habitata; & leges Chalcidenses sunt.

ἌΚΡΑΙ δὲ καὶ ΚΑΣΜΈΝΑΙ ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν. Ἄκραι μὲν, ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, ΚΑΣΜΕΝΑΙ δὲ ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας.

ACRÆ à Syracusanis 884
condita LXX annis post Sy-
racusas conditas. CAS-
MENÆ ab iisdem XX 904
circiter annis post Acras.

ΚΑΜΑΡΊΝΑ τὸ πρῶτον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη, ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. χρόνῳ Ἱπποκράτης ὕστερον Γέλας τύραννος κατῴκισε Καμάριναν. τὸ τρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος.

CAMARINA à Syra- 949
cusanis condita fermè an-
nis 135 post Syracusas con-
ditas: Posteà ab Hippocra-
te Gelæ tyranno; tertiò, à
Gelone.

Æ ς. Attica

Ἔτεσι δὲ ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκησιν Γελῷοι ἈΚΡΑ'ΓΑΝΤΑ ᾤκισαν, τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες.	*Gelenses anno propè CVIII à suæ urbis primordio, condiderunt* ACRAGANTEM, *à flumine denominatam.*	967

Naxus, Tauromenium.

a) Pausan. Eliac. p. 537. SIciliam a) *hæ gentes incolunt; Sicani, Siculi, Phryges: illi ex Italiâ; Phryges à Scamandro flumine ac Troade profecti. At Phœnices atque Libyes communi classe in eam venientes, coloni sunt Carthaginensium. Hi sunt barbari in Siciliâ populi.* Græcorum autem colonia prima fuit *Naxus*; condita altero ante *Syracusas* anno: illæ autem *anno Æschyli XXI*, juxta Marmor: *Naxus* itaque, anno XX; qui est annus Atticus 813; annus tertius Olympiadis Secundæ; cùm Prima Olympias XIV illius anno competat. In Eusebii
b) Nu. 128.
c) Strab. l.6. p.267.c. Canone, b) *Naxus condita* est anno primo Olymp. XI. Antehac c) *Græci (Tyrrhenorum latrocinia, & incolarum barbarorum feritatem metuentes) ne mercaturæ gratiâ, eò navigabant.*

d) Diod. Sic. l.14. p. 403. b. Tandem d) *an. secundo Olympiadis XCIV; Euclide Athenis archonte; Naxus, proditione capta, à Dionysio Syracusarum tyranno*
e) Ib. p. 428. a. *excisa est; Naxiorum agrum finitimis Siculis donavit*; maximè Zanclæis; qui erant Hyblæ. Non ita multò post, e) *an. 1. Olymp. XCVI, Phormione Archonte, Siculi* (præcipuè Hyblenses) *quibus Dionysius Naxiorum terram concesserat, Imilconis promissis adducti, Taurum collem magno numero, sed sine duce, occuparunt, quòd esset naturâ munitus; neque tunc modò, sed etiam post bellum, collem muro circum-*
f) Lib. 6. p. 288. c. *datum incoluerunt; urbemque* Tauromenium *nuncuparunt, à mansione in Tauro.* Hinc Strabo; f) Ταυρομένιον, τῶν ἐν τῇ Ὕβλῃ Ζαγκλαίων κτίσμα, *Tauromenium urbs à Zanclæis qui erant Hyblæ con-*
g) Diod. Sic. l.16. p. 513 c. *dita.* Urbs hæc insigniter aucta est g) *an. 3. Olympiadis CIII, Cephisodoro archonte. Andromachus Tauromenita (Timæi historici pater) princeps optimus, congregavit* in urbem *reliquias exulum Naxi; quam Dionysius exciderat. (Habitabat ipse in colle Tauro, qui Naxo imminebat, & à longa in eo mansione vocabatur Tauromenium.) Acceptis incrementis, urbs citò opes & dignitatem acquisivit:*

rit: Sub Augusto demum Cæsare, translatis è patria Tauromenitis, Romanam coloniam recepit. Hinc Plinius a) *Colonia Taurominium; quæ anteà Naxus.* Tauromenitæ autem non *Naxum* incoluerunt; sed τὸν ὑπὲρ τῆς Νάξου λόφον, *collem, qui imminebat Naxo.* Strabo tamen urbem *Catanam* collocat inter Naxum & Tauromenium. b) *In eo,* inquit, *latere quod fretum efficit, sunt urbes; primò Messana, deinde Tauromenium, & Catana, & Syracusæ:* αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, *Naxus autem & Megara, quæ fuerunt inter Catanam & Syracusas, interierunt.* Inter Messanam & Catanam, *Tauromenium*: inter Catanam & Syracusas, *Naxus.* Nummus c) est ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ cum VII chordarum plectro: & aversâ parte, ΑΡΧΑΓΕΤΑ (Doricè) cum laureato Apollinis capite. Religio ista Naxiorum fuit. d) *Theocles* enim *Naxum condidit, & Apollinis* Ἀρχηγέτου *(Ducis) aram.* Cum Naxiorum agris, etiam sacra acceperunt Tauromenitæ.

a) Plin. l. 3. c. 8

b) Strab. l. 6. p. 267. c.

c) Goltz. Sic. tab. 6.

d) Thucyd. ib.

Syracusæ conditæ.

ARCHIAS Corinthius coloniam deduxit Syracusas, an. XXI Æschyli: Is est annus Atticus 814; Per. Jul. 3945; & quartus Olympiadis Secundæ. Primò occupata est insula *Ortygia*; & in eâ urbs condita: *post annos LXX, Acræ à Syracusanis conditæ sunt; & Casmenæ, annis circiter XX post Acras.* Istæ enim Urbis hujus partes fuisse videntur. Posteri Archiæ, eorumque qui cum illo Syracusas condiderant, territorium circumvicinum inter se dividebant (unde Γεωμόροι, sive Γαμόροι, dicti sunt) & aristocratiam Syracusanam obtinebant. Circa annum CLXX post Syracusas conditas, e) Γεωμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχὴν, *Geomoris rerum potientibus, Archonte autem Athenis Critiâ priore; Sappho* (poetria Lyrica) *ex Mitylene in Siciliam trajecit*; Phaonem amasium secuta. Tandem seditione intestinâ extra muros ejecti sunt Geomori. f) Τοὺς Γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκοσίων, ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῶν σφετέρων δούλων καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. Ὁ γὰρ δῆμος ὁ τῶν Συρηκουσίων ἐπιόντι Γέλωνι παραδιδοῖ τὴν πόλιν καὶ ἑουτὸν, *Gelo, Syracusanos (qui Gamori vocantur) à plebe*

e) Marm. Arundel. lin. 51.

f) Herod. l. 7. c. 155.

plebe servisque suis (qui Cyllyrii vocantur) ejectos, ex Casmena urbe reducens, ipsis Syracusis potitus est: quippe plebs Syracusana ei venienti & urbem & seipsam tradidit. Post Gelonem, tyranni alii Syracusas habuerunt. a) *Urbs autem ob soli ubertatem crevit; & illius cives ob portuum opportunitatem ἡγεμονικοὶ, Principes facti sunt. Eoq; factum, ut Syracusani, dum ipsi tyrannis parerent, aliorum essent Domini; in libertatem restituti, alios à Barbarorum dominatu liberarent.*

a) Strab. l.6. p.270.a.

Pulcherrimam hanc urbem pulcherrimè descripsit b) Cicero. Dicit, *Urbem Syracusas maximam esse Graecarum urbium, pulcherrimamque omnium. Nam & situ est cùm munito, tùm ex omni aditu, vel terrâ vel mari, praeclaro ad aspectum; & portûs habet propè in aedificatione adspectuque urbis inclusos; qui cùm diversos inter se aditûs habeant, in exitu conjunguntur & confluunt. Eorum conjunctione pars oppidi, quae appellatur INSULA, mari disjuncta angusto, ponte rursum adjungitur & continetur. Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur.*

b) In Verrem l.4.p.181.

1. *Quarum una est ea, quam dixi, Insula; quae duobus portubus cincta, in utriusque portûs ostium aditumque projecta est; in qua domus est (quae Regis Hieronis fuit) quâ Praetores uti solent. In eâ sunt aedes sacrae complures; sed duae quae longè caeteris antecellunt; Dianae, una, altera, Minervae. In hac Insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium; qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disjunctus esset.*

2. *Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen ACRADINA est; in quâ forum maximum, pulcherrimae porticûs, ornatissimum Prytaneum, amplissima est Curia, templumque egregium Jovis Olympii: caetera urbis partes, quae unâ lata via perpetua, multisq; transversis divisae privatis aedificiis continentur.*

3. *Tertia est urbs quae, quòd in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, TYCHE nominata est; in qua Gymnasium amplissimum est, & complures aedes sacrae; coliturque ea pars & habitatur frequentissimè.*

4. *Quarta autem est urbs; quae quia postrema aedificata est, NEAPOLIS nominatur; quam ad summam Theatrum est maximum; praeterea duo templa sunt egregia; Cereris unum; alterum, Liberi;*

bers ; signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum & maximum.

a) Strabo Quintam adjicit : Πεντάπολις ἦν τὸ παλαιὸν, ἑπτὰ κατὸν ἢ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος; *Quinque urbibus olim constabat, muro 180 stadia longo cincta.* EPIPOLAS scilicet, locum arduum urbique imminentem, b) Dionysius rex muro ad longitudinem 30 stadiorum circumseptum urbi addidit, an. 3. Olymp. 94: non ut incolerentur *Epipolæ* ; sed ne hostibus (ut Atheniensibus non ita pridem) opportunum obsidionis locum præberent. Cicero urbis partem, ædificiis minùs frequentem, omisit. a) Lib. 6. p. 270. c. b) Diod. Sic. l. 14.

Epipolarum stadia 30 sunt pars sexta totius Urbis ambitûs, qui fuit stadiorum 180 ; sive millium 22 cum dimidio : ut non immeritò c) Plutarchus dixerit, Συρακούσας πόλιν Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα, *Syracusas urbem Athenis non angustiorem*; & Cicero, *Græcarum urbium maximam.* c) In Nicia.

Opulentiæ Syracusanæ argumento est Numismatum, quæ reperiuntur, copia : elegantissima sunt quæ *Arethusæ* nymphæ caput, & *pisces* sacros exhibent. Est penes me æneum ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, cum Aquilâ fulminiferâ ; & parte alterâ, ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ, *Jovis Græci* (qui non alius est forsan, quàm *Olympius*, *cujus in Acradina templum egregium*) caput autem laureatum est Dei imberbis, instar Apollinis.

ANNO Attico 819, *Naxii* (anno post adventum sexto) *LEONTINOS condiderunt. Leontini* autem vocantur & urbs, & incolæ, & agri. Urbs mediterranea in montibus sita amœnissimæ & fertilissimæ regionis. d) *Dionysius* (qui *Naxum* evertit) *Leontinos*, relictâ patriâ, Syracusas migrare coegit. Deinceps urbs hæc arx fuit plerisque ducibus, quum Syracusas bello peterent ; & e) Leontini τῶν μὲν ἀτυχημάτων ἐκοινώνησαν ἀεὶ τοῖς Συρακουσίοις, τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεὶ, *Syracusanis semper participes fuerunt rerum adversarum ; non item, Secundarum.* Staterem habeo ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ, in quo *Leonis rictus* Urbis nomini alludit ; & *quatuor grana* soli ubertatem & annonæ copiam jactant. d) Diod. ibid. e) Strab. l. 6. p. 273. d.

Iisdem temporibus, *Naxii* etiam *CATANAM* urbem, ad radices Ætnæ montis, condiderunt. Verùm f) *an. 1. Olymp.* f) Diod. l. 11 p. 267. c.

 LXXVI,

LXXVI, *Phædone Athenis archonte, Hiero* Gelonis filius, expugnatâ urbe, ejectis Catanensibus, novos urbi incolas imposuit; eamque mutato nomine *Ætnam* vocari jussit. Eo autem defuncto, *pristi Catanæ cives patrias sedes* armis *receperunt an.4. Olymp.*LXXIX, *Euippo archonte.* Postea Dionysius, *an.2.Olymp.* XCIV, *Catanensibus venditis, urbem Campanis inhabitandam dedit.* Tandem Catana facta est *Romanorum colonia.*

Ibid. p. 218.c.

Ibid. l.14. p.403.b.

Est (inter numismata mea) hujus coloniæ denarius in honorem *Sexti Pompei, Cn.F.* percussus; & omnes illius titulos ferens, MAG. PIUS IMP. ITER. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLAS. EX S. C Sextus Pompeius *Magnus, Pius, Imperator iterùm, Præfectus oræ maritimæ & Classi; ex Senatus consulto.* In unâ parte est *Sexti* caput affabrè factum, cum *urceolo* & *lituo*, Pontificatûs & Auguratûs insignibus,; in alterâ, inter PIORUM statuas, est Neptunus nudus, dextro pede rostro navis insistens, dextrâ manu aplustre tenens. *Sextus,* maritimarum rerum felicitate inflatus, a) *se Neptuni filium esse credidit, & pro purpureo cyaneum paludamentum sumpsit.* PIORUM, autem *statuæ* hunc nummum *Catanensem* esse indicant. (b Τὰ περὶ τοὺς Εὐσεβεῖς ἐκεῖ τεθρύλληται τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν Ἀναπίαν, οἱ τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσωσαν, *Illic gesta sunt quæ feruntur de PIIS* (fratribus) *Amphinomo & Anapio, qui parentes suos humeris sublatos servârunt,* quando Ætna ignes evomuit. Pausanias; c) Οὗτοι μὲν δὴ τιμὰς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι παρὰ Κατανέων ἔχουσι, *Apud Catanenses iis (qui PII appellantur) honores habentur usque ad nostra tempora*; id est, Antonini Philosophi. Sed & Syracusani hanc Pietatis gloriam sibi vendicabant. d) *Inter Catanam & Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoriâ; quorum nomina sibi diversa partes adoptant. Si Catanenses audiamus, Anapius fuit & Amphinomus: si, quod malunt Syracusæ, Emantium putabimus & Critonem. Catanensis tamen regio causam dedit facto; in quam se cùm incendia Ætnæ protulissent, juvenes duo sublatos parentes evexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulcri locus nominetur* CAMPUS PIORUM. Eorum Statuas *Claudianus* eleganti epigrammate decoravit.

a) Appian. Civil. l.5. p.729.

b) Strab. l.6. p.269. a.

c) Lib. 10. p.663.

d) Solin. c. XI.

Megarenses Attici e) jampridem *Dorienses* facti sunt: Hinc jam in Siciliam deducta est colonia, quæ aliqvandiu incertæ sedis fuit:

e) supr. p.354.

fuit; primò *Trotilum*, ad *Pantagiam* fluvium; dein *Thapsum*, in peninsulâ, non procul à Syracusis; tandem permissu *Hyblonis* Regis Siculi, *Hyblam* condidit in litore; quam à patriâ nominavit *MEGARA*; & sinus inde *Megarensis* dictus est. De his locis proleptice Virgilii Æneas ait,

—— a) Vivo pratervebor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosque sinus, Tapsumque jacentem. a) Æneid. 3. v. 688.

b) *Hyblæ tres erant Siciliæ urbes: Major, cujus oppidani* Ὑβλαῖοι Μεγαρεῖς; (de qvibus, hic Thucydides) *Parva cujus opidani* Γελεᾶται. *Minor, quæ* Ἥρα *dicitur.* De secundâ c) alibi Thucydides; *Niceas venit* ἐπὶ Ὕβλαν Γελεᾶτιν, *nec expugnavit eam.* In *Parvæ* numismatis Siculis leguntur ΝΑΞΩ. ΜΕΓΑΡΑ. ΥΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΛΑΣ. b) Steph. in Y. c) Lib. 6. p. 455. c.

Vetustiores istæ Græcorum coloniæ in Orientali Siciliæ latere positæ sunt: Quæ ad Austrum, inferioris sunt ævi.

Roma Condita.

ROMA, urbs optimis avibus condita, armis non literis diu occupata fuit. d) Παλαιὸς μὲν οὖν οὔτε συγγραφεὺς οὔτε λογογράφος ἐστὶ Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς *Apud Romanos, antiquus neque fabularum, neque historiæ auctor ne unus quidem extat.* Q. Ennius (qui natus anno Urbis Conditæ 515 vixit annos 70) imperitè cecinit; d) Dion. Hal. l. 1. p. 59.

e) *Septingenti sunt paulò plus, aut minus, anni,*
Augusto augurio postqvam incluta condita Roma 'st. e) Varro R. R. l. 3. c. 1.

f) *M. Porcius Cato* (Consul anno U. C. 559) *diligentissimus historiæ veteris collector dicit, urbem bello Trojano posteriorem fuisse annis* 432. (Quam incerta sit æra ista, g) satis dictum est) *Tempus autem illud (dimensum juxta Eratosthenis Canonem (incidit in annum primum Olympiadis septimæ.* f) D. Hal. ib. g) supr. p. 329.

Prima Urbis Palilia ex ipsis Romanorum historiis colligenda sunt.

h) *Urbem Romam à principio reges habuere.* h) Tacit. Annal. initio.

Horum regum tempora quomodo explorata fuerint, non constat. Dionysius Halicarnassensis ita tradidit: * *Inter initum Urbis regnum* * Dionys. lib.

à Romulo primo Rege ad Regifugium intercesserunt anni 244. *Quod patet ex Regum successionibus, & annorum numero, quo quisque regnum tenuit.*

Romulus urbis conditor regnavit annos ———	37
Post ejus obitum, Interregnum fuit anni ———	1
Numa Pompilius, electus à populo, regnavit annos —	43
Tullus Hostilius ———	32
Ancus Martius ———	24
L. Tarquinius Priscus ———	38
Servius Tullius ———	44
L. Tarqvinus Superbus ———	25
Sunt omnes anni	244

a) L. 1. b) Cap. 17. Cum Dionysio consentit a) Livius. *Regnatum Romæ ab urbe conditâ ad liberatam, annos* 244. Et b) Censorinns *Primos*, ait, *Ludos Sæculares, exactis Regibus, post Romam conditam annis* 245, *à Val.* Publicolâ *institutos esse.* (Is Consul anno post Regifugium proximo.) Mox, *ab Urbis primordio ad Reges exactos, an.* 244 (ut quidam) *factos esse, nemo est auctor.*

c) Vide Onuphr. in Fast. Alii Recentiores (quos nominare c) parùm refert) vel omittentes annum illum *Interregni*, vel de regno *Tarquinii Prisci* annum unum detrahentes, intervallum hoc annis 243 definiunt. Neque id illis vitio vertendum; qui *Fastis Capitolinis* adstipulari videntur. Hinc prima Epochæ differentia. Sed pergamus.

A regifugio ad Urbis incendium per Gallos sunt anni 120.

d) Dionys. ib. d) *Hoc constat ex tabulis Censoriis (quæ in familiis Censoriis summâ curâ conservantur) in quibus invenio* (ait Dionysius) δευτέρῳ πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως, *altero* (vel potiùs tertio) *ante captam urbem anno, Censum Pop. Rom. habitum, cui (quemadmodum & cæteris) tempus hoc adscriptum erat. L. Valerio Potito, T. Manlio Capitolino Coss. post expulsos Reges, anno centesimo undevicesimo; ut Gallorum irruptio (quæ anno secundo post Censum accidit) expleat annorum* 120 *numerum; quod temporis intervallum facit triginta Olympiadas* solidas; post qvas, urbs vastata est ineunte anno proximo. Dionysii interpres Livius, apud quem, *Furius Camillus Dictator*, eo quo urbs à Gallis liberata est anno; e) *Trecentesimus*, ait, *sexagesimus quin-*

e) Liv. l. 5. fine. *tus annus Urbis (Quirites) agitur.* Annus ab U. C. 245 fuit primus Consulum; adjice 120, fit annus 365.

a) Ha.

a) *Hac Gallorum expeditio, quâ Roma capta est, fuit (ut omnes fere auctores consentiunt (* Archonte Athenis Pyrgione, *anno primo Olymp.XCVIII. Quod si retrorsùm tempora supputes ad L. Junium Brutum & L.* Tarquinium *Collatinum (primos Consules Post Reges exactos) complectentur annos 120, sive XXX Olympiadas; & necessariò sequitur, primos Consules magistratum iniisse,* Archonte A-thenis *Isagorâ, anno primo Olymp.LXVIII. Supputatis autem Regum annis 244 (sive Olympiadibus LXI) necesse est, ut primus Urbis Rex Romulus regnum auspicatus sit, anno primo VII Olymp. Charope Athenis primum Decennalis Magistratûs annum agente.* a)Dionys.ib.

Ad hunc modum Dionysius (veterum in hâc re accuratissimus) epocham *Urbis Condita* constituit ad annum primum Olymp. VII, is est annus Olympiadicus (à Corœbi victoriâ numeratus) XXV. Veruntamen ex illius argumentis colligitur annus XXIV, sive quartus Olympiadis VI. *Annus primus Olympiadis XCVIII* quo Roma capta) est annus à Corœbo 389; ab Urbis conditu, 365. Deme 365 de 389; manent 24.

L. Tarutius Firmanus, inquit b) Cicero (*familiaris noster, inprimis Chaldaicis rationibus eruditus*) *Urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Palilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romamque, cùm esset in jugo* (ἐν ζυγῷ, vel ἐν συζυγίᾳ) *Luna, natam esse dicebat; nec ejus fata canere dubitabat. O vim maximam erroris!* b)D. Divinat. l.2.p.293.

Mathematicus ille, rogatu *Varronis*, etiam *Romuli genesin ex ejus apotelesmatis indagavit.* Τῆς γὰρ αὐτῆς θεωρίας εἶναι, χρόνου τε λαβόντας ἀνθρώπου γενέσεως, τὸν βίον προειπεῖν, καὶ βίῳ δοθέντι θηρεῦσαι χρόνον, *Istius disciplinæ est, tum die cujuspiam natali accepto, vitam prænunciare; tùm, vitâ propositâ, exquirere Natalem.* Tarutius itaque, *comparatis Romuli casibus, factisque ac vitæ spatio, & mortis genere audacter & constanter pronunciavit, Romuli conceptum in matris utero contigisse anno primo Olympiadis Secundæ, 23 die Choiac (mensis Ægyptii, horâ tertiâ, quâ Sol penitùs deficit. In lucem autem editum fuisse 21 die Thoth, sub ortum Solis. Quin etiam Romam à Romulo conditam fuisse 9 die mensis Pharmuthi, inter secundam & tertiam horam,* Paulò antea: *Diem illum, quo Romulus urbem condere* cœpit, *veram tricesimam fuisse tradunt, eodemque die Solis ac Lunæ σύνοδον ἐκλειπτικὴν, coitum eclipticum incidisse (quem* Plutarch in Rom.p 24. Ibid.

† L.2.p.119. *Antimachus poeta Teius agnovit) anno tertio Olympiadis Sextæ.* †Dionysius Halicarnaſſenſis, tam in *conceptu* quàm *in obitu Romuli Solem penitùs defeciſſe refert, & tenebras quaſi nocturnas terræ incubuiſſe.* Cæterum neque Cicero, neque Plutarchus genethliacæ huic Urbis epochæ fidem adhibet; neque has Solis eclipſes adhuc ex Tabulis ſuis deprehenderunt Aſtrologi: nihilominus Palilia prima quæ vulgò *Varroniana* dicuntur, & *ab anno tertio Sextæ Olympiadis* deducuntur, *Tarrutium* hunc auctorem habent.

Quæ ſequuntur, poſt captam à Gallis urbem, tempora incerta ſunt; Annales invicem diſcrepant; Magiſtratus plurium annorum ambigui; Conſulum paria, aliis annis expungenda; aliis omiſſa videntur; Neque ante annum U. C. 560. conſentanea eſt apud auctores annorum computatio. Iſta ſcrupuloſiùs ſcrutari, non eſt hujus inſtituti. *Sigonium* adeas, *Onuphrium*, & *Pighium*; qui in Annalibus Romanis digerendis ſummâ cum laude operam poſuerunt.

Tandem ſub Veſpaſiano Aug. id eſt, clariſſimis Romanorum temporibus, FASTI CONSULARES, Marmore inciſi, in Capitolio poſiti ſunt; quorum fragmenta non contemnenda * ſuperſunt. Malè feriati quidem videntur Viri docti, qui conjecturis ſuis innixi, contra Monumenti publici auctoritatem, de unius anni differentiâ litigant.

* Gruter. p. 289

CHRO-

CHRONICI CANONIS

LIBER QVARTUS

continet annos CC.

Æra Nabonassari.



INTER turbida & incerta Orientis tempora opportunè exoritur *Æra Babyloniorum*; quâ in Astronomicis Veterum rationibus, usus est Ptolemæus Mathematicorum princeps; cujus a) *annos Nabonnazarû* (Ναβοναζάρου) *nominant, quòd à primo Imperii ejus anno consurgant.* a) Censorin. c. 21.

Nabonasser in Babylone regnare cœpit anno Per. Jul. 3967; qui est antepenultimus Seculi XVI. Hujus Æræ pars prima continet b) *Regum Assyriorum & Medorum* seriem, usque ad initium *Cyri*; quorum numerantur anni CCIX: altera *Persarum*, usque ad mortem *Alexandri*; quorum sunt anni CCXV. Adeò c) ἀπὸ μὲν τῆς Ναβονασσάρου βασιλείας μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἔτη συνάγεται κατ' Αἰγυπτίους υκδ', *Ab initio Nabonassari ad mortem Alexandri colliguntur anni Ægyptiaci* 424. Huc usque anni *Nabonassari* propriè nominantur; quemadmodum & d) *qui ab excessu Alexandri Magni* b) Titulus Canonis. c) Ptol. l. 3. c. 7 p. 79. lin. 3. d) Censor. ib.

Magni numerantur, *Philippi* vocantur, ſcilicet *Aridæi*. Deducuntur autem illi, non per *Seleucidas* Babylonis Dominos, ſed per *Ptolemæos*; quia Canon à Græcis Ægyptienſibus continuatus fuit: dein per *Auguſtos*, ex quo Romani Ægyptum obtinuerunt.

Cœleſtium motuum obſervationes (quotquot in literas ſunt relatæ) omnium vetuſtiſſimæ ſunt illæ, quas Ariſtotelis diſcipulus a) *Calliſthenes Babylone tranſmiſit in Græciam, mandante Ariſtotele*; quas Hipparchus (inſignis ſub Philadelpho Aſtronomus) ad ὑπο-φοφορίαν Ægyptiacam accommodavit, b) ἀπὸ τῶν (ut ait ipſe) ἐν Βαβυλῶνος διακομισθεισῶν, ὡς ἐκεῖ τετηρημένας, *à Babylone delatas, ibiq; obſervatas.*

a) Simplicius in l.2. de Cœlo, com.46. p.123. lin.18.
b) Ptol. l.4. c. ult. p. 104.

Harum exempla non pauca, *annis Nabonaſſari* notata, Ptolemæus nobis conſervavit: quarum Prima incidit in annum Nabonaſſari 27. Neque hodiè innoteſcit alia vetuſtior. Nam dectum Solarem, aut in Romuli concepti, aut Romæ conditæ tempus ex apoteleſmate L. Tarrutii Firmani conjectum, omninò nullum eſſe duximus.

De vetuſtate hujus artis, apud Chaldæos, diverſa ſcripſerunt Veteres. c) *Epigenes apud Babylonios* DCCXX *annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimùm, Beroſus & Critodemus* CCCCLXXX *annorum.* Critodemus Beroſum ſecutus eſt: Beroſus ſuam ætatem reſpicit. Nam annus Nabonaſſari 480, quo Beroſus floruit, eſt annus 56 poſt mortem Alexandri. d) *Beroſus Babylonius Beli ſacerdos* (κατ' Ἀλέξανδρον γεγονὼς, Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ) *Alexandri tempore natus, Antiocho poſt illum tertio, Chaldæorum hiſtoriam tribus libris perſcripſit.* Antiochus Σωτὴρ ab Alexandro *tertius* eſt: ſed Euſebius, ex Tatiano, e) legit Ἀντιόχῳ τῷ μετὰ Σελεύκου τρίτῳ; ut intelligatur Antiochus Θεὸς, qui regnare cœpit annis 61 poſt obitum Alexandri. *Epigenis* ætas incertior eſt; Sin temporibus Auguſti ſcripſerit, benè convenit illi cum Beroſo. Nam annus *Nabonaſſari* 720, eſt annus *Auguſtorum* ſecundus.

c) Plin. l.7. c.56.
d) Tatian. p. 171.
e) Pr. Evang. l.10. c.11. p.493.a.

Porphyrius, his longè recentior, miram adſtruit vetuſtatem *Obſervationum à Calliſthene tranſmiſſarum*; f) ἃς ἴνας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν καὶ ἐννακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλε-

f) Simplic. loc. cit.

Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας, *Quas Porphyrius arguit fuisse annorum* 1903 *ad Alexandri Macedonis tempora servatas.* Annus 1903 ante captam ab Alexandro Babylonem, est Per. Jul. 2480, & 1487 ante initium Nabonassari. Ex dictis, non videtur verisimile, tot annorum *observationes laterculis coctilibus inscriptas* fuisse à Chaldæis. Verisimile est, Porphyrium existimâsse, Chaldæos ad demonstrandas cœlestium motuum notationes, aliam Sothiacam periodum, sive annorum 1460 a) Cyclum Cynicum postulâsse. Illius calculi tempus coloniæ, à b) Belo ad Euphratem deductæ, longo intervallo antevertunt. Neque *Chaldæi*, dum se Astronomiæ operam dedisse jactitant c) *per annos* 473000 *ante Alexandri transitum in Asiam*, aliud intellexisse videntur, quàm immensas d) *Deorum Dynastias.*

a) supr. p. 9. 309.
b) p. 107.
c) Diod. Sic. l. 3. p. 83. d.
d) supr. p. 11.

Syncellus rectè: e) Ἀπὸ Ναβονασάρου τοὺς χρόνους τῆς τῶν ἀστέρων κινήσεως Χαλδαῖοι ἠκρίβωσαν· καὶ ἀπὸ Χαλδαίων οἱ περὶ Ἕλληνι μαθηματικοὶ λαβόντες. *A Nabonassaro Chaldæi sideralium motuum tempora diligenter annotarunt: etiam Mathematici Græci, ista à Chaldæis accipientes.* En verò artis Sideralis vicissitudinem! Olim ab Ægyptiis illam didicerunt Chaldæi: tandem à Chaldæis illam receperunt Ægyptienses Græci.

e) Syncell. p. 207. c.

Hinc anni hujus Æræ sunt Ægyptii: f) *Horum initia semper à primo die mensis ejus sumuntur, cui apud Ægyptios nomen est* Thoth; g) *Quo tempore solet Canicula in Ægypto facere exortum.* Initium itaque *Nabonassari* sumitur à neomeniâ Thoth Ægyptii; non quòd Rex ille eo die regnare cœperit; sed quòd is dies esset caput anni Ægyptiaci. Neque aliter post mortem Alexandri, primus *Philippi* annus à Thoth deducitur; quùm tamen alio mense Alexander obiisset.

f) Censorin. c. 21.
g) Ibid.

Sunt autem anni Ægyptii æqvabiles, continentque dies tantùm 365, absque diei quadrante: Menses etiam sunt æqvabiles, habentque singuli dies tantùm triginta, additis ad finem anni ἐπαγομένας quinque. Ob quam æquabilitatem, hæc anni forma, utpote erroribus minùs obnoxia, semper fuit Astronomis acceptissima: Quod non solùm Ptolemaicæ, sed & Alphonsinæ, Prutenicæque tabulæ demonstrant.

Canon itaque Nabonassaræus, ab Astronomis primùm usurpatus, & Cœlestibus characteribus sancitus, maximam tandem

auctoritatem apud Historicos non immeritò obtinuit. Cujus quidem tanta est cum Sacris Literis congruentia, ut sine illo vix esset ullus ab historiâ Sacrâ ad Exoticam transitus; neq; satis notus esset *Primus* ille *Cyri annus*, quo soluta est septuagenaria Judæorum captivitas. Sanè Canon iste multis compaginibus cum Sacro Textu aptissimè connectitur. De quibus suo loco.

Chronographi Christiani (futilibus conjecturis nimiùm indulgentes) miris modis Canonem hunc castigârunt, vel potiùs conturbârunt. Syncellus itaque *Chaldæorum Regum duo Canones*
a) p. 207. 208. profert: a) Unum κατ' Ἀστρονομικὸν κανόνα; alterum κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστικὸν στοιχείωσιν. Idem alibi nos docet, quinam sint *Viri Ec-*
b) Sync. p. 53. *clesiastici*, à quibus denominatur Canon. b) *Quoniam*, inquit, *disquisitiones Chronicæ, à Manethone traditæ, differenter editæ sunt ab Ecclesiasticis historicis; necessarium duxi duas illustrissimorum virorum editiones seligere; Africani inquam, & (qui post eum scripsit) Eusebii, cognomento Pamphili.* Africanus igitur, hujus *Ecclesiasticæ* chronologiæ auctor, tàm *Chaldaicorum*, quàm *Ægyptiacorum* temporum interpolator fuit.

c) Syncell. p. 207. c. c) *Colligitur tàm in Mathematicâ, quàm in Ecclesiastica editione summa totalis annorum* 424: *in partibus autem non sunt iidem ubique anni.* Etiam in primâ parte utriusque editionis colligitur numerus annorum 209; in alterâ 215: Utraque tamen ἔκδοσις diversis modis pessimè depravata est. Errata seligere non est operæ pretium.

Multò emendatior legitur *Chronicus* hic *Babyloniorum Regum Canon* in codice MS. *Cl. Ptolemæi de Hypothesibus* πλανωμένων, & in πίναξι προχείροις MS. *Theonis*; qui in Magnam Ptolemæi Syn-
d) Isag. Chro. c. 11. taxin commentaria composuit; unde eum ediderunt V. Cl. d) Se-
e) Cum Sphærâ Procli. thus Calvisius, & e) Joannes Bambrigius, Matheseos professor Oxoniensis. Ad hanc normam exigenda est Orientis chronologia.

Babylon condita.

NULLA adhuc *Babylonis* urbis, nedum Regni, occurrit mentio, vel in Sacris literis, vel in Exteris. Ex commentis tamen *Ctesiæ* mira fertur tam hujus Urbis, quàm Regni *Assyriorum* vetustas.

ſtas. Aſſyriaca quidem Babylonicis vetuſtiora ſunt, & primo loco tractari merentur. Babylon enim ab Aſſyriis condita eſt. Cùm verò certa ſit Babylonicorum chronologia; Aſſyriorum incerta: de illis priùs agendum eſt; ut ex veris redarguantur falſa.

De *Babylonis* conditu, duæ ſunt veterum ſententiæ: Alii urbem à *Semiramide* conditam referunt; alii à *Belo*. Præterea *Nabuchodonoſorum*, qui ſe conditorem jactat. a) *Nonne*, ait, *hæc eſt Babylon illa magna, quam Ego ædificavi?* Miranda opera, quibus Rex ille Babylonem excoluit, poſthàc narrabuntur, ex Beroſo & Megaſthene.

a) Daniel. 4. 30.

Diodorus autem, ex *Cteſiâ*, opera iſta *Semiramidi* falsò attribuit; Quam etiam Urbis conditricem ſtatuit. b) *Beroſus* autem (*libro tertio Chaldaicorum*) μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμιδος τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ᾽ ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφόσι, *culpat ſcriptores Græcos, quòd vanè exiſtimaverint Babylonem à Semiramide Aſſyria fuiſſe conditam; & ab illâ miris operibus exornatam fuiſſe falsò ſcripſerint.* Commenta Cteſiæ plurimis etiam graviſſimis ſcriptoribus impoſuerunt. Præter Diodorum, è Græcis Theocritus, Strabo, Dionyſius Periegetès; è Latinis, Ovidius, Trogus, Mela, Solinus, aliique urbis originem ad Semiramidem referunt. Illi autem quotquot ſint, omnes unum *Cteſiam* auctorem habent: Κτησίας οὐκ ὢν ἀξιόπιστος, Cum *Cteſias parùm fide dignus* (Ità de illo cenſuit Magnus c) Ariſtoteles) haud temerè ſequendus ſit.

b) Joſeph. l. c. Ap. 1. p. 1045. a.

c) Hiſtor. Animal. l. 8. c. 28 p. 2 1. a.

Q. Curtius de Babylonis conditore dubium injicit. d) *Semiramis*, ait, *eam condiderat; vel (ut pleriqùe credidere) Belus, cujus regia oſtenditur.* Ex *Megaſthene*, *Abydenus* (apud e) Euſebium) *Omnia hæc loca feruntur ab initio aquis obruta, & Mare vocata fuiſſe. Belus ſingulis ſuam portionem aſſignavit, & Babylonem muro cinxit; ac deinceps oculis hominum ereptus eſt. Rursùs Nabuchodonoſorus urbem mœnibus, & portis æneis ornavit; quæ uſque ad Macedonum imperium ſteterunt.* Apud Julium Firmicum, vetuſtus poeta *Dorotheus Sidonius* Tyrum Babylone multò vetuſtiorem fuiſſe innuit:

d) Lib. 5. p. 136.

e) Præp. l. 9. c. 41. p. 457. b.

Ἀρχαίη Βαβυλὼν Τυρίου Βήλοιο πόλισμα.
Urbs Babylon vetus, à Tyrio quæ condita Belo eſt.

a)ſupr. p. 110. & 32. De *Belo*, colonos ex Ægypto in Babyloniam ducente, a) verba fecimus. Iſta autem non de Urbe aliquâ mœnibus circundatâ, ſed de Sapientum & Philoſophorum migratione in Babyloniam, intelligenda ſunt, qui *Chaldæi* propriè nuncupantur. Strabo b) docet, alios eorum Ὀρχηνοὺς alios Βορσιππηνοὺς vocari, à locis ſcilicet: Ὀρχόης meminit Ptolemæus; Βορσίππου, Beroſus. Adeò ut Beli colonia non Babylonem, ſed in Babyloniam deduci videatur.

b)Lib. 16. p. 739. b.

c) In Solin. p. 1227. d) In Βαβ. *Herennius* (*Philo, Byblienſis* c) Salmaſio) apud d) *Stephanum, Belum* (Sapientum illorum ſive Sacerdotum ἀρχηγέτην) *Sapientiſſimum* nominat; ejus autem filium Babylonis conditorem fuiſſe aſſerit. Βαβυλὼν, inquit, κτίσμα Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλου (non Μήδου, ut in editis) Σοφωτάτου· οὐχ ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος. Ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, *Babylon opus Babylonis viri Sapientis, filii Beli Sapientiſſimi, non (ut Herodotus) à Semiramide condita. Urbs enim illâ antiquior erat 2bus annorum millibus.* Ut Chaldæorum hanc vaniſſimam vetuſtatis affectionem omittamus; Herodotus quidem e) *Semiramidem* habet *inter Babylonis Reges, qui mœnia & templa ornârunt*; diciturque illam *extruxiſſe* χώματα ἀξιοθέητα *aggeres viſu digniſſimos per planitiem, quam Euphrates anteà inundare ſolitus eſt:* Illam autem Babylonem condidiſſe, non dicit.

e)Herod. l. 1. p. 184.

f)Geneſ. 10. 10 Nimrod fuit Chuſi filius, Chami nepos, Noæ pronepos. f) *Initium regni ejus fuere Babel, & Erech, & Acchad, & Chalne, in terrâ Sinhar.* Id eſt, Initio Babyloniam occupavit, in quâ oppida iſta poſteà condita fuerunt: cum verò partes iſtæ vaſtiſſimorum amnium Euphratis & Tigris inundationibus eſſent obnoxiæ, g) *è terra illa exiit in Aſſyriam; & ædificavit Niniven, & Rehoboth urbem, & Calach, & Rezen.* Cum egreſſus ſit ex Babyloniâ, Babylonis urbis conditor haberi nequit.

g) v. 11.

Geneſ. 11. Neque magis Urbis hujus conditores habendi ſunt *Filii hominum*, id eſt, infideles illi, qui poſt Diluvium *ab Oriente profecti, conſederunt in valle Sinhar*, & conati ſunt *ædificare urbem & Turrim*

rim usque ad cœlum (in immensam altitudinem) *ut sibi facerent nomen* (apud posteros) *& ne dispergerentur*;) sed in unâ statione cohabitarent. Irritum enim fuit tantæ molis μηχάνημα ; & architecti *in omnes terras dispersi sunt*.

Inter fluvios Euphratem & Tigrim, Assyriorum temporibus, duæ tantùm urbes fuerunt mœnibus cinctæ : a) *Mesopotamia tota Assyriorum fuit, vicatim dispersa, præter Babylona & Ninum.* In urbes demum eam congregavêre Macedones, propter ubertatem soli. *Ninus* urbs pridem condita est : *Babylon* autem his, de quibus agimus, temporibus. Hujus sententiæ auctorem mihi videor habere *Esaiam Prophetam*; qui non tantùm exitium, sed & initium Regni Babylonici prædicat. a) Plin. 6. 26.

b) *Ecce terra Chaldæorum ! Iste populus aliquando non erat : Assyrius fundavit eam Deserticolis; erexerunt arces ejus; suscitaverunt ædes ejus: Posuit eam in ruinam.* Quasi dicat : b) Esai. 23. 13.

Aspice Babylonem, splendidam nunc *Chaldæorum* Metropolim : populus, qui urbem illam occupat, non ita pridem incertis sedibus vagabatur in solitudinibus. (Nabonassar) *Assyrius* homines σκηνίτας eò deduxit, Urbem munivit, arces excitavit, palatia condidit. Tanta cùm sit urbs hæc *ab Assyrio fundata* : Deus tamen *eam posuit in ruinam* : Vastabitur Babylon, sicut Tyrus. Babylonis excidium non est hujus temporis : Primos ejus *Reges Assyrios* fuisse, testatur ἐπιγραφὴ Canonis ista :

Κανὼν Βασιλέων Ἀσσυρίων καὶ Μήδων.

Ante *Cyrum* recensentur Reges XX : XVIII priores sunt *Assyrii*; posteriores duo *Medi*.

Ab initio itaque *Nabonassari*, Reges *Assyrii* duplices erant; tàm Nini, quàm Babylone regnantes usque ad annum Nabonassari 68; quo *Asar-adinus* utrumque Regnum conjunxit.

Assyriorum Reges.

NEque in historiâ Sacrâ, neque in Ægyptiorum monumentis reperitur ulla *Assyriorum* memoria; antequàm desiisset in A-

ſia *Ægyptiorum* Imperium. Poſtea, anno Templi 232, Primus in Ciſeuphratenſibus regionibus inclaruit a) *Phul Rex Aſſyriorum*; qui mercede conductus, *confirmavit Menahem in regno Iſraelis*.

Anno templi 260, *Teglat-Phul-Aſar* (ſive is alius, ſive idem) *Rex Aſſyriorum*, Damaſcenum regnum excidit; & *Galilæam* in provinciæ formam redegit.

a) II. Reg. 15. 19.
Ib. v. 29.

Salman-aſar Rex.

ANNO Templi 272, *Salman-aſar Rex Aſſyriorum* ſubvertit Regnum Iſraelis, & *Samariam* fecit Aſſyriorum provinciam. Chriſtiani veteres *Salman-aſſarum* hunc eundem faciunt cum *Nabonaſſaro*. In *Eccleſiaſtico* Babyloniorum Regum *Canone*, b Ναβονάσαρος (ὁ καὶ Σαλμανασὰρ ἐν τῇ γραφῇ λεγόμενος) ἔτη κε, *Nabonaſar (qui & Salmanaſar in Scriptura vocatus) regnavit annos* 25. Regnavit *Nabonaſſar* annos tantùm 14. Ille Nini Rex eſt; hic, Babylonis.

II. Reg. 17. 6.
b) Syncell. p. 208. d.

Anno 12 Nabonaſari, c) *Salmanaſſar Rex aſſyriorum cepit Samariam: eodem capite*, d) *Rex Aſſyriorum in Samariam traduxit colonos de Babylone*. Non autem inde ſequitur *Salmanaſſarum Babylonis* regem fuiſſe. Nam ex Eſdrâ diſcimus, coloniam illam non à *Salmanaſaro* deductam eſſe; ſed ab e) *Aſſar-haddone*; qui fuit etiam Rex Babylonis. Rex autem hic alibi f) *Salman*; alibi, g) *Enem-aſſar* vocatur.

c) II. Reg ib.
d) Ib. v. 24.
e) Eſdr. 4. 2.
f) Hoſ. 10. 14.
g) In Tobiâ Græco.

h) *Hujus Regis nomen in Tyriorum archivis legitur; ex quibus Menander Chronica in Græcum ſermonem tranſtulit. Sic ſcribens*,

h) Joſeph. l. 9. c. ult.

Καὶ Ἐλουλαῖος ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. Οὗτος ἀποστάντων Κιτταίων ἀναπλεύσας προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν.

Elulæus, qui nominabatur, regnavit annos 36. Hic deficientes Cyprios reduxit, claſſe eo profectus.

Ἐπὶ τούτους πέμψας (.) ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς ἐπῆλθε Φοινίκην πολεμῶν ἅπασαν· ὅστις σπεισάμενος εἰρήνην μετὰ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω.

Contra hos (Salmanaſar) *rex Aſſyriorum miſſo exercitu Phœnicen totam invaſit; qui pace cum omnibus facta, domum reverſus eſt.*

Ἀπέ- *Aſo-*

Ἀπέστη τῶ Τυρίων Σιδὼν καὶ Ἄκη (καὶ ἡ Παλαίτυρος) καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἳ τῷ τῶν Ἀσσυρίων ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδοσαν.

A societate Tyriorum deficientes Sidon, & Ace, & aliæ urbes, se Regi Assyriorum dediderunt.

Διὸ Τυρίων ἐχ' ὑποταχθέντων, πάλιν ὁ Βασιλεὺς ἐπ' αὐτὰς ὑπέστρεψε, Φοινίκων συμπληρωσάντων ναῦς ἑξήκοντα καὶ ἐπικώπους ὀκτακοσίους.

Igitur, Tyriis non submittentibus, Rex iterum contra illos venit, cum navibus LX, & remigibus 800, quos Phœnices illi auxilio tulerunt.

Αἷς ἐπιπλεύσαντες Τύριοι ναυσὶ δεκαδύο, τῶν νεῶν τ᾽ ἀντιπάλων διασπαρεισῶν, λαμβάνουσιν αἰχμαλώτους ἄνδρας εἰς πεντακοσίους. Ἐπέταθη δὴ πάντων ἐν Τύρῳ τιμὴ διὰ ταῦτα.

His Tyrii cum XII navibus occurrentes, disjecta classe hostili, ceperunt captivos 500. Tyrii eo facinore rei navalis gloriam apud omnes adepti sunt.

Ἀναζεύξας δ' ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς κατέστησε φύλακας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῶν ὑδραγωγίων, οἱ διακωλύσουσι Τυρίους ἀρύσασθαι. καὶ τοῦτο ἔτεσι πέντε γινόμενον, ἐκαρτέρησαν πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν.

Rex autem Assyriorum discedens, custodias disposuit ad fluvium, & ad aquæ ductus, quæ Tyrios aquatum ire prohiberent: quòd cùm per quinquennium fieret, coacti sunt ex effossis puteis se sustentare.

Hæc sunt quæ in archivis Tyriorum de Salmanassaro Assyriorum Rege scripta sunt. Vox Παλαίτυρος mihi hîc suspecta est, cùm sit recentior, quàm ut hisce temporibus conveniat: neque potuerunt *Veteres Tyrii* à Tyriis descivisse. Hæc enim non de Tyro Insulari intelligenda sunt, sed de *Vetere Tyro*, in continenti posita, quod ex istis liquet, quæ de *Fluvio* ad urbem, & de *Aquaductibus* dicta sunt. De cujus excidio mox dicturi sumus. Ἄκη autem urbs maritima satis nota; quæ a) Persarum temporibus, ὁρμητήριον fuit *contra Ægyptum*; & Lagidarum nominata est *Ptolemais*. a) Strab. l. 16. p. 758. a.

Eusebius (ad annum 3 Olymp. VII,) b) *Aradus insula condita*, id est, ἐκτίσθη, habitatoribus occupata fuit. Res ista hisce *Salmanasari* temporibus non malè convenit. Verisimile est veteres *Aradios*, c) continentis incolas, ob metum *Assyriorum* incur- b) Chronic. n. 1267. c) supr. p. 232.

san-

ſantium, *in inſulam Aradum* migrâſſe urbemque condidiſſe. Hujus inſulæ ambitus eſt VII tantùm ſtadiorum; & a) *quantùm patet, tota oppidum.* S. Hieronymus *Uſque hodie*, ait, *cernimus Aradum inſulam, quæ tota ſit civitas; & contra ſe poſitum oppidum Antaradum habeat; & prætendat in Phœnices littore continentis terræ.* Id eſt, Aradii, inſulam incolentes, antiquas ſuas ſedes in continente tandem recuperarunt.

a) Mela, 2.7.

Senacherib Rex.

Quando b) *mortuus eſt Salman-aſar, regnavit Sennacherib filius ejus pro eo.* Regnabat eo tempore in Juda *Ezechias* ſolus. Hic c) *excuſſit jugum regis Aſſyriorum, & illi ſervire recuſavit*; Quam ob cauſam, Anno templi 280 (Nabonaſſari 20) id eſt, d) *Anno decimo quarto Ezechiæ, Senacherib rex Aſſyriorum aſcendit ad univerſas Judæ urbes munitas, & cepit earum* non paucas. e) *Cum animadverteret Ezechiel Senacheribum de oppugnandâ Hieroſolymâ cogitare, obturavit fontes, qui erant extra urbem, reparavit muros, comparavit miſſilia & ſcuta, & præfectos militares populo impoſuit; quos oratione confirmavit.* f) *Dum adhuc Senacheribus in obſidione Lacishi occupatus erat, miſit ad Ezechiam ſervos ſuos, qui deditionem poſcerent. Ille autem pacto pacis pretio* g) *Regi Aſſyriæ pependit 300 talenta argenti, & 30 auri.* Qui accepta pecunia, verſùs Ægyptum profectus eſt.

b) Tob. c. 1. v. 15.
c) II. Reg. 18. 17.
d) Ib. v. 13.
e) II. Chron. 32. 2.
f) Ib. 9.
g) II. Reg. 18. 14.

Ægyptiacæ hujus expeditionis non meminit hiſtoria Sacra. Eſaias quidem enumerat h) Urbes *in viâ Ægypti*, εἰς τὴν ὁδὸν τὴν κατ' Αἴγυπτον, *in viâ quæ ad Ægyptum.* S. Hieronymus intelligit, *Iter Aſſyrii redeuntis de Ægypto Jeruſalem.* Ab Exteris autem agnoſcitur illa. i) *Beroſus (Chaldaicarum rerum ſcriptor) Senacheribi Regis meminit; quòd omnem Aſiam, & Ægyptum bello infeſtaverit.* Herodotus in hâc re plenior. Regnabat eo tempore, in iſtis Ægypti partibus, k) *Sethon Vulcani ſacerdos, qui Milites Ægyptios, tanquam ſibi malè commodos, nullo in honore habuit; & arura illos exuit, quas duodenas ſingulis Reges ſuperiores donaverant. Poſteà igitur, quum Sanacharibus Rex Arabum & Aſſyriorum cum magnis copiis invaſiſſet Ægyptum, & Milites Ægyptii ei opitulari nollent, Rex (ſomnio fretus) ſumptis inſtitoribus, operariis, &*

h) Eſa. 10. 26. 28.
i) Joſeph. l. 10. c. 1.
k) Herodot. l. 2. c. 141.

& forensibus hominibus, illisque Ægyptiorum, qui sequi vellent (Militaris autem ordinis nemo sequutus est) castra posuit in Pelusio. Hac enim aditus erat in Ægyptum. Eo quum pervenissent, murium agrestium vis noctu hostibus offusa est, qui illorum pharetras, arcus, & scutorum habenas ambederunt; ita ut hostes die posterâ, armis exuti, fugam fecerint, multis amissis. Nunc etiam (ait Herodotus,) *in templo Vulcani Rex iste stat Lapideus, manu tenens murem; & per literas hoc dicens: IN ME QVIS INTUENS PIUS ESTO.*

Josephus longè diversam affert solvendæ obsidionis rationem. *Rex*, ait, a) *multùm temporis contrivit in apparandâ oppugnatione Pelusii, jamque aggerem penè mœnibus æquaverat, & videbatur assultum propediem facturus, cùm audivit adventare Tharsicen Æthiopum regem, Ægyptiis suppetias laturum, & copias per Desertum ducere, ut improvisus adoriatur Assyrios:* ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ a) Joseph.l.10. c.1.
τούτων ὁ βασιλεὺς (b) Σεναχήριβος λύει τὴν πολιορκίαν. Ἡρόδοτος δὲ γράφει Σεναχήριβον) ἐπὶ τὰ ἱερὰ τοῦ Ἡφαίστου στρατεῦσαι, λέγων. b) Supplet. Scalig in fragm. p. 46.
Territus hoc rumore Rex (Senacheribus, obsidionem solvit. Herodotus autem scribit Senacheribum) *contra Sacerdotem Vulcani bellum gessisse*: dicens (ut suprà) c) *Errat etiam in hoc Herodotus, quòd cum non Assyriorum, sed Arabum regem vocat.* c) Joseph. ib.
Vox *Assyriorum* in codice, quo usus est Josephus, desiderari videtur. Θαρσίκης ille Josephi (qui Africano d) Ταρακός) LXX d) supr. p. 485.
vocatur Θαρακά; Cujus advenientis rumor, non *Pelusii* (ut Josephus) sed *Libnæ obsidionem* solvit. Neque alius forsan est Strabonis Τεαρκώ *Æthiops*, qui ex Megasthene fertur e) *usque in Europam (ut Sesostris) processisse; & usq; ad Columnas.* e) Strab. l. 15. p. 686. 687.

Senacheribus, hic *Assyriorum* primus erat, qui Ægyptum aggressus est. (Nam incertæ fidei sunt, quæ ex Ctesiâ, de *Nino & Semiramide* narrantur.) Sed nec ultra Pelusium, in introitu positum, perrexit ille; aut quicquam memoriâ dignum perpetravit. Ex Ægypto reversus, Senacheribus f) *Lachis misit Tartanem & Rabshakem cum magnis copiis contra Hierosolymam*: ipse interim *Libnam* obsedit. *Rabshakes* contumeliosâ oratione populum Hierosolymitanum ad defectionem sollicitabat, sed re infectâ, *rediit: & invenit Regem Assyriorum oppugnantem Libnam.* f) II. Reg. 18. 17. Ib. c. 19. v. 8.

v. 9. *Cùm verò increbuisset rumor de Tirhaka Rege Chus* (Arabiæ) *quòd egressus esset ad pugnandum contra Senacheribum : ille Libnâ moturus, ad Ezechiam literas minatorias misit*, nullo successu. Quâ fortunâ cum Tirhakâ congressus sit Senacheribus,
II. Reg. 19. 35. non liquet. Grassante autem in exercitu suo peste gravissimâ, *Se-*
v. 36. *nacheribus eadem, qua venerat, via reversus est ; & mansit in Ninive.* Quamdiu vixerit Senacheribus post reditum, non di-
37. citur : tandem aliquandò, *cùm adoraret ille in templo Nisroth deum suum, Adra-melech & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio. Ipsi verò se proripuerunt in terram Ararati* (Armeniæ) *& regnavit pro eo Asar-haddon filius ejus.* Addit Josephus, par-
a) Antiq. l. 10, ricidas fuisse a) *filios seniores* ; illosque ὑπὸ τῶν πολιτῶν, à
c. 2. *Ninivitis pulsos ob cædem patris.* Regni itaque successione exciderunt filii natu maximi, prælato minorenni, non sine turbis popularibus. Verisimile est, in urbe Nino, sub tenerâ hujus Regis & ad res gerendas inidoneâ ætate, aliquantum temporis civilibus Assyriorum discordiis absumptum fuisse. Neque enim celebratur *Asar-adonis* nomen ante annum Nabonassari 68; quo id in Babyloniorum Regum Canone censetur.

Asar-haddon Rex.

ANNO Nabon. 68, qui fuit Templi 328, & 34 Manassis Regis Judæ, Ἀσαρ-άδινος, in Chaldæorum Regum Canone, regnare incipit, post *interregni* octennium. Neque est hic Babylonis Rex alius, quàm *Asar-haddon*, Senacheribi filius, quem patri (in urbe Nino occiso) in Assyriorum regno successisse
b) Hesych. diximus. Ἀδὶν, vel potiùs *Adon*, est *Adonis*, *Dominus*. b) Ἄδωνις, δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων.

c) C. 1. v. 21. Hujus Regis nomen variis curtatur modis. In libro c) Tobit vocatur *Sar-chedon*, abscissâ primâ nominis syllabâ: LXX posteriorem partem mutilant, quibus *Asor-dan* legitur. Esaias utramque partem truncat, cui *Sar-gon* dicitur. Neque enim id nomen *Senacheribo* imponendum est.

Postquam Babylonii per annos octo sine Rege vixissent, deficiente forsan stirpe regiâ, Rex hic, eâ opportunitate fretus, Babylo-

bylonem occupat, & utrumque *Assyriorum* Regnum (quod à Nabonassari tempore duplex fuerat) in unum redigit. Post hanc Regnorum conjunctionem, evanuit *Assyriaci*, increbuit *Babylonici* nominis gloria: adeò ut Rex hic *Assyriorum* ultimus sit, in S. literis celebratus; ejusque successores *Babylonii* nuncupentur: Ipse autem tam *Assyriæ*, quàm *Babyloniæ* Rex agnoscitur.

Præterea Syriam omnem sub ditione tenuit; ad quam confirmandam, exercitum eò misit. In eâ expeditione, a) *Principes exercitûs Regis Assyriorum ceperunt Manassem, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in BABYLONEM.* b) *Ille autem egit pœnitentiam, & reduxit eum Deus in Jerusalem, in Regnum suum.* a)II. Chron. 33. 11. b) v. 13.

In eâdem, c) (*Tharthan quem misit Sar-gon* (Asarhaddon) *Rex Assyriorum*) *pugnavit contra Azotum, & cepit eam*; quæ Judaicæ ditionis fuerat, ex quo Rex d) Azarias urbem illam, Philisthæis ereptam, munierat. *Tartan* etiam e) *Senacheribo* dux fuerat. c)Esa. 20. 1. d)IIChrō 26.6 e)IIReg. 18.17

Eodem fortasse tempore, coloni Samariam traducti sunt. Samaritæ dixerunt Zorobabeli, à Babylone redeunti, f) *Nos immolavimus Deo victimas à diebus Esar-haddonis regis Assyriæ, qui adduxit nos huc.* Paulò pôst, idem depravatè g) *Asnappar magnus & gloriosus*, appellatur. Hujus coloniæ deductio pleniùs narratur, ubi de Samariæ excidio agitur. f) Esdr. 4 2. g) v. 10.

Adduxit h) *Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Avath, & de Emath, & de Sepharvaim, & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel; qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.* i) *Et unaquæque gens fabricata est Deum suum: Viri Babylonii fecerunt Succoth Benoth; Cuthæi Nergal; viri de Emath fecerunt Asima; Hevæi, Nebahaz & Tartach; & Sepharvæi comburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech diis Sepharvaim.* Quot gentes, tot numina: sunt autem k) *quinque.* h) II. Reg. 17. 24. i) v. 29. k)Joseph. l. 9. fine.

Succoth Benoth est *tabernaculum filiarum*, sive puellarum: Ad cultum Veneris, sive Mylittæ Babyloniæ, refert Johannes Seldenus, nunquam sine honore nominandus. De eâ Herodotus, De Diis Syris, Synt. 2. II c. 7, 8. 9.

Herodot. l. 1. c. 191. & Strab. l. 16. p. 745. Strabo, & Epiſtola Jeremiæ Barucho ſubnexa, verſu 43. *Nergal* πυραθεῖα interpretantur, ſive πυρεῖα, id eſt, Sacrum Perſarum ignem perennem; quem, ut Solis ſymbolum, in ſacrariis ſervabant. *Nibchaz* & *Tartbac* unum numen: ut *Adramelech* & *Anamelech*: quæ tamen non magis nota ſunt, quàm *Aſima*. Illi autem Dii Sepharvaitarum ad Molochum referri poſſunt; qui tamen Deus Ammonitarum habetur.

a) IV. Reg. 17. 25. v. 41. Samaritani iſti coloni, a) *à Leonibus* infeſtati, Sacerdotem petierunt, qui Dei cultum doceret: illi autem Jeroboami ritibus idololatrias patrias addiderunt; unde *Dominum revereri*, & *non revereri* dicuntur. Atque inde ortæ lites illæ, quæ inter Judæos & Samaritanos perpetuæ fuerunt.

De *Aſſyriorum Regibus*, hæc ſunt quæ Ebraicis continentur hiſtoriis: & cum veriſſima ſint, Sacràque auctoritate confirmata, etiam inſuſpectæ fidei habenda ſunt. Qvantùm verò ab his discrepat longiſſima illa *Aſſyriorum Regum* ſeries, quæ à *Cteſiâ* primùm edita, ab *Euſebio* & *Syncello* conſervatur? De cujus veritate, cum nemo adhuc ſit, qui dubitaverit, operæ pretium erit, illam penitiùs intueri, ejuſque chronologiam paulò accuratiùs expendere.

Aſſyriorum Reges, juxtà Cteſiam.

GEorgius Syncellus plures *Reges*, plures *annos* enumerat, quàm Euſebius. Comparemus eos.

I. Euſe-

I.

N. Euf.	*Eusebius.*	an.	An.M.	*Syncell p. 96.*	an.
			3216	Βῆλος	55
1	*Ninus*	52	3271	Νῖνος	52
11	*Semiramis*	42	3323	Σεμίραμις	42
53	*Zameis*, qui *Ninyas*	38	3365	Νινύας, ὁ καὶ Ζάμης (p. 103.)	38
91	*Arius*	30	3403	Ἄρειος	30
121	*Aralius*	40	3433	Ἀράλιος	40
161	*Xerxes*, qui *Baleus*	30	3473	Ξέρξης	30
191	*Armamitres*	38	3503	Ἀρμαμίθρης (p.108.)	38
229	*Bel-ochus*	35	3541	Βήλωχος	35
264	*Bal-eus*	52	3576	Βαλαιός	52
316	*Altadas*	32	3628	Σέθως	32
348	*Mamitus*	30	3660	Μαμυθός (p.113.)	30
378	*Manchaleus*	30	3690	Ἀχάλιος	28
408	*Spherus*	20	3712	Σφαῖρος	22
428	*Mamitus*	30	3740	Μάμυλος	30
458	*Sparetus*	40	3770	Σπαρθαίως (p 147.)	42
498	*Astacadis*	40	3812	Ἀσκατάδης	38
538	*Amintes*	45	3850	Ἀμύντης	45
583	*Bel-ochus*	25	3895	Βηλ-οχος	25

Cujus filia Atosta (*qua &* Semiramis) *regnavit cum patre an.*12.

II.

Eusebius.			*Syncellus*, p. 147.		
N.Euf.		an.	An.M.		an.
608	*Belleparas*	30	3920	Βελ-ετόρης	30
638	*Lamprides*	32	3950	Λαμπρίδης	30
670	*Sosares*	20	3980	Σωσάρης (p. 151.)	20
690	*Lampares*	30	4000	Λαμφραῆς	30
720	*Panyas*	45	4030	Πανυᾶς	45
765	*Sosarmus*	19	4075	Σωσάρμος	22
784	*Mitreus*	27	4097	Μιθραῖος	27
811	*Tautanes* (Troja capta.)	32	4124	Τεύταμος, ὁ καὶ Ταυτάνης	32
843	*Teuteus*	40	4156	Τευταῖος	44
. . . .			4200	Ἀράβηλος (p. 154.)	42
. . . .			4242	Χάλαος	45
. . . .			4287	Ἄνεβος	38
. . . .			4325	Βάβιος	37
(qui *Tithonus* &			*Tautanes* II.) (Troja capta.)		
883	*Thineus*	30	4362	. . . .	30
913	*Dercilus*	40	4392	Δερκύλος	40
953	*Eupales*	38	4432	Ἐυπάκμης	38
991	*Laosthenes*	45	4470	Λαοσθένης	45
1036	*Pyriatides*	30	4515	Περιτιάδης	30
1066	*Ophrateus*	20	4545	Ὀφραταῖος	21
1086	*Ophratenes*	50	4566	Ἐφεκερῆς	(52)
1136	*Ocrazapes*	42	4618	Ἀκραγάνης (p. 165.)	42
1178	*Tonos Concoleros* Græcè *Sardanapalus* Rex 36.	20	4660	Θῶνος, Κονκόλερος	15
A primo *Nini* an. 1240			ab an. 3216 ad an. 4675	*Sum.*	1460

Dio-

Diodorus Siculus, ex *Ctesia*, multa narrat & mira de *Nino Rege primo Assyriorum*, & de *Semiramide*. Post *Ninyam* Nini filium, Παῖς, inquit, παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀρχὴν ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα ἐβασίλευσαν, μέχρι Σαρδαναπάλου, *Regnatum est de patrem filium per* XXX *successiones, usque ad Sardanapalum.* Rex ille non solum à *Ninyâ* tricesimus fuit, sed etiam tricesimus ejus sanguinis: quasi successionis series nunquam esset interrupta. Piguit Diodorum insequentium Regum *nomina & annos referre*, διὰ τὸ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπρᾶχθαι μνήμης ἄξιον, *quod nihil memorabile gesserint:* *Castor* autem *Rhodius* eorum catalogum edidit; ex quo *Eusebius* suum. a) *Eusebius Castorem sequitur; cujus testimonium producit dicentis, Reges Assyriorum regnâsse annos* 1280. Lib. 1. initio. Ib. p. 77. c. a) Syncell. p. 108. c.

Diodorum longæ istius Successionis ercifcundæ postulant *Bion* & *Alexander Polyhistor*, apud Agathiam; qui duas statuunt Assyriorum horum Dynastias, sive διαδοχάς. b) *Post Ninum regnavit Semiramis*, καὶ ἑξῆς ἅπαντες οἱ τούτων ἀπόγονοι μέχρι καὶ ἐς Βελλεοῦν τὸν Δερκετάδου. Ἐς τοῦτον γὰρ δὴ τὸν Βελλεοῦν τοῦ τῆς Σεμιράμεως φύλου διαδοχῆς παυσαμένης, Βελητάραν τις ὄνομα φυτουργικὸς ἀνήρ, καὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις κήπων μελεδωνὸς, καὶ ἐπιστάτης, ἐκαρπώσατο παραλόγως τὴν βασιλείαν, καὶ τῷ οἰκείῳ ἐνεφύτευσε γένει (ὡς που Βίωνι γέγραπται καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυΐστορι) ἕως ἐς Σαρδανάπαλον τῆς ἀρχῆς ἀπομαρανθείσης, Ἀρβάκης, &c. *Ac deinceps omnes eorum posteri usque ad Belleum Dercetadam. In illo enim desinebat stirpis Semiramicæ successio.: & Bel etaras quidam hortulanus, hortis regiis præfectus, Imperium mirificè carpsit, & suo generi inseruit (sicut Bion & Alexander Polyhistor scripserunt) donec id sub Sardanapalo emarcuit; cum Arbaces, &c.* Primæ Dynastiæ Regem ultimum *Bel-ochum* vocant, vel Βελλεοῦν τὸν Δερκετῶδος: non τὸν Δερκετάδου (ut in editis) quia Rex penultimus *Amyntas* dicitur, nomine è Macedoniâ mutuato. Δερκετάδαι sunt *Semiramidis* posteri: τὴν Δερκετῶ illius matrem fuisse tradunt. Syri utramque pro c) Deabus colunt: illam Piscis formâ; hanc Columbæ, Rex *Bel-ochus*, *Dercetadarum* postremus. b) Agath. l. 2. p. 63. c. c) Diod. Sic. l. 2. p. 65. a.

Altadas Rex, ordine decimus, Syncello Σέθως vocatur, nomine Ægyptio. Variarum lectionum minutias non moror. Quibus autem modis Syncellus *Reges* plures, quàm Eusebius, no-

vam.

vamque & Ctesianâ immensiorem chronologiam conficiat, merito inquirendum est. Ctesias, hujus Genealogiæ πλάστης, *à Nino* orsus est: quod testantur Diodorus, Photius, aliique. Castor in libelli capite adjecit *Belum*; sed sine numeris. a) *Castor in suo Canone sic scribit. Reges Assyrios primos locavimus, initium ducentes à Belo, cujus regnandi tempus non benè cognitum est: Ejus quidem Nominis meminimus; sed exordium chronologiæ à Nino duximus.* Eusebius *Belum* non habet: neque enim ferre potuit Canonis modus; qui à 43 *Nini anno* incipit. Syncellus *Belum* adhibet, eique largitur annos 55.

a) Syncell. p.206 a. & 168.c.

Prætereà Syncellus, in Dynastiâ Secundâ, quatuor Reges recenset; quos Eusebius non habet; quos nemo veterum agnoscit. Quatuor eorum Regum colliguntur anni 162: Additis *Beli* 55: sunt omnes 217. Ingens hæc *Assyriorum* chronologia à temporibus Excidium Ilii præcedentibus consurgit. Ex Ctesiâ, b) Diodorus. Contigit Bellum Trojanum, *regnante in Asia Teutamo, qui vigesimus est à Ninya, cum Assyrii Asiæ imperâssent plus mille annis.* Sardanapalus *à Ninya* tricesimus, *à Teutamo* decimus censetur. Eusebio, c) *Tautanes Rex est Assyriorum XXVI, sub quo Troja capta est*; anno ab initiis Nini 877: Seqvuntur itidem Reges decem.

b) L.2.p.77.d.

c) Chronic. n.835.

Syncellus, ante Bellum Trojanum, non solùm *Teutamum* ejusque successorem *Teutaum*, sed etiam quatuor suos hyperboræos Reges collocat: ità d) Ἅλωσις *Trojæ ponitur circà annum Assyriorum* 1100, *sub Babio, Rege XXXII*; quem idcirco e) *Tithonum* appellat, & *Tautanem Secundum.*

d) Syncell. p.167. a.

e) Ib. p.155.a.

Post Bellum, Syncellus novem Reges habet; atque his modis ille f) *enumerat Assyriorum Reges XLI, qui regnârunt annos 1460, à Belo ad Sardanapalum.* Isti quidem calculi, quantùm omnes alios antevertunt, tantùm à ratione & ab omni auctoritate longius discedunt. Syncellus Eusebium incusat, g) ὅτι διὰ τὸν ἑαυτοῦ παραλογισμὸν, καὶ τοὺς Ἀσσυρίων χρόνους ἠλάττωσε, καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας οὐκ ἀληθῶς ἐστοιχείωσε, *Quod per suam hallucinationem Assyriorum tempora imminuerit, & cladem Trojanam ad verum tempus non contulerit.* Et Scaliger illum exagitat, quòd h) *quatuor Reges expungeret, quos ab Africano acciperet.*

f) Ib p.92.b.

g) Syncell. p.169.b.

h) Animadv. p.14. 53.

Utrique immeritò. Syncellus enim omnes, qui ante illum scripserunt, calculis superat. Ctesias *Assyriorum Regibus* attribuerat

rat annos 1300, aut paulò plures. Diodorus quidem dicit, a) *Imperium illud eversum fuisse, quum durasset à Nino* τριάκοντα γενεὰς *successiones XXX*, ἔτη δὲ πλείω τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, *annos plùs 1400*. Numeri autem isti mendosi videntur; cùm idem paulò antè (ex b) *Ctesiæ libro secundo*) dixerit, *Imperium usque ad Sardanapalum durasse annos* πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων ἔτι δὲ ἑξήκοντα *plusquàm 1360*. Sed & iste Diodori numerus nimius est, si Agathiæ & Syncello credendum sit. Ille ait, c) *Diodorum scripsisse, ex Ctesia, Assyriorum imperium destructum fuisse* (ἕξ τε καὶ τριακοσίων ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις, καὶ ὀλίγῳ πλειόνων ἐτῶν παρῳχηκότων) *paulò amplius annis 1306 elapsis, ex quo Ninus ibi summam rerum obtinuerat*: ἕξ ait, non ἑξήκοντα. Syncellus rotundè. *Diodorus ad verbum sic scribit; Eorum Imperium duravit annos* (πλείω τῶν ͵ατ) *supra 1300, juxta Ctesiam*. Lectioni huic consentit Trogus. d) *Imperium Assyrii mille trecentis annis tenuêre*. S. Augustinus numerat e) hujus imperii annos 1305: Castor, 1280: Eusebius 1240: Velleius, 1070: Syncellus autem 1460.

a) Diod. Sic. l. 2. p. 81. d.
b) Ib. 77. c.
c) Agath. l. 2. p. 63. d.
d) Justin. l. 1. §. 2.
e) Civ. Dei, l. 18. c. 20.

Sed nec de Regum numero satis convenit. Diodoro f) *Sardanapalus est* τριακοστὸς ἀπὸ Νίνου, *tricesimus à Nino*; à Ninyâ, potiùs. Syncellus asserit, *Diodorum scripsisse Sardanapalum fuisse XXXV à Nino*. Eusebio, Is est g) *Assyriorum rex XXXVI*: Syncello, *XLI*. Quid autem de numeris solliciti sumus, cum tota quidem Series in controversiâ posita sit?

f) Diod. ib. p. 78. a.
g) Chron. n. 1178.

Doctrina hæc *de Assyriorum Regibus*, licèt plurimos nec contemnendos fautores habeat, unius tamen *Ctesiæ* auctoritati innititur; qui historiam suam clausit h) *Catalogo Regum à Nino & Semiramide usque ad Artaxerxen*. Inde Castor; à quo, Eusebius.

h) Photii, tmem. 72. p. 134. Diod. ib. p. 85. b.

Ctesias Cnidius cum Xenophonte (sub juniore Cyro) in Persiam ascendit, & bello captus, ob artis Medicæ scientiam, apud Artaxerxem Mnemonem versatus est annis 17. Profitetur ille se digessisse historiam, quam Græcis transmisit, ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας, *ex diphtheris regiis, in quas Persæ, legis cujusdam jussu, res antiquas relatas habent*. Photius qui Ctesiam legit, i) *Continentur*, ait, *Persica libris 23: sed in sex prioribus res Assyriorum, & quæcunque res Persicas præcessere, tractantur*. Κεφαλίδες illæ *Persicæ* regum *Persarum* acta (etiam k) *Medo-persarum*)

i) Tmemat. 72.
k) Esdr. 6. 2. Ester. 2. 22. 6. 1. & 10. 2.

continebant: ad *Assyriorum* reges non pertinebant. Utcunque, hoc illi tantum fidei acquisivisse videtur, ut *Diodorus Siculus*, *Trogus*, alii hunc sequi maluerint, quàm *Herodotum*. Hic enim, Herodoto junior, a) *σχεδὸν ἐν ἅπασι ἀντικείμενα Ἡροδότῳ ἱστορῶν*, *ferè in omnibus Herodoto repugnantia narrat*. Ctesias itaque, ut in cæteris Herodoto adversatur, ita etiam in *Assyriorum* originibus.

a) Phot. ibid.

Assyriorum Reges, juxta Herodotum.

PRomisit b) Herodotus Ἀσσυρίους λόγους, qui non extant. c) Ἀσσυρίων inquit, ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν Μῆδοι ἤρξαντο ἀπίστασθαι; *Quùm Assyrii Superiori Asiæ imperâssent annis DXX, Medi primi ab ipsis deficere cœperunt.* Tamdiu regnârant *Assyrii* antequam *Medi* defecerunt. Annon & postea? d) *Primi ab Assyriis defecêre Medi & in libertatem se asseruerunt; post quos, idem fecerunt alii.* Concesso tamen *Medorum* initio, constat de *Assyriorum* epochâ, juxta Herodotum. Putabamus aliquando e) *pro viccenario numero* κ *substituendum esse millenarium* ᾳ; ut esset aliqua cum Ctesianis consonantia. Jam non arridet conjectura; neque enim cum Herodoti mente congruit, quam ipse alibi declarat. f) *Inter Babylonis*, ait, *Reges duæ fuerunt fœminæ: quæ prior regnavit* (τῆς ὕστερον ἄρξασης πέντε προτέρη γενεῇσι γενομένη) *quinque ætatibus ante posteriorem, Semiramis nominata est: posterior Regina vocata est Nitocris, superiore solertior.* Semiramis inter primos Assyriorum reges ab Herodoto Ctesiâque censetur: Nitocris mater **Labyniti regis Assyriorum* (ultimi) *sub quo Cyrus Babylonem cepit*. Herodotus intra suos calculos se continet: Quinque ætates non conficiunt annos CC.

b) Lib. 1. c. 106 184.
c) L. 1. c. 95.
d) Ibid.
e) Diatriba, p. 35.
f) Herod. l. 1. c. 184.
* Ib. c. 188.

Herennius (apud Stephanum) dixit; g) Babylonem urbem Semiramide *vetustiorem fuisse duobus annorum millibus*. Nimiam urbi vetustatem attribuit; sed & de Ctesianâ Semiramidis antiquitate plurimùm detrahit. Porphyrius (vir antiquitatis callentissimus Semiramidis ætatem ad Trojana tempora retulit. h) *Sanchoniathon*, inquit, *scriptor Berytius* ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος· ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται, *vixit sub Semiramide Assyriorum reginâ, quæ*

g) supr. p. 508.
h) Euf. Præp. Evan. l. 1. p. 31. b.

quæ ante Trojana tempora, aut circa illa fuiſſe traditur. Quod cum Herodoti chronologiâ bene convenit. *Dejoces Medus* ab Aſſyriis defecit, circa annos 500. poſt excidium Trojæ. In Euſebii Canonie, ad annum æræ Aſſyriorum 625, a) *Bel-ochi* (18 *Aſſyriorum regis*) *filia Atoſſa, quæ & Semiramis, regnavit cum patre annos* 12. a)Num.583. Photius b) *Cononem* reprehendit, quòd ὅσα οἱ ἄλλοι περὶ Ἀτόσσης b)Tmem.186. Ἀσσυρίας ἀναγράφουσι ταῦθ' οὗτος εἰς Σεμίραμιν ἀναφέρει, *Quæcunque alii de Atoſſâ Aſſyriâ ſcripſerunt, ille ad Semiramidem referat.* Narrat.9. Atoſſam ſatis diſtinguit à Semiramide. Neque eſt hæc alia, quàm quæ diu antea (juxta Cteſiam) *Nino* ſucceſſiſſe dicitur. Una Heroina, pro ſententiarum diverſitate (quod Euſebio familiare) diverſa tempora obtinet; hic Herodoti ſententiam ſpectat; illic Cteſiæ.

Herodoto *Dionyſius Halicarnaſſeus* favere videtur; cui c) c)L.1.p.2. ἀρχὴ εἰς τοὺς Μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους· *Aſſyriorum imperium ad fabuloſa tempora productum* dicitur. Sanè Trojana tempora Mythicorum celeberrima ſunt. Cteſias χρόνον Ἄδηλον attingit, & Aſſyriorum initia ultrà omnia Græcorum tempora longè protrudit. d) Τὰ Ἀσσυρίων πολλοῖς ἔτεσι πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἀφ' d)Clem. Alex. Strom. 1. ὧν Κτησίας λέγει, *Ex iis quæ Cteſias tradit, res Aſſyriorum multis annis vetuſtiores ſunt, quàm res Græcæ.* p.320.d.

Hæc de *Aſſyriorum Regno* Herodotus; hæc Cteſias; longo intervallo inter ſe diſſidentes. Ex utriuſque ſententiâ, poſt *Aſſyrios* regnabant *Medi*; poſt Medos, *Perſæ*. Neque ante *Primum Cyri annum*, occurrit certum chronologiæ fundamentum. Initio *Perſarum* innititur *Medorum* finis; ſicut initiis *Medorum*, finis *Aſſyriorum*. Cæterùm in *Medorum* ſerie non minùs ab Herodoto diſcedit Cteſias, quàm in *Aſſyriorum*.

Medorum Reges.

HErodotus *Medorum* hiſtoriam breviter & dilucidè narrat. Dicit, illos [1] ab *Aſſyriis* (qui imperâſſent Aſiæ annos 520) 1 L.1.c.95. defeciſſe; & *Dejocem* (novi Regni auctorem) *Ecbatana* condidiſſe; regnumque uſque ad [2] *Halym* fluvium prolatâſſe. Di- 2 c.72. cit, [3] *Phraortem* ejus filium *Perſas* ſubegiſſe, & ab *Aſſyriis* victum fuiſſe: [4] *Cyaxarem* autem nepotem *Ninum* expugnâſſe, 3 c.102. 4 c.103.

5 c. 106. & *Assyrios* subegisse, [5] exceptâ *Babylonicâ* portione; & bellum
6 c. 16. sexennale cum [6] *Lydis* gessisse. Denique [7] *Astyagem* pronepo-
7 c. 107. tem, à *Cyro* debellatum, imperio finem dedisse; cum stetisset annos 150.

Astyages à Cyro exutus est anno primo Olympiadis LV, qui est annus Nabonassari 188. Deme annos CL, habes *Dejocis* initium, anno Nabon. 39, qui est Per. Jul. 4005. Deme annos DXX, habes annum Per. Jul. 3485. Veruntamen cautè statuen-
a) c. 95. da sunt Assyriorum initia. Medi (juxta a) Herodotum) aliquandiu vixerunt αὐτονόμοι, priusquàm *Dejoces* tyrannidem invasit: Cum τῆς αὐτονομίας tempus indefinitum sit; neque certò definiri possit Assyriorum epocha.

Præfat. p. 5. *Appianus Alexandrinus* iisdem calculis usus est. Ἀσσυρίων τε, καὶ Μήδων, καὶ Περσῶν, τριῶν τῶν μεγίστων ἡγεμονιῶν εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου συντιθεμένων, οὔτ' ἂν ὁ χρόνος ἐφίκοιτο τῶν ἐννακοσίων ἐτῶν, *Assyriorum, Medorum, & Persarum, trium maximorum Imperiorum, tempora simul congesta, usque ad Alexandrum Philippi filium, non annos quidem nongentos attingunt.* Assyriorum sunt anni 520; Medorum 150; Persarum 230, à 1 Olymp. LV, ad 2 Olymp. CXII, quo *Darius* ab Alexandro victus est. Appianus exclusivè numerâsse videtur.

b) L. 1. p. 2. b) *Dionysius* etiam *Halicarnassensis* hanc Herodoti chronologiam sequutus est. Ἡ μὲν Ἀσσυρίων ἀρχὴ παλαιά τις οὖσα, καὶ εἰς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους, ὀλίγου τινὸς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρους. ἡ δὲ Μηδικὴ καθελοῦσα τὴν Ἀσσυρίων, καὶ μείζονα δυναστείαν περιβαλομένη, χρόνον οὐ πολὺν κατέσχεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τετάρτης κατελύθη γενεᾶς, *Assyriorum imperium, quod antiquum fuit & ad tempora Fabulosa productum, non magnam Asiæ partem obtinuit: Medicum autem, cum illud Assyriorum sustulisset, & majore potentiâ auctum esset, non longo tempore duravit, sed Quartâ generatione eversum est.*

c) Antiq. l. 10. c. 3. c) Josephus etiam his *Medorum* initiis assentiri videtur. De *Merodachi* Babyloniorum Regis temporibus agens, Ἐν τούτῳ ait, τῷ χρόνῳ συνέβη τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ὑπὸ Μήδων καταλυθῆναι, *Eodem tempore contigit Assyriorum imperium à Medis dissolvi.* Defectio *Dejocis* intelligenda est; quæ sub finem istius Regis contigit; quâ imminuta est *Assyriorum* potentia, non penitus dissoluta.

Hanc

Hanc *Medorum Regum* seriem, S. literis neutiquàm repugnantem, in Canone nosto collocavimus. Neque hic omittendæ sunt aliæ *Medorum* Regum successiones, quas non immeritò rejiciendas esse censuimus.

Herodotus, l. 1. c. 101.	*Diodorus*, ex *Ctesiâ* l. 2. p 84. b	an.	*Eusebius.* N Eus	an.	*Syncell.* p. 197. A. M.	an.
	1. *Arbaces*	28	1198 *Arbaces*	28	4676 Ἀρβάκης	28
	2. *Madauces fil*	50	1226 *Sosarmus*	30	4704 Μανδαύκης	20
	3. *Sosarmus*	30	1256 *Med idus*	40	4724 Σώσαρμος	30
	4. *Art-icas*	50	1296 *Card-iceas*	13	4754 Ἀρτύκας	30
	5. *Arbianes*	22				
an.	6. *Art-æus*	40				
1. DEJOCES 53	7. *Art-ynes*	22	1309 *Dejoces*	54	4784 Δίοικης (p. 212.)	54
2. PHRAORTES 22	8. *Art-ibarnas*	40	1363 *Phraortes*	24	4838 Ἀφεράρτης	51
	Sum.	282				
3. CYAXARES 40	9. *Astibares*	00	1387 *Cyaxares*	32	4889 Κυαξάρης	32
4. ASTYAGES 35 Sum. 150.	10. *Apandas*, qui & *Astyages*	00	1419 *Astyages*	38	4921 Ἀστυάγης (qui & *Darius*) p. 231.	38

Herodotus quatuor Reges recenset; Ctesias, decem: quo pacto non solùm *Medicæ* origines, sed etiam *Assyriacæ* altiùs assurgunt. Eusebius hîc *Castorem* (qui a) *Ninum* fecit *Sardanapali successorem*) deserit; & neque Ctesiam sequitur, neque Herodotum; sed ex utroque hybridem VIII Regum dynastiam componit, prioribus quatuor *Ctesiæ* Regibus subjungens quatuor *Herodotæos*. Μαδαύκης ibi malè vertitur *Med-idus*; καὶ Ἀρτύκας, *Card-iceas*. Vanissimum hoc *Eusebii* commentum, post *Syncellum*, Chronologi recentiores amplexi sunt.

a) Syncell. p. 205. d.

Ctesias ab Herodoto toto genere dissidet. Illius computatio, Regum multitudine turgescens, ἀνοδίᾳ laborat. Dum enim ultimis duobus Regibus nulla assignantur regnandi tempora, quid certi statuendum est de *Arbacis* initio? Super conjecturas igitur jacienda sunt Ctesianæ Chronologiæ fundamenta. Epitomator

Justin. l 1. Trogi tradidit *Medos regnâsse annis* 350. Si supponamus hoc ex sententiâ Ctesiæ dictum esse; ex isto numero, 68 anni postremis duobus Regibus debentur. Nam priorum octo sunt anni 282. His concessis: Primus *Cyri* annus, sive *Medorum* ultimus, est Per. Jul. 4154. Demptis 359, initium *Arbacis* Per. Jul. 3804. Demptis 1300, initium *Nini* anno Per. Jul. 2504. Nihil occurrit, quod ad Ctesiæ calculos propiùs accedere videatur. Sed ad Reges; de quibus nihil est non dubium & controversum.

a)Syncell. ib. Eorum primus est *Arbaces*, juxta Ctesiam. a) *Quidam autem tradiderunt Ninum obtinuisse Assyriorum imperium post Sardanapalum; ut & Castor in suo Canone. Exordium, inquit, chronographiæ à Nino duximus, & recitavimus singulos usque ad Ninum qui suscepit regnum post Sardanapalum.* Ctesias, *Arbacem*; b)Ib. p. 210. b. Castor *Ninum* facit Sardanapali successorem. b) *Alexander Polyhistor* ineptè *Nabo-pol-asarum* vocat *Sardanapalum.*

Qui Diodoro, Straboni, Athenæo, Agathiæ, *Arbaces*; Justino *Arbactus* dicitur: unde Orosius *Arbatus*; *quem alii Arbacem vocant.* Velleio, *Pharnaces Medus Sardanapalum imperio vitaque privavit: abhinc* (ante consulatum Vinicii) *annos fermè* 770. Is cos, anno Per. Jul. 4743. Detrahe 770: manet annus 3973. Qui *Dejocis* initium (an. 31) superat; *Arbacis* epochâ (an. 169) inferior.

c)Diod. l. 21 p. 81. d. *Arbaces* ille c) *Nini cives in pagos distribuit; Urbem solo æquavit; multa argenti aurique talenta in Ecbatana Medorum regiam transtulit: & sic Assyriorum Imperium subversum fuit.* Hæc ex Ctesiâ Diodorus; Quæ quidem à veritate prorsus aliena sunt, & cum S. literis repugnantia. *Subversum* putant *Assyriorum Imperium* anno Per. Jul. 3804, qui est annus 34 Seculi XV. Quo tempore nulla erat adhuc, in Ebræorum historiâ, *Assyriaci* nominis memoria. Anno demum 68 XVI Seculi, primùm iis innotuerunt *Assyriorum Reges*, qui deinceps nominatim celeberrimi sunt. Eorum regia *Ninus* tunc temporis florescebat. Nam post tempus Prophetæ Sacri, *Nahum, Sophonias*, alii, *Ninivitis* exitium prænunciant; Ninum urbem à *Phraorte Medo* tentatam; à *Cyaxare* demum captam, docet Herodotus. Neque in *Ecbatana* tunc transferri potuerunt thesauri: Urbs illa demum post annos ducentos, à *Dejoce* condita est.

Syn-

Syncellus sibi, non aliis, satisfecit; cùm *Medos* hos Ctesiæ Reges etiã *Assyrios* vocari voluit. a) Μήδων μὲν γένος κατὰ διαδοχὴν ἀπὸ Ἀρβάκου ἐβασίλευσεν. ἡ δὲ βασιλεία καὶ Ἀσσυρίων ἐλέγετο, διὰ τὸ ἀρχαῖον καὶ παλαιὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ τῆς χώρας ὄνομα· καὶ Μήδων διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς ἐξουσίας καὶ τὴν χώραν Μηδίαν λεγομένην, *Ab Arbace Medica progenies in regno successit: Regnum autem tam Assyriorum nuncupatum est, ob nobilitatem vetustatemque istius Imperii, & nomen regionis; quàm Medorum, ob nuperam potentiam: & ob regionem quæ Media vocatur.* a)Syncell. p.105.c.&Cedron. p.108.

Sextus *Medorum Rex Art-aus*; sub quo circa annum 150 ante Cyrum (quo tempore cœpit *Dejoces*) Ctesias narrat, b) *Parsodam quendam Persam ad defectionem incitasse Cadusios; & partâ victoriâ, ab illis Regem factum esse; neque illos unquàm ad obedientiam pristinam redactos esse.* Hæc quidem non sunt istis dissimilia, quæ de *Dejoce* narraverat Herodotus. Tempus convenit; uterque *Medos* (*Cadusii* enim gens *Medorum* ad Euxinum) ad libertatem erigit: uterque vincit; & à Medis Rex factus est. Παρσώνδας vocatur à * *Nic. Damasceno.* b)Diod. Sic. p. 84 c. * Excerpt. Val. p. 426.

Octavus *Medorum* Rex est *Art-ibarnas:* Vox c) *Art, in lingua Persica Magnum*, vel *Heroa* significat; & ceu additamentum honorificum nominibus *Persicis* præponi solet. Ctesias vocem ad *Medos* transtulit. Huic Regi d) *Bellum fuit cum Zarina Sacarum Regina.* Sin Rex hic sit dubiæ fidei; etiam Regina; quæ Ζαρειναία, † Nicolao. c) Herodot. Hesych. d) Diod. p. 85. † Excerpt. p. 436.

Nonus *Astibares*, e) *Medorum Rex* appellatur etiam ab *Alexandro Polyhistore*, qui illum ad commilitium contra *Hierosolyma à Nabocodonosoro invitatum* scribit. e) Euf. Pr. l. 9.

Postremum refert *Medorum Regem Apandam*, τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Ἀστυάγην καλούμενον. Τοῦτο δὲ ὑπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καταπολεμηθέντος, μεταπεσεῖν τὴν βασιλείαν εἰς Πέρσας, *quem Græci vocant Astyagem: Eo Cyri Persæ armis oppresso, imperium ad Persas devolutum est.* Jam tandem immensa & instabilis Ctesiæ chronologia ad certum sistitur terminum. Primus Cyri annus περίφημα insigne est. *Astyagem*, *Medorum Regem ultimum*, à Cyro debellatum refert Herodotus; sed *Cyaxaris filium.* Diodorus *Aspandam*, sive *Apandam*, *Astibaræ filium*, *Medorum Regum postremum*, juxta Ctesiam, *Astyagem* vocari affirmat; ut Herodoti Rex ulti- Diod. p. 85.

ultimus, ultimusque Ctesiæ, sint Rex idem à Cyro exutus, ex utriusque auctoris sententia. Similiter, ut Primus Medorum Rex, ex ambobus relatione esset *Nini* urbis eversor; Diodorus dicit a) Herodotum tradidisse, *Cyaxarem* (qui quidem *Ninum* expugnavit) *fuisse primum Medorum Regem*: Cùm tamen ex ipso Herodoto constet, *Dejocem* primum fuisse, *Cyaxarem* penultimum. In Excerptis Ctesiæ apud Photium, quædam de *Astygâ* (ita Astyagem vocat) narrantur, οὐχ οἷα Ἡρόδοτος: illum autem *Apandam* nominari, nemo dixit ante Diodorum.

a) Diod. p. 84.

Ob incertitudines tantas, Ctesianæ *Assyriorum Medorumque Regum* successiones ad scientiam Temporum parum conducere videntur. De *Assyriis* dubium est, utrum editio *Castoris*, quam retinet *Eusebius*, an ista *Syncelli* auctior adhiberi debeat. Neutram verò ad calculos vocare licet, priusquam *Arbacis* (si modò is sit Sardanapali successor) statuatur Epocha; quam nemo veterum, nedum recentiorum, adhuc stabilivit: non *Eusebius* quidem, aut *Syncellus*; cum ἀσαφὴς & fictitius sit eorum laterculus: non *Diodorus*, qui regibus aliis rotundos annorum numeros, aliis Herodotæos, aliis omnino nullos attribuit. Sed admittantur Epitomatoris anni CCCI; qui *Dejocis* initium antevertunt annis CC! Quid inde lucri faciemus præter annorum totidem προχρονισμόν? Cum enim certissimum sit, *Assyriorum Reges* sedes suas, tam in urbe *Nino*, quàm *Babylone* tenuisse, post *Dejocis ætatem*; nihil interest *Medorum* tempora plus in anteriora protrudere. Actum est ilicet de *Arbacis*; actum de *Nini* epochâ.

Cùm verò inveterata hæc *Ctesiæ* doctrina altas in mentibus hominum nec facilè evellendas radices egerit: sit eâ de re suum cuique judicium. Nobis quidem non tanti est Regum Ctesianorum series, ut illis locum in nostro Canone concedamus.

Æra Templi.

PARS prior duplicem habuit Regum successionem; altera hæc singularem; quæ tamen cum Nabonassari ærâ (maximè in Nabuchodonosori Primi temporibus) adeò concinnè quadrat; ut utraque mutuò sanciatur chronologia.

Templi

Templi Nabon.

272 12 Regnum Samariæ à Salmanassaro Assyriorum
Rege excisum est anno decimo *Achazi*, anno quarto
Ezechiæ.

277 17 a) *Regnavit Achaz in Hierosolymis annos* XVI. a) II. Reg. 16. 2.
Eo mortuo, *Ezechias* regnabat solus, qui decem annis
Patris consors fuerat. Hic b) *in anno primo, quo re-* b) II. Chron.
gnavit solus, repurgavit Templum: celebravit Pascha; c. 29. 30. & 31.
aliaque instituit, quæ in S. literis plenè traduntur.
Porrò c) *Ezechias rebellavit contra regem Assyriorum,* c) II Reg. 18. 7.
& non servivit ei. Ipse percussit Philistæos usque ad Ga- v. 8.
zam, & omnes terminos ejus à turre custodum usque ad
civitatem munitam. Quod forsan post decessum Se-
nacheribi factum.

280 20 *Anno decimo quarto Ezechiæ Regis, Senacherib* v. 13.
rex Assyriorum ascendit ad universas Judæ urbes munitas,
& cepit eas.

287 27 Anno 21° Ezechiæ, *Jugæo* in regno Babylonis
successit *Mardok-empadus*, qui regnavit annos 12.
Hujus regis initium duabus Lunæ eclipsibus confirma-
tur, apud d) Ptolemeum. Octo illius anni *Ezechiæ* d) Almagest.
contemporanei fuerunt. Ex synchronismo liquet, l. 4. c. 6.
hunc regem eundem esse, qui dicitur e) *Merodak-bal-* e) II Reg. 20.
adan, filius Bal-adan, Rex Babylonis: qui misit literas & 12. & Esa 39. 1.
munera ad Ezechiam. f) Josepho ὁ Βαλάδας dicitur; f) Antiq. l. 10.
meminit etiam g) Berosus τῶ Βαλάδα *Babyloniorum* c. 3.
Regis: verùm id nomen in Canone non legitur: neque g) Ib. p. 331.
constat, quo anno hæc legatio contigerit. Apud Ba-
bylonios, h) *Merodoc* idoli nomen fuit; ut & *Baal*, si- h) Jer. 50. 2.
ve Bel; *Adan*, sive Adonis.

295 35 Cùm i) *regnasset Ezechias Annos* 29, *successit* i) II Reg. 18. 2.
illi filius Manasses, qui regnavit annos 55. 21. 1.

320 60 Anno *Manassis* 26, post *Mesessi-Mordaci* quadri-
ennium, in Babylone contigit *Interregni* octennium;
68 328 quo peracto, anno *Manassis* 34, Ἀσαρ-Ἀδιν Regnum
obtinet per an. 13. Rex hic *Babylonis* idem est cum *Asar-*
Adone, Rege *Assyriorum*: De quo k) disseruimus. k) supr. p. 514.

 An-

Templi Nabon.

Anno *Manassis* 47, *Asar-adoni* successit *Saosduchinus* in utroque regno. De illo, nihil extat literis proditum. 341 | 81

II.Reg. 21.23 Anno *Manassis* 55, illi in regno Judæ successit filius *Amon*, qui *regnavit annos duos* incompletos. 349 | 89
Hic domesticorum proditione domi occisus est: & *Josias* ejus filius (puer octennis) *Rex* constituitur à populo. 350 | 90

Anno Josiæ XII, *Chyniladanus* successit *Saosduchino*: Horum nomina ab oblivione vindicat Canon. 361 | 101

a)Jer. 25.3. *Anno XIII Josiæ Regis*, a) *Jeremias prophetare* cœpit. 362 | 102

(Seculum XVIII.)

b) II Reg. 22. 3.8. Ib. 23. 21. v. 29. b) *Anno XVIII Josiæ*, *Templum* instauratum; Liber *Legis* inventus; & Festum *Paschatis* celebratum est. 367 | 107

30. Anno XXXI Josiæ, *ascendit Pharao Nechao, Rex Ægypti, contra Regem Assyriorum; & abiit in occursum ejus Rex Josias; qui occisus est in Mageddo. Populus Joahaz, filium Josiæ, unxerunt in Regem: cum regnasset tribus mensibus, vinxit eum Pharao Nechao; Regemque*
33. *constituit Eliakim, filium Josiæ; & vertit nomen e-*
34. *jus Jehojakim. Joahaz abductus, in Ægypto diem obiit.* 380 | 120

c)Jer. 25.1. c) *Annus quartus Jehojakim filii Josiæ, Regis Judæ, fuit primus Nabu-chodon-osori Regis Babylonis*; qui in Canone *Nabo-pol-assarus* vocatur, *Chyniladani*
d)Ib. 46. 2. successor. Eodem d) *anno quarto Jehojakim Regis Judæ, copiæ Pharaonis Nechonis, quæ fuerunt in Carchemisho ad Euphratem, percussæ sunt à Nabuchodonosoro Rege Babylonis.* 383 | 123

Annus

Temp. Nabon.

387 127 Annus a) *Quintus Nabopolasari* Lunaris defe- a)Ptol.Sy-
ctûs charactere insignitus est. Is erat annus VIII *Je-* tax.l.5 p.125.
hojakimi; quo b) *Nabuchodonosor Rex Babylonis* b)II Chron.
ascendit contra eum, & vincivit eum catenis, ut abdu- 36.6.
ceret eum Babylonem. Sed datâ obsequii fide, Babylo-
nius illum regno restituit. c) *Et Jehojakim factus* c) II.Reg.24.
est ei servus annis tribus. Ab hoc renovati regni ex- 1.
ordio, d) *annum tertium Jehojakimi* numerat Da- d) Dan.1 1.
niel.

389 129 Anno septimo Nabopolassari, cœpit obsidio
Tyri.

390 130 Annus octavus Nabopolassari (sive Nabochodo-
nosori) erat XI, & ultimus e) *Jehojakimi; qui post-* e)II.Reg.24.6.
quam triennio servierat Regi Babylonis; aversus, rebel-
lavit contra eum; & ab eo trucidatus est. f) *Et re-* f) Ib. v.7.
gnavit Joachin filius pro eo; qui *Jechonias* vocari solet.
g) *Regnavit ille in Ierusalem tribus mensibus* (h) *&* g) II.Reg.24.
decem diebus) *& cepit eum Rex Babylonis, anno Regni* v. 8.
sui octavo; & protulit inde omnes thesauros Domus Dei, (h II.Chron.
& domus Regiæ; & transtulit 10000 *in captivitatem, &* 36 9.)
Regem & matrem regis, & Principes, in Babylonem: & v.12.
constituit Mattaniam patruum ejus pro eo, eique imposuit 13.
nomen Zedekiam. 15. 17.

Hic Templi i) *Annus trecentesimus & nonagesi-* i)Ezech. 4.5.
mus (ab Ezechiele impensè celebratus) tres habuit
Hierosolymorum Reges: miserè pereuntem; perpetuò
captivum; & expilati Regni administratorem. Ab
hâc suâ deportatione, annorum passim numeros dedu-
cit Ezechiel. k) *Annus*, ait, *XXV Captivitatis no-* k)Ib.40.1.
stræ est annus XIV post excidium Urbis, anno XI Ze-
dechiæ.

398 138 Anno octavo Zedechiæ, l) *Rex Edom, rex Moab,* l)Jer. 27.3.
rex Ammon, rex Tyri, & rex Sydonis ad Zedechiam nun-
cios miserunt; ut sollicitarent eum ad defectionem à m)II Reg.24.
Chaldæo: m) *Recessitque Zedechias à rege Babylonis;* ult.
qui n) *adjuraverat eum per Deum.* n) II Chron. 36,13.

		Temp.	Nabon.
a) IIReg. 25.1 Jer. 52.4.	a) *Anno* IX *regni Zedechiæ, decimâ die Mensis decimi, venit Nabuchodonosor* (Magnus, Primi filius) *rex Babylonis cum exercitu, & circumvallavit Hierosolymam.*	399	139
b) Ib. 32. 1.	b) *Anno* X *Zedechiæ Regis Iudæ, qui est XVIII Regis Nabuchodonosori* (Patris, in Babylone adhuc regnantis) fervebat obsidio. Insignis est hic Regum synchronismus.	400	140
c) IIReg. 25.2 Jer. 52 5.	c) *Urbs obsessa est usque ad* XI *annum Regis Zedechiæ: & prævaluit fames. Quarti mensis die nonâ capta est Urbs: Zedechiam fugientem duxerunt in Reblatha: Rex Babylonis filios ejus, & principes Judæ, ipso inspectante jugulari jussit; dein oculos Zedechiæ eruit; eumque vinctum compedibus abduxit in Babylonem; ubi incarceratus est usque ad diem mortis.*	401	141
d) Ib v. 8. e) Jerem. ib.	Ejusdem anni d) *Mensis Quinti die septimâ* (*qui est annus* XIX *Regis Babylonis in Jerusalem*; & e) die *decimâ*) *incendit Domum Domini*; cum stetisset annos integros CD.		
	Ab eodem anno incipiunt anni LXX Captivitatis Babylonicæ:		
	Primus Cyri annus, *Babylone* regnantis (quo soluta est Septuagenaria Judæorum captivitas) Chronologiæ Ebraicæ fundamentum est; eamque cum rebus Extraneis connectit.		210

Dejoces Rex.

PRæter *Assyrios* & *Babylonios* (XVII hoc Seculo) in Asiâ regnabant etiam *Lydi* atque *Medi*; illorum quidem Regnum vetustum fuit; horum autem, recens. Namque anno 39 post conditum à Nabonassaro *Babylonis* regnum; dum *Mardoc. empado* successit A*rkianus*; dum in urbe *Nino*, ob cædem *Sennacheribi*, à filiis interempti, eorumque fugam, res Assyriorum intestinis turbis
f) Herod. l. 1. c. 95. confusæ fuerunt; f) *Primi ab Assyriis defecerunt Medi, & in libertatem se asseruerunt*; & cum aliquandiu mansissent αὐτόνομοι, *Dejoces*

joces in Regem electus est. Τῆς δυσνομίας tempus intra 53 Dejocis annos facilè comprehendi potest. Rex hic a) *Ecbatana*, in Medorum Regum sedem, condidit; Urbemque mœniis splendidissimis ornavit. Ctesias urbem hanc à *Semiramide* exornatam; & *Arbacis* regiam fuisse comminiscitur. a) Ib. c. 98. Diod. l. 2. p. 72 b & p. 81. d.

Dejoces primùm b) *Solis Medis imperavit: eorum gentes sunt Busæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi:* Posteà, anno Nabon. 60 (qui est à Medorum epochâ 22) Regnum novum per Armeniam & Cappadociam protulit, usque ad Halym fluvium: & ab illo tempore c) *Medi Asiæ dominati sunt omni, supra Halym fluvium, per an.* 128 (*excepto tempore, quo Scythæ dominati sunt*) donec Astyages à Cyro victus fuit. d) *Fluvius iste, qui fuit Medici Lydique Imperii terminus, ex Armeno monte per Cilicas profluens, ad dextram Matienos, ad sinistram Phrygas; dein versùs Boream tendens, illinc Syro Cappadoces, hinc Paphlagones interfluit.* b) Herod. l. 1. c. 101. c) Ib. c. 130. d) Ib. c. 72.

Anno Nabon. 92 Dejoci, in regno Medorum, successit ejus filius *Phraortes*. Sicut Pater regnum versùs Occidentem prolatavera; ita Filius, versùs Orientem: e) *Persis bellum intulit, eosque in Medorum potestatem redegit: Dein alias Asiæ gentes: donec exercitum duxit contra Assyrios illos, qui, Ninum tenentes, quondam omnibus imperârunt, tunc autem soli relicti sunt, per auxiliarium gentium defectionem; alioquin per se bene habentes. Ab his victus, cum magnâ exercitûs parte interiit, postquam regnasset annos* 22. Quod Seculo proximo contigit. e) Ibid. c. 102.

Lydorum Reges.

MEdis contermini sunt *Lydi*: apud quos, *Atyadis* in regno successerunt *Heraclidæ*; Heraclidis, *Mermnadæ*, paulò ante Medorum initia.

Atyadarum nomen ab *Aty* Rege, *Cotyis* filio, *Manis* nepote. f) *Primus in Mæoniâ regnabat Manes, ex Jove & Tellure natus; qui ex Callirhoâ Oceani filiâ genuit Cotym: Hic ex Haliâ Tulli indigenæ filiâ suscepit Asiem* (à quo g) *Asia* dicta est) *& Atym* (à quo posteri *Atyadæ* dicti) *Atys ex Callithea Choræi filia sustulit Lydum* (*à quo, in paternum regnum succedente, terra Lydia nominata est*) *& Tyrrenum, qui coloniam in Italiam deduxit.* In Atyadis annume- f) Dionys. Hal. l. 1. p. 21 g) supr. p. 331.

a) Steph. Αδραμ. randus est a) Ἑρμων ὁ Αυδῶν βασιλεὺς, *Hermon Lydorum Rex*; *à quo (secundùm quosdam) Adramittium Mysiæ urbs ad Caicum*; τὸ γὰρ Ἑρμῶνα Λυδοὶ ἄδραμυν καλοῦσι, Φρύγες, *Hermon enim Lydis & Phrygibus vocatur Adramys*. In eorum etiam numero fuit Κάμβλης, sive *Camblitas* rabiosæ voracitatis; b) *Xanthus* (*in Lydiacis*) *refert*, *Cambletem Lydorum regem fuisse edacem*, *bibacem*, *gulosum*; *eumque noctu uxorem suam in frusta sectam vorasse: deinde crastino mane reperta conjugis manu, quæ ad ejus os hæserat, re in vulgus sparsa, seipsum jugulasse*: c) *Ipse se veneficiis appetitum cremdens, in foro confertissimo stans stricto gladio, Jupiter, inquit, si mea sponte id facinus feci, ipse mei sceleris dem pœnas: sin veneficiis appetitus, in veneficos recidat pœna. His dictis, in conspectu omnium semet interfecit: aliis, ut belluonem, ridentibus; aliis, ut mentis non compotem, miserantibus. Suspicabantur autem Jardanum, ob inimicitias, quas cum Camblita exercebat, malefícii auctorem fuisse.*

b) Athen. Deipn. l. 10. p. 415. c.

c) Nic. Damasc. Excerpt. Vales. p. 445.

d) Jardani filia fuit Omphale, Lydorum Regina; cui Tmolus conjux moriens regnum reliquit. Huic Hercules (ob cædem Iphiti, ex oraculo, venditus) in triennium serviebat. e) *Erat Herculi* (κατὰ τὸν τῆς δουλείας καιρὸν) *tempore servitutis, natus Cleolaus ex ancilla* Jardani. f) *Omphale Herculis virtutem admirata, illum in libertatem vindicatum, thori consortem fecit, & Lamon ex eo natus est*; qui Apollodoro *Agelaus* dicitur. Ἐξ Ὀμφάλης ἦν Ἀγέλαος, ὅθεν καὶ τὸ Κροίσου γένος, Herculi natus est *ex Omphale Agelaus*; *unde & Crœsi genus*. Ipsi enim *Mermnadæ* quoque fuerunt Heraclidæ: Atyadis autem successerunt. g) *Heraclidæ, ex ancilla Jardani & Hercule geniti, regnum ex Oraculo adepti. Horum primus fuit* Argon, *Alcæi filius*, Cleolai nepos, h) anno Per. Jul. 3491: Regnarunt *annos DV. per generationes XXII.* Quatuor posteriorum Regum nomina habet Eusebius: Regnabat i) *Ardysus annos* 36; *Alyattes*, 14; *Meles*, 12; *Candaules*, 17. Non erat autem *Lydorum Rex primus Ardysus*; sed ex Heraclidis, XIX. De annis 505, colliguntur tantùm 79. Quippe Eusebius *Lydorum* regum seriem à k) Primâ Olympiade deduxit.

d) Apollodor. l. 2. p. 135.
e) Diod. Sic. l. 4. p. 165. c.
f) Ibid.
Apoll. l. 2. p. 151.
g) Herod. l. 1. c. 7.
h) supr. p. 530.
i) Chron. p. 1239.
k) supr. p. 490.

In Heraclidarum numero (quorum desiderantur nomina) fuerunt forsan *Andramytys* & *Alcimus*. l) *Xanthus* (*Lydiacorum* lib. 2.) *ait*, *Andramytyn Lydorum Regem fœminas primum castravisse; illisque, eunuchorum loco, usum fuisse*. Suidas ad *Gygem* rem transfert:

l) Athen. Deipn. l. 12. p. 515. d.

fert : a) *Xanthus*, ait, *Candaulis filius*, *Lydus ex Sardibus*, *historicus fuit*, *quo tempore Sardes captæ sunt* (ab b) Jonibus & Atheniensibus, regnante Dario) *Scripsit Lydiacorum* lib: 4. *in* 2 *narrat quomodo Gyges Lydorum Rex*, *primus* γυναῖκας εὐνέχισεν, ὅπως αὐτῇς χρῷτο ἀεὶ νεαζέσαις, *fœminas castravit*, *ut iis ætate semper florentibus uteretur*. c) *Idem Xanthus refert Alcimum quendam in ea regione regnasse*, *virum religiosissimum & mansuetissimum*; *quo regnante quilibet in pace*, *& divitiis securè vixit*. *Qua de causa*, *anno regni ejus septimo*, *tota Lydorum gens vota fecit*, *ut ad Lydorum bonum totidem anni Alcimo adderentur*. *Neque defuit eventus*; *& gens ista in multa felicitate vixit*. d) *Xanthus* (lib. 4. *Lydiacorum*) *refert*, *Ascalum Hymenæi filium*, *Tantali fratrem*, *sub Aciamo Lydorum Rege*, *exercitum in Syriam duxisse*; *& virginis cujusdam amore captum*, *urbem condidisse*; *quam ex suo nomine Ascalonem vocavit*. a) Suid. in Ξανθ. (b Herodot. l. 5. c. 100.) c) Suid. ibid. d) Steph. in Ἀσκάλ.

e) *Meles* (sive is Heraclidarum penultimus; sive) ὁ πρότερος βασιλεὺς Σαρδίων *prior Rex Sardium*, *cui Leo ex pellice* (partu prodigioso) *genitus fuerat*, *ex* Telmissensis oraculi responso didicit, *Sardes inexpugnabiles fore*, *quacunque murorum parte Leo iste circumduceretur* : *Meles itaque per ceteram murorum partem*, *quacunque arx oppugnari poterat*, *Leonem circumtulit* : *per eam autem partem*, *quæ ad Tmolum vergit*, *tanquam præcisam & inexpugnabilem*, *Leonem ducere prætermisit*. *Ab hac parte urbs demum à Cyro capta est*. *Meles autem tyrannide expulsus est à* f) *Moxo Lydo*. e) Herod. l. 1. c. 84. f) Nic. Damasc. in excerptis Valesii, p. 448. Suid. in Moxo

Heraclidarum itaque primus, apud Lydos, fuit *Argon*; ultimus *Candaules*; *Mermnadarum* primus, *Gyges*; postremus, Crœsus. A Candaule ad Gygem regnum hoc modo devolutum est. g) *Candaules uxorem*, *propter formæ pulchritudinem*, *deperibat*, *prædicare omnibus solebat*; *non contentus voluptatum suarum tacita conscientia*, *nisi etiam matrimonii reticenda publicaret* : *prorsùs quasi silentium damnum pulchritudinis esset*. *At postremùm*, *ut affirmationi suæ fidem faceret*, *nudam sodali suo Gygi ostendit*. *Quo facto*, *& amicum*, *in adulterium uxoris solicitatum*, *hostem sibi fecit*; *& uxorem*, *veluti tradito alii amore*, *à se alienavit*. *Namque brevi post tempore cædes Candauli nuptiarum præmium fuit*; *& uxor*, *mariti sanguine dotata*, *Regnum viri & se pariter adultero tradidit*. h) *Gyges in regno ex oraculo Delphico confirmatus fuit* : *sed prædixit Pythia*, g) Justin. l. 1. c. 7. Herod. l. 1. 8. h) Herod. l. 1. c. 13.

a) Jovinian. l.1.p.500. *thia, Heraclidarum ultionem in Gygis atnepotem venturam esse*. De hâc cæde, S. a) Hieronymus: *Justam causam regis occidendi putavit uxor, quam maritus nudam amico suo, & ignorantem monstraverat*. Neque aliter *Agathias:*

b) Epigram. Græc. l.3.c.7. b) Κανδαύλου τόδε σῆμα· Δίκη δὲ ἐμὸν οἶτον ἰδοῦσα,
Οὐδὲν ἀλιτραίνειν τὴν παράκοιτιν ἔφη, &c.

Candaulis hoc sepulchrum: Justitia verò, meam mortem videns, dixit Uxorem non injustè egisse. De fabuloso *Gygis annulo*, c) Plato; & ex illo, d) Cicero.

c) De Repub. l.2. p. 592. d) De Offic. l.3. p. 392. Memoratu dignum est Pingendi artem priscis hisce temporibus in pretio fuisse. e) *In confesso est Bularchi pictoris tabulam, in quâ erat Magnetum prælium, à Candaule rege Lydiæ (Heraclidarum novissimo, qui & Myrsilus vocitatus est) repensam auro. Tanta jam dignatio Picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est: Duo enim de vicesimâ Olympiade interiit Candaules; aut (ut quidam tradunt) eodem anno, quo Romulus: Nisi fallor, manifestâ jam tum claritate artis, atque absolutione: quod si recipi necesse, simul apparet multò vetustiora principia esse*; &c. Annus primus XVIII Olympiadis est an. Nab. 40. Regnabant *Mermnadæ* annos 170; f) *Gyges*, 38; *Ardys*, 49; *Sadyattes*, 12; *Alyattes*, 57; *Crœsus*, 14, usque ad Sardes à Cyro captas, an. 1. Olymp. LVIII; qui est annus Nabon. 200. Deme. 170: habes an. Nabon. 30; quo regnare cœpit *Gyges*. Differentia est decennii.

e) Plin. l. 35. c. 8.

f) Herod. l. 1. c. 15.

Ibid. c. 14. *GYGES, regno potitus primus Barbarorum (post Midam Phrygiæ regem) Delphos misit donaria, cùm argentea plurima, tùm aureas sex pateras pondo talentorum XXX; quæ in thesauro Corinthiorum (vel Cypseli potiùs) collocata fuerunt*. Civitates enim Græcæ in Apollinis Delphici templo donaria sua separatim condebant. *Thesauri Sicyoniorum; Siphniorum (qui aurifodinarum decimam Apollini obtulerunt) Thebanorum; Atheniensium (ob victoriam Marathoniam) Potidæatarum, in Thraciâ; & Syracusanorum* à g) Pausaniâ memorantur. h) *Captis Vejis, ex decimâ prædæ conflatus, crater aureus Delphos missus, in Romanorum & Massiliensium θησαυρῷ repositus fuit*. Neque aliter Olympiæ, i) *in Alti est crepido tophacea, super quâ sunt Thesauri (quales Græci Delphico,*

g) In Phocicis, p. 628.
h) Appiani excerpt. Valesii, p. 546.
i) Pausan. Eliac. 2, p. 378.

phico Apollini construxerunt) *Sicyoniorum*, *Syracusanorum*, *Epidamniorum*; *aedificarunt etiam Sybaritae thesaurum suum*; & *Cyrenaei*, *Selinuntii*, Metapontini, Megarenses & *Gelenses*. *Polemo* apud a) Athenaeum) hos thesauros vocat ναὺς, *aediculas*. *In Olympiâ*, ait, ναὸς Μεταποντίνων; *in quo argenteae phialae* 132; ναὸς Βυζαντίων, &c. Sublatis demum donariis, b) *Inscriptiones in thesauris manebant incolumes*; *quibus dedicatores indicantur*, *Gyges*, *Craesus*, *Sybaritae*, *Spinetae*, *alii*. a)L. IX. p. 479. f. b)Strab. l. 9. p. 421.

Porrò c) *Gyges Rex Mileto* & *Smyrnae arma intulit*; & *expugnavit Colophonem urbem*: Veruntamen d) *illius permissu Abydus à Milesiis condita est*. *Regnavit annos* 38. c)Herod. l. 1. c. 14. d)Strab. l. 13. p. 590.

e) *ARDYS*, *ejus filius successit ei*. *Hic vi cepit Prienen* urbem Jonicam; & *Miletum invasit*. Illo regnante, *Cimmerii*, *à Scythis sedibus suis ejecti*, & *Asiam ingressi*, *Sardeis ceperunt praeter Arcem*. e)Herod. l. 1. c. 15.

Migrationis causas alibi narrat Herodotus. f) *Fertur*, ait, *Scythas*, *qui Asiam incolunt*, *quum à Massagetis bello vexarentur*, *transmisso Araxe*, *in Cimmeriam abiisse*. *Illa enim regio*, *quam nunc Scythae incolunt*, *fertur olim Cimmeriorum fuisse*. *Scythis autem Cimmerios invadentibus*, *Regum Populique sententiae diversae fuerunt*: *Populus*, *sine praelio demigrandum*; *Reges*, *pro regione dimicandum censuerunt*: *dissentientes inter se pugnarunt*. *Qui ceciderunt*, *sepulti sunt ad Tyrem flumen*, *ubi eorum sepulcrum adhuc conspicitur*. *Sic Cimmeriorum populus è regione migravit*; *quam desertam occuparunt Scythae*. *Extant adhuc in Scythiâ Cimmerii muri*, *Cimmeria portoria*; *Regio appellatur Cimmeria*, & *Bosphorus Cimmerius*. *Cimmerii autem*, *fugientes Scythas*, *in Asiam venerunt*, & *Chersonesum condiderunt* (*ubi nunc Sinope*, *urbs Graeca*, *sita est*) *iter semper secundùm Mare tenentes*. Inde g) *Ligdamis*, *Cimmeriorum dux*, *usque ad Lydiam* & *Ioniam progressus est*; *ac Sardeis cepit*: *periit in Ciliciâ*, unà h) *cum exercitu*, ut cecinit i) Callimachus: postquam k) *Dianae Ephesinae Templum incendisset*. Caeteroqui haec l) *Cimmeriorum expeditio in Ioniam*, *non fuit subversio urbium*, *sed depraedatio per incursionem*. Strabo hanc eorum excursionem m) *ad Homeri aetatem*, *aut paulò ante*, retulit. *Alyattes*, *Ardyis* nepos, illos tandem ex Asiâ pepulit, Seculo proximo. f)Herod. l. 4. c. 11. c. 12. g)Strab. l. 1. p. 61. c. & l. 14. p. 648. a. h)Hymn. in Dianam. i)Hesych. in Λύγδαμ. k) Herod. l. 6. l) Lib. 13. m) 149. b.

Yyy ΔΩΔΕ-

ΔΩΔΕΚΑΡΧΙ'Α *Ægypti.*

a) Herodot. l. 2. c. 137. b) Ib. c. 147. USque in hoc Seculum commoratus est in Ægypto *Sabacon Æthiops*; a) *qui quum regnasset ibi annos* 50, *ultro abiit*; somnio monitus. Post illius decessum, Ægyptus rursum inter Regulos dispertita est; quorum numerus ab Herodoto definitur. b) *Ægyptii, libertatem adepti, Reges XII constituerunt. Nam sine Rege nullo temporis momento vivere poterant. Illi omnem Ægyptum in XII partes diviserunt, & (ἐπιγαμίας ποιησάμενοι) junctis inter se affinitatibus, amicè regnarunt* aliquandiu. Ex illo, Diodorus: c)Diod. l. 1. p. 42. d. d) p. 35. 2. c) Οἱ μέγιστοι τῶν ἡγεμόνων δώδεκα, συνεδρεύσαντες ἐν Μέμφει, ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς βασιλεῖς· *XII præcipui Præsidum* (Νομάρχας d) alibi vocat) *Concilium Memphi habentes, seipsos Reges creant.* Ante Sabaconis invasionem, Milites Inferioris Ægypti, nomos jure hæreditario obtinentes, Monarchiam detrectârunt, & in diversis partibus diversa Dominia constituerant; quæ ab Æthiopibus dissipata sunt: Illis cedentibus, renovati sunt Regulorum istorum principatus; qui tamen non erant diuturni. Primùm externâ vi oppressi sunt; dein domesticâ; & Ægyptus tandem omnis sub unius imperium iterum redacta est.

Ex XII istis Regulis quorundam nomina conservantur: duo e) Herod. l. 2. c. 137. f) Ib. c. 152. quidem Æthiopicâ clade superstites. Alter e) *Anysis cæcus*, qui, sub adventum Sabaconis, *in palustria fugerat, ex Elbo insulâ* jam rediit iterumque regnavit. Alter f) *Psammitichus Nechi filius, qui Sabaconem fugerat in Syriam, & ab Ægyptiis, qui sunt nomi Saitani, reductus est.* g) Polyæn. Stratag. l. 7. §. 3. Memoratur etiam g) *Tementhes Rex Ægypti, quem Psammitichus sustulit: qui Ammonis Oraculum de regno consuluit.* h) Herod. ib. c. 141. His annumerari potest h) *Sethon, Vulcani Sacerdos, qui post Anysin regnabat* (vel potiùs, cum illo) in Arabicis Inferioris Ægypti partibus (*Reges* autem è *Sacerdotibus* eligi, usitatum erat.) Hujus regis *Murem manu tenentis* statuam vidit Herodotus: i) supr. p. 513. quòd Rex hic, in urbe i) *Pelusio à Senacharibo Assyriorum rege obsessus*, ope *Murium* liberatus esset.

k) Hor. Apol. l. 1. c. 47. Cùm *Pietatem* svadeat ista Regis imago, mysterium aliquod præ se ferre videtur. k) Ægyptii Ἀφανισμὸν δηλοῦντες μῦν ζωγραφοῦσι, ἐπειδὴ πάντα ἐσθίων μιαίνει καὶ ἀχρηστοῖ, *Destructionem* *Igni-*

significantes Murem pingunt; quia omnia consumens inquinat & deperdit. Similem ob causam religione tenebantur Phryges (Apud a) Clementem Alexandrinum) *Polemo refert, incolas Troadis* a) Προτρεπτ. p.25. d.
mures indigenas (quos σμίνθους vocant) colere, quòd arcuum hostilium nervos corrosissent. Et Apollinem ab his Sminthium nuncupari.
b) Strabo (ex Callino & Heraclide Pontico) rem aliter narrat. b)Strab.l.13. p.604. c.
Erat autem c) *Mus sub pede Apollinis.* c)Ib. p. 613.b.

Quinque Palestinæ principes, cum Arcâ Dei, remiserunt (ex hariolorum sententiâ) cum totidem mariscis aureis d) *Quinque Mures aureos*, tanquam *culpatorum*, vel *expiationis oblationem.* d) I.Sam.6,4.
Et Esaias, inter lustrationes idololatricas, *Muris* esum increpat.
e) *Sanctificantes & lustrantes se in medio hortorum post Unum* (id est, ponè templum f) *Dei, quem summum maximumque venerantur Assyrii, cui Adad nomen dederunt : Ejus nominis interpretatio est UNUM*) *comedentes carnem suillam, & abominationem, & Murem.* e)Esa.66 17. f)Macrob. Saturnal.l.1.c.23;
Esus *muris* cum *suillâ carne* conjungitur: utrumque animal *immundum*, & * Lege vetitum; utrumque tamen in Oriente inter Februa: de *Mure*, hinc constat; de *Suis* esu apud Ægyptios, ex Herodoto, † diximus. Februatio ista etiam in Occidente: *Suovetaurilia* in columnâ Trajani descripta sunt. * Levit. 11.29. † supr. p.213.

Jamblicus Syrus (in amoribus Rhodanis & Sinonidis) apud * Photium, *Magiæ species recenset; Locustarum, Leonum,* καὶ Μυῶν, ἐξ ὃ καλεῖσθαι καὶ τὰ Μυστήρια ἀπὸ τῶν Μυῶν. πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν Μυῶν μαγικήν, *& Murium; unde Mysteria dicuntur, cùm Murium magia sit prima*, &c. Plutarchus autem animalculum hoc Magis invisum esse docet, tàm Sympos. l. 4. c.5. quàm in comment. περὶ Φθόης καὶ μύσος. Et † *Soricum occentu auspicia dirimi, Annales referunt.* Immò Magi g) *animalium cunctorum Talpas maximè mirantur : nullis æquè credunt extis : nullum religionis capacius judicant animal.* Utcunque superstitionem istam serò durasse innuit Philastrius Brixiensis, *Murositæ*, ait, *sunt quidam nomine, qui sorices colunt.* Hæc, olim arcana, hodie obscura sunt. Revertamur itaque. * Cod.XCIV. p. 822. † Plin.l.9. c. 57. g) l. 30.c.3.

h) *Cùm XII illi Reges per annos quindecim imperâssent Ægypto* (ortis jurgiis turbisque civilibus) *summa rerum ad unum devoluta est.* Has Regulorum discordias respicit Esaias Propheta i) *Committam Ægyptios cum Ægyptiis, ut quisque pugnet in fratrem suum,* h) Diod. 1. p.42.d. i) Esa.19.2.

suum, & quisque in amicum suum; Civitas in Civitatem, Regnum in Regnum. Νομὸς ἐπὶ Νομόν, bene verterunt LXX, *Nomus in Nomum:* Sed malè in excusis, diverso accentu, νόμος ἐπὶ νόμον, *Lex in Legem.* Nomarchæ, Reges: Reges isti, quasi Nomarchæ.

Psammitichus Rex.

REX hic inter Ægypti præcipuos numerandus est; qui patriam à tyrannide liberavit, & Monarchiam restituit.

a) Herod. l.2. c.147. a) *Responsum erat ab Oraculo, Illum totius Ægypti regno potiturum, qui in Vulcani templo æreâ phialâ libaret.* b) *Cùm quodam*
b) c. 151. *tempore Reges XII sacrificassent, Pontifex eis, aberrans numero, XI phialas porrexit. Ibi Psammitichus, qui stabat eorum postremus, phialam non habens, ærea galea sibi detractâ libavit: neque id tum dolo malo factum. Cæteri tamen illum maximâ suæ potentiæ parte exutum, in palustria relegarunt.*

c) c. 152. c) *Ille consulto Latonæ oraculo, responsum accepit*, ὡς τίσις ἥξει ἀπὸ θαλάσσης, χαλκέων ἀνδρῶν ἐπιφανέντων, *Ultionem ei affuturam è Mari, viris æneis apparentibus. Non longo post tempore, prædatores quidam Iones & Cares, ære armati, in terram exierunt: Psammitichi nuncius affertur, Viros æneos è mari egressos campestria populari. Ille agnoscens Oraculum, cum Ionibus & Caribus amicitiam fecit, iisque, ut secum maneant, magnis pollicitationibus persuasit. Ita demum cum auxiliariis, iisque Ægyptiis qui ei favebant, Reges sustulit.*

d) Polyæn. Stratag. l.7. §.3. d) *Cum respondisset deus Ammon Tementhi Regi oraculum de Regno consulenti*, Φυλάξασθαι τοὺς ἀλεκτρυόνας, *Caveret à gallis; Psammitichus, Pigrete Care familiariter utens, ab eo cognovit, Cares primos cristas galeis imposuisse. Hinc intellectâ Oraculi mente, magnam Carum multitudinem* conduxit.

Sed missis oraculis; e) *Psammitichus Saites, unus ex XII*
e) Diod. l.1. p.42.b. *Regibus, orâ maritimâ potitus, Phœnicibus Græcisque negotiatoribus mercium copiam fecit; unde ille & magnas opes collegit, & Exterorum amicitiam comparavit. Reges cæteri invidiâ impulsi, bellum illi intulerunt. Psammitichus milites ex Arabia, Caria, & Jonia conduxit; & ad urbem Momemphin, collatâ acie, victor evasit: Regum*

alii

alii ceciderunt; alii in Libyam fugerunt: Psammitichus toto Regno potitus est.

In *Æthiopiam* etiam non pauci se contulerunt. Est enim i- a)Plin. l. 6. c. 30.
bi (ut a) *Aristocreon tradit) Libyæ latere, à Meroë dierum* 12 *i-
tinere, Esar, Ægyptiorum oppidum: qui Psammeticum fugerint, in
eo produntur annis trecentis habitasse. Eion autem Sapon vocat, quod
ille Esar, & ipso nomine Advenas ait significari.* Iisdem in locis est
b) *Tenesis regio; quam Ægyptii habent, qui Psammitichum fuge-* b) Strab. l. 16.
runt: Vocantur Sebritæ, id est, Advenæ. Reginam habent, sub p. 770. d.
qua est Meroë. Neque diversa est illa c) *Supra Meroen insula*, c) Strab. l. 16.
quam incolunt Ægyptiorum exules, qui desciverunt à Psammitiebo. p. 786. b.
*Vocantur Sabritæ, id est, advenæ. Reginam habent; regi Meroes
parent.* Sed redeamus in Ægyptum.

Psammitichus Caribus & Jonibus, de se bene meritis, d) *fun-* d) Herodot. c. 154.
*dos dedit ad utrumque Nili latus, prope mare, infra urbem Bubastin,
ad ostium Pelusiacam. Locus Castra vocabatur. Manebant adhuc*
(ait Herodotus) *navalium & domorum rudera. Nam Rex Amasis
illos Memphin transtulerat, in sui satellitium contra Ægyptios:* Et
e) *ab illis pars Memphidis Caro-Memphitæ dicta est.* e) Polyæn. l. 6.

Πρῶτοι οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν, *Hi pri-* Herod. ib.
*mi habitabant in Ægypto eorum qui essent linguæ diversæ. Illis tradi-
ti sunt pueri Ægyptii Græcâ linguâ imbuendi; à quibus, Græcam lin-
guam edoctis, oriundi sunt ii, qui in Ægypto nunc sunt interpretes. His
in Ægypto habitantibus, & cum Græcis commercium habentibus,*
Nos (ait f) Herodotus) *res Ægypti à Psammitichi tempore, ac* f) Ibid.
deinceps ἐπιστάμεθα ἀτρεκέως *certò cognoscimus.* Quod ad illius
auctoritatem non parum facit. Vetustiora enim ex g) Sacerdo- g) supr. p. 49.
tum fide tradidit.

Postea, * *Psammiticho regnante, quo tempore Cyaxares erat* * Strab. l. 17. p. 801. d.
Rex Medorum (regnare cœpit ille Olymp. XXXVI, circa finem
Psammitichi) *Milesii cum* 30 *navibus in Bolbiticum ostium appule-
runt; ibique* τὸ Μιλησίων τεῖχος *Milesiorum Murum condide-
runt.*

Psammitichus autem ad hunc modum rerum summam ade-
ptus, urbem *Saim*, Minervæ templo celebrem, Regiam suam & h) Herod. l. 2.
Ægypti Metropolim constituit. Ille h) pueros summo cum si- c. 2. & supr.
lentio alendos curavit, ut de Gentium vetustate cognosceret. Ille p. 483.

a)Ib.c.28. & Athen. l.8. p.345.e. a) Nili fontes explorare voluit. b) Eudoxus tradidit, Psammitichum cœpisse Vinum bibere, cum reges, quatenus Sacerdotes, neque bibissent ante, neque Diis libassent vinum.

b)Plut. Iside, p.333. b. c)supr. p.515. d) Herodot. c. 157.

Asar-haddon Rex Babylonis (per c) Tarthanem ducem suum) Azotum urbem non ita pridem à Judæis eripuerat. Urbs illa Ægypto imminebat: d) *Psammitichus igitur Azotum, magnam Syriæ urbem, obsidebat annos XXIX, oppugnavitque eam, donec expugnavit. Hæc urbs omnium, quas novimus, diutissimam obsidionem sustinuit.* Neque suppetias ei attulit *Saosduchinus Rex Babylonis*, qui post *Asaradonem* regnavit annos 20; neque *Chiniladanus*, ejus successor. Durabat autem Obsidio in Seculum proximum.

Migremus interim in Græciam.

Bellum Messeniacum.

e) p. 455. f) Pausan. l.4.p. 225.

CIrca initium hujus Seculi, exarsit in Peloponneso bellum internecinum, quod Lacedæmonii Messeniis finitimis & consanguineis intulerunt; cujus semina e) suprà narrata sunt. Jam verò anno Attico 840, f) *anno secundo Olympiadis IX; quâ Xenodochus Messenius stadium vicit, qui* (juxta Pausaniæ calculos) *est annus Quintus Æsimedis Decennalis archontis apud Athenienses; regnantibus apud Lacedæmonios Alcamene & Theopompo; apud Messenios, Euphae; Alcamenes Amphiam, Messeniorum oppidum Laconiæ finitimum, non indicto bello, occupavit, & post dimicationes quasdam reversus est.*

g)Ib. p. 228. Anno secundo Olymp. X, g) *Anno quarto post captam Amphiam, Euphaes exercitum eduxit: prælium nox diremit: Euphae autem castra sua muniente, decesserunt Lacedæmonii.*

Ib.p. 229. *Anno proximo* (ejusdem Olympiadis tertio) *Rex uterque Theopompus & Polydorus, Alcamenis qui decesserat filius, Messenios iterum invadunt. Pugnatum est æquo Marte: sed Messenii, calamitatibus oppressi, Ithonem muniunt, in eamque se recipiunt.*

Ib.p.233. *Oraculum Delphicum jussit; ut virgo ex Æpytidarum familiâ immolaretur: Lycisci filia sorte ducta est; sed dum vates illam*

lam populo denunciat fuisse suppostitiam, ipsa cum patre Spartam profugit. Aristodemus itaque filiam suam immolandam ultro obtulit: ejus autem sponsus negabat eam esse in potestate patris; quâ ratione cùm parum proficeret, puellam à se vitiatam & jam gravidam esse affirmabat: Filiâ autem ab irato patre protinus occisâ, ejusque utero exciso, constabat eam non fuisse prægnantem. Vates eâ cæde ex Oraculo litatum esse negabat: sed Euphaes persuasit, populum nullâ amplius religione teneri: neque interesse, à quo virgo cæsa sit.

Anno secundo Olympiadis XII, id est, *anno sexto post Lyscisci fugam, Lacedæmonii Ithonem petunt: prælium nox iterum diremit. Euphaes autem vulneratus paulò pòst è vitâ excessit orbus; cum regnasset annos* 13, *totos bello cum Lacedæmoniis consumptos. Aristodemus populi suffragio regnum obtinuit. Ille* (anno tertio Olymp. XIII) *anno regni sui quinto, Lacedæmonios prælio vicit: Messeniis auxilio fuerunt Arcades, Argivi, Sicyonii: Lacedæmoniis, Corinthii soli. Lacedæmonii, spe conficiendi belli jam ereptâ, ad astum se convertunt, suadente Pythiâ.* Oracula recitat a) Pausanias. Ib. p. 234. Ib. p. 236. a) Ib. p. 238.

Eodem tempore, vel potiùs, *anno belli decimo* (ut Ephorus apud b) Strabonem) Lacedæmonii *virgines* omnes prostituunt; unde Παρθενίαι, *Virginum filii, patribus incertis generati sunt*; qui posteà Tarentum Italiæ occuparunt. b) Lib. 6. p. 279. d.

c) *Aderat jam Vicesimus hujus belli annus, cum Aristodemus visâ per quietem filiâ, ad illius sepulcrum sibi mortem conscivit; cum regnasset annos sex & menses aliquot. Messenii autem, menses propè quinque obsessi, urgente fame, Ithonem deseruêre; anno belli XX pene exacto; anno primo Olympiadis XIV, quâ Dasmon Corinthius stadium vicit; exacto anno quarto Hippomenis archontis: Nam Medontidæ Athenis Decennalem magistratum adhuc tenebant.* c) Pausan. p. 241.

d) *Messenii, quibus vel Argis, vel Sicyone, vel in Arcadiâ fuerunt hospitia, in eas urbes dilapsi sunt. Lacedæmonii Itho-* d) Ib. p. 241.

thomen solo æquarunt: Urbes reliquas facilè expugnarunt. Impositum est Messeniis manentibus *Spartam deportare* (*ut cecinit Tirtæus*)

> Ἥμισυ πάνθ' ὅσσων καρπὸν ἄρουρα φέρει·
> *Dimidium frugum quas sua terra ferat:*

Viros insuper mulieresque Regum & optimatum funera, veste pullâ, prosequi.

Bellum Thyreaticum.

Pausan. l. 3. p. 170.

THeopompo regnante, etiam inter Argivos & Lacedæmonios de Thyreatûm finibus dimicatum est. Ipse Theopompus ei negotio non interfuit, senio & animi ægritudine implicitus. nam, eo vivente Archidamus filius mortuus est. Eusebius a) ad annum quartum Olymp. XIV, *Bellum*, ait, *quod in Thyreâ inter Lacedæmonios & Argivos gestum est, hoc tempore fuit.* Minùs rectè b) Solinus; *Thyrea locus dicitur, in quo anno 17 regni Romuli, inter Laconas & Argivos memorabile fuit bellum.* Is est an. primus Olymp. XI; quâ cum Messeniis flagrabat bellum. In hoc Bello c) *conventum est, ut utrinque discedente exercitu, viri CCC dimicarent; & utri superiores essent, eorum regio foret. Ex sexcentis pugnantibus, interventu noctis, tres omnino reliqui fuerunt: Alcinor & Chronius Argivi; qui tanquam victores Argos cursu contenderunt: ex Lacedæmoniis, unus Othryades; qui spoliatis Argivis eorum arma ad suorum castra detulit, & in suo ordine seipsum tenuit.* Ex hostium scutis d) *tropæum erexit, suoque vulnerum sanguine id inscripsit.*

a) Chron. n. 1296.

b) Cap. 13.

c) Herod. l. 1. c. 82.

d) Plutarch. Parallel. p. 306. 2.

e) Stobæus de Fortitud.

e) Διὶ Τροπαιούχῳ Λακεδαιμόνιοι κατ' Ἀργείων.
JOVI TROPHÆALI LACEDÆMONII DE ARGIVIS.

Cum duo illi, qui superstites erant, de victoria contenderent, Amphictyones αὐτόπται litem secundùm Lacedæmonios deciderunt. Herodotus dicit, f) *ex ea contentione iterum pugnatum esse, & Lacedæmoni-*

f) L. 1. c. 82.

monios vicisse. Verùm posteriorem pugnam diu post priorem contigisse oportet, ut res ista ad Crœsi tempora protrahatur.

SUB eodem Theopompo Ephori Lacedæmone inducti sunt. a) *Cùm Lycurgus regimen publicum temperasset, qui tamen successerunt ei, videntes Oligarchiam inflatam & impetus plenam, Ephororum autoritatem ei, tanquam frænum, imposuerunt; annis circiter* 130 *post Lycurgum; Elato constituto primo Ephoro; regnante Theopompo. Cui uxor (ut ajunt) exprobravit, quòd Regiam potestatem minorem, quàm acceperat, filiis suis traditurus erat. Imò, inquit, majorem, utpote durabiliorem.* Herodotus, b) τὺς ἐφόρυς, ait, καὶ γέροντας ἔστησε Λυκῦργος, *Ephoros ac Senatores instituit Lycurgus.* Vocem ἐφόρυς in textum irrepsisse suspicio est. Eusebius *Primum Ephorum* conjicit in annum quartum Olymp. IV; neque Lycurgi, neque Theopompi ætatem respiciens.

a) Plutarch. in Lycurgo, p. 43. d. & ad indoctum Principem, p. 779. c.
b) L. 1. c. 65.
Chron.

Lacedæmoniorum Rex alter c) *Polydorus à Polemarcho quodam viro audaci occisus est. Ei autem mortuo Lacedæmonii, prælatis cunctis aliis Regibus, honores eximios tribuerunt: erat enim ille Spartanis omnibus æquè charus, ob spectatam virtutem, summam comitatem, & justitiam.* Inter alia decretum est, ut *Magistratus instrumenta publica Polydori imagine obsignarent. Illius domus, de uxore ejus publicè empta*, Βοώνητα *dicta; quòd boves pretium fuere. Nondum enim erat nummus argenteus, aut aureus.* Ac licet Pheidon in Æginâ nummum † jampridem percusserat, ejus tamen usus Lacedæmone à Lycurgo vetitus est. Polydorum Heroicis honoribus cultum fuisse suadet d) Nummus æneus ΛΑΚΕΔαιμονίων, in quo ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ Regis caput laureatum; aversâ parte, Eques hastatus hosti prostrato insultans. *Leges Lycurgi* * ὐχ ὡς ἀνθρώπυς, ἀλλ' ὡς ἥρωας τὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς προτετιμήκασι, *non hominum, sed Heroum cultum tribuunt Lacedæmoniorum Regibus* defunctis.

c) Pausan. 3. p. 162.
Ib p. 181. p. 182.
† supr. p. 466.
d) Goltz. Gr. tab. XI.
* Xenoph. Polit. Laced. fine.

Theopompo successit ejus nepos *Zeuxidamus* Archidami (ante patrem mortui) filius: Polydoro autem e) *Eurycrates ejus filius; sub quo Messenii Lacedæmoniis æquo animo parebant; neque Argivi res innovabant.*

e) Pausan. p. 162.

f) *Polydoro regnum suscipiente, Lacedæmonii in Italiam coloniam deduxerunt Crotonem; alteramque Locros ad Zephirium*

f) Pausan. p. 162.

promontorium. Cum verò aliæ sint plurimæ Græcorum coloniæ, hisce temporibus in Italiam deductæ, operæ pretium sit eas paucis percurrere.

Magna Græcia.

DE *Oenotro Lycaonis filio, ætatibus* XVII *ante bellum Trojanum,* ex Arcadiâ; *De Pelasgis ex Hæmoniâ (quæ Thessalia posteà dicta est)* in Italiam trajicientibus; aliisque Mythici temporis migrationibus, legendus est Dionysius a) Halicarnassensis, accuratissimus harum rerum indagator.

a) L. 1.

b) Strab. l. 6. p. 253. c.

b) *Græci magnam Italiæ partem occupârunt; & in tantum crevit eorum potentia, ὥστε τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν, ut hanc regionem & Siciliam vocarent Magnam Græciam.* Alii Italiam tantùm eo nomine intelligunt: c) *Major Græcia dicta est Italia; quòd in eâ multæ magnæque civitates fuerunt ex Græciâ profectæ.* Seneca, partem Italiæ: * *Totum Italiæ latus, quod Infero mari alluitur, Major Græcia fuit.* Servius (in Æneid.) magis explicatè: *Italia Μεγάλη Ἑλλὰς, id est, Magna Græcia est adpellata, quia à Tarento usque ad Cumas, omneis civitateis Græci condiderunt.*

c) Fest. Pomp.

* Consol. ad Helv.

Augustus demum Italiam in Regiones divisit: ut autem de Græcis urbibus hîc distinctiùs agamus, istam Australioris Italiæ partitionem prolepticè adhibeamus.

Prima Italiæ regio (*Campania* dicta) à *Tiberi* fluvio extendebatur ad *Silarum*, Picentinorum amnem: in hoc tractu, effodiuntur numismata (certissima Græcæ originis indicia) ΚΥΜΑΙΩΝ, ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ, ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ, ΣΙΝΤΕΣΣΑΝΩΝ (id d) *oppidum extremum in adjecto Latio.*) & in mediterraneis, ΚΑΠΤΑΝΩΝ, ΝΩΛΑΙΩΝ, ΣΥΕΣΑΝΩΝ, ΚΑΛΕΝΙΤΩΝ, ΤΙΑΝΕΩΝ, e) ΚΑΛΑΤΙΑΣ, ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ, ΝΟΥΚΕΡΙΩΝ, & ΠΙΚΕΝΤΙΕΩΝ.

d) Plin. l. 3. c. 5.

e) Goltz. Asiæ tab. II.

f) *Cumani agrum habuerunt Campaniæ fertilissimum, & portus circa Missenum opportunissimos.* Eorum g) *navale fuit Dicæarchia (à Samiis condita) quam Romani, deductâ eò coloniâ, Puteolos vocarunt. Post Dicæarchiam est Neapolis, Cumanorum colonia; ubi plurima institutorum Græcorum vestigia.* Cumæ autem Chal-

f) Strab. l. 5. p. 245.

g) p. 246.

Chalcidensium colonia fuerunt, ex Eubœâ insulâ; ante Bellum Trojanum (si Virgilio fides) deducta. Æneas enim

—— a) *Euboicis Cumarum allabitur oris.* a) Æneid. l. 6. v. 2.

Ibique tunc fuit Sibyllæ Cumanæ

b) *Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.* b) Ib. v. 42.

Tertia Italiæ Regio *Lucania & Bruttium dicta)* ab amne *Silaro* porrecta ad Leucopetram promontorium, atque inde in Sinum Tarentinum reflexa, c) *ad fluvium Bradam* à Secundâ regiône disjungitur. Tota hæc olim à Græcis occupata fuit. c) Anton. Itiner.

Prima occurrit ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑΤΑΝ urbs, *Posidonia*, sive *Neptunia*; à d) *Doriensibus constituta*: e) *Sibaritæ autem condiderunt mœnia ad mare.* Romanis (coloniâ anno U. C. 380 deductâ) *Pæstus* vocabatur. *Rosaria Pæsti* à poetis celebrantur. d) Solin. c. 8. e) Strab. l. 5. p. 251. b.

Proxima est ΥΕΛΗΤΩΝ urbs, *Hyela*; quæ & *Helia*, & *Elea*, & tandem *Velia* dicta est. Hanc f) *condiderunt Phocæenses, quo tempore Harpagus Cyri dux Phocæam cepit.* Palinurus itaque ad Æneam prolepticè dixit f) Herod. l. 1. c. 167. & Strab. l. 6. p. 252.

——g) *Portusque require Velinos.* g) Virg. Æn. l. 6. v. 366.

Vide Au. Gellii l. 10. c. 16.

Est etiam h) *in Lucaniâ Laius urbs, Sybaritarum colonia: à Laio, prima Brettiæ urbs est Temese (quam Tempsam nunc vocant) ab Ausonibus primùm condita; deinde ab Ætolis, qui Thoantem sequuti sunt.* Ejus meminit i) Homerus; Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν; *Ad Temesen propter æs. Hos Brettii ejecerunt: Brettios Annibal juxtà & Romani attriverunt.* Tempsa Romanorum colonia fuit anno U. C. 560. h) Strab. ib. i) Odyss. l. 1.

ΒΡΕΤΤΙΩΝ numismata non rara sunt: Inclaruit eorum respublica k) ab Olympiade CVI. k) Diod. Sic. l. 16.

In finibus urbs est vetustissima ΠΑΝΔΩΣΙΕΩΝ: l) *Pandosia olim Regum Oenotriæ regia fuit.* Dein m) *Platæensium colonia.* Periit ibi Alexander Molossus, Rex Epiri. l) Strab. l. 7. m) Scylax.

Sequitur ΤΕΡΙΝΑΙΩΝ urbs. *Terina*, à Crotoniensibus condita, in n) *sinu ingenti Terinæo* sita est. o) *Intus in peninsulâ fluvius Acheron; à quo oppidani Acherontini.* ΑΧΕΡΩΝΤΑΝ extant numismata. n) Plin. l. 3. c. 4. o) Ibid.

a)Strab. l.6. Inde urbs ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. a) *Hipponium à Locris conditum: Agathocles Siculorum tyrannus, quum potiretur urbe, Navale extruxit. Romani, Brutiis ademptum, Vibonem Valentiam nominarunt;* Coloniâ deductâ, anno U. C. 515. Unde in recentioribus eorum nummis VALENTIA legitur.

Intus est ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ oppidum: *Mamertum*; cujus cives, cum sub Agathocle præsidio urbis Messanæ in Siciliâ contra Pœnos recepti essent, ipsi Messanam occuparunt.

b)Plin. l.3.c.8 Denique ad fretum Siculum est ΡΗΓΙΝΩΝ oppidum. b) *Ab dihiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido in margine Italiæ sito.* c) *Rhegium autem à Chalcidensibus conditum; quibus se adjunxerunt Messenii, qui virgines Spartanas in Limnis stupraverant.*

c)Strab. l.6.

Istæ Græcorum urbes ad Occasum: quæ verò ad Ortum positæ sunt, huic dissertationi potiùs ansam præbuerunt.

Ultra promontorium sunt *Locri Epizephyrii*: πόλιν Λοκρῶν

d) Olympic. Od. X. Ζεφυρίων vocat d) Pindarus. Reperiuntur tam ΛΟΚΡΩΝ, quàm ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ numismata. Eusebius urbis conditum refert ad an. 2 Olymp. XXIV. Virgilius longè vetustiorem facit. Helenus ad Æneam ait, e) *Hic & Narytii posuerunt mœnia Locri.* f) *Priùs Narix, Opuns posteà dicta.* Hi igitur Locrorum *Opuntiorum*, sive *Epicnemidiorum* coloni fuerunt, juxta Ephorum & g) Plinium: at Strabo, *Ozolarum.* h) *Locri Epizephyrii colonia Locrensium, qui Crissæum sinum accolunt, deducta ab Evanthe, haud multò post Crotonem & Syracusas conditas. Quum tres quatuorve annos in Zephyrio habitassent, transtulerunt inde urbem ad Esopin.* Apud hos Locros inclaruit i) Zaleucus Legislator: Etiam EVTYMIUS k) *pycta, semper Olympiæ victor* (scilicet Olympiade LXXIV, LXXV, LXXVI) *qui vivus sentiensque consecratus est oraculi jussu; cui & vivo sacrificatum est & mortuo.* In horum l) nummis (posterioris ævi, & cœlaturæ rudioris) legitur EVTYMIUS; Auriga in quadrigis, cum flagro & palmâ: parte alterâ, TRAJANUS; cujus in honorem Ludi celebrati, & nummus ibi est percussus. In aliis est m) Neronis effigies; *Neronia* denotans. Nam n) *certamen id Gordianus firmavit & auxit.* Urbs hæc sub Romanis libera fuit.

e) Æn. l.3. v. 399.
f)Servius ib.
g) Plin. 4 7.
h)Strab. ib.
i) Ælian. Var. 13. 24.
k)Plin. 7. 47.
l)Penes me.
m) Erizzo, p. 113.
n)Victor Schotti in Gordiano.

Vicina

Vicina autem urbs ΚΑΤΑΩΝΙΑΤΑΝ, *Caulonia*, a) *Achæorum opus*, post bellum Punicum II, in perfidiæ ultionem, à Romanis ad internecionem deleta est. Virgilius, de sinu Tarentino: a) Strab. ib.

—b) *Attollit se Diva Lacinia contrà,*
Caulonisque arces, & navifragum Scylaceum. b) Æn. l. 3. v. 552.

Fuit urbs ΣΚΤΛΛΑΤΙΩΝ, c) *Scyllatium, colonia Atheniensium, qui Menestheum sequebantur: nunc autem Scylacium dicitur.* Lacinium promontorium est agri Crotoniensis; in quo magnificum d) *Junonis Laciniæ templum.* c) Strab ib. d) Liv. l. 24.

Proxima est ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ urbs celeberrima atque saluberrima, ad Æsarum fluvium. Eusebius, ad an. 2 Olymp. XIX, *Croton & Sybaris conditæ.* e) *Myscelus* (ait Dionysius) *Crotonam condidit anno tertio Olympiadis XVII.* At Strabo (ex Antiocho) f) *Archiam, qui Syracusas condidit, Myscello Achæo in condendâ Crotone adjumento fuisse* refert. g) *Opulenta armis virisque, urbs Croto, murum in circuitu patentem XII millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum.* Urbis gloriam auxit *Pythagoras*, qui floruit Olymp. LX; Pythagoræorumque multitudo: etiam *Milo* athletarum celeberrimus, sexies in Olympia victor: Olymp. LXII. Romani tandem (deductâ anno U.C. 560 coloniâ) *Crotonam* appellarunt. e) Dionys. Hal. l. 2. f) Lib. 6. p. 262. g) Liviu. l. 23. 24.

Rursus occurrit *Lucania*, ab altero mari extensa; in quâ urbs *Sybaris*, ab Achæis etiam condita, h) *inter fluvios Crathim & Sybarim, à quo urbi nomen.* Sybaritæ veteres luxu & mollitie infames erant. Anno quarto Olymp. LXVII, *Eduxerunt in prælium* 300000 *armatorum millia, qui à* 100000 *Crotoniatis, duce Milone athletâ, fusi sunt, & urbs eversa.* Post annos 58, collectis Sybaritarum reliquiis, Thessalus Sybarim eodem loco instauravit: illi autem post sexennium à Crotoniatis ejecti sunt. Anno tertio Olymp. LXXXIII, Athenienses urbem iterum instaurârunt, prope Sybarim antiquam, ad scaturiginem quæ *Thuria* vocabatur; unde urbs Θέριον dicta est: hi initâ cum Crotoniatis amicitiâ, rempub. bene administrarunt. A Romanis (deductâ anno U. C. 560 coloniâ) *Copiæ* nomen habuit. Unde in eorum nummis, tam ΣΤΒΑριτῶν, & ΘΟΤΡΙΩΝ legitur, quàm ΚΟΠΙΑ, cum cornucopiæ. h) Diod. l. 12. Ib. l. 11. Goltz. tab. 29. 35.

Erat & *Siris* oppidum, ad Syrin fluvium: sed anno quarto
a) Diod. l. 12. Olymp. LXXXVI, a) *Tarentini illius oppidi incolis migrare coactis, suorumque coloniâ deductâ, urbem condiderunt Heracleam*, b) *paulum supra mare; postea Siris Heracleotarum navale facta est. Ferunt Sirim à Trojanis conditam; Iliacæ Minervæ simulacrum ibi dedicatum proferunt, quasi ab Ilio allatum: Quod etiam Romæ, & Lavinii, & Luceriæ haberi dicitur.*

b) Strab. l. 6.

c) Ibid. Dein METAΠοντίνων urbs clara, c) *condita à Pyliis, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt. Agricultura eorum adeò felix, ut messem auream Delphis dedicaverint:* & eorum nummi spicâ signantur, in honorem Cereris. d) *Metapontini, in templo Minervæ ferramenta, quibus Epeus, à quo conditi sunt, Equum Trojanum fabricavit, ostentant.* Horum agro e) *Tertia Italiæ Regio finitur. Connectitur Secunda Regio (Apulia & Calabria dicta) complexa* etiam *Salentinos & Hirpinos*, usque ad *Tifernum* fluvium.

d) Justin. l. 20. c. 2.

e) Plin. l. 3. c. 11

ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ urbs primaria *Tarentum*; quam Taras Neptuni filius condidisse perhibetur: & in Tarentinorum nummis, ΤΑΡΑΣ delphino insidet. Celebratur autem maximè *Partheniorum* Laconum (quorum modo f) meminimus) colonia, sub Phalantho deducta, anno 1 Olymp. XVIII, juxta Eusebium. Fuit urbs hæc aliquando g) *Calabriæ & Apuliæ totiusq; Lucaniæ caput; magnitudine, & Muris, portaque nobilis.* Colonia Romana facta est anno U. C. 631.

f) supr. p. 543.

g) Flor. l. 1. c. 18

Plin. ib. Post *Japygium promontorium, quo longissimè in maria excurrit Italia*, urbs est ΥΔΡΩΝΤΙΝΩΝ, *Hydruntum; quà in Græciam brevissimus transitus:* non magni nominis.

ΒΡΕΝΔΗΣΙΝΩΝ urbs *in primis Italiæ portu nobilis, certiore transitu* in Græciam Asiamque. *Brundusium longæ finis chartæque Viæque* scilicet Appiæ; quæ huc tandem perducta fuit, per Primam & Secundam Italiæ regionem: quod iter h) Horatius facetè descripsit. i) *Urbs à Cretensibus habitari dicitur, qui cum Theseo è Gnosso venerint; dein ab iis, qui cum Japyge è Sicilia accesserint.* His autem, de quibus agimus, temporibus, *Brundusium Regem habuit, cui multum agri ademptum est à Spartanis, qui cum Phalantho Tarentum venerant.* k) *Brundusini nihilominus Phalanthum posteà exulem receperunt, mortuumque splendida sepultura dignati sunt.*

h) L. 1. Sat. 5.

i) Strab. l. 6. p. 282.

Ibid.

k) Justin. l. 3. c. 4

AP-

ΑΡΠΑΝΩΝ urbs, a) *quæ nunc Arpi, principio Argos Hippium, deinde Argyripa nominata fuit: Hanc Diomedes fertur condidisse, cum post captam Trojam, uxoris conspiratione, regno pulsus esset.* Urbs hæc, quondam inter *Italicarum maximas*, in Apuliæ *planitie sita est, non procul ab Ionio mari: ejus navale fuit Salapia.* a) Strab. ib. p. 283. d. Ibid.

In cæteris Italiæ regionibus longè rariora sunt originis Græcæ vestigia. Regio IV (*Samnium* dicta) *in ora Superi maris, à Tiferno ad Aternum amnem* porrecta, prætereunda est. Regio V (*Picenum* dicta) ab Aterno ad Æsem amnem, habet *Anconam coloniam, in ipso flectentis se oræ cubito:* unde in nummo, ΑΓΚΩΝ & *Brachium*, Anconæ symbolum. Regio VI (*Flaminia*, à viâ dicta) habet ΠΙΣΑΥΡΙΩΝ coloniam, *Pisaurum*. Regio VIII (*Æmilia*, à viâ itidem dicta) habet ΑΡΙΜΕΙΝΕΩΝ coloniam, *Ariminum*. Regio VII (*Tuscia* dicta) ΦΑΛΕΙΩΝ, & ΚΟΣΩΝ urbes habuit. b) *Damaratus, Tarquinii regis nostri pater, tyrannum Cypselum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreavit.* Plin. l. 3. c. 13. b) Cic. Tusc. l. 5.

Ultra, in Liguribus, est ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ urbs celeberrima; & ΑΝΤΙΠΟΛΙΤΩΝ urbs, Massiliensium colonia; Massilia autem à Phocæensibus condita est, diu antequàm Phocæenses, c) *Persarum adventu fugati, Olympiade XLIV*, ex Asiâ illuc se contulerunt: Quod ex Aristotele, docet d) Harpocratio. c) Solin. d) In Μασσ.

Ex istis constat, Græcos in Australiore Italiâ maximè versatos fuisse. De Græcis Italorum originibus, si plura velis, * Justinum adeas, & † Solinum. * L. 20. c. 1. † C 8.

SED neque in Italiam tantùm Siciliamque, sed in alias Europæ Asiæque partes Græci hoc seculo deduxerunt colonias. Corinthii e) *anno primo Olymp. XVIII, Corcyram* insulam colonis occuparunt. Corcyræi posteà (f) *duce Phalio Corinthio, stirpe Heraclidarum, ex metropoli, prisco more, accersito) Epidamnum urbem in Illyrico condiderunt;* cujus navale fuit Dyrrachium. Eusebius hujus urbis conditum refert ad g) an. secundum Olymp. XXXVIII, sub initia *Periandri* Regis: Verùm, ex supputatione Thucydidis, prælium navale, quod diu post Epidamnum conditam, inter Corin- e) Eus. Chron. f) Thucyd. l. 1. p. 17. g) Chron. n. 1390.

rin-

rinthios & Corcyræos commiſſum eſt, incidit in an: 1. Olymp. XXIX; ſive *annum* 260 *ante belli Peloponneſiaci finem.*

a)Euſ.n.1377. Megarenſes a) *anno tertio Olymp. XVII, Aſtacum condiderunt* in Bithyniâ; in eodem Propontidis ſinu, eodemq; loco, aut prope eum, in quo poſteà *Nicomedia*, à rege dicta, condita fuit.
b) Strab. l.12. Iidem, b) *an 2. Olymp. XXVI*, *Chalcedonem* condiderunt; atque
Euſeb. *an 3. Olymp. XXX, Byzantium* ex oppoſito, in Thraciâ; duce *Byzan-*
n.1342. *te*, à quo nomen.
n.1359.

1313. Mileſii, *an. ſecundo Olymp. XIX, Parion* urbem in orâ Hel-
c)Steph. leſponti extruxerunt, vel potiùs inſtaurarunt. Urbs enim c) κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος. Ammianus: *Parion, quam condidit Jaſionis filius Parius.* De nummis ΠΑΡΙανῶν d) diximus. In
d) ſupr. p.149.
e)Strab. l.13. deducendâ hâc coloniâ, e) *Mileſiis* adfuerunt *Erythræi, & Parii* ex inſulâ.

f)l.14. p.635. Juxta Parium etiam à f) Mileſiis *Cyzicus condita eſt, an. 3. Olymp. VII*, vel 2 *Olymp.* XXIV; utrobique Euſebius, diverſos auctores ſecutus: Ex alterâ parte etiam *Lampſacus condita*
* l.13.p.589. *Olymp.* XXXI à * Mileſiis. Hæc autem Stephano eſt Φωκαέων κτίσμα.

Porrò Mileſii hiſce temporibus Pontum Euxinum colonus
g)Strab.l.7. frequentarunt. g) *Iſtrus* oppidum ab iis conditum eſt Olymp.
p. 319. XXXI, non procul à Sacro Iſtri fluminis oſtio; & *Boryſthenes urbs.*
Ib.p.306. à magno flumine cognominata; *quæ & Olbia dicitur.* Herodotus
h)Herod. l.4. h) Ὀλβιοπολίτας à *Boryſthenitis Græcis* diverſos facere videtur.
c. 18. Ab iiſdem etiam, i) *an. 2. Olymp.* XXXVII, *Sinope condita*, in Paphla-
i)Strab. l.12. goniâ; πόλις ἀξιολογωτάτη τοῦ Πόντου, *urbs Ponti illuſtriſſima*; & re-
p. 545. gni tandem Mithridatici caput. *Phlegonti* autem apud Stepha-
k)Steph. in num eſt k) κτίσμα Μακρίτου Κῴου. Sanè *Miletus propter colo-*
Σινώπη.
l)Plin. l.5. c.29 *niarum multitudinem* celebratur; l) *ſuper LXX urbium, per cuncta maria genitrix.*

In Ægæo etiam mari, quædam hoc ſeculo deductæ ſunt co-
m)Euſ.n.1360 loniæ: m) *Olymp. XXXI*, *Acanthus condita, & Stagira*, in Iſthmo
n) Quæſt. utrinque montis Atho. De n) *Acantho à barbaris deſertâ, & con-*
Græc.§.30. *tentione inde ortâ inter Andrios & Chalcidenſes*, Plutarchum adeas.
p. 298.
Eodem tempore, in *Thraciâ, Abdera* à Teiis & Clazomeniis; deinde
o)Euſ. n.1340 Olymp. XLIV, *Perinthus* à Samiis inſtaurata eſt: urbs utraque Herculis opus fuiſſe dicitur. Anno 4. Olymp. XXV, quo o) in

in Siciliâ Gela urbs, ab Antiphemo; eodem *in Pamphyliâ, Phaselis condita* est à Lacio Lindio, illius fratre.

Neque omittenda est *Cyrenarum* colonia; de quâ duplex est* Eusebii * sententia: ad annum 3 Olymp. V, *Theræi Cyrenem condiderunt, Oraculo sic jubente: Conditor urbis Battus, cujus proprium nomen Aristoteles.* Rursus ad an. 2. Olymp. XXXII, *Battus condidit Cyrenem.* Posterior hæc verisimilior videtur: quia a) *Tradunt Anchionin cum Batto Theræo in Africam classe profectum, Coloniam Cyrenem deduxisse; eique in ejiciendis finitimis socium fuisse.* Anchionis ille, sive *Chionis Lacedæmonius* palmam quartùm tulit Olymp. XXXI; de quo mox.

* Chron. n. 1260. 1336.

a) Pausan.

Battus autem primò b) *Urbem condidit in Plateâ insulâ, Libyæ adjacenti; dein locum Libyæ* Ἄζιριςον (*vel* Ἄζιριν *vocatum*, *amœnissimis collibus inclusum, sex annis incoluit: Septimo autem in Locum, cui* Ἴρασα *nomen, transiit, ubi Fons Apollinis.* Fons iste indigenis Κυρῆ vocabatur; cujus Callimachus Cyrenæus meminit.

b) Herod. l. 4. c. 156. & deinceps.

c) Οἱ δ᾽ οὔπω πηγῆς Κυρῆς ἐδυνάσαντο πελάσσαι
Δωριέες, πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιριν ἔναιον.
Ad fontem Cyrçu nondum penetrare dabatur,
Umbrosam sed adhuc Azirin Dores habebant.

c) Hymno in Apollinem.

A fonte, urbi nomen. d) Κυρήνη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως, ἢ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας, *Cyrene, urbs Libyæ, vel à Cyrene Hipsei filiâ, vel à Cyre fonte indigena.* Fabulam, *de Hypsei Thessaliæ regis filia*, seqvutus est Trogus; in cujus epitome, pro (e) *condita fuit ab Aristæo, cui nomen Battos*) lege, *ab Aristotele:* pro (*Cyrnus*) lege, *Grinus:* neque fuit is *pater*, sed consangvineus: pro (*Theramene*) lege, *Thera:* pro (*Cyran*) lege, *Azirin:* & pro (*Speo*) lege *Hypseo.*

d) Stephan. in K

e) Justin. l. 13. c. 7.

Arcesilaus Batti filius in Cyrenarum regno successit patri: illi *Battus* Secundus; sub quo colonia magnum accepit incrementum. f) Ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου (Βάττου τοῦ Εὐδαίμονος καλεομένου) Ἕλληνας πάντας ὥρμησε χρέουσα ἡ Πυθίη πλέειν, συνοικήσοντας Κυρηναίοισι Λιβύην, *Sub Rege tertio (qui Battus Felix nominatus est) Pythia oraculo suo Græcos cunctos ad navigandum in Libyam cum Cyrenæis habitatum induxit.*

f) Herod. l. 4. c. 159.

Solinus Secundum hunc Battum intellexisse videtur, cum dixit: *Cyrenas Battus Olympiade* XLI. *condidit*. Sed de his satis, ex quibus manifestum est, Græcos hoc Seculo admodum floruisse.

Bellum Messeniacum Secundum.

Pausan. l. 4. p. 243. ANNO post Ithomes excidium XXXIX; anno quarto Olymp. XXIII, quâ Icarus Hyperesiensis stadium vicit (cum jam apud Athenienses Archontes Annui facti sunt; & Tlesias tunc Archon fuit: apud Lacedæmonios autem regnarunt Anaxander Eurycratis filius, Polydori nepos; & Anaxidamus Zeuxidami F. Archidami N. Theopompi pronepos) Messenii à Lacedæmoniis defecerunt.

Inter juventutem Messeniam eminebat Aristomenes, *Andaniæ educatus*; cujus cum matre Nicoteleâ Genius quidam, draconis specie, concubuisse fertur. Hic igitur ætate atque animis vigens, aliique ex optimatibus Messenios ad defectionem instigabant. Neque apertè res statim agebatur; sed Argivos & Arcadas clam explorabant; utrùm illi, sicut priore bello, auxilium sibi laturi essent, qui in societatem eò paratiores erant, quòd cum Lacedæmoniis inimicitias apertas jam exercerent.

p. 241. Anno igitur primo post defectionem (*anno* 1. *Olymp.* XXIV) Messenii signa cum Lacedæmoniis contulere ad Deras, in Messeniâ: neutris aderant socii; neque liquet penes quos fuerit victoria. Aristomenes, ob præclara facinora, post pugnam Rex salutatus est. (Erat enim ex Æpytidarum genere) Sed recusantem στρατηγὸν αὐτοκράτορα, Imperatorem eum elegerunt.

Hic ut initio belli hostes perterrefaceret, noctu Lacedæmonem veniens, ad Minervæ Chalciœcæ templum affixit scutum, in quo inscriptum fuit.

Ἀριστομένην ἀπὸ Σπαρτιατῶν διδόναι τῇ θεῷ.

ARISTOMENEM DE SPARTANORUM MANUBIIS DICASSE DEÆ.

Lacedæmonii autem, cùm iis è Delphis responsum esset, ut consiliarium Atheniensem adsciscerent, Athenas miserunt. Athenienses,

ses, ut neque Deo ipsi non parerent; neque Lacedæmonii optimam Peloponnesi partem obtinerent sine magno periculo, miserunt Tyrtæum. Erat is, διδάσκαλος γραμμάτων, Ludimagister, qui non sanæ mentis videbatur, & altero pede claudicabat. Ille ubi Spartam venit, elegos & anapæsta carmina decantans, & principes & plebem edocuit. a) Tyrtæus ipse nullum belli munus obibat: a) Pausan. tantùm cohortationibus extremos agminis ad pugnandum accen- p. 245. debat. *Postmodo* b) cuidam quærenti, cur Spartani Tyrtæum b) Plutarch. poetam civitate donassent, respondit Pausanias Cleombroti filius, Apophth. Ὅπως μηδέποτε ξένος φανῇ ἡμῶν ἡγεμών, Ne videremur un- Lacon. quam usi peregrino duce. p. 230. d.

Anno post prælium ad Deras (*anno 2 Olymp.* XXIV) cum Pausan. ib. jam socii sui utrisque præsto essent, convenêre ad Apri monumentum (locus hic, qui dicitur Κάπρου σῆμα, in eâ parte fuit agri Messenici qui Stenyclerus vocatur; ubi Hercules olim, ἐπὶ τομίων κάπρου, super extis capri, cum Nilei liberis fœdus icisse fertur.) Huc Messeniis Elei, Arcades, Argivi, Sicyonii auxilia miserunt: Lacedæmoniis præsto fuerunt Corinthii, & è Lepreatis nonnulli, Eleorum odio ducti.

Aristomenes, quem lectissimi è Messeniis juvenes octoginta Ib. p. 246. stipabant, contra Anaxandri cohortem in acie stetit; quam tandem difficulter fudit: fusam persequi alios jubet: ipse cum suis ordines integros dare terga coëgit, mox alios aliosque adoritur, donec totum Lacedæmoniorum exercitum in fugam vertit. Cum palantes ageret Aristomenes, scutum amisit: dum in eo quærendo cunctatur, Lacedæmoniis fugientibus datum est elabendi spatium. Aristomenes, Andaniam reversus, tæniis & carminibus à matronis gratulabundis receptus est.

Scutum postea recepit, cùm Delphos primùm venisset, atque inde Pythiæ jussu, in Trophonii adytum, apud Lebadæam Bœotiæ, descendisset. Clypeum hunc ipse pòst Lebadæam detulit, ibique p. 247. affixit: Ejus ἐπίσημα insigne fuit Aquila alis expansis ad extremos clypei margines.

Aristomenes, collectis Messeniis, assumtaque juvenum manu quos circum se habere solebat, sub vesperam ad Pharas conten- Pausan. p. 247. dit Laconiæ oppidum: Quo direpto, Anaxander Rex illum cum prædâ redeuntem à tergo urgebat. Aristomenes Regem iterum

 fudit,

fudit, & insequutus est, donec natium alterâ jaculo trajectâ, retrocedere cum prædâ coactus sit. Sanato vulnere, ipsam Spartam ad.riri in animo habuit: sed Helenæ & Dioscurorum specie per visum oblatâ deterritus est.

Virgines, Dianæ choros in Caryis agitantes, interdiu ex occulto comprehendit; â juvenum libidine vindicavit; integrasque parentibus, magnâ pecuniâ acceptâ, reddidit.

Matronas, in Ægilis agri Laconici festum Cereris agentes, frustra adortus est. Illæ enim ope Numinis fretæ, & cultris verubusque armatæ, quibus ad mactandas hostias & torrendas carnes usæ fuerant, vim repulerunt. Ipse Aristomenes, facibus percussus, captus est; sed eâdem nocte ad suos rediit. Archidamia Cereris sa-
p. 248. cerdos, non precio, sed amore adducta, eum dimisisse dicitur: simulavit autem cum vinculis exustis aufugisse.

Tertio belli anno, *defectionis autem quarto (anno 3 Olymp. XXIV)* cum prope esset, ut prælium, ἐπὶ τῇ μεγάλῃ τάφρῳ, ad Magnam Fossam committeretur, & Arcades ex omnibus urbibus
p. 249. auxilia Messeniis tulissent; Aristocrates Hicetæ filius, patriâ Trapezuntius, Rex Arcadum, eorumque tunc exercitûs Dux, à Lacedæmoniis pecuniâ corruptus, suis terrorem fecit; edixitque ut dato à se signo, quisque fugâ suæ saluti consuleret. In utraque agminis parte constiterunt Arcades, cùm neque Elei, neque Argivi, neque Sycionii pugnæ interessent. Quare cum jam iniretur prælium, & Aristocrates Arcadas abduxisset, Messeniis lævum cornu & acies media nudata est. Illos itaque destitutos Spartani agmine circundato cingunt, & periculo minimo victoriam sibi vindicant.

Aristomenes reliquias prælii collegit; & Andaniâ, oppidisque mediterraneis relictis, εἰς Εἶραν, in Eiran montem se recepit. Pylii & Mothonæi oram maritimam Messeniis incolumem
p. 250. præstiterunt: ex reliquo ipsorum agro, non minùs qvâm ex Laconico, prædas agebant. Aristomenes cohortem 300 virorum coëgit; cum quibus hostilem agrum undequaque infestum reddidit: ipse nocte egressus, Amyclas (*XX stadiis à Lacedæmone*) diluculo diripuit. *Tandem verò, anno tertio post cladem ad Fossam, anno defectionis septimo, anno 2 Olymp. XXV*, Aristomenes cum ambobus Lacedæmoniorum Regibus congressus, & percusso ictu lapidis capite corruens, cum 50 de suis captus est, & Spartam pertra-

tractus: *reliqui in Eiran aufugerunt.* Συνεληλαμένοις δὲ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον προσεκάθηντο οἱ Λακεδαιμόνιοι πολιορκίᾳ, σφᾶς αὐτίκα ἐξαιρήσειν νομίζοντες. Ἀντήρκεσαν δὲ ὅμως οἱ Μεσσήνιοι, καὶ μετὰ τὴν ἐν Τάφρῳ συμφορὰν, ἕνδεκά τε καὶ δέκα ἔτεσι ἀμυνόμενοι, Lacedæmonii illos in hunc locum coactos obsidione cingebant, existimantes locum illico capi posse: Veruntamen Messenii resistebant tam post cladem ad Fossam, quàm undecim annos se defendentes, *cùm jam obsessi essent. Undecennalis enim obsidio, non à clade ad Fossam (ut interpres) sed ab Aristomenis captivitate numeranda est: quod ex sequentibus satis liquet.* Pausan. p. 349.

Lacedæmonii Aristomenem cæterosque captivos ἐς τὸν Κεάδαν dejecerunt. (*Ea est fovea altè dehiscens,* in quam sceleratissimi quique damnati præcipites dantur.) Reliqui periêre: Aristomenem, ut aliàs, tunc quoque servavit Deorum aliquis. In imo specu, veste obvolutus, cùm extremam vitæ horam triduo expectasset, audito strepitu, facie retectâ, per sublustres tenebras vidit vulpem cadavera appetentem. Cogitans itaque bestiam per ostiolum aliquod illuc penetrasse, & operiens donec ea propiùs accederet, alterâ manu feram prehendit, alterâ chlamidem objiciebat mordicus prensandam quoties illa se convertisset; eique obsequutus, per invia trahendum se præbebat. Tandem cuniculum vidit, non ampliorem quàm quo vulpes evadere posset: & per eundem aliquid lucis. Aristomenes vulpem dimisit & cavernulam manibus aperiens, ad suos tandem evasit in Eiram, *jam obsessam.* p. 350. p. 351.

Aristomenes Corinthios, Spartanis ad Eiræ obsidionem missos, noctu adortus, duces occidit, castra diripuit; & Jovi Ithomatæ Ἑκατομφόνια iterum fecit: Prima ab eo peracta sunt post prælium ad Apri monumentum. Id sacrum, veteri instituto, ab iis Messeniis fiebat, qui centum hostes in pugnâ occidissent. Tertia etiam ab eodem facta referunt. p. 352.

Spartani, quòd Hyacinthia (*festum* a) *triduanum*) adessent, dierum 40 inducias cum Messeniis pepigerunt. Aristomeni, induciarum fiduciâ securiùs vaganti, septem sagittarii Cretenses insidias faciunt; captumque pharetrarum loris vinciunt, & quòd nox appeteret, in tugurium agri Messeniçi pertrahunt, in quo habitabat virgo cum matre viduâ Virgo hæc per somnium nocte priore viderat, Lupos illuc pertrahentes Leonem vinctum, ungues non ha- a) Athenæi, l. 4

 ben-

bentem: ipsam verò vinculis exolvisse Leonem, unguibusque armasse; & sic Lupos à Leone laniatos fuisse.

Puella, Aristomenis nomen à matre edocta, somnium intellexit. Itaque vinum Cretensibus largiter fudit; cùmque somno vinoque sepulti essent, illa maximè consopito pugionem eripuit, quo Aristomenis vincula abscidit: Ille liberatus insidiatores interfecit: & pro navatâ saluti suæ operâ, Virginem Gorgo filio suo uxorem dedit, licet ille decimum octavum ætatis annum nondum impleverat.

Pausan. p. 253. Undecimo obsidionis anno; cùm Aristomenes, accepto nuper vulnere, vigilias pro more circumire non poterat; & milites qui excubabant per effusissimos imbres stationem desererent; bubulcus quidam adulter, ab uxore militis præsidiarii occultus, rem audiebat Lacedæmoniisque indicabat, Arcem præsidio nudatam esse. Illi protinus per imbres tenebrasque, admotis scalis, muros transcendunt. Diu pugnatum frustra. Tandem Aristomenes, uxoribus liberisque in medios ordines receptis, hostibus signum dedit se discessionem petere; quam quidem facilè impetravit. Hoc modo afflictæ Messeniorum reliquiæ servatæ sunt; ipsi autem suis sedibus ejecti. Eirâ captâ, Secundum hoc Messeniorum & Lacedæmoniorum bellum finem habuit, archonte Athenis Autosthene, anno primo Olymp. XXVIII, quâ stadium vicit Chionis Lacon; *Anno obsidionis XI, defectionis XVIII, Anno Attico* 915.

p. 255.
p. 257.
p. 259.

p. 257. p. 258. Arcades Messeniis, qui evaserunt, ad Lycæum montem occurrere, eosque per urbes hospitio comiter diviserunt. Aristomenes autem homines quingentos selegit, cui etiam Arcades trecenti in societatem facinoris se obtulerunt, Spartam invadendi consilio, dum Lacedæmoniorum pars magna rapiendis Messeniorum rebus adhuc occupata esset; Verùm Aristocrates Arcadum Rex, Lacedæmoniis, eorum pecunia delinitus, consilium patefecit: ex rescriptâ Anaxandri R. epistolâ interceptâ, tam indicium hoc, quàm fugæ ad Magnam Fossam detecta sunt. Arcades itaque Aristocratem lapidibus obrutum, & insepultum, extra fines abjecere.

p. 259.

Messenii, quotquot ad Eiran, aut alibi relicti, à Lacedæmoniis in publicorum servitiorum numerum conscripti sunt. Pylii & Mothonæi, aliique maris accolæ Cyllenen, Eleorum navale, classibus se receperunt; & cum iis, qui in Arcadiam profugerant, de novis

vis sedibus communi classe quærendis consilium incunt; Aristomenem omnes deducendæ coloniæ ducem poscebant. At ille (se cum Lacedæmoniis bellaturum, quamdiu viveret, affirmans) duces illis Gorgum & Manticlum dedit. Nomen dederunt omnes, quos aut senectus aut egestas non detinuit.

Intereà Anaxilas, Rhegii tyrannus (quartus ab Alcidamidâ, Pausan p.260. qui a) post Aristodemi regis mortem, Ithome expugnatâ, è Messeniâ Rhegium commigraverat) Messenios in italiam accersit. a)Vide Strab. l.6.p.257. Erat illi cum Zanclæis bellum, quibus ager opimus, urbs opportuna: hanc se Messeniis traditurum dixit, si secum hostem confecissent. Consentientes Anaxilas in Siciliam traduxit. Zanclæos Anaxilas navali, terrestri prælio Messenii fudere: dein hinc à Rheginis, illinc à Messeniis terrâ marique obsessi, dejecto muro, ad aras deorum & templa confugiunt: supplicibus concessa est impunitas; & fide ultro citroque datâ, domicilium utrisque comune fuit: Pauf. p. 261. Urbem verò pro Zancle Messenem appellari placuit. Hæc gesta sunt Olympiade XXIX, quâ Chionis Lacon iterum vicit, Archonte Athenis Miltiade.

Aristomenes filiam suam ad virum deduxit Rhodum. Ibid. Damagetus enim Rhodius, Jalysi rex, ex oraculo sciscitans, unde illi uxor ducenda esset: respondit Pythia, ut illius filiam duceret, qui esset τῶν Ἑλλήνων ὁ ἄριστος. Ille igitur hanc uxorem duxit. Aristomenes inde, cùm Sardeis ad Ardyn Gygis filium, & Ecbatana ad Phraortem Medorum regem transmittere cogitaret, morbo oppressus, diem extremum obiit.

Lacedæmonii, *Messeniâ potiti,* b) Arcadas bello adorti sunt b)Pausan. l.8. p.519. & in Phigalensium fines exercitum duxere: incolis prælio victis, urbem obsidione cinxerunt; cumque parum abesset quin muri expugnarentur, Phigalenses, certis conditionibus dimissi, effugere. Illis ejectis, excisa est Phigalia, Archonte Athenis Miltiade (*iterum*) anno secundo Olympiadis XXX, qua Chionis Lacon tertiùm vicit.

Chionis *iste etiam Olympiade* XXXI *palmam quartùm retulit: Ejus victoriæ in duabus stelis, alterâ* c) Olympiæ, *alterâ* c)Ibid. l. 6. p. 366. d) Lacedæmone *incisæ erant.* Χίονις (*sive* Ἀνχίονις) ἀνὴρ d)Ib. l. 3. p. 186. Λακεδαιμόνιος δρόμου νίκας ἀνείλετο, ἄλλας τε καὶ Ὀλυμπιάσιν. ἐνταῦθα δὲ ἑπτὰ ἐγένοντο νῖκαι· τέσσαρες μὲν σταδίου, διαύλου δὲ λοιπαί,

Chio-

Chionis Lacedæmonius palmas tulit tum alias, tum Olympicas: numerantur ibi VII: De Stadio, IV; de curriculo iterato, reliquæ.

a) Græc. p. 216 *In Olympionicarum catalogo (cum a.) Eusebianis edito) tres tantùm palmæ* Chionidi *tribuuntur: primam ejus victoriam, Olympiade* XXVIII, Χάρμις *quidam injustè usurpat. Reponendus est* Χίονις, οὗ

Ibid. τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ, Cujus saltus erat pedum 52. *Singularis saltûs prodigiosus modus. Hunc cum Batto ad Africam proficisci*

c) p. 553. *diximus.*

Hæc Pausanias per Olympiadas Archontesque, *juxta recentiorem Græcorum Chronologiam, satis accuratè tradidit: Hujusmodi computationem nondum obtinuisse b.) monuimus. Olympiadum ratio, cum sint illæ numeris ordinalibus digestæ, longè certior est temporum norma, quàm ἡ τῶν Ἀρχόντων ἀναγραφὴ; quæ instabilis est, neque per se satis consistit. Cùm verò Pausanias, in ponendâ Archontum Annuorum Decennaliumque Epochâ, tam à Dionysio, quàm à Marmore Arundeliano discrepet, res ista in disquisitionem veniat.*

b) supr. p. 419.

Epocha Marmorea.

Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ἦρχεν Κρέων, ἔτ. ΗΗΗΗΔΔ.	*Ex quo Creon fuit Annuus Archon, an.* 420.	899
Ἀφ' οὗ ..... ἔτη ΗΗΗΗΔΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιᾶ.	*Ex quo .... an.* 418, *archonte Athenis Lysiâ.*	901
Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος, τοὺς νόμους τοὺς .... α ... ων δ... ους .. καὶ αὐλη.. λησε καὶ τὴν ἐμπροσ[θεν] μουσικὴν μετέστησεν, ἔτ.. ΗΗΗΙΔΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δρωπίδου.	*Ex quo Terpander Lesbius, Derdenei fil. Nomos . . . . anni* 381, *archonte Athenis Dropide.*	938

Archontes Annui.

POstquam Medontidæ VII singula sua Decennia (vel mirâ eorum fortunâ, vel chronologorum consensu) impleverant; visum est Athenis *Annuos* creari *Archontes.* Præfuerunt Reipub. IX ἄρ-

ἄρχοντες annui ; ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος, ὁ Βασιλεύς, ὁ Πολέμαρχος, οἱ ἓξ Θεσμοθέται. Primus ἐπώνυμος *Creon* factus est, anno Attico 899 ; qui est primus Olympiadis XXIV. Ita posuit sagacissimus Marmoris illustrator ; quem libenter sequor. Jul. Poll. l. 8. c. 9. §. 1.

Athenienses Eponymorum Archontum nominibus signabant instrumenta publica ; ut Lacedæmonii, Ephororum. Politica primùm fuit ἀρχοντογραφία ; demum chronologica. a) Demetrius Phalereus, ipse ἄρχων an. 4. Olymp. CXVII, primus contexuit τὴν τῶν Ἀρχόντων ἀναγραφὴν ; in usum, ni fallor, Chronologicum. Marmor Arundelianum, exaratum *Diogneto archonte*, id est, anno 4 Olymp. CXXVIII, Epochas Græcas *Atheniensium archontibus* signat. Neque extat quisquam vetustior, qui ἄρχοντας in chronologiam adhibuit. Inde etiam constat *Archontes* in chronologorum auxilium priùs accersitos fuisse, quàm *Olympionicas*; quos Marmor omnino non agnoscit. Cùm verò Archontum chronologia non satis fixa esset, prudenter Timæus b) *Archontes cum Olympionicis contulit.*

Thucyd. l. 5.
a) Diog. Laert. in V. Thaletis.
b) supr. p. 529.

De Archontum Annuorum epochâ non satis convenit inter veteres. c) Eusebius eorum institutionem ponit ad an. 2 Olymp. XXIV. Dionysius Halicarnassensis singulis Regum Romanorum initiis, & post Regifugium, singulis Olympionicis confert Athenienses Archontes, usque ad finem operis, sive Olympiadem LXXXIV: & (in Dinarcho) archontes LXX continuos recitat, usque ad Olymp. CXXII. Hic *Primum* Archontem *Annuum* posuit ad annum *Tertium* Olympiadis XXIV: Quod sic colligitur. De Româ conditâ agens, dicit, d) *Annum primum VII Olympiadis fuisse annum primum Charopis Decennalis archontis.* Charops itaque, Decennalium primus, cœpit anno Attico 831, juxta Dionysium. VII Decennales obtinent annos LXX. Ita primus Annuorum incidit in annum Att. 901; qui est tertius Olymp. XXIV.

c) Chron.
d) Antiq. Rom. l. 1. p. 57. & 61.

Diodori Siculi Decas Secunda est locuples Archontum thesaurus : Ab Olympiade LXXV Archontes continui cum Olympionicis conferuntur, usque ad Olympiadem CXX. Horum pars posterior, ab Olympiade CIV, ex Dionysii Dinarcho confirmatur; alicubi suppletur ; & duarum Olympiadum archontibus augetur. Ex istis tamen non est colligere Annuorum Archontum initium ; cùm quinque libri posteriores Primæ Diodori Decadis desiderentur. Verùm

rùm cùm Dionysio ubique bene conveniat cum Diodoro; verisimile est utrumq; eandem sequutum fuisse ἀναγραφήν.

a) Syncell. p. 212. b. Africanus numerat a) *à Creonte primo archonte ad Philinum ἄρχοντας 903, ad Olymp.* CCL; *quum Gratus Severianus & Claudius Seleucus consulatum Romæ gesserunt, anno tertio Antonini Aug.* Elagabali: Quò chronicon suum perduxit Africanus. Si Philinus esset archon an. primo Olymp. CCL, & 903 à Creonte; certè Creon archon fuit anno tertio Olymp. XXIV.

Ab his omnibus longè discrepat Pausanias; qui pro re natâ passim Annuorum archontum meminit, & Olympiadum annos assignat. Ac licet, apud eum, *Hybrilides* (archon an. 2. Olymp. LXXII) & posteriores, qui obiter occurrunt, *Archidemides*, *Diophantus*, *Asteius*, *Phrasiclides*, *Dyscinetus*, *Agathocles*, *Theophilus*, in assignatis Olympiadum annis, cum Dionysio & Diodoro optimè conveniant: nihilominùs certum est Pausaniam, in statuendo Archontum Annuorum Decennaliumque initio, Dionysium toto quinquennio excessisse. Dionysius, à Primâ Olympiade Vulgari, ad primum archontem Annuum, numerat annos 95, id est, ad annum tertium Olymp. XXIV: Pausanias autem numerat annos tantùm 90, id est, ad annum secundum Olympiadis XXIII. Ipse sui calculi tria exempla exhibet.

Messen. p. 225. I. *Amphia capta est anno secundo Olymp. IX, anno quinto Æsimedis archontis decennalis.* Is est annus à prima Olympiade 34. Adde reliquos Æsimedis annos quinque, & successorum V an. 50: habes annum Olympiacum 89, & anno proximo, Primum Archontem.

p. 241. II. Rursus, Ithome capta est *anno primo Olymp. XIV, cum Hippomenes decennalis magistratus annum quartum ageret.* Is est annus Olympiacus 53: adjice residuos Hippomenis annos sex; & successorum III, annos 30; fit numerus annorum 89: sequitur πρῶτος ἄρχων.

p. 243. III. Denique, Bellum Messeniacum Secundum cœpit *an. XXXIX post Ithomes excidium; anno quarto Olympiadis* XXIII, *cùm Tlesias esset Athenis archon annuus.* Primus annus Olymp. XXIII, est annus Olympiacus 89. & (juxta rationes Pausaniæ) postremus Decennalium Archontum; Anno secundo iis successit Creon, primus

mus archon Annuus; *Anno quarto*, *Tlesias*, archon tertius. In Marmore, ἄρχων tertius *Lysias* vocatur.

Hæc Pausaniæ inter se sunt satis congrua; neque emendatore indigent: Ex quibus manifestum est, diversas olim fuisse Annuorum archontum epochas, dispares eorum numeros. Pausanias, in suâ vetustiorum Archontum serie, quinque plures numerat, quàm Dionysius & Africanus: quinam verò illi fuerint, aut quos locos in catalogo habuerint, haud liquet.

In Marmore, duorum Archontum discrimen est initio: postea, unius usque ad *Lachetem*, archontem Olymp. xcv: deinde verò nullum. *Laches* ibi archon est an. Att. 1182: *Aristocrates* an. 1184: interstitium est unius archontis. At verò Diodorus *Lachetem* habet archontem, anno 1 Olymp. xcv; *Aristocratem*, ejus successorem, an. secundo. Diodorum sequutus est Aristides; cui *à Lachete septimus archon Eubulides*: inter quos Diodorus archontes quinque recenset. Apud Diodorum igitur (si Marmori fides) archon unus eo loci desiderari videtur. Ultra non quæro. Archontes enim, qui ante transitum Xerxis sparsim supersunt, adeò rari sunt, & malè cohærentes, ut chronologico calculo prorsus sint inutiles. Neque mirum, si de vetustioribus sit controversum, cum eorum nomina (ut & Olympionicarum) à chronographis serò congesta fuerint.

supr. p. 491.

Tom. III. Platonic II. p. 474.

Corinthi Reges.

Corinthus urbs, ad Isthmum sita, semper ferè fuit emporium; utrinque terrâ, utrinque mari commercia exhibens: unde antiquis poetis ἀφνειός, *Locuples dicitur. Amenocles Corinthius, Græcorum primus, Triremes, Corinthi & Sami ædificavit.* Priùs Græci, πεντηκοντόροις καὶ πλοίοις μακροῖς, *navibus quinquaginta remigum & navigiis longis usi sunt.* Exinde *Græci rebus maritimis operam studiosiùs dederunt; & latrocinia sustulerunt.* Circa annos 40, postquam *Amenocles ad Samios venerat, Navale prælium (omnium, quæ novimus, vetustissimum) inter Corinthios & Corcyræos commissum est. Sunt autem anni 260 ab eo prælio usque ad finem belli Peloponnesiaci.* Id bellum finem habuit anno primo Olympiadis xciv, anno Per. Jul. 4310. Deme annos 260; hab. s annum 4050, qui est primus Olym-

Thucyd. l. 1. p. 10.

Olympiadis XXIX; quo tempore, *Prytanes Annui* magistratum adhuc Corinthi gerebant. Circa idem tempus, etiam *Anaxilas*, rex Rhegii, *Zanclæos* navali prælio superavit: Illis autem prior erat a) Salmanasari & Tyriorum naumachia.

a) supr. p. 511.

De Heraclidis Corinthi regibus, Diodorus apud Syncellum. b) *Sub Heraclidarum reditum, Aletes Corinthum obtinuit, vir insignis, qui urbem auxit, & regnavit annos* 38. *Post quem è posteris maximus natu semper in regnum successit. Regnavit Ixion an.* 38: *Agelas*, 37: *Prumnes*, 35: *Bacchis*, 35; *qui cum esset eorum, qui præcesserunt, illustrissimus; qui sequuti sunt, non amplius Heraclidæ, sed Bacchidæ nominati sunt. Post hunc, Agelas regnavit an.* 30: *Eudamus*, 35: *Aristomedes* (Aristodemus Pausaniæ, & Eusebio) *an.* 35; *qui Telesten puerum reliquit, cujus regnum Agemon, ejus avunculus & tutor, administravit annos* 16: *post quem Alexander regnum occupavit an.* 25: *Hunc Telestes, regno patrio privatus, sustulit, & regnavit annos* 12. *Eo autem à cognatis sublato; Automenes regnavit in annum: Bacchidæ autem omnes, ab Hercule genus ducentes, imperium retinuerunt, cum essent plures quàm ducenti, & communi jure præsiderunt Urbi: Ex iis autem unum Prytanin, qui loco Regis esset, annuatim elegerunt, per annos XC; usque ad tyrannidem Cypseli, à quo ejecti sunt.* Eusebio ferè convenit cum Diodoro; paulò aliter c) Pausanias. *Aletes*, ait, *ejusque posteri regnarunt*, ἐπὶ γενεὰς πέντε, *per generationes quinque, usque ad Bacchin Prumnidis filium: Bacchiadæ qui vocantur, regnarunt*, πέντε ἄλλας γενεὰς, *quinque alias generationes, usque ad Telesten Aristodemi filium; quem ob simultatem Arieus & Perantas sustulerunt. Nullus deinceps Rex erat: sed Prytanes, ex Bacchiadarum gente, annuum magistratum gerebant; donec Cypselus Eetionis filius, occupatâ tyrannide, Bacchiadas expulit.* Pausanias Genealogiam; Diodorus regni successionem respicere videntur.

b) Syncell, p. 179.

c) L. 2. p. 92.

Cum verò Pausanias *ætates quinque*, Diodorus *Reges quatuor* tantùm ante Bacchin numerent; cùm collecti Regum XI Prytanumque anni (qui sunt 417) initium Cypseli non attingant; verisimile est Regem unum, qui ante Bacchin regnaverit annos circiter 30, apud Diodorum desiderari. Computemus tempora: Heraclidarum Reditus fuit an. Attico 476 d): adde Regum XI annos 326; habes an. Atticum 802, & Olympiadem illam quæ præcessit

d) supr. p. 352.

cessit Corœbi victoriam; in qua a) *Automenes Prytanis* ab Eusebio ponitur: adjice Prytanum annos 90; habes an. Att. 892, & Olympiadem XXII. Hæc autem manca sunt: quia Cypselus tyrannidem non arripuit ante Olympiadem XXXI. Defectum hunc ipse agnoscit Diodorus; qui καθ' ὁμάδα 30 annos plures numerat, quàm κατὰ πλάτος. Dicit enim *Cypseli tyrannidem* τῆς καθόδου Ἡρακλειδῶν ὑστερεῖν ἔτεσι υμζ, *Heraclidarum reditu posteriorem fuisse annis* CDXLVII. Syncellus etiam Regibus istis adjicit annos 24; dicens, b) *Corinthiorum Reges durasse annis* CCCL; *post quos annui Prytanes.*

a) Chron. n. 1238.

Syncell. p 179.

b) Ib. p. 186 a.

Cypselus Rex.

CYPSELI fortuna, ab Oraculo prædicta, illi adhuc infantulo insidiarum causa fuit; sed à Labda matre in *cypsela* (mensura frumentaria) absconditus, periculum evasit. Inde ei nomen. *Observatum parentem, ejus posteri Arcam in Olympia dedicarunt*, affabrè cœlatam, & c) βουστροφηδὸν inscriptam; quam graphicè descripsit Pausanias.

Herod. l. 5. c. 92.

c) supr. p. 124.

Quo stratagemate Cypselus Bacchiadas Corintho expulerit, refert d) Polyænus. Ælianus ait, e) *Διὰ τὴν τρυφὴν per luxuriam immoderatam Bacchiadarum principatum apud Corinthios, quum ad summam potentiam pervenisset, dissolutum esse.*

d) Lib. 5.

e) Var. l. 1. c. 19

f) *Cypselus Corinthius, cùm votum fecisset Jovi, Si civitate illa potitus fuisset, se dedicaturum universas Corinthiorum facultates; jussit censum describi: illisque professis, Decimam bonorum partem à singulis abstulit, de reliquis jussit eos negotiari & rem facere: annoque vertente, idem fecit. Ita evenit annis decem, ut & ipse haberet omnia Corinthiorum bona, eaque consecraret; & Corinthii intereà quærerent alia.*

f) Aristot. Oeconom. l. 2. p. 389. c. init.

Ἡ τῶν Κυψελιδῶν τυραννὶς διετέλεσεν ἔτη τρία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἓξ μῆνας. Κύψελος μὲν γὰρ ἐτυράννησε ἔτη τριάκοντα. Περίανδρος δὲ τετταράκοντα (καὶ τέτταρα· Vox hæc redundare videtur) Ψαμμήτιχος δὲ ὁ Γορδίου, τρία ἔτη, *Cypselidarum tyrannis firma permansit an.* LXXIII *& sex menses. Cypselus enim regnavit annos* XXX: *Periander, an.* XL: *& Psammitichus Gordiæ filius, annos tres. Causa durationis erat; quod Cypselus quidem δημαγωγὸς ὤν,*

Ib. Pol. l. 5. c. ult.

λῶ, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ἀδορυφόρητος, *blandus erat populi ductor, & in imperio custodes corporis nunquam adhibuit: Periander autem, licet tyrannicus, tamen bellicosus erat.*

Oraculum prædixerat:

Herod. l. 5. c. 92. § 5.

Κύψελος Ἠετίδης βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου·
Αὐτὸς, καὶ παῖδες· παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.
Cypselus Eetides claræ Rex esto Corinthi;
Ipse, & eo nati; sed nulli deinde Nepotes.

Periander duos habuit filios; *Cypselum ἄφρονα*, mente captum, & rebus gerendis inidoneum; & *Lycophrona*, à Corcyræis interfectum. Illi igitur successit *Gordiæ filius*. Quis autem Gordias ille? Non sanè Periandri frater: refragatur Oraculum. Sententiæ tamen Aristotelis suffragatur Strabo. a) *Cypselus*, ait, *tyrannidem occupavit, καὶ μέχρι τριγονίας ὁ οἶκος αὐτοῦ συνέμεινε, & ad hæredem tertium propagavavit.* Ælianus b) observat *tyrannidem raro ἐπὶ τριγονίαν ad nepotes propagatam esse: Cypselidarum autem Corinthi εἰς ἐκγόνους ad posteros permansisse.*

a) L. 8. p. 378 c
b) Var. l. 6. c. 13

Initia Cypseli ab exitu Periandri investiganda sunt. *Ille mortuus est* (*ut refert Sosicrates*, apud c) Laertium) *annis quadraginta ante Crœsum; καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος, Uno autem anno ante* XLIX *Olympiadem*, id est, anno quarto Olymp. XLVIII. d) *Regnavit annos XL.* Ergo, *Periander ἤκμαζε inclaruit* (post obitum patris) *circa Olympiadem* XXXVIII; anno scilicet quarto. Eusebius autem ad *an. primum Olymp.* XXXVIII. *Apud Corinthios tyrannidem exercuit Periander:* annos 44 illi attribuisse videtur. e) *Regnabat Cypselus annos* XXX. Consurgit igitur illius initium ex anno secundo Olympiadis XXXI, qui est annus Atticus 928, & Per. Jul. 4059.

c) In Periand.
d) In Periandro. Chrō. n. 1389.
e) Herod. l. 5. c. 92.

Ad

Ad
SECULUM XVIII.

ASIA, ab Ægyptiis derelicta, in Regna diversa dispertita fuit: Ineunte itaque hoc Seculo, hic erat in Oriente rerum status. Anno Nabon. 104, *Psammitichus*, rex Ægypti, Azotum adhuc obsidione premebat: Hierosolymorum rex *Josias* reparando Templo, & pietatis operibus occupatus erat: Babylonis ac Nini rex erat *Chiniladanus*, ignaviâ obscurus: Lydorum rex *Ardys*, à Cimmeriis oppressus; & Medorum rex, *Phraortes*, victoriâ Persicâ superbus. Qui motus, quæ immutationes insequutæ sint (donec Asia in Monarchiam redacta fuerit) ordine enarrabuntur.

PHraortes exercitum duxit contra Assyrios, Ninum tenentes; à quibus victus, cum magna exercitus parte interiit, cùm regnasset annos 22; Anno Nabon. 114. Illi, in *Medorum regno, successit filius* Herod. l. 1. c. 102.

Cyaxares.

QUi majoribus bellicosior, milites Asiaticos primus in turmas decuriavit, & Hastatos, Equites, Sagittarios (antè confusos) in suos ordines distribuit. Hic collectis omnibus intra Halym copiis, Assyrios prælio superaverat, & Ninum obsidione tenebat; quum ingens Scytharum exercitus in Mediam penetravit. Ib. c. 103.

Scytharum incursio.

CImmerios insequuti sunt Scythæ: illi juxta mare iter tenebant, hi autem aberrantes viâ, Caucasum ad dextram habentes, in mediterranea conversi, Mediam intrarunt. a) *Duxit eos Madyes Protothyæ filius, Rex Scytharum. A Meotide lacu ad Phasin fluvium & Colchos, iter est triginta dierum: inter Colchos & Medos una gens Saspires interjacet, neque longum est iter. Scythæ autem non hac intrarunt, sed via superiore & multum longiore, Caucaso monte ad dextram* Ib. l. 4. c. 12. a) l. 1. c. 104.

dextram relicto. Hic Medi (solutâ Nini obsidione) *cum Scythis congressi, & prælio fusi, Imperium amiserunt; & Scythæ omni Asia potiti sunt.*

a) Herod. l. 1. c. 105. a) *Hinc illi rectà in Ægyptum contendunt; sed Syriam Palæstinam ingressis occurrit Psammitichus rex Ægypti, qui muneribus precibusque effecit, ne ulteriùs progrederentur.*

Pauci aliquot ex regredientibus Scythis, vetustissimum Uraniæ Veneris templum, quod in Ascalone urbe Syriæ est, spoliarunt; quibus, eorumq; posteris Dea morbum immisit fœmineum.

b) Strab. l. 15. p. 687. Fertur etiam b) *Idanthyrsus Scytha excursionem fecisse in Asiam, usque ad Ægyptum:* quo autem tempore, non liquet.

Psammitichus autem, post 29 annorum obsidionem, *Azotum* cepit. Et excisa quidem videtur urbs illa, cùm non ita multò post,

c) Jer. 25. 20. c) *Reliquium Ashdodi* à Jeremiâ dicatur.

d) Herod. l. 2. c. 157. e) Strab. ib. p. 802. a. f) Herod. ib. c. 169. Non diu pòst *Psammitichus* grandævus fato concessit, anno Nabon. 118; d) *cum regnasset annos* 54. e) *Sepultus est in urbe Sai, Ægypti Inferioris Metropoli, in templo Minervæ;* f) *proximè Palatium ad lævam manum intranti. Nam Saitani intra Templum sepelierunt Reges, qui sunt ex eo nomo, omnes.*

Nechos Rex.

Ib. c. 158. NEchos, *Psammitichi filius, patri successit in regno Ægypti.* Rex hic elati fuit & magna spirantis animi: pristinæ Ægyptiorum gloriæ æmulus, Imperium Asiæ, quod Pater lentè tentaverat, recu-

g) c. 159. perare suscepit. g) *Comparavit copias bellicas, & construxit triremes, tam in mari Septentrionali, quàm in sinu Arabico ad Mare Rubrum; quarum navalia adhuc cernuntur.*

A tempore deportati Manassis, Judæorum Reges sub Babyloniorum clientelâ fuisse videntur. *Chiniladanus* jam annum regni vicesimum agebat, Princeps ignavus; erga quem tamen *Josias Rex*, Dei observantissimus, fidem servandam, transitumque hosti ejus non concedendum censuit; sed in occursu exercituum, occisus

h) C. 12. v. 11. est in Magiddo, vel *in valle Magidduntis.* Planitiei meminit h) Zacharias: Est autem *Magiddo* urbs in viâ, quâ ex Ægypto itur in Syriam, non procul à mari Phœnicico; semitribui *Manassis* assigna-

gnata; sed à a) Chananæis possessa; quam inter eas b) recensuimus, quas Israelitæ expugnare non potuerunt. a) Judic. 1. 27. b) supr. p. 235.

c) *Nechos terrestri acie congressus cum Syris in Magdolo, victoria potitus est Post pugnam cepit Cadytin, magnam Syriæ urbem.* c) Herod. l. 2. c. 159. d) *Cadytis urbs est Assyriorum eorum qui Palæstini vocantur, in transitu a Phœnicia in Ægyptum* Statio quarta Israelitarum in deserto fuit e) ἀνὰ μέσον Μαγδώλου, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς θαλάσσης, *inter Magdolum, & mare*; & illi *castra posuerunt* ἐπὶ τῆς θαλάσσης *juxta mare.* Magdolum itaque ad Mare Rubrum; Magiddo autem ad Mediterraneum. Herodotus nominum similitudine decipi videtur. d) Ib. l. 3. c. 5. e) Exod. c. 14. v. 2.

Rex Ægypti, omissis Hierosolymis, f) *properavit, ut oppugnaret Carcemisium ad flumen Euphratis.* Urbs illa Assyriacæ ditionis (cujus meminit g) Esaias) videtur esse *Cercusium*, ultra Euphratem ad confluentem *Aborra* positum. Vetustam hanc urbem *Diocletianus* tandem instauravit; cum esset eo tempore h) *exigua & immunita.* f) II. Chron. 35. 21. g) c. 10. v. 9. h) Am. Marc. l. 23.

Nechos, eâ urbe captâ & præsidiis munitâ, omnique Syriâ sub potestatem redactâ, post tres menses regressus est.

Cùm verò Rex Ægypti venisset i) *Riblam, quæ est in terra Emath*, (Reblata posteà *Antiochia* vocata est) evocavit *Joahaz* quem Populus unxerat in Regem, *cùm regnasset tribus mensibus*, & (quòd inconsulto victore regnum usurpaverat) *vinxit eum, ne regnaret in Jerusalem; & imposuit mulctam Terræ centum talentis argenti, & talento auri Regemque instituit Eliakim filium Josiæ:* quem nominavit *Jehoiakim.* i) II Reg. 23. 33. Ib. v. 34.

Josephus (commentis Ctesianis imbutus) refert, k) *Nechum* copias duxisse *contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum Imperium everterant.* Dixerat enim, *Merodachi* tempore, l) *Assyriorum Imperium à Medis καταλυθῆναι.* Verùm Rex Ægypti profectus est *contra Regem Assyriorum* Babylone regnantem. *Medi* jam à Scythis graviter oppressi sunt. Dicit *Josiam* vulneratum fuisse κατὰ Μένδην πόλιν, *ad urbem Mendem, quæ erat intra regnum Josiæ.* S. Hieronymo, m) *Mendes est oppidum, juxta civitatem Gazam*; olim n) *Medmana*, in tribu Juda. Itaque *Magedao*, Μαγεδδώ, *Mendes*, aut eadem erant, aut vicina. k) Antiq. l. 10. c. 6. l) Ib. c. 3. m) De locis Ebr. n) Jos. 15. 31.

Quamdiu *Chyniladanus* Babylone regnabat, tamdiu *Nechos*

Syriâ quietè potitus est; Et in Ægyptum reversus, Pacis operibus operam dedit. Cùm construxisset triremes in sinu Arabico, etiam a) *Fossam à Nilo ad sinum illum ducere aggressus est; in qua fodienda perierunt Ægyptiorum* 120000. De incepto hoc (ad b) *Sesostrim*) diximus.

a) Herod. l. 2. c. 158.
b) supr. p. 396.

Periplus Africæ.

* Herod. l. 4. c. 42.

REX hic * *eorum primus fuit, qui Africam περίῤῥυτον esse monstravit. Postquam is destitit à Fossa, Phœnices quosdam ad Africam circumnavigandam misit; qui, Mari Rubro solventes, in mare Australe abierunt, ac tandem anno tertio per Columnas Herculis transvecti, in Ægyptum redierunt.* Adeo vetusta est, de circuitu Africæ, fides.

Ib. c. 43.

Postea ex sermone Carthaginiensium fertur, Sataspem quendam ab Achæmene oriundum, Libyam non circumnavigasse, (quum esset ille ad hoc ipsum missus) sed navigationis longitudine & solitudine deterritum rediisse. Egressus ille Columnas Herculis, & circumvectus Africæ promontorium nomine Syloes, cursum in meridiem tenebat, & cùm multos menses multum maris emensus esset, rediit. Quod verò Africam non penitus circumnavigasset, hanc causam Xerxi afferebat; τὸ πλοῖον τὸ πρόσω οὐ δυνατὸν ἔτι εἶναι προβαίνειν, ἀλλ' ἐνίσχεσθαι. Quòd navigium ulteriùs procedere non posset, sed retineretur. Compertum quidem est experientiâ nuperâ, circa Bonæ Spei promontorium, flare ventos Orientales, per sex menses continuos.

c) Plin. l. 2. c. 67.
d) Mela, l. 3. c. 9.
Ibid.
e) Ibid.

c) *Hanno (Carthaginis potentiâ florente) circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto.* d) *Hanno Carthaginensis exploratum missus à suis, cum per Oceani ostium exisset, magnam partem Africæ circumvectus, non se mare, sed commeatum defecisse retulit.* Huic occidentale Africæ littus legenti occurrebat *Mons altus* (*ut Græci vocant* Θεῶν ὄχημα, *perpetuis ignibus flagrans*, noctu præsertim. Mons idem videtur esse, qui à rugitu, *Sierra Liona* Lusitanis vocatur. Exaudiuntur enim fulmina & tonitrua continua; cum vertex nebulis perpetuis cincta sit. Ulteriùs (*tridui navigatione*) e) *grandis litoris flexus grandem insulam includit; in quâ fœminas esse narrat toto corpore hirsutas,*

Fœ-

Γοργάδας vocat: Neque ultrà navigavit Hanno. Sanè periplus Africæ veteribus longè difficilior erat ab Occidente, quàm ab Oriente. Postea enim, a) *Eudoxus quidam, cum Lathurum Regem Alexandriæ profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usque pervectus est.* Addit Plinius, b) *Multoque ante eum Cælius Antipater, vidisse se, qui navigasset ex Hispania in Æthiopiam, commercii gratia.* Vox *Æthiopia* olim latè sumpta; neque circumnavigationem innuit. Tam occidui, quàm Orientales sunt Æthiopes. c) Strabo (ex Posidonio) Eudoxi navigationes recitat; sed pro fabulosis rejicit. Sanè Romanorum temporibus, d) *dubium fuit, caperetne Africa circuitum, an sine fine se extenderet.*

a) Ibid.
b) Plin. l. 2. c. 67. & l. 5. c. 1
c) L. 2. p. 98.
d) Mela, l. 3. c. 9

Arriani periplus maris Erythræi (dicatus Hadriano Aug.) Australis navigationis terminum habet *Menuthesian* insulam, & *Rhaptum* promontorium: ulteriora innavigabilia esse dicit ob Syrtes innumeras. Ptolemæo etiam ultra *Raptum* est e) *Terra incognita & Mare Asperum, propter brevia & Syrtes: Raptum* circa Quiloæ regnum putat f) Maffejus. Syrtes istæ, quæ sunt inter Madagascar insulam & Africæ continentem, Lusitanorum naufragiis nobis innotuerunt. Solomonis classem, versus Austrum, *Zophalam* usque navigasse g) diximus.

e) L. 4. c. 9.
f) Hist. Indic. l. 1. p. 17. b.
g) supr. p. 367.

Nabo-pol-assarus Rex.

ANNO Nabonassari 123, anno Templi 383, anno quarto *Jehojakim* (quem constituerat Necho) *Chyniladano* (cum regnasset annos 22) in regno Babylonis & Nini, successit *Nabopolassarus*; qui Nabuchodonosorus vocatur in historiâ Sacrâ.

Hujus Regis anni, in Babylonico Canone constituti, cum Judæorum Regum annis in S. Scripturâ comparati, optimè conveniunt, & Chronologiam sanciunt.

An. Temp	Nabon.					
383	123	Ejus	*Tertius*	est	IV *Jehojakimi.*	Jer. 25. 1.
390	130		*Octavus*		I *Zedechiæ*, quo Jeconias deportatus	II. Reg. 24. 12.
400	140		*Decimus octavus*		X *Zedechiæ*, quo fervebat Obsidio.	Jer. 32. 1.
401	141		*Decimus nonus*		XI *Zedechiæ*, quo Hierosolyma excisa.	II. R. 25. 12.
	210	Inde	*Septuagesimus*,		I *Cyri*, quo soluta est Captivitas.	Jer. 29. 10.

Rex hic bellicosissimus ea, quæ Rex Ægypti in Syriâ obtinuerat, recuperare properat, & sub initiis regni, exercitum duxit contra Ægyptiorum præsidium. a) *Anno quarto Jehojakim Regis Judæ, copiæ Pharaonis Nechonis, quæ fuerunt in Carchemisho ad Euphratem, percussæ sunt, à Nabuchodonosoro Rege Babylonis.* Josephus adjicit, b) *Nechonem cum magnis copiis ad Euphratem se opposuisse Nabuchodonosoro, & collatis signis victum fuisse: Babylonium trajicientem Euphratem, totam Syriam usque ad Pelusium redegisse, exceptâ Judæâ.*

a) Jer. 46. 2.
b) Antiq. l. 10. c. 7.

An. Nabon. 127, anno octavo *Jehojakimi* c) *Nabuchodonosor vincivit eum catenis, ut abduceret eum Babylonem*; sed mutatâ sententiâ, illum regno restituit; d) *& Jehojakim factus est ei servus annis tribus*, id est, ut ait Josephus, e) *Persolvit ei tributum imperatum tribus annis.*

c) II Chron. 36. 6.
d) II Reg. 24. 1.
e) Antiq. 10. 7.

Jechoniæ deportatio.

ANNO Nabon. 130, qui fuit Templi CCCXC (numerus is ab f) Ezechiele summopere celebratur) *Nabopolassari* autem sive *Nabocodonosori Octavus*, rebellavit *Jehojakimus* anno regni sui undecimo, *postquam triennio servierat Regi Babylonis.*

f) C. 4. v. 5.
II. Reg. 24. 1.

g) *Anno tertio, cùm audisset Ægyptios expeditionem facere contra Babylonium, & tributum illi non solvisset, expectatione sua frustratus est. Nam Ægyptii bellum instaurare non ausi sunt: quod Jeremias propheta quotidiè prædixit, eos spem frustra in Ægyptiis ponere. Non multo post Regem Babylonis cum exercitu venientem excepit, nihil sibi ab eo timens; neque exclusit, neque ad bellum se paravit. Rex autem, Urbem ingressus, fidem non servavit; sed Hierosolymitanorum præstantissimos interfecit, cum Rege Joakimo; quem insepultum extra mœnia projici jussit. Regem autem Urbis regionisque constituit Joachimum ejus filium.* (Qui *Jechonias* vocari solet; etiam h) *Conias.*) *Hunc finem habuit Rex Jehojakim, cum vixisset annos 36, regnasset XI. Pœnituit statim Regem Babylonis, se Regnum dedisse Joachimo: Verebatur enim, ne memor patris per injuriam occisi regionem suam ad defectionem incitaret: missis itaque copiis obsedit illum in Hierosolymis.* i) *Cum regnasset Jehoiachim in Jerusalem tribus mensibus, egressus est ad Regem Babylonis, ipse, & mater ejus, &* servi-

g) Joseph. Antiq. l. 10. c. 6.
c. 7.
(h Jer. 37. 1.) Joseph. ib. c. 9.
i) II Reg. 24. 8. v. 12.

servi ejus, & principes ejus, & eunuchi ejus : Et suscepit eum Rex 13.
Babylonis, anno regni sui Octavo : & transtulit 10000 *in capti-* 14.
vitatem ; nihilque relictum est, exceptis pauperibus terræ : Et 17.
constituit Mattaniam patruum ejus pro eo, eique imposuit nomen
Zedechiam.

a) *Ezechiel propheta, adhuc puer*, deportatus est *Octavo* hoc Babylonii Regis anno : & *Daniel* hoc b) *Jehojachimi anno, tertio* post restitutionem Babylonicam, *Undecimo* autem post constitutionem Ægyptiacam : Etiam c) *Mardochæus transportatus de Ierusalem cum Iechonia*, post annos 81 d) reversus est.

a) Joseph 10.9. b) Dan. 1.1. c) Est. 2.6. d) Neh. 7.7.

Ad hunc modum Nechos totam amisit Syriam, quam non ita pridem nullo negotio acquisiverat : e) *Neque amplius egressus est* (ille) *Rex Ægypti è terra sua : quia Rex Babylonis ceperat quicquid fuit Regis Ægypti à fluvio Euphrate usque ad flumen Ægypti.*

e) II Reg. 24.7.

Fluvius Ægypti fuit Israelitidis f) terminus : idem qui dicitur g) *Shihor super faciem Ægypti.* Nilus Ebraicè *Sihor* : unde quidam *Nilum* intelligunt ; LXX verò torrentem ad Rhinocoruram.

f) Num. 34.5. g) Jos. 13.3.

Juxta Herodotum, h) *Ægyptum Syriamque disterminat mons Casius*, id est, Mons Terminalis.

h) Herod. l. 2. c. 158.

Hierosolymorum excidium.

ANNO Nabon. 138, qui fuit templi 398, Zedechias cùm per annos octo paruisset Babylonio, contra illum fœdus iniit cum i) Regibus vicinis.

i) supr. p. 531.

Defectionis hujus participem fuisse docet Berosus Satrapam illum, quem Nabuchodonosorus non ita pridem devictæ Syriæ præposuerat ; & cui obsidendæ Tyri (quæ ab an. Nabon. 129 circumvallata fuerat) curam demandaverat. Berosi locum habet

Josephus contra Apionem, l. 1. p. 1044, & *Antiq.* l. 10. c. 11. p. 349.

Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσαρος, ὅτι τεταγμένος σατράπης ἔν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ	*Cùm audivisset pater ejus Nabo(po)lassarus satrapam Ægypti, Cœlosyriæ, Phœniciaque locis præ-*

τῆς Συρίας τῆς Κοίλης καὶ τῆς Φοινίκης τόπις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτῶν βασιλείαν ἐποίησε.

fectam) rebellasse; nec jam labores ipse ferre posset; copiarum parte Nabuchodonosoro filio, ætate adhuc vigenti, tradita, contra eum misit. Nabuchodonosorus cum rebelli congressus, illum in potestatem redegit, & regionem denuò ipsorum imperio restituit.

Pater, qui hic decurtatè vocatur *Nabolassarus*, a) Eusebio, &
a) Pr. Evang. l. 9. c. 40. b) Syncello (eadem repetentibus) nuncupatur Ναβοπαλάσαρος,
b) p. 220. Josephus autem alibi hæc c) *Berosi* aliter legit, ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβου-
c) Antiq. l. 10. c. 11. p. 349. χοδονόσορος —— συστήσας τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ, *Nabuchodonosorus Pater tradidit Nabuchodonosoro* filio partem exercitus. Quod καθ' ἑρμηνείαν interpolatum. Ebræis enim tam Pater, quàm filius, vo-
d) p. 136. catur *Nabuchodonosorus*. In libro d) *Juchasin* distinguuntur. *Ætas Quinta. Deportatio Israelis in Babel per Nebuchadnezarum fi-*
e) D Ganz. II. Chron. l. 2. n. 285. *lium Nebuchadnezari.* Pater, e) *Primus* denominatur; Filius, *Magnus*. In Canone satis diversa sunt eorum nomina.

Filius cum potestate Regiâ bellum gerens, licet Pater adhuc in vivis esset, *Regis* titulum in scripturâ obtinet. Josephus & Eusebius, locis citatis, legunt, ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν; non αὐτῶν, ut hic, & apud Syncellum.

f) Jer. 34, 7. Porrò f) *Regis Babylonis exercitus pugnabat contra Hierosolymam & contra omnes civitates Judæ, quæ erant reliquæ: contra Lachin, & contra Azecham. Hæ enim urbes munitæ superérant de civitatibus Judæ.* Denique ipsam Hierosolymam obsidebat. Cum
g) Ib. 37. 5. verò Ægyptii essent defectionis socii, g) *Tunc exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto; & Chaldæi, qui obsidebant Hierosolymam, ejus*
h) Antiq. l. 10. c. 10. *rei nuncium audientes recesserunt ab Hierosolymâ.* Josephus refert,
i) Jer. 37. 7. h) *Ægyptios prælio fusos & totâ Syriâ expulsos fuisse.* Itaque i)
k) II. Reg. 25. 1 *Exercitus Pharaonis reversus est in Ægyptum, & Chaldæi ad obsidionem redierunt*; Anno Nabon. 139; Templi 399, k) *Anno nono regni*
l) Ib. 25. 2. & Jer. 52. 5. *Zedecbiæ; extruxerunt in circuitu munitiones & clausa est civitas atque vallata* l) *Usque ad XI annum Regis Zedecbiæ: & prævalebat*
m) Lamēt. 4. 9

fames

fames in civitate, nec erat panis populo. m) *Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum.*

Anno igitur Nab. 141 (*cum* a) *durasset obsidio menses* 18) anno undecimo Zedechiæ, anno decimo nono Nabuchodonosori, b) *Mensis Quarti die nonâ, capta est Urbs, & viri bellatores nocte fugerunt. Zedechiam apprehensum in planitie Jericho duxerunt Chaldæi ad Regem Babylonis in Riblath; qui judicio condemnavit eum; filios ejus jugulari jussit; Zedechiam excæcatum abduxit Babylonem.* a)Joseph.10.11. b)Jer.52. 6.& II.Reg 25.4.

Mense V, Nabuzaradan incendit Domum Domini, & Domum Regis & domos Jerusalem, omnemque domum magnam combussit igni: & exercitus Chaldæorum destruxit muros Jerusalem in circuitu: & deportati sunt Judæi de terra suâ. c) *Nabuchodonosor* (Pater, veniens) *anno septimo, transtulit Judæos* 3023; *Filius venit anno XVIII, & de Jerusalem deportati sunt* 832. *In anno XXIII Nabuchodonosori, Nabu-zar-adan Magister militiæ transtulit Judæos* 745. *Omnes abducti* 4600. In libro Regum plus decem millibus abductos legimus. Annus iste Nabuchodonosori XXIII est *annus quintus Captivitatis*, Josepho. d) Τῷ πέμπτῳ τῆς Ἱεροσολύμων πορθήσεως ἔτει, ὅ ἐστι τρίτον καὶ εἰκοστὸν τῆς Ναβουχοδονοσόρου, *Anno quinto excidii Hierosolymitani, qui est Nabuchodonosori XXIII, rursum Babylonem abduxit captivos Judæos, qui erant in Ægypto*; id est reliquias Judæorum, qui, occiso Gedaliâ, in Ægyptum migraverant. Quintus iste captivitatis annus, est æræ Nabonassari 145; & secundus *Nabopolassari* sive Nabuchodonosori Filii: sed continuando Patris Filiique annos, XXIII dicitur. Sic e) *Ieroboami* anni XX cum duobus *Nadabi* filii conjunguntur. Ib.v.8. c)Jer.52.28. d) L.10.c.11. p.345.d. e)I.Reg.14.20.

Exustum est *Templum*, cùm stetisset annos integros CD. Hic fuit Regum Davidicorum exitus; qui post Saulem successivè numerantur XX, & regnârunt annos 444. supr.p.404.

Excisis Hierosolymis, Regnū Judæ fit Provincia Tertia, *Judæa* dicta. Coloniæ autem in Judæam non sunt deductæ, sicut in Samariam.

Ab excidio Urbis consurgit f) *Numerus annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Ierusalem Septuaginta Anni.* Prædixit Jeremias g) (*anno quarto Iehojacbimi filii Iosiæ Regis Iudæ, qui erat primus Nabuchodonosori Regis Babylonis*, id est, ante annos 18.) h) *Erit universa terra* f)Dan.9.2. g)C.25.v 1. h) v. 11.

terra hæc in solitudinem & in stuporem ; & servient omnes gentes istæ Regi Babylonis LXX annis. Ebræi numerabant annos istos per Sabbata, sive Hebdomadas. a) *Expectavit terra Sabbata sua; omnibus diebus Desolationis sabbatizavit, usque dum complerentur LXX anni.* Daniel tempus illud in III & VII *Hebdomadas* distinxit; de quibus suo loco.

a) II Chron. ult. 21.

Excidium Tyri.

TYRUS (condita b) Seculo XI) excisa est post Hierosolymam: c) *Pro eo quod dixit Tyrus de Jerusalem; Euge; confracta est, periit: quæ fuit plena, deserta est.* Obsessa erat à Chaldæis anno Nabon. 129. Josephus (*ex commentariis Phœnicum*) d) *Sub Ithobalo Rege Nabuchodonosorus obsedit Tyrum.* Subjicit, Ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον, *Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obsidere Tyrum.* Versio est Ruffini; ex quâ, pro τῆς scribendum ἔτει. e) Idem (*ex Indica & Phœnicica Philostrati historia*) *Rex ille obsedit Tyrum per annos tredecim, quo tempore Ithobalus fuit Rex Tyri.*

b) Supr. n. 204.
c) Ezech. 26. 2.
d) con. Apion. p 1046. d.
e) Antiq. l. 10 c. 11.

Fuit autem Tyrus emporium totius Orientis nobilissimum, ditione non tam terrestri, quàm per mare late sparsâ, opibus copiisque florentissimum. Illius f) splendorem, rem nauticam, vires conductitias, mercatumque uberrimum graphicè describit Ezechiel, Babylone degens g) mensem primum anni undecimi a deportatione Jechoniæ, id est, anno Obsidionis 13.

f) Ezech. 27
g) c. 26. v. 1.

Violentum obsidionis impetum exprimit Propheta. h) *Ecce Ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosorum Regem Babylonis ab Aquilone* (à Reblata, ad Orontem) *Regem Regum, cum equis & curribus & equitibus & cœtu populoque magno: filias tuas quæ sunt in agro, interficiet gladio; & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro, & elevabit contra te clypeum. & vineas & arietes temperabit in muros tuos, & destruet turres tuas in armatura sua: Equorum ejus inundatione operiet te pulvis eorum; a sonitu equitum & rotarum & curruum movebuntur muri tui.*

h) c. 26 7
Ezech 26. 7. 8. 9.
v. 10.

Expu-

Expugnationem persequitur Propheta.

Cùm ingressi fuerit portas tuas, quasi per introitum dissipatæ ur- v.11.
bis, ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas, populum
tuum gladio cædet; & statuæ tuæ nobiles in terram corruent: vasta-
bunt opes tuas, diripient negotiationes tuas; & destruent muros tuos, 12.
& domos tuas præclaras subvertent; & lapides tuos, & ligna tua,
& pulverem tuum ponent in medio aquarum. Et faciam quiescere
multitudinem canticorum, & sonitus citherarum tuarum non audie- 13.
tur amplius.

Denique Excidium expressim denunciat.

Et dabo te in limpidissimam petram: Siccatio sagenarum eris; 14.
nec ædificaberis ultra. Paulò post: *Turbabuntur insulæ in mari* 18.
(ἀπὸ τ̃ ἐξοδίας σου) in Exitu tuo. Cùm dedero te urbem desolatam, 19.
sicut civitates quæ non habitantur, & adduxero super te abyssum, 20.
& operuerint te aquæ multæ; & detraxero te cum his, qui descendunt
in lacum ad populum sempiternum, & collocavero te in terra novissi-
ma sicut solitudines veteres, & non habiteris. In nihilum redigam te; 21.
& non eris; & requisita non invenieris ultra in sempiternum. Rursus:
a) *Ad nihilum redacta es; non eris usque in perpetuum.* a) C.27. ult.

Hæc cum tam plenè sint planeque dicta; vix tamen quisquam est, qui Tyrum à Babylonio destructam fateatur. Hieronymus in locum. b) *Qui huic historiæ contradicunt, Græcas & Phœnicum, maximè Nicolai Damasceni, & alias barbarorum ajunt se legisse historias, & nihil super oppugnatione à Chaldæis invenisse Tyriæ civitatis. Cùm probare possimus, multa dici in Scripturis facta, quæ in Græcis voluminibus non inveniantur.* Post alia: c) *Tyrum fuisse insulam, & nullum habuisse de terra introitum, in Græcis Latinisque & Barbaris historiis legimus: sed posteà à Nabuchodonosoro (vel, ut nonnulli, ab Alexandro) jactos esse aggeres, ac de insula factam esse peninsulam.* Alii itaque prophetiam (de *Nabuchodonosoro* nominatim editam) ad d) *Alexandrum Magnum* referunt; *qui sex mensibus ipsam urbem obsedisse & cepisse narratur, postquam Darium vicit in Lycia.*

b) In Ezech. 26 p. 841.d.
c) Ib. p. 841.
d) Id in c. 27. p. 845.c.

Bonus Hieronymus aggerem Alexandri M. Nabuchodonosoro attribuit. e) *Nabuchodonosor, ait, cum oppugnaret Tyrum, &*

e) In c. 29. 19. p. 871.

arietes, machinas, vineasque (eò quòd cincta esset Mari) muris non posset adjungere; infinitam exercitus multitudinem jussit saxa & aggeres comportare, & expleto medio mari, imo freto angustissimo, continuum littus insulæ fecit continuum. Alii alia excogitârunt.

Mirum, nemini in mentem venisse, Obsidionem hanc intelligendam esse de *VETERE TYRO*, in continente posita: præsertim cum Propheta τ̃ ἐξοδίας meminerit. De *Exitu* illo, Hieronymus (forsan ex Judæorum traditione) a) *Cum viderent Tyrii, quod percussione arietum murorum fundamenta quaterentur, quicquid pretiosum in auro, argento, vestibusque & varia supellectili nobilitas habuit, impositum navibus ad insulas* (Insulam potius) *asportavit; ita ut, urbe capta, nihil labore suo dignum inveniret Nabuchodonosor.* Quid multa? *Palætyrus* à Nabuchodonosoro capta est, & excisa; neque unquam in dignitatem Regiam pristinamque fortunam rediit. Tyrii, antiquâ sede pulsi (b) Aradiorum exemplo) transmigraverunt in Insulam: Destructio *Veteris Tyri* fuit origo Novæ.

a) Ib. p. 871.

b) supr. p. 512.

Nec quicquam est à Prophetâ dictum, quod *insularem* Tyrum denotare possit, licet in Hieronymi versione nonnulla sint, quæ in istum sensum planè adaptantur. c) *Quæ habitas in Mari*, in Ebræo est, *Habitata à Maribus*, id est, cujus advenæ ab omni Mari. Rursus; d) *In corde maris sita:* In Ebræo; *In corde marium termini tui*; id est, Imperium Maritimum. Quod autem toties dictum est: e) *In corde Maris*, vel *in medio maris*, id quidem allegoricè intelligendum est. Dicit, Tyrum perductam esse in Mare valdè fluctuosum: Urbem navi, bellum mari comparat.

c) Ezech. 26. 17.

d) 27. 4.

e) Ibid. v. 25. 26. 27. 32. 34.

Circumvallatio, Machinæ, Equitatus, quid ad *insulam*? Illud Prophetæ f) *Quæ habitat in introitu Maris* (sive, ad portum Maris) indicat Urbem, non in insulâ, sed in orâ maritimâ positam. Quintæ Sortis limites, in libro g) Josuæ, sunt *Sidon* & *Tyrus*: sortis *exitus ad mare*, vel terminatur mari. Tyrus olim non magis insularis, quàm Sidon.

f) 27. 3.

g) C. 19. v. 28. 29.

Duplicem *Tyrum* agnoscunt Strabo, Plinius, Ptolemæus: *Insularem* & *Palætyrum*. h) Stephanus eas non satis distinguit. Scylax de Insulari Tyro, antequam peninsula fieret, Βασίλειον Τύρε καὶ λιμὴν ἔσω τῆ τείχες, ἀπὸ γῆς, *Regia Tyri & portus . . . circiter stadiis à terra distans.* De Palætyro deinde, Ἄλλη πόλις Τύ-

h) In Τύρ. p. 39.

p. 42.

Τύρος λιμένα ἔχουσα ἐντὸς τείχους (αὕτη δ᾽ ἡ νῆσος βασιλεία Τυρίου) καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης Γ, Παλαίτυρος πόλις, καὶ ποταμὸς διὰ μέσης ῥεῖ. *Alia urbs Tyrus portum habens intra muros (ipsa autem Insula est Regia Tyrii regis) & abest à mari stadiis III. Vocatur hæc Urbs Palætyrus; quam fluvius mediam perlabitur.*

Expugnata jam *Palætyro*, regnatum est in Insulâ ab *Ithobalo* ad a) *Azelmicum regem*; sub quo Tyrus ab Alexandro continenti adjecta est. a) Ad in l. 2. p. 42. 49.

Ithobalus ipse, *quo regnante Tyrus obsessa est*, ex Prophetæ b) diris, periisse videtur. Ejus successores, ex *Annalibus Phœnicum*, recitat b) Ezech 28. 8. 10. 19.

Josephus contr. Apionem, p. 1046.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα.	*Post Ithobalum regnavit Baal an. decem.*
Μετὰ τοῦτον Δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν αὐτοί, Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Κέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς.	*Post hunc Judices constituti sunt: & judicarunt Ecnibalus Baslachi menses duos; Chelbes Abdæi menses decem; Abbarus Pont. Max. menses tres.*
Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλίμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτωρος ἐνιαυτὸν ἕνα.	*Mytgonus & Gerastratus Abdelimi erant Judices annis sex inter quos Balatoros regnavit anno uno.*
Τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα.	*Eo moriente, mittentes evocarunt Merbalum ex Babylone, & regnavit ille annos quatuor.*
Τούτου τελευτήσαντος, μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν.	*Illo moriente, evocarunt fratrem ejus Iromum, qui regnavit annos viginti.*
Ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν.	*Hujus temporibus Cyrus Persarum imperator erat.*

Josephus colligit Tyriorum *annos 54 & tres menses*; numeratis *Ithobali 13*, & *Iromi 20*.

Cùm verò Tyrii Insulares ex Babylone Reges suos peterent; liquet, nonnullos sanguinis Regii captivos abductos fuisse: maxima autem pars Tyriorum, cum summis opibus, evasit in Insulam, in qua novam Veteris Regni sedem posuerunt.

Ad hunc modum *Nabuchodonosor Rex Babylonis servire fecit*
Ezech. 29. 18. *exercitum suum servitute magna adversus Tyrum: omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro. Propterea dicit Dominus, Dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra Ægypti: accipiet multitudinem*
v. 19. *ejus, & deprædabitur manubias ejus, & diripiet spolia ejus, & erit merces exercitui ejus.*

Clades Ægypti.

Ruinam Tyri excepit Ægyptus: Historia utraque obscura est, ac præter *Prophetas* à nemine tradita. Clades *Ægypto* illata in S. Literis pleno ore denunciatur; ut mirum sit, apud exteros tantum esse de eâ silentium; & *Nabuchodonosori* nomen toties repetitur, ut de auctore cladis nullum sit dubium.

Herodotus Saitas Reges exhibet; quem secutus totus chronographorum chorus, non sine aliquâ (ut solet) discrepantiâ.

Herodotus, l. 2. c. 151. an.	*Diodor. Sicul⁹.* an.	*Africanus*, Sync. p. 7[illegible] an.	*Eusebii Chron.* an.	*Syncell.*, p. 21[illegible].
PSAMMITICHUS, 54	*Psammitich⁹*	*Psammitic⁹*, 54	*Psammetich⁹*, 44	*Psammitich⁹*, [illegible]
NECHOS — 16	(Quatuor ætates.)	Nechao II. — 6	*Nechao* II — 6	*Nechao* B — [illegible]
PSAMMIS — 6		*Psammuthis* 6	*Psammites* — 12	*Psammuthis* — 1[illegible]
APRIES — 25	*Apries* — 22	*Vaphris* — 19	*Vaphres* — 30	*Vaphres* — 3[illegible]
AMASIS — 44	*Amosis* — 55 Legislator.	*Amosis* — 44	*Amasis* — 42	*Amasis* — [illegible]

Amasis diem obiit, sub adventum *Cambysis* Persæ in Ægyptum, anno Nabon. 223. *Nechos* sub initium regni sui, *Josiam* prælio interemit, anno Nabon. 120. Intervallum, ab hujus primo ad illius ultimum, est annorum 102. Herodotus quatuor illis Regibus attribuit annos tantùm 91. Desiderantur igitur anni XI

αβα-

ἀβασιλευτοι, nulli Regi assignati; sive, totidem annorum interregnum. Neque Herodotus, etsi à *Psammitichi* tempore res Ægypti sibi probè cognitas esse profiteatur, sanos de temporibus hisce calculos posuisse videtur.

a) *Cum regnâsset Nechos annos XVI, mortuus est, Regnum relinquens Psammi filio*, circa annum Nabon. 137. b) *Psammis quum regnâsset in Ægypto sex tantum annos, (πρὸς Αἰθιοπίην) expeditionem faciens in Æthiopiam, mox vitâ defunctus est*, anno Nabon. 143. Intra hoc sexennium contigere Defectio Zedechiæ, Hierosolymorum Tyrique excidia, & Ægypti devastatio per Nabuchodonoserum: adeò ut *expeditio Æthiopica* de Regis fugâ intelligi possit. a) Herod. l. 2. c. 159. b) c. 161.

Josephus asserit, Regem Ægypti à Babylonio occisum fuisse. c) *Nabuchodonosor, ait, subactâ Cœlosyria, contra Ammonitas & Moabitas bellum gessit; quibus perdomitis, Ægyptum hostiliter ingressus est; & occidit Regem qui tunc erat, aliumque constituit. Denuo Judæos ibi repertos Babylonem abduxit captivos.* Neutrum regum nominat; sed Prophetas auctores sibi proposuit. d) *Rex (vel prælatus) de terrâ Ægypti non erit amplius.* c) Antiq. l. 10. c. 11. p. 345. d. d) Ezech. 30. 13.

Magis expresse: e) *Tradam Pharaonem Hophra, Regem Ægypti, in manum inimicorum ejus, & in manum quærentium animam ejus, sicut tradidi Zedechiam Regem Judæ in manum Nabuchodonosori Regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam ejus.* Chaldæus vertit, *Pharaonem Fractum*: & Syrus, *Pharaonem Claudum*: ironicè forsan, quòd in ferendo Judæis auxilio claudicaverit. Græci autem nomen Proprium agnoscunt, vertuntque Δίδωμι τὸν Οὐαφρὴ βασιλέα Αἰγύπτου, *Dabo Vaphrem Regem Ægypti in manus.* Lectionem istam retinent tum Clemens Alexandrinus, tum Africanus, Eusebius, Syncellus, qui *Apriem* Herodoti intelligunt. Latina Vulgaris legit *Pharaonem Ephree, Regem Ægypti.* Scaliger f) vocem Ebræam non *Hophra* (ut Masoritæ) sed *Haprea* pronunciandam censet; ut sit Ἀπρίης, *Hepries*, qui (ut refert Herodotus) in potestatem venit *Amaseos* inimici sui. e) Jer. 44. ult. f) In Eus. p. 82. b. Can. Isag p. 288. & 3 2.

Verùm *Apries*, ante infortunium illud, prosperè g) *regnarat An. 25; Bellum Sidoni intulit, & navali pugna cum Tyro dimicavit; & post Psammitichum avum suum, fuit (εὐδαιμονέστατος τῶν πρότερον βασιλέων) regum ante eum fortunatissimus.* Reges igitur, qui inter *Psammitichum* & *Apriem*, infortunati fuerunt. g) Herod. l. 2. c. 161.

 Neque

Neque extrà dubium est, *Apriem* ab *Amasi* exutum fuisse; Hellanicus, apud a) Athenæum, rem aliter narrat. *Partamidi*, ait, *diem natalem celebranti Amasis adhuc privatus coronam è floribus elegantissimè contextam donavit; ob quam ad cœnam vocatus, & in amicorum numerum deinde adhibitus, tandem contra deficientes Ægyptios missus est Dux exercitus; a quo Rex creatus est, propter otium in Partamidem.*

a) Deipn. l. 15. p. 680. b.

Non *Apries*, sed *Partamis* Amasi præcessisse dicitur: neq; nominis tantùm, sed viri videtur esse differentia, adeò ut suspicari sit, plures Reges, plures annos huic intervallo competere, quam quos ponit Herodotus: De quo non immeritò dictum est. b) *Quod perspicui indicatur Jeremiæ, id Herodotus ignoravit: quia Sacerdotes illi Ægyptii, qui ei sciscitanti de rebus Ægyptiacis respondebant, ea, quæ ad laudem gentis faciebant, tantum docuerunt, cætera quæ ad illorum ignaviam, servitutem, & tributa, quæ Chaldæis pendebant, tacuerunt. Atqui ex Beroso & Jeremiâ constat; illos Reges Ægyptios precariò regnasse, & Babylonis vectigales fuisse.* Idem vir Magnus, de hâc re, alibi aliter. c) *Quæ ab Ezechiele dicuntur de Ægypti desolatione, ita ut in desertum redigenda sit, hoc Dei misericordia remissum fuisse, neque contigisse certissimum est: Quemadmodum neque Ninivem delevit, ut per Jonam & Nahum interminatus erat. Et multa sunt ejusmodi apud Ezechielem, Esaiam, & Jeremiam*

b) Scalig. in Fragm. p. 11.

c) Can. Isag. p. 312.

Interregnum (quod jam collegimus) annorum XI à quibusdam Herodoti asseclis quodammodò suppleri videtur. Diodorus *Amasi* largitur annos 55, id est, XI. plures, quàm Herodotus. Eusebius *Psammi* dat annos 12, *Vaphri* 30, id est, XI plures, quam iis impertitus est Herodotus. Hiatus iste, sive annorum XI ἀναρχία, cum calamitatibus Ægypto à Nabuchodonosoro illatis convenienter se habet. Audiamus Prophetas:

d) *Dabo terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam à Turre Syenes usque ad terminum Chus.* e) *Non transibit per eam pes hominis, neque pes jumenti; neque habitabitur XL annis.* f) *Dabo terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, & civitates ejus in medio urbium subversarum, & erunt desolatæ XL annis: & dispergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.* Alia sunt ejusmodi summatim dicta de Ægypto: Sed ut calamitas particularim innotescat, minæ Urbibus præcipuis nominatim intenduntur.

d) Ezech. 29. 10.
e) 11.
f) 12.

a) *Effun-*

a) *Effundam indignationem meam super Sin, robur Ægypti.* Sin est *Pelusium* in ipso Ægypti aditu, à Sennacheribo non ita pridem conatu irrito obsessum. Οἱ LXX, uno puncto mutato, vertunt ἐπὶ Σάϊν. Erat autem *Sais* temporibus hisce Ægypti Metropolis. a) 30.15.

* *In Taphnis nigrescet dies, cum contrivero ibi (vectes) sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ ejus.* Prædixit Jeremias (cùm esset ipse *in Taphnis*, id est, in Daphnis Pelusiis, in quibus *domus Pharaonis*) b) *Solium, tentorium Nabuchodonosori regis Babylonis ibi statuendum esse.* In eo loco fortasse Rex Ægypti prælio victus, & fugatus erat. * Ib. 18. b) Jer. 43. 10.

c) *Dabo ignem in Zoan.* Græci ἐπὶ Τάνιν (minùs rectè, *in Taphnis.*) De d) *Tanitarum* dynastiis diximus. c) Ezech. 30. 14. d) supr. p. 250.

Juvenes Aven (quod legi potest *On*, id est, *Heliopoleos*) *& Pibeseth* (Bubasti) *cadent gladio: & ipsæ captivæ ducentur.* Jeremias dixerat, e) *Conteret statuas Domûs Solis*; Græcis Ἡλιουπόλεως. Ezech. 30. 17. e) Jer. 43. 13.

f) *Disperdam idola de Noph. Et erunt in Noph angustiæ quotidianæ.* g) *Noph erit in solitudinem, & deseretur, & inhabitabilis erit.* Noph est Memphis, olim Regni caput, adhuc inter urbes maximas. f) Ezech. 30. 13. 16. g) Jer. 46. 19.

Deprædatio Babyloniorum ab Ægypto progressa est in Thebaida. h) *Disperdam terram Pathros, & faciam judicia in No. Interficiam multitudinem No. Et No erit dissipata.* Jeremias, i) *Visitabo super tumultum Nô, & super Pharaonē, & super Ægyptum, & super Deos ejus, & super Reges ejus, & super eos qui confidunt in eo: & dabo eos in manus Nabuchodonosori regis Babylonis & in manus servorum ejus.* Pathros est Thebais; cujus metropolis *No*, quæ & Διόσπολις, & Thebæ Ægyptiæ. h) Ezech. 30. 14. 15. 16. i) Jer. 46. 25.

Nos, ait k) Hieronymus, *pro No Alexandriam posuimus, per anticipationem (quæ Græcè πρόληψις appellatur.)* Existimabat ille, Alexandriam Ægypti *pristinum nomen habuisse No: quod Aquila, Symmachus, & Theodotio, sicut in Hebræo est, transtulerunt. Pro quo LXX dixere Diospolim, quæ Ægypti parva civitas est.* Apud Ptolemæum, *Diospolis* in Thebaide duplex est: l) *Magna, quæ Nomi Thebarum metropolis*, in Arabico latere, quæ est Ebræorum *No-Ammon*; & in Libyco, *Parva, quæ Diospolitani Nomi me-* k) In Ezech. c. 30. p. 874. l) Geogr. l. 4. c. 5. p. 121. 122.

tro-

tropolis. Alexandria autem in longinquo ad Mare Mediterraneum diu posthac condita est, in loco ubi priùs fuit *Rhacotu* viculus.

a) Ezech. 36.5. Sed nec Ægyptus solùm usque a) *ad Syenen*, in Æthiopiæ confinio positam; verùm etiam Gentes Ægypto fœderatæ (quæ cum b) Pharaone Necho ascenderunt contra Hierosolyma) de-
b) Jer. 46.9.
c) Ezech. 30.5. populatæ sunt. c) *Chus* (Arabia) *& Put* (Libya) *& Lud* (Æthiopia) *& omne vulgus* οἱ ἐπίμικτοι, miles mercenarius, *& Chub* (in Mareotide *Cubii* Ptolemæo) *& filii terræ Fœderis* (Judæi) *corruent fulcientes Ægyptum.*

d) C. 3. v. 8. Concinit Nahum propheta: d) *No populorum habitat in fluminibus; aquæ in circuitu ejus, cujus divitiæ mare, aquæ muri ejus* (διώρυχας intelligo, quas fecit Sesostris.) *Æthiopia fortitudo ejus, & Ægyptus, & non est finis. Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captivitatem: parvuli ejus elisi sunt*, &c. Tantæ cladi convenit illud Virgilii:

> —— e) *Omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,*
> *Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.*

e) Æneid 8. v. 705.

f) Ezech. 29. 13. 14. 15. Porrò desolationis durationem indicat Propheta. f) *Post finem XL annorum, congregabo Ægyptum de populis, in quibus dispersi fuerunt, & reducam captivitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Pathros, in terrâ nativitatis suæ. Et erunt ibi in Regnum humile: Inter cætera regna erit humillimum, & non elevabitur ultra super nationes: & imminuam eos, ne imperent Gentibus.*

g) Jer. 46.26. Jeremias dixerat: g) *Posthac habitabitur, sicut diebus pristinis.* Principium calamitatis fuit gravissimum; Rege sublato, populo abducto, libertate amissa, & concursu negotiatorum cessante. Postea verò, turbatis Babyloniorum rebus, & inclinatâ eorum fortunâ, Ægyptus reflorescere cœpit, libertatem recuperavit, & commercia; & instauratum est Regnum: Syriam quidem nun-
h) Herod. 2. fine. quam recupavit; sed h) *Cyprum* obtinuit *Rex Amasis*. *Quadraginta anni*, posteriora Nabuchodonosori Secundi tempora spectant.

Nabo-

Nabo-col-assarus Rex.

ANNO Nabon. 144, regnare cœpit, jure proprio, *Nabo-col-assarus*, Nabo-pol-assari filius, qui Ebræis *Nabuchodonosorus Magnus*, vel *Secundus* vocatur. Cùm jam, post excidium Hierosolymorum, ille in Phœniciâ & Ægypto biennium victoriosè transegisset (pergit

Berosus, apud *Josephum Antiq.* l. 10. c. 11. p. 349.)

Τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀῤῥωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἕν.

Contigit, ejus patrem Nabopolassarum eo tempore in Babyloniorum urbe morbo correptum vitam finire, cùm regnasset annos XXI.

Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων, καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν Φίλων μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τὰς λοιπὰς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα.

Cognito paulo pòst patris obitu, Nabuchodonosorus rebus Ægypti aliarumque gentium constitutis, captivos ex Judæis, Phœnicibus, Syris, & Ægypti populis, unà cum exercitu, aliisque rebus servari dignis, quibusdam ex amicis Babylonem deportandos commisit: Ipse cum paucis, per Desertum, Babylonem properat.

Καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ τῶν Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενόμενος, συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας, ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι.

Assumens verò res à Chaldæis administratas, & Regnum ab eorum optimo servatum, paterno imperio (quod priùs cum patre divisum habuit) *ex asse potitus est. Assignavit captivis adductis colonias in opportunissimis Babyloniæ locis.*

Αὐ- *Ee eo* *Ipse*

Αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως.

Τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας, πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας, τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, περιεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ (αὐτῆς) πλίνθου.

Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύασε τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων ὑπεραίροντα ἀνάστημα, καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. Μακρὰ ἴσως ἔσται, ἐάν τις ἐξηγῆται.

Πλὴν ὄντα γε ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε.

Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο.

Καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν Παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μηδίαν τόποις.

Με-

Ipse ex manubiis, & Beli templum & alia magnificè exornavit.

Urbem quæ jam erat, novâ alterâ additâ, cùm exornasset & restaurasset, ne hostes, averso flumine, Urbem aggredi possent, tres muros urbi interiori, totidemque exteriori, circundedit, partim ex cocto latere & bitumine, partim ex latere solo.

Urbe egregiè munitâ, portisque magnificè ornatis, ad patrinam regiam, novam adjecit, præeminentem & altitudine & omni splendore. Longum esset omnia enarrare.

Opus tam ingens, tamque superbum diebus quindecim perfectum est.

In hoc palatio ambulacra è lapide sublimia extulit, speciemque dedit montibus persimilem, & omnis generis arboribus consevit.

Hortum hunc, pensilem vocatum, extruxit, quod uxor ejus, in Media locis educata, aspectu montium delectaretur.

Post

Μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία.

Post inchoatum murorum opus, incidens in morbum *vitam finivit, cum regnasset annos XLIII. (Anno Nabon. 186.)*

De initio hujus Regis, Beroso bene convenit cum Canone Babylonico. Etiam Josephus illius patri tribuit a) annos εἴκοσι ἕν. Quam lectionem secuti sunt Eusebius, Ruffinus, Syncellus; & ex Canone quidem confirmatur iste numerus. Alibi tamen Josephus Patri vitiosè ascribit b) annos εἴκοσι ἐννέα.

a) Antiq. l. 10. c. 11.

b) con. Apion. p. 1044.

Rex autem, confectis jam bellis, ad pacis opera se contulit; in quibus splendidus erat, & impensè magnificus. Nam & alia opera, præter hæc à Beroso relata, recenset, ex *Megasthene*,

Abydenus ἐν τῇ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ, apud c) Eusebium.

c) Pr. Evang. 9. c. 41. p. 457. c.

Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Nabuchodonosorus regnum suscipiens Babylonem triplici muro circumdedit diebus quindecim.

Τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν ἐόντα κέρας Εὐφρήτεω, τόν τε Ἀκράκανον.

Naarmalcham amnem deduxit, qui cornu est Euphratis; & Acracanum condidit oppidum.

Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δὲ ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησε τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον. Καλέουσι δὲ αὐτὰς ὀχετογνώμονας.

Prope Sippara urbem, effodit Lacum habentem in ambitu parasangas quadraginta (id est, stadia 1280) *altum viginti ulnas; & apposuit claustra; quibus apertis, irrigatur ager. Ea septa vocantur Aquæductuum norma.*

Ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν. Καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισε κατὰ τὰς Ἀράβων ἐσβολάς.

Aggeres munivit contra proluviem Rubri maris, & Teredonem urbem condidit contra incursiones Arabum.

Τά τε βασιλήϊα δένδρεσι ἤσκησε, Κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας.

Ædes Regias arboribus ornavit; quas vocavit Hortos Pensiles.

a)Clem. Alex. Stromat.l.1. p.305.d. † Strab l.1. p. 70. d. Hæc Berosus; Sacerdos Babylonius; hæc *Megasthenes* Beroso senior qui *à* a) *Seleuco Nicatore* †, *Legatus missus est ad Sandrocottum Regem Indiæ, & peregrinationis suæ commentarios reliquit*: ex quibus liquidò constat, quanta sit Ctesiæ vanitas, qui immensam ementitus vetustatem, non tantùm Urbis conditum, sed etiam Opera ista Semiramidi attribuit.

b) Plin. l.6. c.28. Sita est urbs b) *Teredon infra confluentem Euphratis & Tigris: læva fluminis Chaldæi obtinent, dextra Nomades Scenitæ.*

c) Ib. l.5. c.26. Rex hic, ad coërcendum Euphratis impetum, duo divertigia, supra Babylonem, effodi curavit. c) *Scinditur Euphrates (à Zeugmate octoginta tribus millibus passuum) circa vicum Massicen: & parte lævâ in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam; circa eam præfluenti infusus Tigri, versus Orientem: dexteriore autem alveo Babylonem (quondam Chaldææ caput) versus Austrum petit; mediamque permeans, distrahitur in paludes. Increscit autem & ipse, Nili modo, statis diebus, paulùm differens; ac Mesopotamiam inundat, Sole obtinente vicesimam partem Cancri; minui incipit, in Virginem à Leone transgresso: in totum verò remeat in vigesimâ nonâ parte Virginis.*

d) Herod. l.1. c. 184. Jampridem d) *Semiramis aggeres spectabiles exstruxerat per planitiem illam, quam flumen antea restagnare solitum erat*: Agricolarum quidem emolumento; Civium autem periculo. Nam cursus Fluminis inde rapidior Urbi nimiis aquis infestus erat. Duo itaque jam facta sunt Fluminis diverticula: alterum versus Orientem; infusum Tigri, quod *Naarmalcha* dictum est; alterum versus Occasum, Lacum influens; quod *Narraga* (vel *Naar-aga*, id est, *Fluvius Stagni*) etiam *Pallacopas* vocatum fuit.

e) Plin. l. 6. c. 26. e) *Sunt qui tradunt Euphratem Gobaris præfecti opere deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis verò universis appellatum Armalchar* (Naar-malcha) *quod significat Flumen Regium. Quà derivatur, oppidum fuit Agrani* (Ἀγράνιον, Abydeno) *è maximis, quod diruêre Persæ.* Ex

f) Amm. l.4. Ammiano, verum Fluminis nomen: f) *Fossile flumen Naar-malcha nomine, quòd Amnis Regum interpretatur.*

g) Herod. ib. c. 193. g) *Babylonia omnis, sicut Ægyptus, in fossas dissecta est: quarum maxima* (Naar-malcha) *navigabilis est; ad solstitium hybernum vergens, pertingit ab Euphrate in Tigrim.* Nimirum me.

media erat inter duos Euphratis alveos : a) σχίζεται εἰς τὸ διὰ Βαβυλῶνος ῥέοντα, καὶ τὸ διὰ Σελευκείας, ὧν ὁ μεταξὺ καλεῖται βασίλειος ποταμός, Euphrates *scinditur in eum alveum, qui per Babylonem fluit; & eum, qui per Seleuciam : inter quos qui medius est, vocatur Regius fluvius.* De Euphrate exit infra *vicum Massicen* : qua Tigrim influit, à Macedonibus posthac condita est Ἀπάμεια ὑφ' ἣν ἡ τοῦ βασιλείου ποταμοῦ πρὸς τὸν Τίγριν συμβολή, *Apamia; sub qua est Regii fluvii commixtio cum Tigri.* a) Ptol. l.5. c.18. Ibid.

Alterum Euphratis *cornu*, sive divertigium, ad exemplum b) *Mœridis* in Ægypto effossum fuisse; & duplex emolumentum exhibuisse videtur: tum ut esset, æstivæ inundationis tempore, redundantis aquæ receptaculum; tum ut aquas tempestivas posteà agricolis suppeditaret. Stagno enim, undequaque c) *Lapidibus* munito, *portæ* appositæ fuerunt, sive σχετηγνώμονες; quibus apertis, siticulosa versus Arabiam loca irrigabantur. Ingentis hujus Lacus quadrati unumquodque latus erat decem parasangarum, sive stadiorum 320 (juxta d) Herodotum, 420; juxta Diodorum, 300) Megasthenes hoc opus *Nabuchodonosoro* attribuit; Herodotus autem *Nitocridi*: à Rege forsan inchoatum; à Reginâ absolutum. De hoc rivo e) Arrianus (in rebus Alexandri) *Pallacopas amnis à Babylone distat stadiis fermè* 800. *Est autem fossa ex Euphrate ducta, non fluvius ex fonte ortus.* Eundem forsan intellexit Plinius: f) *Ad Pellacontam flumen, Bura oppidum; Salmani & Masei Arabes.* Et paulò pòst: *Sunt etiamnum in Mesopotamia oppida, Hipparenum, Chaldæorum & hoc, sicut Babylon) juxta flumen Narragam, qui dedit civitati nomen: muros Hipparenorum Persæ diruere.* Abydeno, Σιπαρηνῶν πόλις posita est ad *Flumen Stagni.* b) supr. p. 238. c) Herod. l.1. c.185. d) Ibid. e) L.7. p.162. f) L.6. c.26.

Opus hoc, magnificum licet utilissimumque, erat tamen inauspicatum: Quippe Cyrus non ita multo pòst, obsessâ Babylone, ut per vacuum Euphratis alveum intraret urbem, totum flumen immisit in Pallacopam: unde ruptis repagulis destructisque stagni aggeribus, Babyloniæ planicies versus Arabiam paludosa facta est & deserta: neque Persis unquam, Macedonibusve curæ fuit Pallacopæ reparatio.

Urbs autem Babylon ejusque ornamenta quadrata erant; Muri, Horti, Templum. g) *Unumquodque Urbis latus erat stadio-* g) Herod. l.1. c.178.

diorum CXX: totus ambitus stadiorum CCCCLXXX. Id Plinio est *millia passuum LX.* Ctesias, apud a) Diodorum, mœnibus assignat stadia tantùm CCCLX, id est, millia passuum XLV. Clitarchus, ibidem, numerat stadia CCCLXV. Q. Curtio, b) *Totius operis ambitus CCCLVIII stadia complectitur*; Straboni, CCCLXXXV; Dioni Cassio CCCC.

a) L. 2. p 63.
b) Lib. 5.

c) *Muri crassities est cubitorum regiorum L, altitudo CC. Regius cubitus tribus digitis major est vulgari.* Ctesiæ, τὸ πλάτος τῶν τειχῶν ἐξ ἅρμασι ἱππάσιμον, *Latitudo murorum sex curribus excipiendis idoneum.* Altitudo πεντήκοντα ὀργυιῶν, *quinquaginta orgyiarum*; quarum singulæ sunt senûm pedum, vel cubitorum quatuor: Ita huic cum Herodoto convenit. Plinius utrobique pro cubitis *pedes* habet. Straboni altitudo est *quinquaginta* tantùm *cubitorum*, ἡ δὲ πάροδος ἐπὶ τῷ τείχους, ὡς τέθριππα ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις ῥᾳδίως. Idē Curtius, de latitudine, duplicata altitudine. *Muri spatium XXXII pedum latitudinem amplectitur: quadrigæ inter se occurrentes, sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri C cubitorum eminet spatio. Turres denis pedibus, quàm murus, altiores sunt.* Ex omnibus constat quidem magnitudo, sed incerta. d) *Singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est.* Quâ ratione, si ambitus esset stadiorum 365, totus murus anno absolutus erat. Quod verisimilius videtur, quàm quod Abydenus ait, *Urbem triplici muro circundatam esse diebus XV.* Berosus XV dierum spatium Novi Palatii structuræ adscripsit.

c) Herod. ib.
Curtius ib.
d) Ibid.

Nabon-assar e) pridem Urbem munivit, arces extruxit, palatia condidit; *Nabo-col-assar* jam urbem ampliavit ad alterum Euphratis interfluentis latus. Palatia duplo majora, & triplici muro cincta, extruxit, & ponte veteribus junxit. f) *Super arcem (vulgatum Græcorum fabulis miraculum) Pensiles Horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbrâ & proceritate amœni. Saxeæ pilæ, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt. Super pilas lapide quadrato solum stratum est, patiens terræ, quam altam injiciunt, & humoris, quo rigant terras: adeoque tantas sustinent arborum moles, ut stipites earum octo cubitorum spatium crassitudine æquent, in L. pedum altitudinem emineant, & frugiferæ æquè sint, ac si terra sua alerentur. Et cùm vetustas non opera solùm manufacta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat,* be-

e) supr. p. 509
f) Q. Curt. l. 5.

hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat. Quippe XX lati parietes sustinent XI pedum intervallo distantes; ut procul visentibus Sylvæ montibus suis imminere videantur. De his hortis, similia habet Diodorus; dissimilia a) Strabo, quem videas. a) L. 16. init.

Porrò Rex hic belli Syriaci Ægyptiacique manubiis exornavit Jovis Beli templum: quod b) *in altera urbis parte situm, æneis portis, figura quadrata, duorum undecunque stadiorum amplitudine; cujus in medio turris solida extructa est* σαδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, *longa & lata stadium, cui alia rursus turris imposita est, & huic subinde alia, ad octavam usque: in ultima hac fuit* νηὸς μέγας *fanum ingens, in quo lectus splendidè stratus, & mensa aurea; statua autem nulla. In inferiore autem fano magnum fuit Jovis simulacrum sedens ex auro, & magna mensa aurea; cujus scamnum & sella ex auro sunt; quæ Chaldæi æstimant DCCC talentis auri. Erat Statua XII cubitorum ex solido auro, quam Xerxes (interfecto sacerdote) abstulit.* De hoc templo Arrianus, in rebus Alexandri. c) *Beli templum in media Babyloniorum urbe situm erat, magnitudine atque opere ex lapide coctili & bituminato præclarum.* Τοῦτον τὸν νεὼν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ τῶν Βαβυλωνίων, Ξέρξης κατέσκαψεν, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὀπίσω ἀπενόστησεν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν νῷ εἶχεν ἀνοικοδομεῖν, *Hoc templum, ut & cætera Babyloniorum loca sacra, Xerxes subverterat, quum ex Græcia reverteretur: Alexander verò in animo habebat templum instaurare.* Antea scripserat: d) *Alexander Babylonem ingressus, Babyloniis jussit instaurari* τὰ ἱερὰ, ἃ Ξέρξης καθεῖλεν, *templa quæ Xerxes subverterat, & in his templum Beli, quem præcipuè deum Babylonii colunt.*

b) Herod. l. 1. c. 181.

c. 182.

c. 183.

c) Arrian. l. 7. p. 159. c.

d) Arr. l. 3. p. 63. d.

Mirum est, Herodotum, Xerxe diu superstitem, eversi Templi non meminisse; maximè cùm *statuæ aureæ ab illo è templo sublatæ* meminerit. Dicit e) Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν *Jovis Beli templum æneis portis, quod etiam mea nunc ætate existit.* Xerxes reversus est anno Nabonassari 268; interemptus est, post annos 15, anno 283: quo tempore Herodotus annos tantùm 19 natus erat (Nam ex Pamphilâ dicit f) A. Gellius, illum initio belli Peloponnesiaci annos 53 natum fuisse.) Ipse se historias post inceptum illud bellum scripsisse testatur, non semel istius belli mentionem faciens. Alibi enim refert g) *Lacedæmoniorum legatos,*

e) Herod. l. 1. c. 181.

f) L. 15. c. 23.

g) Herod. l. 7. c. 137.

tos, in Asiam missos, ab Atheniensibus necatos fuisse: quod anno belli Peloponnesiaci secundo factum est. Alibi, a) *Lacedæmonios Atticam populantes à Deceleâ temperasse.* Quod anno ejusdem belli 19 contigisse, docet Thucydides. Plinius tamen scripsit, illum b) *Thurii in Italiâ condidisse historiam* ante illius belli initium. Herodotus res Xerxis usque ad ejus reditum diffusè narrat: quicquid postea ab eo domi gestum est, Græcis serò innotuit.

a) l. 9. c. 72.
b) Plin. l. 12. c. 4.

Præterea Nabuchodonosorus Rex, non tantùm Syriam, Ægyptum, & *magnam Libyæ partem* subegit, versus Austrum; sed etiam versus Septentrionem, exercitum in *Iberiam* duxit, & transmisso Caucaso monte, per Sarmatiæ solitudines pervagatus est. *Megasthenes*, ait c) Josephus, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, *monstrare contendit hunc Babyloniorum Regem fortitudine & rerum gestarum magnitudine præcessisse Herculem. Dicit enim, illum & magnam Africæ partem, & Iberiam subjugasse.* Libyæ. d) meminimus, in Ægyptiacâ hujus Regis expeditione: de Ibericâ, intelligendus e) Strabo; qui ex *Megasthene* refert, Ναβοκοδρόσορον τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως Στηλῶν ἐλάσαι; *Nabocodrosorum à Chaldæis celebrari magis quàm Herculem, & usque ad Columnas processisse.* Columnas illas intelligo (quarum meminit Ptolemæus) quæ in Sarmatiâ, sub Alexandri Magni nomine, erectæ sunt, ipsâ Megasthenis ætate, προληπτικῶς loquentis: & Abydenus *Iberiam* εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου Euxini collocat.

c) con. Apion. l. 1. p. 1045 c. & Antiq. l. 10. c. 11. p. 350. a.
d) p. 544.
e) Geogr. l. 15. p. 687. a.

Non satis constat Aquilonaris hujus expeditionis causa. Num rex hic Cyaxari opem tulerit, in expellendis Scythis, quos Asiam & Mediam duodetriginta annos superbè tenuisse diximus?

Herodotus eorum reditum non nisi obiter tetigit; sed non est verisimile, illos sine vi & armis ejectos fuisse. An potius eidem auxilio fuerit in expugnandâ Nino, juxta Ebræorum sententiam? Hi Reges affinitate conjungi videntur: Hujus enim uxor fuit Meda. Verum tota rei fides est penes unum Megasthenem: ex quo, *Abydenus* (apud f) Eusebium) etiam Coloniam in istas partes deductam, & Regem futura dixisse tradit. Exscribatur locus.

f) Præp. l. 9. c. 41. p. 456. d.

Μεγασθένης δέ φησι Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον

Megasthenes (ait) auctor est Nabucodrosorum Hercule fortiorem

περὶ γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι. ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι.

rem fuisse; & exercitum in Africam & Iberiam duxisse: quibus subactis, eorum partem ad dexteriora Ponti habitare fecit.

Vaticinium autem Regis, mente capti, his verbis refert:

Μετὰ δὲ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ ὅτεῳ δή. φθεγξάμενος δὲ εἶπεν οὕτως.

Postcà, à Chaldæis dicitur in Palatium suum conscendisse, & divino numine afflatum, hæc magnâ voce dixisse.

ΕΓΩ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν, τὴν οὔτε Βῆλος, ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι Μοίρας πεῖσαι σθένουσι.

'EGO Nabucodrosorus vobis, ô Babylonii, calamitatem futuram prænuncio; quam nec progenitor noster Belus, nec Regina Beltis, ut avertant, Parcis persuadere poterunt.'

Ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν. ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα.

'Veniet Perses Mulus, qui vestrorum dæmonum auxilio usus, Servitutem vobis afferet: Ejus verò adjutor erit Medus, Assyriorum gloriatio.'

Ὡς εἴθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀϊστῶσαι προρρίζον· ἤ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον. ἐμέ τε, πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι.

'Utinam priùs quàm cives dediti fuerint, ille quadam charybdi aut mari absorptus periret radicitus; aut aliàs abreptus in solitudinem (ubi neque urbis, neque hominis vestigium, sed feræ pascuntur, & aves circumvolant) solus inter scopulos & voragines erraret: Mihique meliore exitu frui liceat, priusquàm hæc ei in mentem venerint.'

Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο.

Hæc effatus ille protinus disparuit.

Herodotus (Megasthene longè senior) refert, Oraculum à Pythiâ datum *Crœso* Lydorum Regi; ut sibi caveret,

a) ὅταν

a) Herod. l. 1. c. 55. —— a) ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται.
Quando Rex Mulus apud Medos genitus fuerit.

b) Ibid. c. 91. Pythia ipsa responsum sic interpretata est. b) *Mulus hic est Cyrus, duarum gentium parentibus ortus: mater Meda erat, Astyagis filia; pater autem Persa, Medis subjectus.* Sanè Cyrus *Medopersarum* Rex erat *tertius*: primus autem *Darius Medus*; de quibus mox.

c) C. 4. v. 26. Ex Daniele notum est c) *Nabuchodonosorum in Aulâ Babylonis deambulasse, & illico mente alienatum fuisse.* Verisimile est, ex istis obscurè perceptis, historiolam hanc Regis vaticinantis & imprecantis à Megasthene, vel Abydeno, vel à Chaldæis consarcinatam fuisse.

d) Dan. 4. 28. Septennis erat phreneticus iste Regis morbus: d) *Vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex; Regnum tuum transibit à te; & ab hominibus ejicient te; & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes; & septem tempora mutabuntur super te.* Daniel hîc (ut & e) alibi) per *VII. tempora* intelligit totidem annos.

e) Ib. 127.

f) L. 5. in Esa. c. 14. v. 19. p. 101. d. Verisimile est Evilmerodachum filium, dum Pater mente captus erat, Regni administrationem suscepisse. S. f) Hieronymus (ex Judæorum traditione, *Evilmerodach*, ait, *qui (patre suo Nabuchodonosoro vivente per septem annos inter bestias) ante regnaverat, postquam ille restitutus regno est, usq; ad mortem Patris cum Jechonia rege Judæ in vinculis fuit: Quo mortuo rursus in regnum successit.* Bis itaque regnavit Evilmerodach: Patre insaniente; iterumque eo mortuo.

g) II. Reg. 25. 27. Jer. 52. 31. g) *Anno XXXVII transmigrationis Jechoniæ Regis Judæ, Evilmerodach Rex Babylonis, in anno regnandi ejus, sublevabit caput Jechoniæ regis Juda de carcere.* Jechonias abductus est an. Nabon. 130; annus captivitatis ejus 37 est annus Nabon. 166; qui fuit an. regni Nabuchodonosori 23. Adjecto insaniæ septennio, habes an. regni 30. Regnavit itaque post restitutionem annos 13.

Nabuchodonosori Successores.

DE cæteris Babylonis Regibus, non optimè convenit inter Veteres; pessimè autem inter recentiores. Sed Canon Ptolemai-

cu

cus hoc quodcunque caliginis discussit, lucemque ostendit, per quam certus numerus non Regum modò, sed & annorum perspici possit. Ad hanc amussim comparemus Veteres; missis recentiorum jurgiis.

Canon. Ptol. an.	*Berosus.* an.	*Megasthenes.*	*Josephus,* L.10.c.12. an.
NABOPOLASSARUS 21	Ναβο-λάσσαρος — 21	—	—
NABOCOLASSARUS 43	Ναβουχοδονόσορος — 43	Ναβουκοδρόσορος	Ναβουχοδονόσορος — 43
ILVARODAMUS — 2	Εὐειλμαράδουχος — 2	Εὐιλμαλέρουχος	Αβιλαμαράδαχος 18
NERICASSOLASSARUS, 4	Νηριγλισσόορος — 4	Νηριγλισάρης —	Νιγλίσαρος — 40
. . . .	Λαβορσοάρχοδος, m. 9	Λαβασσοάρασκος	Λαβοσόρδαχος, m. 9
NABONADIUS — 17	Ναβόννηδος — 17	Ναβαννίδοχος —	Ναβοάνδηλος, ὁ καὶ Βαλτάσαρος } 17
CYRUS — 9	Κῦρος —	Κῦρος —	Κῦρος —

De *Nabopolassaro* sive Nabuchodonosoro Patre, & de *Nabocolassaro* sive Nabuchodonosoro filio (ex Beroso) diximus. De Successoribus etiam eundem audiamus.

Berosus l. 3. apud *Joseph. con. Apion.* L. 1. p. 1045. d & *Euseb. Præp. Evang.* l. 9. c. 40. p. 455.

Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη μγ'.

Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοορόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο.

Nabuchodonosor itaque postquam inchoavit Murum prædictum, incidens in languorem, de vita migravit, cum regnasset annis 43.

Ejus filius Evilmaraduchus, regni dominus effectus, & res injustè, atq; protervè administrans, insidias passus à Neriglissoroore, suæ sororis marito, peremptus est, cum regnasset annis duobus.

Me- Ffff 2 Ille

Μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόοορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα.

Illo sublato, Neriglissoroor, qui ei insidias fecit, regnum sumpsit, & regnavit annis quatuor.

Τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη.

Hujus filius Laborosoarchodus, puer existens, principatum tenuit mensibus novem; sed quòd maligno ingenio fuisse videretur, Amicorum insidiis interfectus est.

Ἀπολομένου δὲ τούτου συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως.

Hoc perempto, conjuratores convenientes regnum communi suffragio tradidere Nabonnedo cuidam, qui fuit ex eadem Babyloniorum conjuratione.

De iisdem, *Megasthenes*, apud *Euseb. Præpar.* l. 9. c. 41.

Ναβουκοδρόσορος μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δέ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε.

Nabucodrosorus, cum vaticinatus esset, repente evanuit: & filius ejus Evilmaluruchus regnavit.

Τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον.

Hunc Neriglisares, sororis ejus vir, interfecit: & fil. Labassoarascum reliquit.

Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. Τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται.

Illo etiam nece violentâ sublato, Regem creant Nabannidochum, nullâ cum eo affinitate conjunctum: Cui Cyrus, Babylone potitus, Carmaniæ præfecturam concessit.

Ilvarodamus (qui Jeremiæ, & Beroso dicitur *Evilmerodach*) post obitum patris, regno & licentiâ ad omnia abusus est. a) *Narrant Hebræi hujuscemodi fabulam. Evilmerodach, patre mortuo, cum rursus in regnum succederet, & non susciperetur à Principibus; qui me-*

a) Hieron. in Esa. 14. 19.

metuebant ne viveret qui dicebatur extinctus: ut fidem patris mortui faceret, aperuit sepulchrum, & cadaver ejus unco & funibus traxit.

Rex hic (ni fallor) idem est qui Danieli *Baltasar* vocatur; *qui eadem nocte interfectus est, qua magnum convivium fecit optimatibus suis. Baltasar enim Nabuchodonosori* a) *filius*; & *Na-* a) Dan. 5. 22.
buchodonosorus vicissim b) *pater Baltasari* sæpe appellatur. b) Dan. 5. 2. 11.
Evilmerodacho & Baltasaro idem regnandi tempus, i- 13. 18. v. 26.
dem exitus assignantur. *Baltasari regnum completum*, absolutum est; id est, in eo desiit Nabuchodonosori posteritas. Occiso Baltasaro, sive Evilmerodocho (qui fuit *Magni* Nabuchodonosori filius, *Primi* nepos) impleta est Prophetia Jeremiæ. c) c) Jer. 27. 7.
Servient gentes Nabuchodonosoro regi Babyloniæ, Filioque ejus, & Filio filii ejus. Quod autem alibi adjicitur, d) *Donec imperaret* d) II. Chron.
Rex Persarum, intelligendum est de Servitutis duratione, non 36. 20.
de prosapiæ.

Baltasar, *appensus in lance* divinæ æquitatis, repertus est *levis* Dan. 5. 27.
& improbus: Evilmerodachi iniquitas in causâ fuit tam brevis sibi regni. Baltasari *Regnum divisum est* vel *abruptum*, avulsum à v. 28.
domo suâ, in alienam translatum.

Evilmerodach, ex Nabopolassari posteris rex ultimus, Dynastiæ *Assyriorum*, Babylone regnantium, finem imposuisse videtur; & *Nericassolassar*, sive *Nerighssoroor*, qui illum sustulit, eique in regno successit, primus videtur esse *Medorum*, qui Babylone regnarunt. Hanc Babyloniorum Regum distinctionem præ se fert Canonis Epigraphe; Κανὼν βασιλέων Ἀσσυρίων καὶ Μήδων; quibus numeratis, sequitur Περσῶν series, quorum primus *Cyrus*.

Nabuchodonosoro uxor erat Meda: Ejus filiam, Evilmerodachi sororem, viro Medo nupsisse verisimile est. Non autem diuturna fuit hæc *Medorum* Dynastia: Pater regnabat annis 4; Filius mensibus tantùm 9, qui quòd annum integrum non compleverit, locum in Canone nullum habuit. Hic, initâ ὑπὸ τῶν φίλων *ab Amicis* Regiis, sive optimatibus Babyloniis, conjuratione, ἀπετυμπανίσθη, id est, ἀνῃρέθη, vel ἀπέθανε βιαίῳ μόρῳ: Regnumque delatum est *Nabannedo* Babylonio τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως, *cuidam qui fuit unus ex Babyloniis, qui conjurationem istam fecerunt*: προσήκοντι οὐδὲν, qui nullo sanguinis ju-

 re.

re cum *Laborosoarchodo*, quem sustulit, conjunctus erat: utpote Babylonius, non Medus. Ille autem, anno regni 17, à *Cyro* Persâ exutus est. His modis, Baltasari a) *Regnum datum est Medis*, dein Persis.

a)Dan.5.28.

Nini excidium.

Quasi seculum hoc eversionis Urbium curreret; Hierosolymorum ruinam excepit Tyrus; Tyrum, Ægyptus; Ægyptum, Ninus.

Urbem Ninum à *Medis* subversam fuisse tradunt Græci; tam Ctesias, quàm Herodotus. Ctesiæ commentum b) retulimus, meritòque rejecimus. Nam ex insano illius ϖεϱχρονισμῷ, urbs solo æquata est diu antequam in eâ regnaret eorum Regum quisquam, qvorum fidem nobis facit historia Sacra. Longè sanior est Herodoti sententia, qui Ninum à c) *Cyaxare*, Medorum Regum tertio, subversam narrat; postquam scilicet Rex ille à *Scythis* annos 28 oppressus fuisset.

b)supr.p.526.

c) Herod.l.1. c. 160.

Eusebius (more suo) utramque sententiam in Canonem retulit; ad mentem Ctesiæ, d) *Arbaces Medus*, ait, *Assyriorum imperio destructo, Regnum in Medos transtulit*. Dein (post annos 213) ex auctoritate Herodoti, e) *Cyaxares Medus subvertit Ninum*. Ista autem ἀσύςατα sunt.

d)Num.1197.

e)Nu.1410.

Neque de tempore tantùm, sed etiam de loco urbis ab Herodoto dissentit Ctesias. Herodotus Ninum ad *Tigrim* ponit; f) Diodorus autem, ex Ctesiâ, ἐπὶ τ̃ Εὐφϱάτlω ποταμὸν *ad fluvium Euphratem*. g) Strabo, ex Ctesiæ sententiâ, Ἡ μὲν ὖν Νῖνος πόλις ἠφανίσθη ϖαϱαχϱῆμα μετὰ τ̃ τῶν Σύϱων κατάλυσιν, *Ninus Urbs statim deleta est post Subversionem Syrorum*; id est, Ciseuphratensium. Ex Syriacâ hac Nino oriundus erat *Damis* Apollonii Tyanei socius; cum quo h) *Antiochiâ discedens pervenit ad Veterem Ninum — inde in Mesopotamiam*. Suidas, ex Philostrato, Δάμις ἀνὴϱ οὐκ ἄσοφος τlω ἀϱχαίαν οἰκῶν Νίνου, *Damis, vir non indoctus, Veteris Nini incola*. Ammianus denique rem extra dubium ponit, * *Comagena (nunc Euphratensis) clementer assurgit: Hierapoli, Veteri Nino, & Samosatâ, civitatibus amplis illustris*. Neque memoriâ lapsum puteinus, cùm etiam alterius Nini meminerit. *In Adiabena Ninus est civitas*. Ninus itaque Ciseuphratensis ab Assyriacâ, quæ

f) L.2.p.65. & 80.

g)L.16.p.737 c.

h)Philostrat. l.1. c.13.14.

* L.14. p.20.

L.23. p.251.

ad

ad Tigrim, diversa est: & διακριτικῶς appellatur *Vetus*; quia *Ninus* Ctesiæ multis seculis vetustior habebatur, quàm *Ninus* Herodoti.

Expulsis Scythis, a) & *recuperato regno pristino*, *Medi* καὶ τήν τε Νῖνον εἷλον, καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιήσαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης, *& Ninum expugnaverunt, & Assyrios subegerunt, exceptâ portione Babylonicâ*, id est, Regno Babylonico, à Nabonassari temporibus distincto: ubi jam regnabat *Nabocolasser*. Desiderantur illa, quæ de Nini obsidione Herodotus in b) *Assyriacis* tradidit. Sola *Assyriorum* c) *Regia fuit Babylon, post eversam Ninum.* Anteà ab *Asaradonis* tempore, qui regna conjunxit, d) *Assyrii Babylone ac Nini regiam habuerunt.*

a) Herod. l. 1. c. 106.
b) Ibid.
c) Ib. c. 178.
d) Strab. l. 16. p. 737. b.

Urbs autem Ninus, ut vetustior, ita e) *Babylone multò major erat*; cujus tamen f) *ambitus, erat stadiorum* 385. Nini autem mœnibus Diodorus attribuit g) *ambitum stadiorum* 480, id est, milliarium 60; vel (ut Jonas Propheta, c. 3, 3.) *Urbs erat magna itinere trium dierum.*

e) Ibid c.
f) Ibid.
g) Diodor. l. 2. p. 65.

Eusebius conjicit excidium Nini in *annum XXII Cyaxaris*; Minùs rectè. Depravati sunt apud eum *Medorum* anni. Cyaxares Ninum aggressus est post expulsos Scythas; illi autem, eo regnante, dominati sunt annos 28. Rectiùs itaque ponendus est ejus annus XXXII, qui est Nabon. 145, & *Nabocolassari* secundus, & Babyloniæ captivitatis quintus.

Ninivitica clades Diospolitanâ posterior. Propheta Nahum alloquitur Ninum: h) *Numquid melior es No-Amon sedente inter flumina? Sed & ipsa in transmigrationem ivit, in captivitatem*, per Nabuchodonosorum ducta; quod modò dictum est.

h) C. 3. v. 8. 10.

Certum urbis exitium denunciat Sophonias Propheta: i) *Extendet manum suam super Aquilonem & perdet Assyrium, & rediget Ninivem in desolationem siccam, quasi desertum. Accubabunt in medio ejus greges omnium ferarum*, &c. Excisam testatur Herodotus: *Naarmalcha*, ait, *ab Euphrate pertingit Tigrim*, παρ᾽ ὃν Νῖνος πόλις οἴκητο, *ad quem urbs Ninus sita erat.* Ita MS. in margine, meliùs quàm οἰκέαται *sita est*. Tacitus, de expeditione *Meherdatis* (sub Claudio) minùs accuratè quàm solet, k) *Transmisso*, ait, *amne Tigri, permeant Adiabenos; sed capta in trans-*

i) C. 2. v. 13.
k) Annal. l. 12. p. 180. anno U. C. 802.

transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriæ. Neque sana sunt, quæ ibi sequuntur. Plinius autem (Tacito paulum senior) a) *Fuit*, ait, *Ninus imposita Tigri ad Solis occasum spectans, quondam clarissima.* Quâ Urbs ad Occasum spectat, Tigre alluitur, id est, ad Ortum fluvii sita est. Lucianus etiam Samosatenus (Tacito paulò junior, sub Hadriano Aug.) * ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ᾽ ἂν εἴποις ὅπου ποτ᾽ ἦν, *Ninus quidem ita periit, ut nullum ejus vestigium supersit; neque dicas ubi fuerit unquam.*

a) Plin. l. 6. c. 13.

* In Ἐπισκ. p. 346.

Posteà verò sub Persis, qui post Parthos (anno Christi 230) rerum in Oriente potiti sunt, Urbs hæc instaurata est. De hâc Cyrillus, b) Περσικὴ δὲ πόλις ἦν, *Persica urbs erat*, id est, à Persis instaurata. Floruit itaque Ammiani ævo (anno Christi 370) c) *In Adiabenâ*, ait, *Ninus est civitas, quæ olim Persidis regna possederat:* alibi, d) *Ninive Adiabenes ingens civitas.* Et Heraclius Aug. in Orientem proficiscens (anno Christi 620) castra metatus est *juxta Ninivem.* Eustathius dicit, e) hanc urbem ἀφανισθῆναι καταλυθέντων τῶν Περσῶν, *excisam fuisse, cum Persæ subversi sunt*, à Saracenis scilicet, anno Christi 632.

b) In 1. C Jon.
c) Am. Marcell. l. 22.
Ibid. l. 18.
d) Paul. Diac.
e) In Dionys. p. 125.

Ruinam hanc posteriorem agnoscunt recentiores, Benjamin Tudelensis (qui scripsit Itinerarium, anno Christi 1173) *Inter Almozal*, ait, *& Niniven pons tantùm intercedit: Hæc devastata est, attamen multos pagos & arces habet.* At verò Haiton Armenius (anno 1300) f) *Ista civitas* (Ninive) *ad præsens est totaliter devastata.* Utrùm verò Ninus hæc *Persica* eodem loco posita fuerit, quo *Assyriaca* quondam, non est hic inquirendum. Quò enim ferimur? Est igitur (in veterum scriptis) *Ninus* triplex, *Syriaca*, *Assyriaca*, & *Persica.* Ad *Assyriacam* revertamur.

p. 62.
f) De Tartar. c. 11. p. 406.

Græci Medos Nini eversores faciunt; Ebræi autem Nabuchodonosorum ad commilitium accersunt. *Tobias junior* g) ἀπέθανεν ἐτῶν ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας. Καὶ ἤκουσε πρὶν ἢ ἀποθανεῖν αὐτὸν τὴν ἀπώλειαν Νινευῆ, ἣν ᾐχμαλώτισε Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἀσύηρος. Καὶ ἐχάρη πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, ἐπὶ Νινευῆ, *mortuus est annorum 127, in Ecbatanis Mediæ: & audivit priusquam ipse moreretur perditionem Ninives, quam captivavit Nabuchodonosor & Assuerus; & gavisus est, antequam moreretur, propter Niniven.* Tobias itaque, non deportatus cum patre,

g) Tob. c. ult. v. ult.

tre, sed anno quinto captivitatis Samaritanæ natus est. Urbs autem junctis viribus capta est. Rex *Asuerus* est *Cu-Axares*; juxta a) Scaligerum. Josephus etiam conjungit, b) Τοὺς Μήδους καὶ τοὺς Βαβυλωνίους, οἳ τὴν Ἀσσυρίων κατέλυσαν ἀρχὴν, *Medos & Babylonios, qui Assyriorum Imperium perdiderunt.* Cum verò priùs dixerit, Imperium illud *à Medis* καταλυθῆναι, *Merodachi* temporibus; non tam *Cyaxarem*, quàm *Dejocem* respexisse videtur: Sic Diodorus (ex Ctesiâ) *Arbaci Medo* in expugnandâ Nino adjutorem adhibet *Belesum* quendam *Babylonium*.

a) Emend. l.6. p. 587.
b) Antiq. l.10. c.5.
Ib. c.3.

Seder Olam Rabba solo Nabuchodonosoro rem attribuit, & tempus ponit. c) *Anno primo Nabuchodonosor subegit Niniven*, id est, non diu post mortem patris. Ebraicum hoc Chronicon sequuti sunt d) S. Hieronymus, Theodoretus, Beda, recentiores. Vetusta autem *Assyriaci* Imperii gloria in *Medos*, non in *Babylonios*, derivata est. e) Ἡ δὲ Μηδικὴ ἀρχὴ καθελοῦσα τὴν Ἀσσυρίων, καὶ μείζονα δυναστείαν περιβαλλομένη, χρόνον οὐ πολὺν κατέσχε, *Medicum Imperium, everso Assyrio partam majorem potestatem diu non retinuit*; id est, post annos 44, cessit Cyro. Et Herodotus modò dixit, *Medos subegisse Assyrios* (omnes) *exceptis Babyloniis*.

c) Ib. c. 24. & Genebrard. p.26.
d) In Nahum. 2.12.
e) Dionys. Hal. initio.

Quid igitur dicendum: An Assyrios Ninum tenentes à Babyloniis (sub *Saosduchino*, aut sub *Chiniladano*, ignavis principibus) descivisse? An illos, post *Asar-adonis* tempora, integro regni jure, proprium sibi Regem constituisse; contra quem Nabuchodonosorus Cyaxari (affinitate sibi conjuncto) suppetias tulerit? Neque magis certi sumus, quis sit postremus ille *Assyriorum Rex*, quem sine nomine interpellat propheta f) Nahum. Sardanapalum, qui Assyriorum ultimus vulgò habetur, nimis in anteriora protrudi diximus. Neque fide digna sunt, quæ (ex Alexandro Polyhistore) narrat g) Syncellus de *Saraco*, *qui seipsum in urbe Nino cum regiâ absumpsit igne.*

f) C.3.v.18.
g) Syncell. p.210.b.

Apandas (qui Diodoro est *Astyages*) ultimus est in Ctesianâ serie: parili ratione, *Astibares*, ejus pater, est *Cyaxares*. Nabuchodonosor autem pater (quod dicit idem h) *Alexander*) παρακαλέσαι Ἀστιβάρην τῶν Μήδων βασιλέα συστρατεῦσαι αὐτῷ, *vocavit Astibarem Medorum regem ad commilitium.* Pater Medorum auxilio usus est ad expeditionem Syriacam; Filius vicissim Medis

h) Eus. Pr. l.9. c.39.

dis suppetias tulit; aut in Scythis expellendis; aut in expugnandâ Nino. Frustra autem conjecturas adhibemus in rebus oblivione obrutis.

Alyattes Rex.

a) Herod. l. 1. c. 16. ARDYI, Gygis filio, a) *cum regnasset annos* 49, in regno Lydorum *successit Sadyattes, qui regnavit annos* 12. Hic licet
b) Ib. c. 18. Cimmerii nondum essent Asiâ expulsi) b) *bellum habuit cum Milesiis sex annos.*

*) Ib. c. 17. Illi successit *Alyattes filius*, *) *qui bellum cum Milesiis à patre traditum intentiùs administravit; in quo* Milesii *duas magnas clades accepere, unam in Limenio, alteram in campo Mæandri. Sed nec Urbem obsidione premebat, (Milesii enim mare obtinebant) nec a-*
c) Ib. c. 21. *gros vastabat, sed destructis terræ fructibus, se recipiebat.* c) *Thrasybulus tunc Milesiorum Rex erat, qui à Periandro Cypseli filio admonitus,* Milesios *jussit frumenti abundantiam simulare, & inter se commessari coram caduceatoribus à Lydo missis: eâ re deceptus Alyattes fœdus pepigit cum Thrasybulo; anno post inceptum bellum duodecimo.* De *Biante* & *Priene* simile quid refert Diogenes Laërtius.
d) In V. Biin. d) *Alyatte Prienen obsidente, Bias duos mulos bene saginatos ad castra immisit: rex, videns etiam bruta apud eos bene valere, nuntium intromisit: Bias ei ostendit acervos arenæ, tritico opertos: in-*
e) Herod. ib. c. 16. *de pax facta est.* Porrò e) *Alyattes ex Asiâ Cimmerios exegit. Smyrnam à Colophoniis conditam cepit. Clazomenas etiam invasit, sed conatu irrito.*

f) Ib. c. 73. Fuit etiam f) *Alyatti bellum cum Cyaxare Dejocis nepote & Medis.* Causa belli, quòd Alyattes Scythas quosdam profugos excepisset. Cyaxares Scythas illos domo pulsos, ob venandi peritiam, benignè habuit: illi die quodam prædâ carentes, carnes pueri (quem linguâ Scythicâ & sagittandi arte instituendum acceperant) in morem ferinæ paratas Cyaxari apponunt, & ad Alyattem fugiunt: neque illos impetravit Cyaxares, ad supplicium reposcens. Inde
g) Herod. l. 1. c. 74. g) *bellum quinquennale inter Medos Lydosque conflatum, eventu vario: semel etiam noctu pugnatum est. Sexto demum anno signis collatis quum æquo Marte certarent, inter pugnandum contigit, ut dies repente in noctem verteretur. Hanc diei immutationem futuram*

Tha-

Thales Milesius Ionibus prædixit, annum hunc ipsum præfiniens, quo mutatio illa facta est.

Tam Lydi quàm Medi, diem noctescere videntes, à pugnando destiterunt, & ad pacem propensi, interventu Syennesis Cilicis & Labyneti Babylonii, fœdus sanxerunt & Alyattes filiam Aryenin Astyagi Cyaxaris filio nuptum dedit. Mutuum delingendo sanguinem, sancitum est fœdus inter hos Reges.

Plinius hanc eclipsin κτ᾽ μετάχεγνισμὸν posuit. a) *Rationem*, ait, *defectus utriusque apud Græcos investigavit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis XLVII anno quarto, prædicto Solis defectu, qui Alyatte rege factus est.* Illo autem tempore regnabat apud Medos Astyages, Cyaxaris filius. Hinc ἀνισορησία Eusebii, qui ad eandem Olympiadem collocans b) *Solis defectionem, quam Thales prædixit*, adjicit, *Alyattes & Astyages dimicarunt*; hujus anno 13. illius 26. Solinus dicit, c) *Alyattem & Astyagem fœdus sanxisse Olympiade XLIX.* Neque enim is bellum aliud intellexisse videtur. Apud Clementem, d) *Eudemus refert, Thaletem prædixisse defectum Solis, regnante in Media Cyaxare Astyagis patre, Alyatte autem Crœsi, in Lydiâ. Cui cum Herodoto convenit.* Subjungit sive Eudemus, sive Clemens, Εἰσὶ δὲ οἱ χρόνοι ἀμφὶ τ̀ πεντηκοςὴν Ὀλυμπιάδα, *Tempus incidit in L circiter Olympiadem.* Quod magis procul abest à vero. Chronologos recentiores Astronomosque prætereo.

a) L. 2. c. 12.
b) Chronic. n. 1430.
c) Cap. 20.
d) Strom. l. 1. p. 302. a.

Dionysius Petavius, e) ex suis Tabulis (penes quas sit calculi fides) observat Novilunium eclipticum in Cappadociâ contigisse nonâ die Julii, anno Per. Jul. 4117; qui fuit quartus Olymp. XLV. Sanè id cum historiâ Herodotæâ, & cum Thaletis ætate satis congruit. Ille enim, natus f) *Olympiade 35 Archonte Damasia* primo, jam agebat annum ætatis suæ 43.

e) D. Temp. l. 8. p. 780. lib. 10. c. 1.
f) D. Laërt. ex Apoll.

His concessis, Cyaxares bellum intulit Alyatti, an. regni sui 33, anno Nabon. 146. Pax facta est, deficiente Sole, anno regni 38, anno Nabon. 151.

Post biennium, g) *Cyaxares, cum regnasset annos XL (comprehensis illis, quibus imperabant Scythæ) vitâ functus est. Cui successit ejus filius Astyages*, anno regni Alyattis 26, anno Nabon. 154.

g) Herod. l. 1. c. 106.

a) Ib. c. 25. Alyattes autem a) *confecto cum Milesiis bello, postea quum regnasset annos 57, vitâ excessit; eique successit ejus filius Crœsus*, qui
b) c. 93. Patri b) *sepulcrum mirandum* extruxit.

Medo-PersarumRegnum.

Regni *Medo-Persici* nemo veterum recentiorumve meminit; cùm tamen apud auctores tam Sacros, quàm prophanos egregia sint ejusdem vestigia. Primus Rex fuit *Darius Medus*, Danieli sæpe memoratus; qui non Babyloniis (quod enixè contendunt viri docti) sed Persis imperavit. Neque in sacris, neque in exteris literis occurrit quicquam de Babylonico Darii Medi regno. Non est suc-
Dan. 5. ult. cessionis argumentum; quòd post narratam Baltasari cædem, *Darius* dicatur *suscepisse regnum*. Verba ista nec electionem sapiunt, nec successionem: sunt historiæ introductio sequentis; non conclusio præcedentis; & in editione Junii, VI Capiti rectè præfiguntur.

c) In Μηδ. De Persico ejus regno, Suidas. c) Μῆδος, ὁ Περσῶν βασιλεύς, *Medus, Persarum rex*. Atque alibi: Εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στα-
In Δαρ. τῆρες οἱ Δαρεικοί· οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν, *Darici sunt stateres aurei, non à Dario Xerxis patre, sed ab alio quodam antiquiore rege deno-*
d) In Εκκλησ. *minati*. Eadem habet d) Scholiastes Aristophanis. Inter Cy-
p. 741. B. rum & Hystaspis filium nullus erat *Darius*: fuit igitur ejus nominis rex aliquis Cyro antiquior. Cambyses moribundus obtestatur
Herod l. 3. Persas *præsentes, maximè Achæmenidas, ne permittant imperium*
c. 65. *rursus redire ad Medos*. Ante Cyrum Achæmenidem regnabant Medi. Cyrus quidem vulgò Persarum rex primus habetur, non sine auctoritate veterum: verùm duos reges, in regno Persico, antecessisse Cyrum & Æschylus docet, & Xenophon, auctores vetustissimi, qui ipsis Persarum temporibus vixerunt. Æschylus, sub personâ Darii Hystaspidæ (contra quem ipse Marathone pugnaverat) sic effatur:

d) In Persis. e) Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ.
Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνήρ.

Medus

MEDUS erat primus dux exercitus.
ALTER ejus filius opus perfecit.
TERTIUS ab illo CYRUS, fœlix Vir.

Reliquos inde Persarum reges recenset, usque ad Xerxem, nonum. *Primus* itaque cognominatur *Medus*; secundus est anonymus; *Tertius Cyrus*. Xenophon secundum regem appellat *Cyaxarem*; primum, ejus patrem, *Astyagem*: hunc à Dario Medo non diversum fuisse observarunt quidam veterum; à quibus a) Syncellus, qui tamen duos Astyages non satis distinguit: & Cedrenus, Μῆδος Δαρεῖος καὶ Ἀστυάγης ἐλέγετο· πάππος δὲ ἦν Κύρου, *Darius Medus etiam dictus est Astyages; erat autem avus Cyri.* Eadem ferè Chronicon Alexandrinum. a)P.232.2. Cedren.p.142

Fuerunt igitur hisce temporibus duo Astyages; duo Cyaxares. Apud Herodotum, *Cyaxares*, Phraortis filius, tertius Medorum rex, successorem habet *Astyagem* filium, qui à Cyro exutus est. Apud Xenophontem, *Astyages*, primus Persarum rex successorem habet *Cyaxarem* filium. Astyagem hunc, sive Darium Medum, fuisse Cyaxaris Medi filium, testatur Daniel; cui dicitur *Darius filius Assueri, de semine Medorum.* Cu-axarem enim esse *Assuerum* docet Scaliger. Credibile est Cyaxarem Medorum regem, Scythicarum grassationum jam satagentem, Persas, quos subegerat Phraortes, καὶ πάλαι δεινὸν ποιευμένους ὑπὸ Μήδων ἄρχεσθαι, *& jampridem dedignatos parere Medis*, Dario filio, cum potestate tituloque Regio, coërcendos tradidisse. S. Hieronymus & rem, & tempus respexisse videtur, cum dixerit, b) *Scythas, sub Dario rege Medorum, Orientem tenuisse captivum.* Et Suidas, c) *Thaletem sub Dario Solis eclipsin prædixisse.* Utrumque enim sub Cyaxare Medorum rege contigisse diximus. Cyropæd. l.1. p.32. Dan. 9.1. Herod. l. 1. c.127. b) In Epitaphio Fab. c) In Θαλ.

Ad initia Medo-Persica pertinet etiam illud d) *Verbum domini, quod factum est ad Jeremiam prophetam adversus Elam in principio regni regis Zedechiæ.* Cœpit Zedechias anno Templi 391, anno Nabon. 131, anno Cyaxaris regis 18; cum Scythæ Asiam per annos aliquot tenuissent; cum regnum Persidis recens adhuc esset, & nullius nominis. Tunc dixit Dominus, *Ponam solium meum in Elam.* Meum est regum à me electorum ad perdendam Babylonem; de quibus, mox. Propheta non vaticinatus est de regno nondum existente; sed de rebus magnis, per reges solii novi & d) Jer. 49.34. v.38.

adhuc obscuri gerendis. *Elam* est Persis, & cum Mediâ sæpiùs con-
†) Jer. 25 25. jungitur. † *Regibus Elam, & regibus Medorum* idem fatum. Et
a) C. 21 2. apud Esaiam, a) *Ascende Elam, obside Madai.* Rursus; b) *E-*
b) 22. 6. *lam sumpsit pharetram, & Kir eduxit clypeum.* c Kir est Me-
c) II Reg. 16. 9. dia, ut supra. In Danielis & Hesteris libris, passim conjunguntur
d) In Zo. *Medi & Persæ*, vel *Persæ & Medi.* Vertendum autem *Medo-Persæ* *& Perso-Medi.* Sic d) Suidæ Zoroastres Περσο-μήδης dicit. Ebræis enim ἓν διὰ δυοῖν proferre usitatissimum est, & cum compositas voces vix ullas habeant, coguntur uti circumlocutione.

Primi igitur Persarum reges erant natione Medi: unde regio ipsa, cum esset Medicæ ditionis, Xenophonti, Josepho, aliis dicta
Vide Strab. est *Media.* Et Strabo docet, Medos Persis ἀρχηγέτας esse; planeq;
l. 11. p. 525. d. ostendit, eadem esse Persarum instituta, quæ olim Medorum.

Persarum nomen, ante captivitatem Babylonicam, obscu-
Ezech. 27. 10. rum fuit. Ezechiel primus, inter bellicosas gentes, illos recenset,
& 38. 5. quum nondum innotuerant res Cyri. A Cyro demum, natione Persâ, & victoriis inclyto, Persarum gloria increbuit.

Susa expugnata.

Videamus jam quomodo *Darius Medus* ἐβασιλεύθη ὑπὲρ ἀρχῆς Χαλδαίων. Anno Nabon. 161 (quùm desolationis Hierosolymitanæ præteriissent tres hebdomadæ, sive anni XXI; quod
e) Dan. 9. 1. mox monstrandum) contigit e) *Annus primus Darii, filii Assueri, de semine Medorum, quo regnavit super regnum Chaldæorum:* Non quo fuit rex primùm institutus; sed quo Chaldaici territorii ditione primùm potitus est. Eulæus amnis inter Susianem Babylonicæ & Elymaidem ditionis Medo-Persicæ terminus erat. Ad hunc amnem sita erant Susa, maximum Chaldaici imperii propugnaculum. Urbe illâ à Dario Medo expugnatâ, Chaldæi totâ Susianâ exuti sunt, & Darius Medus *regnavit super regnum Chaldæorum.*

Urbem autem à Dario Medo expugnatam esse docet Æschylus; docent Prophetæ.

Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ.
Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσε πεσόν.
Medus erat primus Dux exercitus:
Urbem autem Susorum evacuavit cadentem.

Ver-

Versiculum hunc suo loco restituit Scaliger. Susa à Medo vastata, à filio instaurata, dicit Æschylus. Rem, vix alibi legendam, confirmant prophetæ. In prophetiâ illâ, a) *Ponam solium meum in Elam*, Judæi duos reges innui putant; Darium Medum, & Cyrum: quod ex ipsius prophetæ verbis colligitur. *Suscitavit Dominus spiritum Regum Medorum.* Rursus, *Expedite in eam Reges Mediæ.* Non ab uno rege, non uno tempore impletæ sunt diræ in Chaldæos. Apud Danielem, b) *Arietis* (id est, *regum Medo-Persarum*, v. 20.) *duo sunt cornua; unum altius altero: quod altius* (Cyrus) *ascendit posteriùs*, id est, post Darium. Primùm Susa capta sunt à Medo; ipsa dein Babylon à Cyro. Emend.l. 6. p. 590. a) Jer. 49.38. 11. 11. 28. b) Dan. 8.3.

Susorum expugnationem non obscurè indicat Propheta. c) *Cursor occurret cursori, nuntius occurret nuntio ad narrandum Regi Babylonis, captam esse urbem ejus à fine*, vel *ab extremitate*, id est, extremam, vel in confinio regni positam: *Et transitus occupatus est, & paludes combusserunt igne.* Transitum appellat d) *Susidas Pylas, arctissimas montium fauces*, Persidi objectas. *Paludem* autem, sive *Arundinem* appellat castrum Susianum; quia stabat in aquâ, in medio fluminis. *Susianem ab Elymaide disterminat amnis Eulæus; circuit arcem Susorum.* Collocatur etiam *Castrum in Susis* super *Eulæi portam*, vel e) *paludem:* (eadem utrobique vox Ebraica) ubi Daniel reges Medo-Persidis arietantes vidit. c) Jer. 51.31. v 32. d) Q. Curt. l. 5. p. 145. Plin. l.6 c.27. e) Dan. 8.2.3.

Notatur etiam à Prophetâ temporis diversitas, quâ Babylon capta est post Susorum ἅλωσιν. *Filia Babylonis quasi area: veniet tempus trituræ ejus: adhuc modicum, & veniet tempus messionis ei*; id est, Babyloni. Susa, *filia Babylonis*, urbs Babyloniæ secunda; de quâ loquitur historicè tanquam de re præteritâ; de Babylone autem, propheticè. Jer. 51. 33.

Neque aliter intelligendum illud, *Quemadmodum capta est Sesach* (vel *Susach*, addito tertio puncto, ut fiat Kibbuts; quæ Danieli est f) *Susan*; unde g) Ortelio *Susa, quæ Sesach*) *etiam capienda est inclyta universæ terræ*; id est, Babylon, Orientis decus. Sic Chaldæorum h) *fractum est regnum, & datum Medo-Persis*: pars Dario, pars deinceps Cyro. Ib. v. 41. f. Dan. 8. 2. g) Tabs. Geogr. Sacr. h) Dan. 5. 28

Susis itaque à Dario captis, à filio instauratis; urbs illa posthàc accensebatur Persidi. In Samaritanæ coloniæ censu distinctæ fuerunt gentes i) *Susancai*, atque *Elymai*. i) Esdr. 4.9.

Jam-

a) Dan 8.2. Jam verò Susa sunt urbs Persica. a) *Eram*, inquit Daniel,
b) L.10.c.ult. *Susis in regione Elam.* b) Josephus vertit, ἐν Σούσοις, ἐν τῇ μητροπόλει τῆς Περσίδος. Strabo, ex sententiâ vulgari, ad Cyrum rem de-
p.351.b.
c) Strab. l. 15. fert. c) *Susis*, ait, *pars Persiæ, inter eam & Babyloniam posita,*
p. 727. d. *Susa urbem habet insignem. Nam Persæ & Cyrus, Medis superatis, in eâ collocarunt regiam.*

Daniel III *vir*.

d) Dan. 2. 1. DANIEL, cum Jechoniâ abductus, non tantùm sub Babylonico vixit imperio, sed etiam sub Medo-Persico. d) *Anno secundo Nabuchodonosori* Magni (post mortem patris, qui fuit Naboh. 145) cum jam annum captivitatis suæ 16tum. ageret, interpretatus est somnium Regis. A Nabuchodonosoro itaque
e) Ib. v. 49. primùm præpositus fuit Magis Chaldæis: dein e) *Portæ Regis*,
f) 8. 2. quæ est f) *Porta Eulæi*, sive telonium Susianum. Captis Susis,
g) Joseph. l. 10. g) *Darius Danielem prophetam assumptum secum duxit in Mediam*;
c. 12. p. 352. b. *eumque in maximo honore apud se habuit.*

Liber Danielis in duas partes distinctus est: priora VI capita sunt historica; posteriora VI, prophetica. Utrobique Daniel narrat, primùm quid sub regibus Babylonicis, deiǹ quid sub Medo-Persicis sibi contigerit. Post recitatos honores à Nabuchodonosoro & Baltasaro in se collatos, capite VI transit ad Triumviratum à se gestum in Medo-Perside.

Darius, inquit, *Medus, cum esset LXII annos natus, suscepit regnum*; id est, regni sui rationem: juvenis ampliavit imperium;
Dan. 6. 1. senex, vectigalia. *Placuit Dario & constituit super regnum Satrapas* (præfectos, sive procuratores Regis) CXX, *ut essent in toto re-*
v. 2. *gno suo. Et super eos III principes* (tribunos ærarii) *ex quibus Daniel unus erat; ut Satrapæ* (procuratores) *illis rationem redderent, & rex non sustineret molestiam*, ne rex pateretur damnum. Reli-
v. 4. qui invidiâ moti accusationem contra Danielem frustra quærebant, *propterea quòd fidus esset, & nullus error aut vitium inveniretur in eo*, dum ex auctoritate regis rationes regni à procurato-
v. 8. ribus exigeret. Illi itaque à Dario impetrant *interdictum, secun-*
28. *dùm jus Medo-Persarum.* Daniel autem, à leonibus illæsus, *prosperè egit in regno Darii, & in regno Cyri Persæ.*

Qui

Quâ arte hoc factum sit, docet Polyænus. a) Δαρεῖος Πέρσης φόρους ἔταξε τοῖς ἔθνεσιν, &c. *Darius Primus tributa gentibus imposuit. Verùm ne molestè ferrent, non ipse exegit, sed Satrapas constituere jussit. Quibus ingentia tributa describentibus, ipse subscripsit, dimidiam partem remittens subditis; qui libentibus animis dimidium pependerunt, quasi magno jam beneficio ab rege affecti.* a)Stratag. l.7. c.11.p.487.

Post mortem Darii, Daniel Babylonem repetiit; vixitque ibi sub b) Balthasaro rege. Quam ob causam, ille secundi Medo-Persarum regis non meminit. Ac licet dicat se fuisse *Susis*, *anno tertio Baltazari*; id quidem, ἐν ὁπτασίᾳ, intelligendum est. b) Dan. 5. 16. 17.53. C.8. v.1.2.

Asverus, Esteris maritus.

Constat *Darium fuisse filium Asveri*, sive Cyaxaris Medi; constat illum *patrem fuisse Cyaxaris*, sive Asveri Medo-Persæ. Asverus hic junior, Darii F. Cyaxaris N. qui patri successit in regno Medo-Persarum, Esteris maritus fuit, à Judæis celebratus.

Contigit certè Esteris historiâ intra hæc Babylonicæ captivitatis tempora. * Ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ταύτῃ γίνεται Αἰσθὴρ καὶ Μαρδοχαῖος. Nam c) *Mordochai, qui cum Jechonia transportatus fuerat de Jerusalem*, numeratur inter d) *Seniores* reduces. * Clem. Alex. Str.1.p.329.c. c)Est. 2. 6. d) Neh. 7.7.

e) *Asverus ille regnabat ab India usque ad Chus, super CXXVII provincias: regni solium in Susan metropoli.* Urbem Susa à Medi filio instauratam esse diximus. Regnum hoc Indiam (versus Orientem) & Babyloniam Arabiamqve (versus Occidentem) interjacuit. *Chus* enim est Arabia; cui accensetur f) *Mesopotamia.* Regni limites erant Indi fluminis, & Tigridis ostia: ultra Persidem, Carmaniæ & Gedrosiæ imperabat. *Imposuit rex Asverus tributum terræ, & insulis maris*, scilicet Erythræi, sive Sinus Persici: inter quas *Ogyris clara Erythrâ rege ibi sepulto.* Darius tributum CXX provinciis imposuerat; Cyaxares insulares VII provincias regno suo adjecisse videtur. Quid multa? Proceres regni, eorumque conjuges sunt *Perso-Medi*; & Asveri hujus *edictum inter leges Perso-Medorum scribitur.* e)Est.1.1. f)Xenoph. Anab.l.1. Est.10.1. Plin. l.6.c.28. Ester. 1. 3. 18. 19.

Hebdomadæ Danielis.

PRophetica pars libri Danielis, sive posteriora VI capita, quatuor illius Visiones continent; quibus res quidem una eademque, sed diversis modis, indicatur. Idem Angelus sæpius apparet, & rem eandem iterum iterumque denunciat. Idem penè est Visionum omnium subjectum; quæ mutuam invicem lucem sibi afferunt. Quæ prius breviter, deinceps clarius & particularius explicantur: quælibet posterior quasi ἐπεξήγησις est præcedentis. Hoc innuitur c. 9. vers. 21. & 11. 2: sed ex comparatione melius illucescet.

Primam, Secundam, & Quartam Visionem de Antiochi Epiphanis temporibus intelligunt ferè omnes qui, post a) Josephum, de eâ re scripserunt. Illæ historiam futuram prænunciant; Tertia Visio etiam Chronologiam exhibet.

a) Antiq l. 11. c. 11. p. 415. f.

Daniel. Cap. IX.

1. *Anno primo Darii, filii Asveri de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldæorum.*
2. *Ego Daniel, intellexi in libris numerum annorum, de quo factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem LXX anni.*
3. *Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere.*
4. *Et oravi Dominum, & confessus sum, & dixi. Obsecro,* &c.

Sequitur Danielis oratio (usque ad comma 20) In quâ (ut in diuturni exilii luctu necesse erat) Deum laudat, ejus misericordiam implorat, peccata populi (unus è populo) enumerat, & deprecatur. Quæ quidem maximè observatu digna sunt; quia Angelus mox singulis Danielis petitionibus sigillatim respondet.

20. *Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte Sancto Dei mei*
21. *Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram jam ante in visione, celeriter advolans tetigit me in tempore sacrificii Vespertini.*

22. Dixit-

22. *Dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut me docente intelligas.*
23. *Simul atque precari cœpisti; exiit Verbum, ut veniens tibi indicarem, quia vir gratiosus es: Tu intellige verbum & visionem.*
24. LXX. *hebdomades definitæ sunt super populum tuum, & super Urbem Sanctam tuam, ad consummandum prævaricationem, ad obsignandum peccatum, ad expiandum iniquitatem, ad adducendum Justitiam seculorum, & ad sigillandum visionem & prophetiam, & ad ungendum Sanctitatem sanctitatum.*
25. *Scito ergò & intellige: Ab exitu verbi, ad reverti faciendum, & ad ædificandum Jerusalem, usque ad unctum ducem, hebdomades VII.*

Interlinearis Pagnini editio στιγμὴν hic rectè posuit, propter accentum Atnach, qui distinguit periodos. A sequentibus enim hæc separanda sunt: distincti omnino sunt isti numeri, & res diversas, aliquot seculis inter se dissitas, designant. Prior numerus Cyri tempora; posterior Epiphanis indigitat. Distinctionis hujus rationem habuit a) Eusebius, censuitque μὴ μάτην, μηδὲ ὡς ἔτυχε, τὴν διαίρεσιν πεποιῆσθαι τὸν λόγον τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων. Hanc LXX hebdomadarum divisionem maximè considerandam existimat ad τὴν τοῦ ζητηθέντος ἀκριβῆ λύσιν, *ad exquisitam quæstionis solutionem.* a) Demonst. Evang. l. 7. p. 391. 2.

Totius negotii cardo est VII harum Hebdomadarum epocha. Tertullianus (qui Patrum primus prophetiam hanc Judæis intorsit) b) *A primo*, ait, *anno Darii debemus computare, quando hanc vidit visionem Daniel:* Perperam tamen ille sub initium *Darii Nothi*, id est, annos 115 post solutam captivitatem, visionem hanc ostendi putat. *Darium Medum* fuisse nullus dubito, de quo multa disseruimus. Sed de Chaldaico Darii hujus initio jam inquirendum: Incidit id proculdubio in tempus hujus Visionis. Visio autem hæc obtigit Danieli post c) *orationem & jejunium.* Orationis atque jejunii sui diuturnitatem testatur ipse Daniel. d) *Lugebat Daniel dies trium hebdomadarum*; id est, Orare & jejunare solebat à desolatione Hierosolymorum usque ad diem hujus Visionis, per tres integras annorum hebdomadas, sive per annos XXI: ab anno scilicet Nabon. 141 (quo conflagravit Templum) ad an. Nab. 162; quo Angelus Danieli comparuit; quo etiam Darius Medus Susiano Chaldæorum territorio potitus est.

b) con. Judæos

c) C. 9. v. 3. 4.

d) C. 10. v. 3.

In Quartæ quidem Visionis enarratione illud dicitur: sed eadem sunt, quæ hîc & ibidem idem Angelus prænunciat; luctus ille Danielis Visionem hanc potiùs, quàm illam respicit: ipse Angelus hoc tempus indicat. Ait enim se pro Judæis a) *flevisse ab anno primo Darii Medi*; id est, ab hoc anno, quo ad preces (quæ hoc capite referuntur) responsum à Deo datum est. Neque aliter forsan intelligendi sunt b) *Dies XXI.* Nam c) *Dies pro anno* sumi potest, juxta Propheticum loquendi morem, atque Hebdomadarum harum analogiam. Assiduis itaque pii viri precibus tandem respondit Deus, anno excisi Templi XXI.

a)C.11. v.1. b)Dan.10.13 c)Num.13.14 & Ezech.4.6.

Angelus autem, ut Danieli majorem fiduciam præstrueret; & ut ille pro comperto haberet, nihil à Deo inauditum fuisse; illius postulata recitat. Prima responsionis Angelicæ pars est ἀνάληψις eorum, quæ à Daniele petita sunt.

Dan.11.24. Daniel *ex recogitatu* (ut Tertullianus) *prædicatorum temporum ab Hieremiâ* intellexit Hierosolymam desolatam fore annos LXX. Angelus respondit (*Hebdomadas LXX definitas esse super populum & civitatem.*) Rotundè dicit, omisso Hebdomadis dimidio. Jeremias annos captivitatis LXX prædixit: Ego, ait, de septies septuaginta annis enunciaturus venio. Τὴν ὁμάδα Vaticiniorum ponit. Quomodo autem numerus iste dividendus, quomodo computandus sit, mox ipse indicat.

Super populum tuum) id est, cujus tu pars es, quem tantoperè amas: Daniel questus est (v. 5.) *Viros Judæ, habitatores Jerusalem, & omnes Israelitas in omnes terras ejectos esse*: & (v. 15, & 19) pro *Populo* precatus est.

Et super Urbem Sanctam) Daniel oravit pro *Monte Sanctitatis* (v.16) pro *Monte Sancto Dei* (v.20 & *Civitate vocatâ de nomine Dei.* (v.18.) *Sic Urbs Dei* dicitur: Psal. 48. 2, 9, & 101. 8.

Ad consummandum prævaricationem) De *prævaricatione Judæorum*; *quâ prævaricati sunt in Deum*, vide v. 7, & deinceps. Sensus est: ut exilium, quo Deus puniit Judæorum contumaciam, finem accipiat. Vide II Reg. 24.4,5.

Ad obsignandum peccata) Daniel *peccata* fassus est (v. 5, & deinceps.) Sensus est: ut peccatorum pœna finem habeat: Obsignari solent quæ completa sunt. Sic in computo Judaico, *Ad obsignatam Misna: Ad obsignatum Talmud*, id est, ad absolutum.

Ad

Ad expiandum iniquitatem) Ut luatur iniquitas, ut *avertat se ira Dei* (v. 16) ut *condonet Deus* (v. 19) & Judæis reconcilietur.

Ad adducendum Justitiam seculorum) Æternam, Dei scilicet; cui tribuitur *Justitia ipsa* (v. 7) & deprecatus est iram Dei contra Hierosolymam, *secundum omnes suas justitias*, v. 16.

Ad sigillandum Visionem & Prophetiam) Ut impleatur *Prophetia* Jeremiæ de Captivitatis fine; qui in hac *Visione* certo annorum numero, rursus confirmatur.

Et ad ungendum Sanctitatem Sanctitatum) Templum & Sacerdotium Sancti Sanctorum titulo insigniuntur. Daniel questus est (v. 17) de *Sanctuario Dei desolato*. De *unctione* mox, ad v. 26.

Scito & intellige: Ab exitu verbi, ad reverti faciendum, & ad ædificandum Jerusalem) Tertullianus vertit, *Et intellige, & conjice à profatatione sermonis, respondente me tibi hæc.* Cùm Daniel, *sub tempus Vespertini sacrificii*, ad preces se contulisset (v. 23) *exiit Verbum*; id est, Angelus mandatum à Deo accepit, ut responderet Danieli de quæsitis. Idem utrobique vocabulum, res eadem. Intelligitur itaque tempus præsens, & dies ille, in quo Angelus Danielem allocutus est; annus autem vastitatis Hierosolymitanæ vicesimus primus: ab eo tempore, usque ad tempus illud, quo licentia concedetur Judæis redeundi ex Babyloniâ, & antiquas suas sedes inhabitandi, primum constituitur Hebdomadarum intervallum. Dan. 11. 25.

Usque ad unctum ducem) Ad Babylonicum Cyri initium. Deus a) *Cyrum unctum suum* vocat; quia ad populi sui libertatem illius operâ uti decreverat. Vel usque quò populus Judaicus sub Zorobabele Duce, & Josuâ Pontifice redibit: Zacharias illos appellat b) *duos filios olei*, quos Dominus unxerat ad Ecclesiam Judaicam instaurandam: *Candelabrum* ibi designat templum. De iis, qui *Uncti* titulo insigniebantur ab Ebræis, suprà c) disseruimus. a) Esa. 45. 1. Ib. v. 4. b) C. 4. v. 14. c) p. 342.

Hebdomades VII) Sunt anni 49. Si Judæi annos ab hac Visione numeraverint, in eorum Reditu complebitur Jubileus quidam. Indubitatissimum est, quod Jeremias prædixit de annis LXX Captivitatis Judaicæ. Sunt illi Hebdomades X. Benè novit Daniel annos XXI, sive III hebdomadas præteritas fuisse, quando hæc

 ab

ab Angelo audivit: Angelus illum jam certiorem facit Judæos redituros post *hebdomadas VII* alias, sive post annos XLIX. Tres hebdomadæ elapsæ Septemque manentes sunt X hebdomadæ sive Anni LXX, à Jeremiâ definiti. Neque novum est, Visionem hanc ad hujusmodi calculos vocare. Nam *Hippolytus* (apud a) S. Hieronymum) *Septem Hebdomodas ante Reditum populi supputat.*

a) In locum.

Hebdomadarum pars altera.

CUM jam satis datum sit *desideriis* & suspiriis Danielis; & Judæorum Reditus tempore præstituto confirmatus sit; Angelus ad revelationem novam transit; omnibus, præterquam uni Danieli, hactenus inauditam; cui res eadem bis antea (cap. VII & VIII) postea semel (cap.X.) repetita est. Ex illis locis, huic (quem damus) aliquantum lucis adhibere speramus.

Daniel. Cap.IX.

25. *Et hebdomadæ LXII redibit & ædificabitur platea & fossa in angustiâ temporum.*

26. *Et post hebdomadas LXII excidetur unctus, & non ei; & Civitatem & Sanctitatem corrumpet populus ducis venturi, & finis ejus in inundatione; & usque ad finem belli decisæ desolationes.*

27. *Et confirmabit Pactum multis hebdomadâ unâ: & dimidio hebdomadæ cessare faciet sacrificium & oblationem, per expansionem abominationum desolantem; donec consummatio decisa effundet se super desolatum.*

Angelus, in hac Visione, duos Templi ἐγκαινισμοὺς prænunciat: Prior, post captivitatem Babylonicam, à Josuâ & Zorobabele; posterior, post alteram *Unctionis excisionem* (nunc primùm Danieli revelatam) à Judâ Maccabæo celebratus est. Priori assignantur anni 70, ad Reditum; & anni insuper 22, ad annum Darii Regis sextum, quo Templum Secundum absolutum est. Posteriori hic attribuitur æra *hebdomadarum* LXIII, *cum dimidio*; quæ conficiunt Annos 444, cum dimidio anni. Utriusque computi eadem est epocha; ab excidio scilicet Templi Solomonis. Neque aliter

Esdr. 5.

Cle-

Clemens Alexandrinus calculos suos posuisse videtur. a) Πεπλήρωται ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, τῆς ἐπὶ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, εἰς Βαβυλῶνα γενομένης τὰ ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου εἰρημένα, οὕτως ἔχοντα. Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες, &c. *A deportatione in Babylonem (quæ fuit tempore Jeremiæ prophetæ) impleta sunt ea, quæ à Daniele prophetâ dicta sunt, his verbis; LXX hebdomadæ*, &c. a) Strom. l. 1. p. 330. b.

Ad amussim quadrat Chronologia. Templum excisum est anno Nabon. 141, sive Per. Jul. 4107. Adjice annos 444, habes annum Per. Jul. 4551. Is erat Principatus Assamonæi annus secundus. Sic colligo. Anno demum Per. Jul. 4677, *Agrippa & Gallo Coss.* Hierosolyma capta sunt ab *Herode & Sosio*; & Παύεται ἡ τῶν Ἀσαμωναίων ἀρχὴ, μετὰ ἔτη ρκϛ', *Desiit Assamonæi principatus, post annos* 126. Joseph. l. 14. in fine. Cœpit itaque anno Per. Jul. 4550; quo Judas *devicit Apollonium*: Anno proximo, Principatus secundo, Judas repurgavit Templnm, & Encœnia celebrata sunt. I Maccab. 3, 11 4. 52.

Hujus autem intervalli tres sunt partes, sive termini: Pars prima continet *hebdomadas* LXII, id est, annos 434; illius terminus est initium regni Antiochi Epiphanis. Secunda pars est *unius hebdomadæ*, sive septennii; cujus terminus est secunda *unctionis excisio*. Pars tertia habet *dimidium hebdomadæ*, sive tres annos cum dimidio anni; ejus terminus est Templi repurgatio.

Et hebdomadæ LXII redibit & ædificabitur platea & fossa, in angustia temporum) Viri doctissimi interpretati sunt: *Intra quod spatium*, vel *Postquàm jam rursus ædificata fuerit urbs, & ejus mœnia*; non sine molestiâ, præ dolo b) *Sanballati*. Sub Templo Secundo, ritus sacri diu se bene habebunt. Anno 70 redibit populus, & urbs ædificari incipiet; post annos inde 22, absoluto Templo, instaurabitur juge sacrificium; Quod cum duraverit annos 342. Antiochus Epiphanes (alterum Judæorum flagellum) in Syriâ regnabit. c) *Regnavit Antiochus Epiphanes anno Græcorum* 137. Eusebius, ad Olympiadem CXVII, sive *Seleuci Nicanoris* initium, d) *Ab hoc loco Edesseni sua tempora computant. Maccabæorum Hebræa historia hinc Græcorum supputat Regnum.* Est igitur *Edessenorum* Epocha eadem, quæ *Græcorum*. Sanè *Edessenorum* æra (in e) Pithæano Eusebii codice, septemque Vaticanis) initium habet ab *anno tertio* istius Olympiadis. Et in f) Alexandrino Chronico, æra *Syromacedonum*, sive *Apamensium*, ab eodem anno incipit; *Rullo*

b) Nehe. 3. & 4

c) I Maccab. 1. 11.

d) Chron. n. 1705.

e) Arn. Pont. in Eus.

f) p. 256.

lo & Rutilio Coss. id est, C. Marcio Rutilo, & Q. Fabio Rulliano. Annus tertius Olympiadis CXVII (quo *Rutilus & Rullianus* Romæ consulatum gesserunt) qui *Græcorum* primus, est Per. Jul. 4404; annus Græcorum 137, est Per. Jul. 4540.

Et post hebdomadas LXII excidetur unctus, & non ei.) Id Vers. 26. est, circa finem hebdomadæ illius, quæ LXII proximè sequitur: Antiochus enim *confirmabit pactum multis hebdomada unâ*: non statim, regno inito, prophanabit Templum; sed post annos pene septem.

Excidetur unctus, & non ei. Græci, Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Tertullianus, *Exterminabitur unctio, & non erit.* Latini inserunt, *Non erit ejus populus, qui eum negaturus est*; cujus οὐδὲ γρῦ in Hebræo. *Perdetur Unctio*, extinguetur. Illa *Unctio* quæ jam cessat, sed ad Reditum instauranda est; illa (inquam) unctio iterum ab Epiphane intertumpetur. Eusebius dicit a) Danielem præsignificasse, ἐξολοθρευθήσεσθαι τὸ παρὰ Ἰουδαίοις χρίσμα, *Unctionem apud Judæos abolendam esse*: Quod b) alibi sic interpretatus est, Χριστὸν οὐκ ἄλλον εἶναι τὸν κατάλογον ἀρχιερέων, οὓς χριστοὺς ἔθος ἀποκαλεῖν τῇ γραφῇ, *Unctum nihil aliud esse quàm successionem Pontificum, quos Unctos nominare S. Literæ consueverunt.* Theodoretus per *unctionem* intelligit τὴν τῆς ἀρχιερεωσύνης ἐπανθοῦσαν χάριν. Sacerdotes *uncti*. Exod. ult. 13. Levit. 4. 5.

a) Eccles. Hist. l. 1. c. 6.
b) Demonst. Evang. l. 8. p. 391.

Excidi autem de quâlibet abolitione usurpatur, quando cessat res priùs usitata: Joel. 1. 9. De *Regno* dicitur: I. Reg. 2. 4. & 9. 5. II Chron. 7. 16. Jer. 33. 17: quibus locis respicitur illud II S. 7. 16. De *Sacerdotio*, I Sam. 2. 33. *Excidi de altari*; Jer. 33. 18. *Non de sacerdotibus Levitis excidetur homo coram me.*

Ut autem Visionem hanc illustremus ex cæteris: *Excidetur unctus* hic idem est, quod de Antiocho Epiphane dictum est c. VII. v. 25. *Sanctos altissimorum abolebit*: & VIII. 11: *Usque ad principem exercitus cœli* (id est, Sacerdotum) *magnificabit se; ab eo ablatum est juge sacrificium & abjectum sanctuarium.*

Et Civitatem & Sanctitatem corrumpet populus ducis venturi. *Populus* est exercitus; *Venturi* est advenæ. Sic, *inter venientes*, id est, peregrinos, Genes. 42. 5. Judæis habitantibus opponuntur *Venientes Israelitæ*; II Chron. 30. 25. Et *Venientes Gentilium* opponuntur

tur indigenis Judæis, Nehem. 5. 17. *Dux venturus* est Epiphanes; qui hic *Uncto Duci* opponi videtur; præcipuè si Zorobabelem intellexeris: hic nativus, ille peregrinus. Idem c. XI. v. 21. est *Despectus ille*; & c. VII. v. 8. & c. VIII. 9. vocatur *Cornu parvulum*; quod, v. 24. (ut hic) *corrumpet populum sanctorum.* Lege I Macc. 1. 23. & II. Macc. 5. 15.

Et finis ejus in inundatione.) De eodem Antiocho idem Angelus eâdem voce utitur, c. XI. v. 22. *Inundatio*, magnæ copiæ. Hostilis adventus comparatur a) *Fluvio*: & Deus protectio contra b) *inundationem.* Antiochus, ex Ægypto redux, *ascendit in Hierosolymam ἐν ὄχλῳ βαρεῖ*, I. Macc. 1. 21. a) Esa 59. 19. b) 25. 4.

Et usque ad finem belli decisæ desolationes.) C. VII. vers. 21. *Cornu bellum gerebat cum sanctis, & prævalebat eis.* De *desolatione* ab Epiphane illatâ, lege libros Maccabæorum, & Joseph. l. 12. cap. 11.

Et confirmabit pactum multis hebdomadâ unâ.) Diximus hanc hebdomadam esse primum Epiphanis septennium, quum nondum Templum prophanaverat. Ejusdem temporis obscura est mentio c. XI. v. 18. Sed VIII. 14. non annus tantùm, sed & dies nobis indigitatur. Quærenti Angelo de tempore, ab *egressu modici Cornu* (id est, ab initio Epiphanis) responsum est, *usque ad νυχθήμερα* (dies) *bis mille & trecentos justificabitur Sanctuarium*; vel, *mundum erit Sanctuarium*; Salvum erit. Vers. 27.

Confirmatio pacti de conservatione & exemptione à calamitate publicâ intelligi potest. Deus a) (*omne animal destructurus*) Noæ, inquit, *confirmabo pactum meum.* Esai. 7. 8. *Vos, nisi credideritis, non confirmabimini.* Pactum hoc, c. XI. v. 28. 30. vocatur *pactum sanctitatis*, & I. Macc. 1. 66. Διαθήκη ἁγία. a) Gen. 6. 17. 18.

Et dimidio hebdomadæ cessare faciet sacrificium & oblationem.) De cessatione sacrificii, ab Epiphane illatâ, Vide c. VIII. v. 11. & XI. 31. & I. Macc. 1. 47. *Dimidium hebdomadæ*, c. VII. v. 25. & XII. 7. describitur per *Tempus, tempora, & dimidium temporis.* Et c. XII. 11. per 1290 *dies*; qui efficiunt aliquantò plus quàm tres annos cum dimidio; & numerandi sunt ab urbe captâ, & interdictis ritibus. Quia tres tantùm anni erant, ex quo Idolum collocatum fuerat, I. Macc. 1. 62. & 4. 52. Joseph. l. 12. c. 11. p. 415. c.

In Kalendario Judaico, ad diem XVII, Mensis IV. *Jejunium: cessat ἐνδελεχισμὸς*, sive juge sacrificium prioris Templi. Ad
a) Jer. 52. 12. Mensis V diem nonum a) (*decimum* potiùs) *Jejunium. Desolatio Templi.* (Jejunia hæc, inter quatuor ista, quæ post captivita-
b) Zach. 8. 19. tem b) *solennia* erant.) Urbs capta est à Nabuchodonosoro, & desiit juge sacrificium, mense IV: Templum autem conflagravit V. Judas repurgavit Templum Secundum, & Encœnia celebrata
c) I Macc. 4. 52. sunt, c) *die XXV mensis IX. Casleu.* A die decimo septimo Mensis Quarti ad diem vicesimum quintum Mensis Noni, non est semestre intervallum: desiderantur quidem dies XX. Sed tantillum μεταχρονισμὸν non curat Hebdomadalis annorum computus.

Per expansionem abominationum desolantem.) Græcis hic βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων. Cap. XI. v. 31. βδελύγματα τῶν
I Macc. 1. 54. ἠφανισμένων· & c. XII. v. 11. βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Eo autem nomine appellatur Idolum illud Jovis Olympii, quod Antiochus in Templo Hierosolymitano collocavit.

Hæc Danielis verba, ad ultimum Hierosolymorum excidium,
d) Matth. 24. 15. à Christo applicantur. d) Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου. Est autem παρῳδία. Cujusmodi allusiones apud Matthæum occurrunt plurimæ; sensu typico intelligendæ, non historico. Illud τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου non innuit peculiarem à Daniele editam fuisse prophetiam, de calamitate à Tito inferendâ; sed significat verba Danielis rei, de
Mat. 2. 15. Hos. 11. 1. quâ sermo est, optimè convenire. Sic, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν, ὑπὸ τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦ προφήτου: Illud Hoseæ (*Evocavi filium*)
Mat. 2. 17. ad Jesum puerum transfertur, quod *dictum* de egressu populi Israelitici ex Ægypto. Sic, τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ
Jer. 31. 15. προφήτου: Infanticidio quadrat (*Vox in Ramâ*) *quod dictum est à Jeremiâ*, de captivitate Samaritanâ. Longum esset singulas in Evangelio propheticorum locorum applicationes explicare. Videnda quæ annotârunt viri docti in Matth. I. 22. IV. 14. VIII. 17. XIII. 14. 35. XV. 7. & imprimis V. Cl. Danielis Heinsii Exercitatio sacra in II. 15. In Evangelio e) Marci, Latini illa verba non a-
e) C. 13. v. 14. gnoscunt; Græci ex Matthæo adjecisse videntur.

Donec.

Donec consummatio decisa effundet se super desolatum.) Usque ad liberationis tempus à Deo constitutum; de quo c. VII. v. 21. VIII. 19. & XI. 36. Ista Encœnia à Judâ Maccabæo celebrata sunt. Tunc Judæis iterum recuperata libertas sua, & ritus sacri; quibus fruituri erant tam diu, quàm bene usuri.

Ex tantâ itaque Visionum quatuor harmoniâ, verisimile est Prophetiam hanc fuisse μονοπρόσωπον. An ultra Epiphanem prospexerit Daniel, viderint alii; nobis revertendum est.

Cyropædia.

DE Cyro multa narrat a) Herodotus: Xenophon Κύρου παιδείας ἱστοριῶν, *historiarum de institutione Cyri*, libros octo conscripsit. Plato b) Μαντεύομαι δὴ (ait) νῦν περὶ γε Κύρου τὰ μὲν ἄλλ' αὐτὸν στρατηγόν τ' ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν, παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἧφθαι τὸ παράπαν, οἰκονομίᾳ τε οὐδὲν τὸν νοῦν προσεσχηκέναι, *Conjicio Cyrum cæteroqui bonum Ducem fuisse, & vitæ civilis studiosum; rectam autem Disciplinam nullo pacto attigisse, nec ad rei familiaris administrationem animum unquam applicuisse.* Quippe qui *filios mulieribus tradidit educandos.* Sunt qui ex his verbis colligunt, Platonem Xenophonti fidem auferre. Athenæus, c) Περὶ τοῦ Κύρου οὖν ὁ μὲν λέγει ὡς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπεπαιδεύετο πάντα τὰ πάτρια, ὁ δὲ Πλάτων, ὥσπερ ἐναντιούμενος, ἐν τρίτῳ Νόμων φησί· Μαντεύομαι, &c. *Xenophon dicit Cyrum à tenerâ ætate omnino educatum fuisse secundùm instituta patria: Plato autem, quasi contradicens ei, sic ait libro tertio de legibus. Conjicio*, &c. ut suprà. Diogenes Laërtius (de Platonis & Xenophontis æmulatione agens) d) ὁ μὲν Πολιτείαν· ὁ δὲ Κύρου παιδείαν. καὶ ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ὁ Πλάτων πλάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτοῦ· μὴ γὰρ εἶναι Κῦρον τοιοῦτον, *Ille Politiam scripsit; hic Cyri institutionem. Plato in Legibus ait hujus Institutionem fictitiam esse; neque enim Cyrum talem fuisse.*

a) L. 1. c. 107. ad finem.
b) Leg. l. 3. p. 815. c.
c) Deipnos. l. 11 p. 504. f.
d) In Platone p. 78. a.

Sanè hoc, quodcunque est contradictionis, non de rebus à Cyro gestis, sed de illius educatione & moribus intelligendum est. Neque satis æqua est Ciceronis censura, de Cyropædiâ. e) *Cyrus ille*

e) Epist. 1 ad Q. fratrem, p. 403.

ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus est, sed ad effigiem justi imperii. Quasi boni principis exemplum ab historiâ verâ abhorreret: aut Xenophon à veritate tantum discederet, qvantum ab Herodoto. Ctesias etiam de Cyro scripsit, οὐχ οἷα Ἡρόδοτος. Sanè *Herodotus* in eo est, ut admirationem auditoribus incutiat: hinc a) Thyestææ istæ epulæ; omniaque non vulgaria. *Xenophonti* propositum est lectorem erudire: unde pleniores illæ dissertationes; nihilque inconsultò aut indecorè dispositum. Utrique res historica est eadem; licèt diversa sint historiæ ornamenta: neque fidem elevat ejusmodi discrepantia. Nos, qvod verisimile est, ex Herodoto, Xenophonte, Ctesiâ delibabimus.

Photii excerpt. Ctes.
a) Herod. c.119.

NATUS est Cyrus anno Nabon. 149. Nam b) *ad annum septuagesimum pervenit, quùm quadraginta annos natus regnare cœpisset.* Medis imperavit (devicto Astyage) anno 1 Olymp. LV, qui est Nabon. 189. Diem obiit, anno Nabon. 219.

b) Cic. de Divin. l.1. p.263.

Patrem habuit *Cambysem Persam*, c) *Cyri filium*, d) *bonâ familiâ ortum*; scilicet ex e) *tribu Achæmenidarum. Cambyses* (honoris ergo) *Rex* Xenophonti dicitur. Cyri mater fuit Meda *Mandane, Astyagis filia:* ita quidem f) Herodotus; ita g) Xenophon: Verùm idem Astyages utrique non intelligitur. Duos esse h) modò statuimus. i) Ctesias negat Astyagem Cyro propinquitatis jure conjunctum fuisse: Quod de Herodotæo *Astyage* accipiendum; de Xenophontæo autem rectè Syncellus, k) *Darius qui Astyages dictus, fuit avus Cyri.*

c) Herodot. c.111.
d) c.107.
e) 125.
f) C. 107.
g) p.3.
h) p 605.
i) Photii excerpt.
k) p.232, a.

Ecce autem Stemma.



Puerilis Cyri institutio *agrestis* est Herodoto: Xenophonti autem tota *secundùm disciplinam Persicam*: uterque narrat illum, adhuc puerum, *ab avo accersitum*, ad patrem deinde dimissum fuisse. Athenæus, ex Dinone, refert; a) *Astyagem* (Herodotæum, scilicet *Angaris Musici* cantilenâ monitum, istius dimissionis pœnituisse. a) Deipnos. l. 14. p. 633.

b) *Cyrus* (*filius Cambysis & Mandanæ, Astyagis Medorum regis filiæ*) *fortunâne, & prudentiâ reliquisque virtutibus eminentissimus seculi sui fuit.* Βασιλικῶς γὰρ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἦγε παιδεύων, ζῆλον ἐμποιῶν τῶν κρατίστων, *Quippe pater eum Regia institutione formaverat; illum ad summa quæque incendens. Jamque etiam tum adolescens satis ostendebat, se res maximas quandoque aggressurum* b) Diod. in excerpt. Val. p. 238.

 esse,

esse, cùm illius virtus ultra ætatem elucesceret. Adultâ autem ætate, a) *non solùm in bello fortis, verùm etiam in subditos clemens fuit & humanus. Quapropter Persæ eum Patrem appellaverunt.*

a) Ibid.

b) Xenoph. l. 1. p. 22. b.

Quum, in regno Medo-Persarum, b) *Astyagi defuncto successisset ejus filius Cyaxares, matris Cyri frater*; & Cyrus jam excessisset *ex ephebis*: (circa an. Nab. 177) in Persarum concilio, Cyrus (vivente patre) ducibus ὁμοτίμοις mille, militibus 30000 præpositus est. In primâ hâc expeditione, Cyrus avunculo Cyaxari commilitavit, contra *Regem Assyriorum.* c) Ὁ δὲ Ἀσσύριος ὁ Βαβυλῶνά τε ἔχων καὶ τὴν ἄλλην Ἀσσυρίαν, Rex hic *Assyrius, qui & Babylonem & reliquam Assyriam habet*, à Xenophonte non nominatur. *Gobrias Assyrius* transfuga refert, illum d) *prælio occisum esse, ejusque filium in regno successisse.* Quod tamen è Babyloniorum regum serie (quam ex Beroso dedimus) non satis liquet.

c) Xen. l. 2. p. 39. b.

d) L. 4. p. 111. e.

Bellum autem hoc, quod Medo-Persis intercessit cum Babyloniis, respexit Herodotus. e) *Nitocris*, ait, *Babylonis Regina, fœmina solers*, τῶν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἀλλά τε ἀραιρημένα ἄστεα αὐτοῖσι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νίνον, προεφυλάξατο ὅσα ἐδύνατο μάλιστα, *animadvertens Medorum imperium magnum esse & bene stabilitum; urbesque multas ab illis subactas, & inter illas Ninum* (Susa potiùs) *præmunivit se quàm potuit maximè.* Paulo pòst, Εἰργάζετο τῆς χώρης, τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα, *Munivit regionem, quâ parte aditus erant, & via, quæ ex Medis ducit, compendia; ne Medi commercio ipsius negotia cognoscerent.* Herodotus & Xenophon Medo-Persas vocant *Medos.*

e) L. 1. c. 185.

Ibid.

Primæ hujus Cyri militiæ tempus ex f) *Tyriorum annalibus* colligi potest. Tyrus capta est an. Nabon. 141. Inde Annales numerant annos 36. & tres menses, ad 14 annum *Iromi* Regis Tyri: ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσε, *cujus temporibus Cyrus, apud Persas, imperatoriâ potestate functus est.* Josephus annum designat. *Anno* inquit, *Iromi regis decimo quarto, Cyrus Persa* τὸ κράτος παρέλαβε, *exercitum accepit.* Is est annus Nabon. 177, & duodecimus ante Olympiadem LV; quâ Cyrus debellavit Astyagem.

f) Supr. p. 579.

Joseph. c. Ap. p. 146. c.

Cyri

Cyri Victoria Prima.

SEsostris pridem; *Cyrus* jam omnem Asiam in suam potestatem redegit: ille, unâ expeditione; Hujus autem tres celebrantur Victoriæ.

Primum Cyri bellum, sui ipsius auspiciis gestum, fuit contra *Astyagem* Cyaxaris filium, quartum *Medorum regem*, Ecbatanis regnantem. Hujus belli non meminit Xenophon: incongruum fortasse existimabat, Cyrum pro Medis contra Medos pugnaturum; neque enim, post Cyri tempora, obvia erat Medo-Persarum â Medis distinctio. Herodotus autem (qvem sequutus est Trogus) narrat bellum hoc susceptum à *Persis*; quibus a) στρατηγὸς & προστάτης erat *Cyrus*: cohortante *Harpago*, Medo; cui Astyages filium epulandum tradiderat: hic Medorum b) *exercitum Cyro per deditionem tradidit, Regisque crudelitatem perfidiâ defectionis ulsciscitur. Astyages, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur; & repetito alacriùs certamine, capitur: cui Cyrus nihil aliud qvàm regnum abstulit;* quum regnasset Astyages c) *annos triginta quinque.* Ctesias refert illum post fugam d) *Ecbatanis delituisse; & Amytin ejus filiam Cyro nupsisse.* Polyænus e) tradit, Cyrum ter victum discessisse; & quartum prælium Pasargadis commisisse; Medosque, novo Persicarum mulierum stratagemate, ibi superatos, Astyagem etiam captum fuisse. f) *Cyrus Pasargadis honorem habuit, quòd ibi Astyagem Medum ultimo prælio superavit & Asiæ imperium in se transtulit, urbe conditâ, & regiâ constructâ ad victoriæ memoriam.* Exinde g) *Pasargadæ Persarum nobilissimi habebantur; in quibus Achamenidarum tribus, unde oriundi Persarum Reges.*

Ad hunc modum Medi (h) *omni supra Halym fluvium Asiæ dominati annos* 128, ab anno scilicet 22do Dejocis primi Regis; qui etiam *Assyriam*, i) *præter Babylonis portionem, omnem subegerant*, & excisâ Nino, imperii istius gloriam non ita pridem in se transtulerant; ipsi jam Persis subjecti sunt.

De tempore, magnus est Chronologorum veterum consensus. De hâc enim Cyri victoriâ intelligendus est Africanus, apud Eusebium. k) Κῦρος, ait, Περσῶν ἐβασίλευεν, &c. *Cyrus Persis* (Medis potiùs) *imperare cœpit anno quo Olympias LV celebra-*

a) L.1.c.125. & 127.
b) Justin. l.1. c.6.
c) Herod. l.1. c.130.
d) Excerpt. Photii.
e) Stratag. l.7.
f) Strab. l.15. p.730.d.
g) Herod. l.1. c.125.
h) Ib. c.130.
i) Ib. c.106.
k) Præp. l.10. c.10. p.488.c.

ta

ta est; ut in Bibliothecis Diodori, Thalli atque Castoris historiis, nec non Polybii & Phlegontis scriptum reperies; sed & apud alios, qui Olympiadas descripserunt. De tempore enim inter omnes convenit.

Ibid. d. Perperam verò Africanus hoc Cyri initium statuit, πληρωθείσης τῆς ἑβδομηκονταετίας, *expletis annis* LXX, captivitatis Judaicæ. Annus primus Olympiadis LV est annus Nabon. 189. & Per. Jul. 4155. & Septuagenariæ servitutis annus 49. Non in Mediâ exulabant Judæi, sed in Babyloniâ. Cyrus Babylone demum potitus est anno Nabon. 210: ab initio Babylonico (quo Judæorum reditus) regnavit Cyrus annos tantùm novem; ab hoc autem annos triginta; sicut illi prædixerunt Magi. a) *Nam cùm dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit* (Dinon, Persicis libris) *frustra appetivisse manibus, cum se convolvens Sol elaberetur, & abiret: ei Magos dixisse (quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis) ex triplici appetitione Solis,* XXX *annos Cyrum regnaturum esse, portendi. Quod ita contigit. Nam ad septuagesimum pervenit, cum XL natus annos regnare cœpisset.* Cyrus jam regnare incipit, an. Nabon. 18[illegible] desiit an. 218.

a) Cicero de Divinat. l. 1. p. 263.

b) *Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitrantes, à Cyro defecerunt: quæ res multorum bellorum Cyro causa & origo fuit.*

b) Justin. l. 1. c. 7.

Altera Cyri Victoria.

CYRUS eâdem felicitate, quâ contra *Medos*, etiam contra *Lydos* dimicavit. Prioris victoriæ præmium fuit Asia, usque ad Halym fluvium; hujus autem, Asia reliqua, quæ inter Euxinum Pamphyliumque mare, usque ad Ægæum protenditur; in quâ sunt Æolum, Jonum, Dorumq; civitates Græcæ; à Crœso primùm; à Cyro iterum tributariæ factæ. Res Crœsi, bellumque hoc prolixè narrant c) Herodotus, & d) Xenophon; neque id omisit Ctesias.

Herod. l. 1. c. 28. Ibid. c. 26. c) L. 1. c. 75. ad 90. d) L. 6. & 7. p. 158. ad 188.

Post biennii luctum, ob fortuitam e) Atyis filii necem, Crœsus de Persarum potentiâ (jam debellatis Medis crescente) subvertendâ satagebat. Oracula itaque consuluit omnia: Delphos dona transmisit amplissima, quasi Apollinem muneribus corrupturus. Responsum est; μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν, fore

e) Herod. l. 1. c. 46. Ib. c. 50. c. 53.

ut magnum imperium everteret, si Persis arma inferret. Tertium consulenti; a) *Caveret à Mulo apud Medos regnante.* Crœsus au- a) supr. p.593.
tem, ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, Halym trajiciens, *exercitum in Cappa-* c. 55.
dociam duxit, & Pteriorum urbem (prope Sinopem) expugnavit. Cy- c. 71.
rus cum Crœso æquo marte conflixit. Die postero, cum Cyrus Crœsum
non invaderet, ille Sardes regressus est; & per hyemem quiescere insti- c. 76.
tuens, auxiliarios dimisit, sociosque ad quintum mensem Sardibus c. 77.
convenire jussit. Cyrus autem cum suis inopinato supervenit: Crœ- c. 79.
sus, equitatu confisus, Lydos eduxit: Cyrus contra equitatum instru-
xit camelos; quorum odorem cùm equi non possent ferre, retrò se aver- c. 80.
tunt: Equites autem desilientes cum Persis pedites confligunt; tan-
demque in fugam versi, muris inclusi sunt. Post 14 dierum obsidio- c. 84.
nem, urbs Sardis capta est, quâ parte ad b) *Tmolum vergit.* c) b) supr.p.535.
Crœsus incendio damnatus, ter inclamato SOLONIS nomine (qui ex c) Nic.Damasc.
viventibus neminem beatum esse dixerat) à Cyro liberatus est; & de- in excerpt.
inceps à consiliis habitus. Compedes autem suas, quasi belli primitias, Val. p.545.
Delphos misit. Herod. l.1. c.86. 90.

d) *Nonnulli Solonis cum Crœso congressum* (δοκοῦσι τοῖς χρό- d) Plutarch.
νοις, ὡς πεπλασμένον, ἐλέγχειν) *ut commentitium, temporibus re-* Solon. p. 93. b.
fellere se posse putant. Nimirum Solon, Athenis Archon an. 3. O-
lymp. 46. post leges latas, & e) *peregrinationem decennalem*, re- e) Ib. p. 92. a.
diit senex, Olymp. 49. Crœsus regnare cœpit Olymp. 54; & f) *O-* f) Solin. c. 7.
lympiade LVIII, victor Cyrus intravit Sardes, ubi tunc Crœsus late-
bat. Eusebius expressè: g) *Anno primo Olympiadis LVIII,* g) Chrō. 1469
anno XV regni ejus, Crœsus à Cyro captus est; & Lydorum regnum
destructum est.

Annus primus Olymp. LVIII est Nabon. 200; Æræ Att. 1035;
Per. Jul. 4166. h) *Erxiclydes Athenis archon erat anno primo* h) Pausan. l. 10.
LVIII Olympiadis, quâ palmam tulit Diognetus Crotoniates; quo p. 818.
tempore conflagravit Templum Delphicum.

Annus iste Chronologiæ Lydicæ fundamentum est: Detrahe
annos integros XIV, habes initium *Crœsi*, an. Nab 186. Demptis
170, habes initia *Gygis & Mermnadarum*, an. Nabon. 30. supr. p. 330. 540.

Ambigua sunt, quæ de *Crœso* profert Diogenes Laertii (in Diog. p. 25.
vitâ Periandri) *Sosicrates*, ait, *refert Periandrum* προτερεῖν Κροίσου
τελευτῆσαι ἔτεσι τεσσαράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης
Ὀλυμπιάδος, *ante Crœsum obiisse annis quadraginta, & uno ante O-*

lympiadem XLIX. Ex Soſicratis itaque ſententiâ Periander diem obiit a) anno quarto Olymp. XLVIII; Crœſus (poſt annos 40) anno quarto Olymp. LVIII. Verùm conſtat Crœſum apud *Cyrum* conſenuiſſe; & *Cambyſi*, b) Ægyptum invadenti, adfuiſſe. Sunt qui Soſicratem, non cædem, ſed Crœſi calamitatem intellexiſſe volunt: πρότερον Κροίσου exponunt πρὸ ἁλώσεως, ante captivitatem Crœſi, & Imperii Lydorum finem. Nobis ſatius eſt *Euſebium* & *Solinum* ſequi:

a) ſupr. p. 566.

b) Herod. l. 3. c. 34.

Alyattis, & *Crœſi* meminit marmor Arundelianum: ſed obſcura ſunt temporis veſtigia. Qualiacunque, mox dabimus inter Epochas Græcas.

Tertia Cyri Victoria.

Contigit quidem Victoria hæc Seculo XIX, ſed Fortunæ ſeries non eſt interrumpenda. Ineunte Seculo, an. Nab. 204, *Cyrus* Victoriis inclytus Medis Lydiſque imperabat: Ultrà Tigrim fluvium, Medo-Perſarum Rex erat *Cyaxares*, Cyri avunculus: cis Tigrim, *Nabonadii* Regis Babylonii agebatur annus XII; atque *Amaſis*, in Ægypto regnaverat annos XXIV.

De Babylonis Rege, *Beroſus*, apud Joſephum, c. Apion. p. 1045.

Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη.	*Sub hoc (Nabonnedo, p. 555) Babylonis mœnia, quæ ſunt ad Fluvium, coƈto latere & bitumine conſtruƈta ſunt.*
Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτὰ καὶ δεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας.	*Anno autem regni ejus XVII. Cyrus (qui ex Perſide cum magno exercitu venerat, & reliquam Aſiam omnem ſubegerat) Babyloniam invaſit.*
Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμε-	*Adventu ejus cognito, Nabonnedus cum exercitu occurrit, prælioque facto victus, cum pau-*

με- ci

μῶμ@, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τ Βορσιππηνῶν πόλιν.

cis fugit, & Borsippenorum oppido se inclusit.

Qui hîc *Nabonnedus*, in Canone *Nabonadius* vocatur: Herodoto est *Labynitus* a) *filius Nitocridis Reginæ & Labyneti Babylonii* (qui cum Syennesi Cilice pacem conciliavit inter Cyaxarem & Alyattem, temporibus Nabuchodonosori.) *Labynetus rex Babyloniorum cum Crœso fœdus percusserat*: unde forsàn belli ansa.

a Herod. l. 1. c. 188. c. 74. c. 77.

Mœnia (à Nabuchodonosoro inchoata) ἐπὶ τούτου κατεκοσμήθη, *eo regnante, splendidè constructa sunt.* Atqui Herodotus hoc opus illius matri, *Nitocridi Reginæ*, attribuit: Quæ fortasse non alia est quàm Nabuchodonosori uxor illa *Meda*; cujus gratiâ horti Pensiles extructi sunt; quæ ex secundis nuptiis, ultimum hunc Babyloniorum regem peperit: quæ b) *Semiramide Reginâ solertior*, inter alia præclara opera, ὤρυσσε ἔλυτρον λίμνης, *effodit lacus receptaculum, multò suprà Babylonem, paulò seorsum à flumine*: cujus c) meminimus. Ex nimiâ istius fœminæ in Babylone potentiâ factum videtur, ut *Medi* cum *Assyriis*, in Babyloniorum Regum successione, immisceantur.

b) Ib. c. 184.

c) supr. p. 588.

Cyrus autem, fusis Babyloniis, Urbem obsidione premebat. *Illis commeatus erat multorum annorum; unde Cyrus, cum res ejus diu nihil proficerent*; Euphrate obstructo, *flumen per fossam immisit in Stagnum* (Pallacopam) *pristinumque alveum, fluvio abscedente, pervium reddidit. Persæ, ad hoc instructi, tam qua fluvius Urbem ingreditur, quàm quà egreditur per alveum jam vadosum, mediorum femorum tenùs ad summum, fortiter Babylonem introierunt. Ex inopinato illi Babyloniis supervenerunt; qui illos ab ingressu prohibuissent, modò præmoniti fuissent, & malè multassent. Nam obseratis omnibus, quæ ad Flumen ferebant, portulis, conscensisque septis, Babylonii pro ripis stantes Persas progressos veluti in cavea excepissent. Tanta autem erat Urbis magnitudo, ut (quemadmodum narrabant accolæ) quum jam capti essent, qui extremas urbis partes incolebant, ii, qui mediam habitabant urbem, id non animadverterent. Forte enim dies festus illis erat: itaque exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec hoc planè resciverunt.* Ctesias (quantum liquet) hujus belli non meminit: Xenophon autem refert Babylonem urbem,

Herod. l. 1. c. 190.

a) L. 7. p. 190. a) *averso flumine*, captam; regemqve (quem non nominat) occisum fuisse.

b) supr. p. 588. Quantum detrimenti latissimæ, nuperque b) cultissimæ, Assyriorum planitiei inundatio ista attulerit, satis testantur submersa Assyriorum Regum sepulcra. Rem narrat Arrianus (in expeditio-

c) L. 7. p. 163. ne Alexandri) c) *Euphrates fluvius, ex montibus Armeniis oriens, hyberno tempore non multum aquæ trahens, intra ripas labitur. Ineunte autem vere, multoque magis sub solstitium æstivum grandis exit, ripisque superatis, Assyriorum campos inundat. Tunc enim nives in Armeniis montibus liquatæ, aquas ejus in tantum augent; ut regionem* (etiam Orientalem) *obrueret; nisi esset* (versus Occasum) *laxatio quædam ad Pallacopam, quâ in stagna & paludes se exoneret, quæ ab hac fossa* (jam Alexandri temporibus) *incipientes, usque ad regionem Arabiæ proximam, per loca vadosa, tandemque per occultos meatus in mare feruntur. Nivibus autem solutis, præcipuè circa occasum Vergiliarum, Euphrates minor labitur: at nihilominus magna ejus pars* (à temporibus Cyri, qui repagula perfregit) *per Pallacopam in lacus derivata, Euphratem ita evacuat; ut Assyriorum campi ab eo irrigari nequeant: nisi quis* (ut Nabuchodonosorus pridem) *Pallacopam rursus ita obstruat, ut aqua per canalem ad ripas usque ascendat.*

Exitus enim hic Euphratis ad Pallacopam olim obstructus fuit à quodam Babyloniorum (Regum) *præfecto; non sine immenso labore* (licet non difficulter aperiatur) *quod terra illa, cum sit limosa, aquam non facile avertat: adeo ut super XM Assyriorum, in hoc opere, tres menses consumpserint.*

Alexander itaque ut benefaceret Assyriis, quâ in Pallacopam divertitur Euphrates, illic ejus exitum firmiter obstruere instituit: progresso autem ad stadia triginta occurrit terra petrosa, & quasi intercisa: quæ (τὸ ξυναφὲς σχῆμα) *si clauderetur, ob terræ firmitatem, aquam per veterem Pallacopæ alveum nequaquam transmissura esset; neque tamen diversio aquæ, statis anni temporibus esset difficilis. Alexander per Pallacopam vectus, per lacus navigavit usque in Arabum regionem; rursumq; per paludes navigans, & Babylonē habēs à sinistrâ, dū ipse esset triremis suæ gubernator: ventus oborius est, qui pileū & diadema ei alligatū abripuit: Diadema adhæsit arundini cuidā, ex iis quæ Sepulcris Veterum Regum adnatæ erant.* Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων

τοῦς

τὺς τάφυς ἐν ταῖς λίμναις φασὶν εἶναι τὺς πολλὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι ᾠκοδομημένους, *Multa Assyriorum Regum Sepulcra in iis paludibus extructa esse*, temerè & fortuitò contigit, per infaustum illud diluvium, quod induxit Cyrus: cui nullum unquam repertum est remedium. Alexandrum mors præripuit: neque multò post, ipsa a) *Babylon in solitudinem redit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à Nicatore.* Euphrates itaque b) *primum Syros, tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus; verum ingens modo & navigabilis, inde tenuis rivus, despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit, (ut alii amnes) sed deficit.*

a) Plin. l. 6. c. 26.

b) Mel. l. 3. c. 8.

Pergit *Berosus*, apud Josephum c. Apion. p. 1045.

Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον.

Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον.

Cyrus autem, Babylone captâ, exteriora ejus mœnia dirui jussit; quod videret cives ad res novas admodum mobiles, urbem autem captu difficilem. Inde Borsippum castra movit, Nabonnedum obsessurus.

Cum vero Nabonnedus obsidionem non sustineret, sed prius seipsum traderet, Cyrus cum humaniter accepit, & pro habitaculo Carmaniam concedens, illum emisit ex Babylonia. Nabonnedus igitur reliquum vitæ tempus in ea regione transegit.

Cyrus autem consilium de diruendis mœnibus mutasse videtur. Id à Dario primùm fuisse factum testatur Herodotus. c) Δαρεῖος δὲ ἐπείτε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο μὲν σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέσπασε. Τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα, ἐποίησε τουτέων οὐδέτερον, *Darius, Babylone capta, ejus muros undequaque diruit, & omnes portas amolitus est. Cyrus enim qui Babylonem prius ceperat, neutrum eorum*

c) Herod. l. 3. c. ult.

fecerat. Nisi putemus, Cyrum *exteriora mœnia*, Darium etiam interiora diruisse.

Ad hunc modum *Nabonnadius*, qui in Babyloniorum Regum canone *Assyriorum Medorumque* postremus censetur, anno regni XVII, anno Nabon. CCX, cessit *Cyro*, *Persarum* primo; qui jam tandem, Babylone potitus, inter illius Urbis Reges numerari cœpit.

Judæorum Reditus.

ABsque Canone Babylonico Primus Cyri annus nobis non magis notus esset, quàm Veteribus; quorum Chronologia Sacra (utpote fundamentum habens initium Cyri) tota est deportationis Judaicæ προχρονισμῷ viciata. Illi enim Judæos anno primo Olympiadis LV rediisse putârunt.

Cyrus autem anno primo Regni Babylonici, anno Nabon. 210, anno 3 Olympiadis LX, an. Per. Jul. 4176, Judæis (annum septuagesimum Babylone exulantibus; cùm jam expletæ essent Hebdomadæ X, à Jeremiâ; VII, à Daniele prædictæ) Reditum in patriam Edicto concessit. Regressi autem sunt *Zorobabele* duce, *Jesue* pontifice; & Altari extructo, oblatum est juge Sacrificium.

Esdr. c. 1.

c. 3. Primus hic Cyri annus non solum solutæ Captivitatis, sed etiam totius vetustioris Chronologiæ basis est; & res Ebraicas cum extraneis connectit.

c. 3. v. 8. *Anno secundo adventus Judæorum*, anno Nabon. 211, jacta sunt TEMPLI SECUNDI fundamenta: opus autem adversariorum calumniis impeditum est usque ad a) *annum secundum Darii*, Hydaspis Filii, an. Nabon. 228. Dedicatum est Templum b) *anno Darii sexto*, an. Nabon. 232.

a) Haggai 1. 5.

b) Esdr. 6. 15.

Imperium Persicum.

Xenl. 8. p. 228. CYRUS, compositis Babylone rebus, in patriam profectus est; & *Cyaxaris* avunculi, Medo-Persarum Regis filiam unicam & hæredem in matrimonium duxit, acceptâ dotis nomine *Regni Medo-Persici* hæreditate. Neque multò post diem suum obiit Cyaxares socer; & Cyrus anno regni Babylonici tertio, anno Nabon-

bon. 212. in avitum orientis regnum, jure uxorio, successit; quod a) *ab India usque ad Arabiam* extendebatur; & in *provincias* 127 divisum erat. a) Esther. 1.

His gradibus b) *Deus Cœli dederat Cyro omnia Regna terræ*; c) Τὰ πάντα τῆς Ἠπείρου· *omnem Asiam* ab India usque ad Ægæum mare. Ille autem (posthabitis vetustis *Assyriorum, Medorum, Lydorum, Babyloniorumque* nominibus) *Persarum Regis* titulum sibi induit, posterisque tradidit: apud Græcos tamen obtinuit *Medorum* nomen. b) Esdr. 1. 2. c) Herod. l. 1. p. 177.

d) *Cyrus Tertius* quidem Rex erat *Persarum*, sive Perso-Medorum. *Primus enim Medus* Darius; Secundus, *Cyaxares*. Veruntamen Cyrus natione Persa, & imperio late acquisito illustris, *Persarum Rex Primus* vulgò existimatur. d) Æschyl. in Persis, v. 713.

Quemadmodum Canon Ptolemaicus, à Babylonico Cyri initio ad ejus mortem, numerat annos IX: ita ultimus Cyri annus Xenophonti *Septimus* dicitur, ab hâc epochâ Persicâ dinumeratus. e) *Μάλα δὴ πρεσβύτης ὢν ὁ Κῦρος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς.* *Cyrus, valde senex, in Persiam venit, anno Septimo regni sui*: mox, somnio admonitus, *diem obiit*; anno scilicet ætatis suæ LXX; anno imperii Medici (sive Assyriaci) XXX; Lydici, XIX; Babylonici, IX; Persici, VII; Anno Nabon. CCXIX, qui fuit an. 4 Olympiadis LXII. & Per. Jul. 4185; quo ei successit *Cambyses*. e) Xenoph. ib. p. 233.

De morte Cyri non convenit inter autores. Xenophon *εὐθανασίαν* in patriâ narrat. Certè, ex Alexandri magni parentatione, manifestum est Cyrum Pasargadis conditum fuisse. Ctesias illum bello contra Derbicas sauciatum, rebus ad voluntatem dispositis, tertio die mortem obiisse refert. Herodotus (quem sequuti sunt Trogus, Valerius Maximus, alii) tradit Cyrum bello contra *Massagetas occisum* esse, cœsique *caput à Tomyri regina* contumeliosè habitum. Diodorus autem illum f) *à Scytharum Regina prælio captum, crucique affixum*. Hæc autem Græcorum commenta esse videntur. Polyænus Τόμυριν, sive Τάμυριν, *Sacarum Regem* fuisse perhibet: & Xenophon, & Ctesias, *Sacas* Cyro contra Lydos jam dudum auxiliares fuisse scribunt. Neque omittendum est, quod, ex Onesicrito, refert Lucianus: Cyrum, centesimum ætatis annum agentem, quum amicos desideraret à Cambyse filio sublatos, Excerpta, p. 639. Herod. l. 1. c. 214. f) Diod. Sic. l. 2. p 90. In Macrob. p. 637.

præ-

præ mœrore vitam finivisse. Ab his omnibus longissimè abit Joannes Malela Antiochenus MS. qui ex Pythagorâ quodam Samio, Cyrum in pugnâ navali à Samiis interfectum fuisse prodidit.

Neque mirum est tantas esse Græcorum ἀντιλογίας. Illi enim Persarum res vetustiores non satis perspectas habuerunt; sed variis incertisque rumoribus edocti, scripserunt. Herodotus profitetur
a)L. 1. c. 95. a) *se de Cyri rebus, ex Persarum relatione, scripsisse;* ἐπιστάμενος περὶ Κύρου καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι, *non ignarus*
b) Ib. c. 214. *triplicem aliam esse de Cyro narrandi viam.* Et b) *de Cyri morte,* πολλῶν λόγων λεγομένων, *cum varii sint rumores*, quisque eum, qui *sibi* ὁ πιθανώτατος *maximè verisimilis videtur*, commemorat.

Amasis Rex.

BABYLONE captâ, Cyrus omnem Syriam, usque ad mare Phœniceum, & Ægyptum, ditioni suæ adjecit. Xenophon ad-
c) Xenoph. l. 8 p. 233. dit, c) *Illum subegisse omnes Gentes extra Syriam* μέχρις Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, *usque ad mare Erythræum* (quo nomine, etiam sinus Persicus continetur) Μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ εἰς Αἴγυπτον στρατεία λέγεται γενέσθαι, καὶ καταστρέψασθαι Αἴγυπτον, *Posteà expeditio fertur*
p. 2. c. *in Ægyptum suscepta, qua Ægyptum subegerit.* Et in præfatione operis, Καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων, καὶ Αἰγυπτίων ἐπῆρξε, *Descendens ad Mare Cyprios & Ægyptios in potestatem suam redegit.* Veruntamen dubitare liceat: Herodotus, neque in rebus Cyri, neque in Amasidis, *Ægyptum* captam agnoscit: hunc autem *Cyprum* cepisse refert.

Amasis quidem, ut anteà, ita post Cyri tempora regnabat in
d) Herod. l. 2. c. 172. Ægypto: Regnum adeptus, d) *initio Ægyptiis non magni fuit; cum plebejus fuisset: ille autem eos solerter ad se perduxit. Expelvi aurea Numinis simulacrum fecit, & in publico posuit; quod cùm venerarentur Ægyptii, illos convocatos edocuit; simulacrum illud ex pelvi factum esse, in qua Ægyptii priùs pedes abluere,* ἐνεμεῖν, καὶ ἐνουρέειν, *evomere, & immingere solebant: sibi perinde,*
Herod. l. 2. c. 175. *cum jam Rex esset, honorem deberi. Hic templum Minervæ in Sai; & Vulcani, in Memphi ornavit; Isidis etiam ædificavit. Sub*
e) supr. p. 420. *hoc, Ægyptus maximè floruit; in qua urbes* e) *tunc habitatæ sunt* 20000.

Hic

Hic legem tulit, unumquemque Ægyptiorum quotannis apud Nomarcham demonstrare, unde vivat: qui id non fecerit, aut qui justam vitæ rationem non demonstraverit, hunc morte mulctandum. Solon Atheniensis hanc legem, ex Ægypto sumptam; Atheniensibus promulgavit; quâ illi semper usi sunt, cumLex sit inculpata; de quâ, mox.

Amasis φιλέλλην, *Græcorum amicus erat; iisque Naucratim in emporium concessit. Et quidem antiquitus sola Naucratis erat emporium, neque aliud in Ægypto ullum. Quod si quis in aliud Nili ostium applicuisset, oportebat eum dejerare se invitum venisse, datoque jurejurando eadem navi ad Canobicum navigare; sin per ventos contrarios id non posset, onera circùm Delta cymbis ferenda erant, donec Naucratim perventum esset. Adeò in honore fuit Naucratis.* Herod. Ibid. c. 178. c. 179.

De hujus autem Emporii tempore non consentiunt auctores. Eusebius, ad an. 4 Olymp. VI; a) *Mare obtinent Milesii; construxeruntque urbem in Ægypto Naucratim.* b) Athenæus Naucratites, ex *Polycharmo Naucratite* refert, *Herostratum Naucratitem* κτ̀ τ̀ τρίτλω πρὸς ταῖς εἴκοσιν Ὀλυμπιάδα, *Olymp. XXIII, Veneris Paphiæ imagunculam Naucratim attulisse & consecrasse.* Strabo autem urbem longè recentiorem facit. c) *Milesii* ait, *in nomum Saiticum navigantes, cum Inarum navali prælio superassent, Naucratim urbem condiderunt, non multò supra Schediam.* Inarus (sub Artaxerxe Longimano) victus & in crucem actus est, circà finem Olymp. LXXX. Stephanus (ex Strabone) *Naucratim*, ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων, *à Milesiis, tunc Mare obtinentibus*, conditam dicit; tempus non ponit.

a) Chron. n. 1264.
b) Lib. 15. p. 675. f.
c) Lib. 17. p. 801. d.
In Ναύκρ.

Porrò d) *Amasis primus mortalium Cyprum cepit, tributariamque fecit.* e) *Adversus Arabas bellum gerens; Deorum Ægyptiorum simulacra exercitum à tergo sequi jussit; quo milites alacriùs pugnarent; arbitrantes, se & Deos habere spectatores; & nefarium esse, illos hostibus prodere.*

d) Herod. l. 2. c. 182.
e) Polyæn. l. 7. c. 13.

f) *Amasis* autem, *quum regnasset an. 44. (per quos nihil expertus est calamitatis) mortuus est*, anno 3 Olymp. LXIII; anno Nabon. 222. Diodorus illi attribuit annos 55.

f) Herod. l. 3. c. 14.

Vidimus quibus modis (post recessum Ægyptiorum) Regna in Oriente pullarint plurima: quæ demum in Monarchiam redacta sunt omnia. Utriusque status Synopsin accipe. Dein revertamur ad Græcos.

Sec.	Æra Tēp	*Reges Judæ.*	Æra Nabō	*BABYLONIORUM* Ἀσσυρίων καὶ Μήδων.	Sum. Coll.	*Assyriorum.*
XVII.	264		4	NABONASSAR, 14	14	SALMANASSER.
	267	EZECHIAS, *cum patre.*	8	8.		
	272	6. Samaria *capta.*	12	12.		
			15	NADIUS, 2	16	SENACHERIB.
	277	11. *Solus.*	17	CHINZIRUS & PORUS, 5	21	
	280	XIV. Senacherib *Syriã infestat.*	20			
			22	JUGÆUS, 5	26	
	287	21.	27	MARDOK-EMPADUS, 12	38	
		(*Legati à Rege Babylonis.*)	30			
	295	MANASSES, *an.* 55	35	9.		
	299	5.	39	ARKIANUS, 5	43	ASARHADDON (incerti initii.)
	304	10.	44	*Interregnum* I. 2	45	
	306	12.	46	BELIBUS, 3	48	
	309	15.	49	APRANADIUS, 6	54	
	315	21.	55	REGEBELUS, 1	55	
	316	22.	56	MESESSI-MORDACUS, 4	59	
	320	26.	60	*Interregnum* II. 8	67	
	328	34. *Colonia Samariã deducta. Rex ductus Babyl. revertitur.*	68	ASSAR-ADINUS, 13	80	*Babylone potitus Azotum capit.*
	341		81	SAOSDUCHINUS, 20	100	
	349	AMON, *an.* 2.	89	9.		
	350	JOSIAS, *an.* 31.	90	10.		
	352		92	12.		
	361	12.	101	CHYNILADANUS, 22	122	
	362	XIII. Jeremias *Prophet.*	102	2.		
XVIII.	364		104			
	367	18. *Reparatio Templi.*	107	7.		
	374	25.	114	14.		*REGES Medo-Persarum.*
	380	31. JEHOJAKIM.	120	20.		
	383	IV.	123	NABO-POL-ASSARUS, 21	143	1. DARIUS MEDUS (circa hæc tēpora.)
	387	8. *Servit* Nabochodonosoro, *an.* 3.	127	5.		
	389	10.	129	7. *Tyrus obsessa.*		
	390	XI. JECHONIAS *deportatur.*	130	VIII.		
	391	ZEDECHIAS.	131	9.		

Sec.	Æra Temp.	Reges Judæ.	Æra Nab.	BABYLONIORUM Ἀσσυρίων κ' Μήδων.	Num Coll.	Assyriorum.
VI.	398	8. *Rebellat.* (*sessa.*	138	16.		
	399	IX. *Hierosolyma ob-*	139	17.		
	400	X. *Fervet obsidio.*	140	XVIII.		
	401	X. *Urbs capta; & Templum excisum.*	141	XIX.		
				Tyrus excisa.		
	Captiv.		144	I. NABO-COL-ASSARUS, 43	186	(*Cyrus natus.*)
	10		150	7.		
			154	11.		
	21	*Angelus Danieli apparet.*	161	18.		*Susa expugnata.*
	30		170	27.		II. CYAXARES.
	40		180	37.		
			187	I. ILVARODAMUS, 2	188	
			189	I. NERICASSOLASSAR, 4	192	
	50		190	2.		
			193	I. NABONADIUS, 17	209	
	60		200	8.		
XIX.	64		204	12. (Περσῶν.)		
	LXX	*Judæorum Reditus.*	210	I. CYRUS, 9	218	
			212	3.		III. CYRUS, *an.* 7.
			219	I. CAMBYSES, 8	226	

Medorum.	*Lydorum.*	*Ægypti.*	Per. Jul.	Æra Attic	*Olymp.*	*Græcæ.*
	MELES, 12		3970	840	IX.	2. *Amphia à Lacedæmoniis capta.*
		Ad Soû legatos misit Hosea.	3974	844	X.	
			3978	848	XI.	3. CLIDICUS, 10
	CANDAULES, 17 Heraclidarū ultimus		3982	852	XII.	
		Taracus *cōtra Senacheribum.*	3986	856	XIII.	
			3990	860	XIV.	I. HIPPOMENES, 10
			3994	864	XV.	*Ithome excisa. Bello finit.*
	GYGES, 38 Mermnadarum primus.		3998	868	XVI.	3. LEOCRATES, 10
			4002	872	XVII.	
			4006	876	XVIII.	I. APSANDER, 10
DEJOCES, *an.* 53 Rex primus.		Δωδεκαρχία.	4010	880	XIX.	
			4014	884	XX.	
			4018	888	XXI.	3. ERIXIAS, 10
			4022	892	XXII.	

Medorum.	Lydorum.	Ægypti.	Per. Jul.	Æra Attic	Olymp.	Græca.
22. Regnum extēdit.			4026	896	XXIII.	4. Messenis defe…
ad Halym fl.		PSAMMITICHUS	4030	899	XXIV.	1. CREON, Annug…
		an. 54.	4034	904	XXV.	2. Esra 11 annu…
	ARDYS. 49		4038	908	XXVI.	
			4042	912	XXVII.	
		Azotum obsidet	4046	915	XXVIII.	1. Belli Messeniaci II.
		an. 29.	4050	920	XXIX.	2. Zancle, Messene…
PHRAORTES II, 22			4054	924	XXX.	2. Phigalia excis…
10.			4058	928	XXXI.	
1'.			4062	932	XXXII.	
Persas subegit.			4066	936	XXXIII	Terpander.
16.			4070	940	XXXIV.	2:
			4074	944	XXXV.	
CYAXARES III, 40 7. a Scythis victus.	SADYATTES, 12	NECHO, an. 16	4078	948	XXXVI.	Cylonium piacul…
10.			4082	952	XXXVII.	
4.			4086	956	XXXVIII.	
			4090	960	XXXIX.	2 DRACO Legislat…
16.	ALYATTES, 57		4094	964	XL.	
7.			4098	968	XLI.	
		PSAMMIS, an. 6	4102	972	XLII.	
18.			4106	976	XLIII.	
25.			4110	980	XLIV.	2.
26.			4114	984	XLV.	
27.			4118	988	XLVI.	1 Epimenides Athenas lu…
28.			4122	992	XLVII.	3. SOLON Legislat…
Scytha expulsi 31. post an. 28.	Bellum sexennale cum Medis.	(Anni XI ἀβασι-λευσ.)	4126	996	XLVIII.	1. Thales obiit.
37.			4130	1000	XLIX.	2.
1. ASTYAGES IV, 35		APRIES, an. 25	4134	1004	L.	
7.			4138	1008	LI.	
8.			4142	1012	LII.	
17.		AMASIS, 44	4146	1016	LIII.	
27.	CROESUS, 14		4150	1020	LIV.	
34.			4154	1024	LV.	3 PISISTRATUS
1. CYRUS Rex 30			4158	1028	LVI.	4 1. Solon obiit.
			4162	1032	LVII.	
	CYRUS, 19	24.	4166	1036	LVIII.	
			4170	1040	LIX.	2.
			4174	1044	LX.	
			4178	1048	LXI.	
			4182	1052	LXII.	
		40	4186	1056		4 Obiit Pisistratus.

Cylonium piaculum.

POſtquam Athenis majeſtas Regia, primùm imminuta, dein ſublata eſſet; urbs illa inteſtinis diſcordiis & crebris ſeditionibus laborabat.

Circa initium hujus Seculi, affectabat Regnum a) *Cylon* a) Thucyd. *Atbenienſis; qui ludis Olympiacis vicerat* δίαυλον, Olympiade xxxv: l. 1. p.81. *hic veteri nobilitate opibuſq; florens, filiam Theagenis, qui tunc Megaris regnabat, uxorem duxit. Sciſcitanti huic Delphis oraculum reſpondit Deus; ut* ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίςῃ ἑορτῇ, *maximo Jovis feſto, Athenarum arcem occuparet. Acceptis itaque à Theagene copiis, & amicis perſuaſis, ille* (b) προσποιησάμενος ἑταιρηίην τῶν ἡλικιωτέων, *ſimulato juvenum coætaneorum ſodalitio) ubi Olympia in Peloponneſo celebrata advenerunt, Acropolin occupavit, ut ſibi tyrannidem pararet. Cæterùm Athenienſes, Maximum Jovis Mileichii feſtum,* Διάσια, *Jovialia, extra urbem celebrant; ubi totius populi conventu, plerique non victimis, ſed libamentis faciunt: ille autem oraculum rectè intellexiſſe ſibi viſus, opus aggreſſus eſt. Re perſpectâ, Athenienſes ex agris univerſos in auxilium vocabant, poſitiſque caſtris, obſidebant eos: ſed cum protraheretur tempus, plerique Athenienſium diuturnâ obſidione attriti diſceſſerunt, cuſtodiâ & imperatoriâ rei gerendæ, prout illis optimum viſum fuerit, poteſtate* τοῖς ἐννέα ἄρχουσι, *IX Archontibus commiſſâ. Eo enim tempore IX Archontes maximè Rempublicam adminiſtrabant* (c) qui Herodoto ſunt οἱ πρυτάνιες τῶν Ναυκράρων) *Qui autem cum Cylone obſidebantur, cibi & aquæ inopiâ premebantur: Cylon quidem cum fratre aufugit: cum verò nonnulli fame necarentur, cæteri ad aram, quæ eſt in Arce, ſupplices ſederunt. Illi quibus obſidionis cura commiſſa fuerat, cum in Templo ipſos morientes viderent, ſurgere juſſerunt nihil mali paſſuros: abductos autem interfecerunt; nonnullos etiam ad aras Eumenidum ſedentes interemerunt. Hinc illi eorumque poſteri vocati ſunt* ἐναγεῖς, καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ, *impiati, & ob ſcelus in Deam commiſſum vitandi. Illos igitur, piaculo obnoxios, Athenienſes in exilium pepulerunt.*

b) Herod. l. 5. c.71.

c) Herod. ib.

Hujus ſceleris auctor præcipuus fuit *Megacles*, ex Alcmæonidis, qui genus à Neſtore ducebant. Heraclidis enim in Peloponne-

sum redeuntibus, a) *Alcmæon, Silli filius, Thrasimedis nepos*, cum reliquâ Nestoris progenie, *è Messeniâ pulsus, Athenas venit; à quo Alcmæonidarum genus inclaruit.*

a) Pausan. l. 2. p. 117.

Jam verò: b) *Megacles ille Archon conjurationis Cyloniæ consortes, Minervæ supplices, ad causam dicendā descendere compulit. Illi κρόκην κλωστὴν filum, Deæ simulacro annexum, manu tenentes, in descensu Eumenidum aris appropinquârunt; quum stamine supplicatorio suâ sponte rupto, Megacles & qui cum eo Archontes erant, quasi Dea supplices rejecisset, trucidarunt eos, tàm qui extra erant, quàm qui ad aras confugerant: soli evaserunt qui ad uxores ipsorum supplices manus tetenderunt. Inde illi, ἐναγεῖς dicti, detestabiles habebantur.* Inde c) Οἱ μὲν Ἀλκμαιωνίδαι εἶχον αἰτίην τοῦ φόνου τούτου, *Alcmæonidæ hujus cædis reatum ferebant*; ac licet illi jam damnati, & in exilium missi essent; nihilominus d) τὸ Κυλώνειον ἄγος ἐκ πολλοῦ διετάραττε τὴν πόλιν, *Cylonium piaculum Urbem diutissimè perturbavit.* Nam non tantùm hoc seculo Cyloniis, qui supererant, perpetuæ cum posteris Megaclis fuerunt discordiæ; sed etiam seculo proximo, *Clisthenes*, hujus Megaclis pronepos, e) *cum 700 Atheniensium familiis, quasi piaculo contaminatis, expulsus est*: f) *& defunctorum ossa extra fines ejecta sunt. Redierunt tamen postea; & eorum genus in Urbe fuit*, initio belli Peloponnesiaci, Olympiade 87; tunc iterùm g) *Lacedæmonii piaculum hoc exterminari jusserunt; quia sciebant Periclem, Xantippi filium, per genus maternum*, προσεχόμενον αὐτῷ, id est, ἔνοχον τῷ ἄγει, *obstrictum huic piaculo.*

b) Plutar. Solon. p. 84.
c) Herod. l. 5. c. 71.
d) Plutarch. p. 84.
e) Herod. ib. c. 66.
f) Thucyd. l. 1 p. 83.
g) Ibid.

Propter tam diuturnum hujus sceleris reatum, benigne capiendi sunt Grammatici. Scholiastes Thucydidis. h) τὰ κατὰ Κύλωνα ἐπράχθη σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης. Pugna Marathonia contigit Olymp. 72, & intelligenda videntur *Clisthenis* tempora, quem ejecit Lacedæmoniorum Rex Cleomenes. Suidas, de Cylone, Αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Περικλέα Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν, *Illum interemerunt Athenienses, qui Periclis majores fuerunt*, ex materno genere. Neque satis rectè Chronologi recentiores Piaculum hoc ad Olymp. 45 referunt; tempus illud tàm non supplicium cædem, quàm Urbis expiationem respicit. Certè Cylon, i) *victor Olymp. XXXV*, non ita multò post, cum *juvenibus coætaneis*, Regnum aggressus est.

h) P. 82. n. 17
i) Eufeb. Gr. p. 217.

Dra-

Draco Legislator.

QUandoquidem neque tumultus Cylonius bene ſedatus; neque Democratia Athenienſis ullis dum legibus aſtricta eſſet; nihil mirum ſi turbæ, tàm deReligione, quàm de Republicâ, crebrò ſubortæ fuerint. Neceſſe igitur viſum eſt, viro alicui juſto ac prudenti ſummam rerum & poteſtatem Legiſlativam tradere.

a) *Draco Athenienſis vir bonus, multâque eſſe prudentiâ exiſtimatus eſt; juris divini & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienſes uterentur, primus omnium tulit.* Draconis magiſtratus in Olympiadem XXXIX confertur à Tatiano; quem ſequuti ſunt Clemens b) Alexandrinus, & c) Euſebius: Suidas etiam, *Olympiade triceſimâ nonâ, Draco jam ſenex Athenienſibus leges tulit.* d) *Neque eſt ulla apud Græcos tabula Publica his legibus antiquior.*

a) Au. Gell. l.XI.c. 18.
b) Strom. l. 1.
c) Chron. n. 1593.
d) Joſeph. con. Apion. p. 1033.

Verùm id munus Draconi non ſatis feliciter ceſſit. Illius enim Leges non diu in honore fuerunt, e) διὰ τ̀ χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τ̀ ἐπιτιμίων, *propter aſperitatem & pœnarum atrocitatem. Ipſe cauſam interrogatus, cur delicta pene omnia capitis ſupplicio perſecutus eſſet?* reſpondit, τὰ μὲν μικρὰ ἀδικήματα θανάτου ἄξια νομίζειν, *ſe exiſtimare, exigua peccata morte digna;* τοῖς δὲ μεγάλοις οὐκ ἔχειν μείζονα. *ſed pro magnis ſe non habere majus ſupplicium.* Putabat ſcilicet, Peccata fuiſſe æqualia: turpi nil turpius; aut honeſto honeſtius. Quæ poſtea erat Stoicorum doctrina; f) *quibus placuit,* ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, *peccata eſſe æqualia. Ut enim nec vero quidquam verius, nec falſo magis falſum eſt; ſic neque fraus fraude, nec peccatum peccato* majus eſt. *Nam & qui à Canobo centum ſtadiis abeſt, & qui uno, uterq; æquè Canobi non eſt; ſic etiam* ὁ πλεῖον καὶ ὁ ἔλαττον ἁμαρτάνων ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ κατορθοῦν, *qui magis minuſve peccat, æquè uterque non rectè facit.* Ita diſſeruit Zeno Citticus, Stoicorum princeps; g) qui diem obiit Olymp. 129. Sed ad rem. h) A *Dracone peccatis fere omnibus unum ſupplicium, capitale ſcilicet, conſtitutum eſt. Adeò ut, & qui otii damnarentur, & qui olus aut poma ſurriperent, morte multarentur, non ſecus ac ſacrilegi atque homicidæ. Hinc Demades poſteà ſcitè dixit; Draconem leges ſanguine, non atramento, ſcripſiſſe.*

e) Plutar. Solon. p. 87. e Ibid.
f) D. Laert. Zeno p. 192. f.
g) Euſeb. Chron.
h) Plutar. Solon. ibid.

Hero-

a) Sup. p. 633. Herodotus dixit, hanc τῆς Ἀργίας Legem, a) *de otiosis morte mulctandis, ex Ægypto à Solone advectam esse;* & ex illo, b) Diodorus.

b) Lib. 1.

Cæterùm *Solon* leges Athenienlibus promulgavit, antequam in Ægypto regnaret *Amasis*: neque Solon, sed *Draco* statuit mortem esse ocii pœnam: quamvis neque de pœna istâ satis convenit. Τῆς δὲ ἀργίας ἐπὶ μὲν Δράκοντος ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρεῖς τις ἁλῴη, ἠτιμοῦτο, *Juxtà Draconem, ocii pœna erat infamia: juxtà Solonem, tertiò reus ocii infamis erat.*

c) Pollux l. 8. c. 6. p. 386. lin. 34.

d) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Νικίου) *dicit Draconem legem scripsisse:* Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, *Ociosi nomen deferre cuivis liceat.* Solon itaque non legis autor fuit; sed e) τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ ἔταξεν ἐπισκοπεῖν ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν, *Areopagitis negotium dedit, ut viderent, unde quisque viveret, & in ociosos animadverterent.* f) *Sed & Theophrastus tradidit; non Solonem, sed Pisistratum,* τὸν τῆς ἀργίας νόμον *legem de Ociosis tulisse; quâ & agrum cultiorem, & urbem infrequentiorem redderet.*

d) D. Laert. Solon.

e) Plut. Sol. p. 92. c.

f) Ib. p. 96. d.

Lex etiam *de Furtis* immutata est. g) *Draco, in illis Legibus, Furem cujusmodicunque furti supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraque nimis severè censuit sanxitque. Ejus igitur Leges, quoniam videbantur impendiò acerbiores, non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu oblitterata sunt. Posteà Legibus aliis mitioribus à Solone compositis usi sunt. Is suâ lege in fures, non (ut Draco antea) mortis, sed dupli pœnâ vindicandum existimavit.* In Dupli autem pœnâ erant conditiones quædam (aut in hâc lege expressæ, aut postea adjectæ) quæ non sunt hujus loci.

g) Au. Gell. l. XI. c. 18.

h) *Draco (post Hyettum, qui primus de Adulterio pœnam sumpsit) de Adulteris quoque pœnas sumi posse promulgavit.*

h) Pausan. l. 9. p. 598.

i) *Draco* Ἐφέτας *constituit* ἀριστίνδην αἱρεθέντας *ex Optimatibus lectos, numero LI; qui de rebus capitalibus judicarent, in V tribunalibus. Solon autem illis antepoſuit senatum Areopagiticum. Pene autem in ridiculo habitum est Ephetarum tribunal. Dicti autem videntur, quià priùs Rege cædis fortuitæ reos judicante, Draco Ephetis tribunal concessit,* ἐφέσιμον ἀπὸ τοῦ Βασιλέως, *translatitium à Rege annuo.*

i) Pollux. l. 8. c. 10. p. 407.

Apud Athenienses δικαστήρια, *fora*, sive *tribunalia*, erant varia: k) Pausanias decem enumerat, quæ non sunt hujus ætatis omnia.

k) In Attic. p. 58.

omnia. Quinque vetustiora, in quibus *Ephetæ* περὶ φονικῶν πραγμάτων judicabant, à Polluce designantur. a) I. Ἄρειος πάγος, in quo *cædes voluntariæ*, ἐκ προνοίας, judicabantur. II. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, *Tribunal juxtà Palladium*, in quo jus dicebatur περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων, *de cædibus fortuitis*. III. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, *ab Ægeo institutum, in quo Theseus primus judicatus est, cædem Latronum & Pallantidarum expians; quos quidem occidisse fassus est, sed merito.* IV. Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, *in quo, de ignotis homicidis agebatur;* & περὶ τῶν ἀψύχων τῶν ἐμπεσόντων, καὶ ἀποκτεινάντων, *de rebus inanimatis, quarum casu cædes facta sit.* b) Draco enim ἐνομοθέτησε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἔμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον, *etiam inanimata finibus ejecit, si quid forte eorum corruens hominem peremisset.* Præerant huic judicio, ὁ Βασιλεὺς, & c) οἱ Φυλοβασιλεῖς· *Hos inanimatum incidens ejicere oportebat.* V. Τὸ ἐν Φρεαττοῖ, *in quo jus dicebatur de homicidis, qui cædis imprudentis damnati, exulabant, & alterius cædis voluntariæ postulabantur. Erat hoc tribunal ad mare: reus ex navigio, neque retinaculo, neque anchorâ terram attingente, causam perorabat.* Φρεαττὺς locus erat in Piræeo. d) Harpocratio quatuor tantum Ephetarum tribunalia recenset. Οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ᾽ αἵματι κρίσεις ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ ἐπὶ Πρυτανείῳ, καὶ ἐπὶ Δελφινίῳ, καὶ ἐν Φρεαττοῖ, Ἐφέται ἐκαλοῦντο, *Ephetæ vocantur, qui de sanguine judicant in Palladio, in Prytanæo, in Delphinio, & in Phreatty.* e) Aristoteli (omisso de inanimatis judicio) recensentur quatuor ista φονικοῦ εἴδη, *capitalium causarum genera:* περί τε τῶν ἐκ προνοίας. καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων· καὶ ὅσα μὲν ὁμολογεῖται, ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ τοῦ δικαίου· τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται. οἷον Ἀθήνησι λέγεται τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον, 1 *& quæ de industria;* 2 *& quæ inconsultò patrantur;* 3 *& quæ conceduntur quidem, sed jure facta defenduntur; quartò quæ iis qui de cæde exulant in reditu objiciuntur.* Quale Athenis dicitur forum quod in *Phreatty.*

f) *Draconis leges* θεσμοὶ *Sanctiones vocabantur:* ex IX Archontibus annuis, VI Θεσμοθέται dicti sunt; g) *qui jurabant* συμφυλάξειν τοὺς νόμους, καὶ μὴ δωροδοκήσειν, *observare leges, & munera non accipere:* καὶ κοινῇ μὲν ἔχουσιν ἐξουσίαν θανάτου: *& mortis potestatem communiter habent.* Alia eorum munia apud Pollu-

a) Pollux. l. 8. c. 10. p. 405.

b) Pausan. Eliac. II. p. 364.

c) Pollux. l. 8. c. 10. p. 405.

d) In Ἐφέται.

e) Politic. l. 4. c. 16.

f) Ælian. Var. l. 8 c. 10.

g) Poll. l. 8. c. 9.

a) Sup. p. 633. Herodotus dixit, hanc τῆς Ἀργίας Legem, a) *de otiosis morte*
b) Lib. 1. *mulctandis, ex Ægypto à Solone advectam esse*; & ex illo, b) Diodorus. Cæterùm *Solon* leges Atheniensibus promulgavit, antequam in Ægypto regnaret *Amasis*: neque Solon, sed *Draco* statuit mortem esse ocii pœnam: quamvis neque de pœna istâ satis con-
c) Pollux l. 8. c. 6. p. 386. lin. 34. venit. Τῆς δὲ ἀργίας ἐπὶ μὲν Δράκοντος ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρίς τις ἁλοίη, ἠτιμοῦτο, *Juxtà Draconem, ocii pœna erat infamia: juxtà Solonem, tertiò reus ocii infamis erat.*
d) D. Laërt. Solon. d) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Νικίου) *dicit Draconem legem scripsisse*: Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, *Ociosi nomen*
e) Plut. Sol. p. 92. c. *deferre cuivis liceat.* Solon itaque non legis autor fuit; sed e) τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν ὅθεν Ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν, *Areopagitis negotium dedit, ut*
f) Ib. p 96. d. *viderent, unde quisque viveret, & in ociosos animadverterent.* f) *Sed & Theophrastus tradidit; non Solonem, sed Pisistratum,* τὸν τῆς ἀργίας νόμον *legem de Ociosis tulisse; quâ & agrum cultiorem, & urbem infrequentiorem redderet.*

g) Au. Gell. l. XI. c. 18. Lex etiam *de Furtis* immutata est. g) *Draco, in illis Legibus, Furem cujusmodicunque furti supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraque nimis severè censuit sanxitque. Ejus igitur Leges, quoniam videbantur impendiò acerbiores, non decreto jussoque, sed tacito illiterato que Atheniensium consensu oblitteratæ sunt. Posteà Legibus aliis mitioribus à Solone compositis usi sunt. Is suâ lege in fures, non (ut Draco antea) mortis, sed dupli pœnâ vindicandum existimavit.* In Dupli autem pœnâ erant conditiones quædam (aut in hâc lege expressæ, aut postea adjectæ) quæ non sunt hujus loci.

h) Pausan. l. 9. p. 598. h) *Draco (post Hyettum, qui primus de Adulterio pœnam sumpsit) de Adulteris quoque pœnas sumi posse promulgavit.*

i) Pollux. l. 8. c. 10. p. 407. i) *Draco* Ἐφέτας *constituit* ἀριστίνδην αἱρεθέντας *ex Optimatibus lectos, numero LI; qui de rebus capitalibus judicarent, in V tribunalibus. Solon autem illis antepesuit senatum Areopagiticum. Pene autem in ridiculo habitum est Ephetarum tribunal. Dicti autem videntur, quià priùs Rege cædis fortuitæ reos judicante, Draco Ephetis tribunal concessit,* ἐφέσιμον ἀπὸ τοῦ Βασιλέως, *translatitium à Rege* annuo.

Apud Athenienses δικαστήρια, *fora*, sive *tribunalia*, erant
k) In Attic. p. 52. varia: k) Pausanias decem enumerat, quæ non sunt hujus ætatis omnia,

omnia. Quinque vetustiora, in quibus *Ephetæ* περὶ φονικῶν πραγμάτων judicabant, à Polluce designantur. a) I. Ἄρειος πάγος, in quo *cædes voluntariæ*, ἐκ προνοίας, judicabantur. II. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, *Tribunal juxtà Palladium*, in quo jus dicebatur περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων, *de cædibus fortuitis*. III. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, *ab Ægeo institutum, in quo Theseus primus judicatus est, cædem Latronum & Pallantidarum expians; quos quidem occidisse fassus est, sed merito*. IV. Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, *in quo, de ignotis homicidis agebatur*; & περὶ τῶν ἀψύχων τῶν ἐμπεσόντων, καὶ ἀποκτεινάντων, *de rebus inanimatis, quarum casu cædes facta sit*. b) Draco enim ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἐμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον, *etiam inanimata finibus ejecit, si quid forte eorum corruens hominem peremisset*. Præerant huic judicio, ὁ Βασιλεὺς, & c) οἱ Φυλοβασιλεῖς· *Hos inanimatum incidens ejicere oportebat*. V. Τὸ ἐν Φρεατοῖ, *in quo jus dicebatur de homicidis, qui cædis imprudentis damnati, exulabant, & alterius cædis voluntariæ postulabantur. Erat hoc tribunal ad mare: reus ex navigio, neque retinaculo, neque anchorâ terram attingente, causam perorabat*. Φρεατὺς locus erat in Piræeo. d) Harpocratio quatuor tantum Ephetarum tribunalia recenset. Οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵματι κρίσεις ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ ἐπὶ Πρυτανείῳ, καὶ ἐπὶ Δελφινίῳ, καὶ ἐν Φρεατοῖ, Ἐφέται ἐκαλοῦντο, *Ephetæ vocantur, qui de sanguine judicant in Palladio, in Prytanæo, in Delphinio, & in Phreatty*. e) Aristoteli (omisso de inanimatis judicio) recensentur quatuor ista φονικοῦ εἴδη, *capitalium causarum genera*: περί τε τῶν ἐκ προνοίας. καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων· καὶ ὅσα μὲν ὁμολογεῖται, ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ τοῦ δικαίου· τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται. οἷον Ἀθήνησι λέγεται τὸ ἐν Φρεατοῖ δικαστήριον, 1 *& quæ de industria*; 2 *& quæ inconsultò patrantur*; 3 *& quæ conceduntur quidem, sed jure facta defenduntur; quartò quæ iis qui de cæde exulant in reditu objiciuntur. Quale Athenis dicitur forum quod in Phreatty*.

a) Pollux. l. 8. c. 10. p. 405.

b) Pausan. Eliac. II p. 364.

c) Pollux. l. 8. c. 10. p. 405.

d) In Ἐφέται.

e) Politic. l. 4. c. 16.

f) *Draconis leges* θεσμοὶ *Sanctiones vocabantur*: ex IX Archontibus annuis, VI Θεσμοθέται dicti sunt; g) *qui jurabant* συμφυλάξειν τοὺς νόμους, καὶ μὴ δωροδοκήσειν, *observare leges, & munera non accipere*: καὶ κοινῇ μὲν ἔχουσιν ἐξουσίαν θανάτου, *& mortis potestatem communiter habent*. Alia eorum munia apud Pollu-

f) Ælian. Var. l. 8. c. 10.

g) Poll. l. 8. c. 9.

cem legas. Jusjurandum autem illud à Solone fuit institutum. a) *Senatus communiter jurarunt, se Solonis leges stabilituros; & singuli Thesmothetæ, si quam violassent legem, ipsos statuam paris sibi ponderis auream Delphis dicaturos.*

a) Plut. Sol. p. 92. b.

Epimenides.

b) Ib. p. 84. b.

RECruduere demum turbæ civiles: *καὶ τῶν* Κυλωνείων *οἱ περιγενόμενοι πάλιν ἦσαν ἰσχυροὶ, καὶ στασιάζοντες ἀεὶ διετέλουν πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ* Μεγακλέους, *Et Cyloniorum qui supererant, denuò potentes erant; & cum posteris* Megaclis *discordias perpetuas exercebant. Quo autem tempore seditio maximè flagrabat, & populus in partes decesserat; Solon, qui jam aliquo in honore erat, intercessit cum* Atheniensium *optimatibus; & rogando monendoque induxit eos, qui vocantur* ἐναγεῖς; *ut causam dicerent, & judicium subirent.* Τριακοσίων ἀριστινδὴν δικαζόντων, *CCC viri ex Optimatibus judicabant:* (Is adhuc erat Senatus Atheniensis numerus: Solon mox CCCC; Clisthenes D instituit) *Postulabat Myron Phlyensis. Illi autem damnati sunt; qui in vivis, acti sunt in exilium; defunctorum cadavera effossa, & extra fines projecta sunt. Inter hos motus, ingruerunt Megarenses; & Nisæa, Salamisque iterùm amissæ sunt.*

c) Plut. Sol. p. 84. b.

d) D. Laert. in Epimen.

Sed neque sic civitas religione soluta est. c) *Ex superstitione terrores quidam & visiones civitati oblatæ sunt: vates extis portendi piacula quædam, pollutionesque expiandas denunciarunt.* Præterea, d) *Atheniensibus eo tempore pestilentiâ laborantibus, Pythia jussit, Urbem lustrari. Itaque, Niceâ Nicerati filio cum nave in Cretam misso, acciverunt Epimenidem; qui cum venisset Olympiad XLVI, Urbem lustravit; & pestilentiam avertit, hoc modo: Ove nigras & albas in Areopagum duxit: illinc eas, quò vellent, ire permi sit; eis qui sequebantur præcipiens, ut ubi quæque recubuisset, ibi ma ctaretur τῷ προσήκοντι Θεῷ, Deo cui conveniret,* sive *Loci propri Atque pestilentiam ita desiisse ferunt. Unde etiam nunc* (ait Laërt us) *κατὰ τοὺς δήμους τῶν* Ἀθηναίων, *Aræ, nullo inscripto nomine, i veniuntur, memoriam ejusdem placationis ferentes.* e) Βωμὸν ἀγνώστῳ Θεῷ, *Aram Ignoto Deo inscriptam* agnoscit Apostolus. rat etiam f) *in Olympiâ* Ἀγνώστων Θεῶν βωμός. *Quidam Pe lentiæ causam τὸ Cylonium ἄγος dixisse ajunt σημαίνοντα* τ ἀπ

e) Act. 17. 23.

f) Pausan. l. 5. p. 314.

ἀπαλλαγὴν, *portendens interitum: ideoque duos juvenes, Cratinum & Ctesibium, mortem obiisse; & sic Calamitatem finem habuisse.* Athenienses, a) *Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ;* Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας. Quod quidem *vitiosum. Virtutes enim, non Vitia, consecrare decet.* a) Cicer. de Leg. l. 2. p. 336 Ibid.

b) *Athenienses talentum Epimenidi decreverunt; & navem, quâ veheretur in Cretam:* c) *ille autem discessit, nihil accipiens præter surculum ex olea sacra.* b) Laert. c) Plut. Solon.

Epimenides *Clinia Cretensi* (apud d) Platonem) ἀνὴρ θεῖος, *Vir divinus* dicitur. e) *Cretenses ei, tanquam Deo, sacrificaverunt.* Nam f) γνωστικώτατος *divinandi peritissimus;* & θεοφιλέστατος, *Diis amicissimus* habitus est. Apulejus illum, g) *inclutum fatiloquum & poëtam* vocat. Neque alius est is, qui h) Apostolo (ex Cretensium sententiâ) ἴδιος αὐτῶν προφήτης, *proprius ipsorum propheta* nuncupatur. *Quidam* i) *Epimenidem Phæstium septimum recensent in numero Sapientum, rejicientes Periandrum:* ἐδόκει δέ τις εἶναι θεοφιλὴς ὁ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν, *habebatur is vir Deocharus, & in rebus Sacris præcellens sapientiâ, tum fanatica, tùm mystica. Unde illius ætatis homines illum nymphæ, Baltæ nomine, filium; & Novum Cureta appellabant.* De eo k) Aristoteles: Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δὲ, *Epimenides Cres de futuris non vaticinabatur; sed de præteritis quidem, at obscuris.* Cicero l) *iis assentitur, qui duo genera Divinationis esse dixerunt: unum quod particeps est artis; alterum, quod arte careret. Est enim ars in iis, qui novas res conjectura persequuntur, veteres observatione didicerint: carent autem arte ii, qui non ratione aut conjecturâ observatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura præsentiunt. Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per Furorem; ut Bacis Bœotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythræa.* Sanè illum singulari quâdam res Futuras intelligendi vi præditum fuisse exempla docent. d) De Leg. l. 1. p. 78. c. e) D. Laert. p. 30. f) Ib p. 29. g) Florid. l. 2. h) Ad Titum c. 1. v. 12. i) Plut. Sol. p. 84. d. k) Rhetor. l. 3. c. 7. p. 466. l) Divinat. l. 1. p. 261.

m) *Fertur hic, cum Munychiam vidisset* (ad quam Themistocles archon *Piræum* navale fecit: adhuc enim Athenienses *Phalero* portu utebantur) *diuque considerasset, ad astantes dixisse.* m) Plut. Sol. p. 84. c.

Homo ad futura quàm cæcutit ? Athenienses suis ipsorum dentibus hunc locum percesuri essent, si praviderent, quantùm is civitatem fatigaturus fuerit. Dictum est hoc Olympiade 46. Macedonum præsidium in Munychiâ ab Antipatro impositum est an. 2 Olymp. 114. a) ταῦτα ἔλεγε τοσούτοις πρότερον χρόνοις, *Tot ante temporibus hæc prædicebat.*

Diod.Sic.l.18.
a)Diog.Laert. Vita.

b) *Cretensibus etiam prædixit cladem, quam Lacedæmonii ab Arcadibus acceperunt ad Orchomenum.* c) *Leonte* (Eurycratis f. Anaxandri n.) & *Hegesicle* (Archidami f. Anaxidami n.) *Sparta regnantibus, Lacedæmonii à Tegeatibus prælio superati sunt.* Epimenides hanc cladem prædixisse videtur. Nam sub insequentibus d) *Sparta regibus, Anaxandride & Aristone,. Lacedæmonii iisdem bello superiores fuerunt.* Postquam scilicet *Orestis ossa, Tegea reperta, ab iisdem oraculo monitis Spartam adducta fuissent.* Ea autem e) *Olympiade LVIII Tegea inventa sunt.*

b)Ibid.
c)Herod.l.1. c. 65.
d)Ib.c. 67.
e)Solin.c.5.

Apud Platonem, f) Clinias ait Epimenidem Athenas *venisse decem annis* πρὸ τῶν Περσικῶν, *ante bellum Persicum; & Atheniensibus, classem Persicam formidantibus, dixisse, Persas decennio non venturos, & cum venerint, re infecta discessuros, plura mala perpessos, quam fecerint.* Epimenides Athenas lustrat Olymp. XLVI. Pugna Marathonia contigit an. 3 Olymp. LXXII. Transitus Xerxis an. 1 Olymp. LXXV. Sunt igitur qui de Cyri in Lydiam adventu interpretantur: verum ista Persarum impressio neque Atheniensibus terrori fuit, neque infeliciter gesta. In chronologicis, Plato non semper rem acu tetigit.

f) De Leg. l.1. p.780.

Quæ de g) *somno Epimenidis* feruntur, fidem æquè habent, ac ea quæ de h) *Aristea Proconnesii* anima; quæ quoties vellet, corpore exire, atque redire solita est.

g) Laert. in vita.
h) Herod. l. 4. c. 13.

VII Sapientes.

HOC tandem seculo philosophari cœpit Græcia, & Sapientum bene dicta admirari. Septem autem fuerunt hisce temporibus celeberrimi Virtutis magistri, ἄνθρωποι τελέως πεπαιδευμένοι; quos *Plato* hoc ordine recenset: i) *THALES Milesius, PITTACUS Mitylenæus, BIAS Prieneus, SOLON Atheniensis, CLEOBULUS Lyndius, MYSON Chenæus, &*

i)In Protagora, p.238.c.

C. II-

CHILON Lacedæmonius. Hi omnes Laconicæ breviloquentiæ studiosi fuerunt; & ex communi consensu, ῥήματα βραχέα ἀξιομνημόνευτα, verba brevia memorabilia ab unoquoque dicta, Sapientiæ primitias, Apollini Delphico dedicarunt; quæ templo inscripta ab omnibus celebrantur.

ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, *Nosce teipsum:* ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ *Nequid nimis.* Cui autem quæque sententia tribuenda sit a) non consentiunt auctores. a) Vide Cl. Alex. Strom. I. p. 300.

Græci VII (ait b) Cicero) *fuisse dicuntur uno tempore, qui Sapientes & haberentur & vocarentur. Hi omnes, præter Milesium Thalem, civitatibus suis præfuerunt.* c) *Solon quidem* Atheniensi-*bus; Pittacus vero Mitylenæis* ὀνομοθέτης *leges tulerunt.* d) *Chilon Ephorus erat* Lacedæmone, *Olymp.* 56. Sunt qui *Periandrum* inter VII. numerant, loco e) *Mysonis*; διὰ τ ἀδοξίαν αὐτοῦ, *propter obscuritatem ejus.* f) *Erat Myso Maliensis, in pago degens, cui Chenæ nomen; in agro ut plurimum versabatur hominibus ferè ignotus.* Malienses ad Oetam montem positi erant. g) Κῶμαι δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τοῦ ὄρους ὠκοῦντο αἱ Χῆναι, *Chenæ vicus in monte Oeta.* Mysonis & *Anacharsidis* (qui ut & *Epimenides, Pherecydes,* alii, in Sapientum numerum, non autem septenarium, conscripti sunt) meminit Maximus Tyrius. *E Scythiâ in Græciam venit Barbarus quidam (quales ibi sunt) Sapientiam professus non verbosam aut loquacem; sed cujus finis erat accurata vitæ ratio, mens sana, sermo brevis, sed acutus; non peltatis illis similis, qui in exercitu sine ordine discurrunt, sed militi cataphracto, qui lentè & cum curâ incedit. Hic cum venisset Athenas, tales nullos invenit; non tales, multos; quorum discursus & tumultus Anacharsis nullo modo probare poterat. Quare totam Græciam lustrare statuit, sicubi videret stabilem fixamque Sapientiam: an alibi id potuerit invenire, nescio. Invenit autem in Chenis, parvo & ignobili oppidulo, virum bonum, cui nomen erat Myson. Hic nihil aliud noverat quàm familiam rectè administrare, terram peritè colere, cum uxore castè vivere, liberos liberaliter educare. Suffecit hoc Scythæ, nec Sapientiam verbosam sibi quærendam putavit, cum invenisset Opera; in quorum contemplatione aliquandiu defixus hæsit: cumque jam satis perspexisset singula, Myson illi dixit: Hæc sunt, mi Anacharsi, quorum causâ (nescio quàm verè) homines nos Sapientes vocant: quod si his Sapientis no-*

b) Orat. l. 3. p. 191.
c) Clem. ibid.
d) D. Laert.
e) Id. in Myson.
f) Diod. Sic. excerpt. Vales. p. 235.
g) Pausan. l. 10. p. 655.
Initio Differt. XV.

nomen merear, non video quid non sapiens dici debeat. Anacharsis utrumque in homine Græco valde miratus est, & abundantiam operum, & paucitatem verborum.

Ut Epimenides, ita etiam ex VII viris illis quidam ob Divinandi peritiam celebrantur. *Thales*, philosophorum Græcorum vetustissimus (qui a) *Solis defectionem prædixit*; & exercitum Crœsi b) Halyn sine ponte trajecit) c) *Se suo functum vili & contempto quodam agri Milesii loco tumulari jussit; prædicens locum istum fore aliquando Milesiorum Forum.* Mortuus est an. 1 Olymp. 58, an. ætatis suæ 92.

a) supr. p. 603.
b) Herod. l. 1. p. 75.
c) Plutar. Solon p. 81. f.

Chilon Lacedæmonius dixit d) προνοιαν περὶ τοῦ μέλλοντος, λογισμῷ καταληπτὸν εἶναι ἀνδρὸς ἀρετὴν, *Providentiam rerum futurarum, ratiocinatione comprehensibilem, esse viri virtutem.* e) *Ipse apud Græcos celebratur maxime ob prædictionem de Cytheris, insula Laconicâ. Ejus enim naturam intuens, Utinam, inquit, non extitisset, aut postquam extitit, absorpta esset. Et bene prævidit Nam* f) *Damaratus, Lacedæmoniorum exul, Xerxi consilium dedit, ut eam insulam navibus occuparet: & capta fuisset Græcia, si Xerxes ei credidisset. Postea etiam, bello Peloponnesiaco, cum Nicias, redactâ in potestatem insulâ, Atheniensium præsidium in eâ collocasset, Lacedæmonios multis incommodis affecit.*

d) Diog. Laert. Chil.
e) Ibid.
f) Vid. Herod. l. 7. c. 235.

Hic etiam Pisistrati, nondum nati, tyrannidem prævidit g) *Hippocrati* (illius patri) *cum privatus esset, & Olympia spectaret magnum contigit prodigium. Nam cum ipse sacra faceret, ahena quæ adstabant, carne & aquâ plena, absque igne efferbuerunt & redundarunt. Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, portentum conspicatus, Hippocrati suasit, primùm ne fœcundam uxorem duceret; deinde si jam duxisset, ut dimitteret; ac si filium genuisset, abdicaret. Sed Hippocrates, Chilonis consilio non persuasus, postea Pisistratum genuit.*

g) Herod. l. 1. c. 59.

Solon.

Plutar. Solon. p. 84.

E*TSI Athenis tumultus Cylonius jam sopitus esset, & qui eo scelere contacti essent exterminati: Urbs nihilominus seditione veteri rursus agitabatur,* ὑπὲρ τῆς πολιτείας, *de administratione Reipublicæ.* Ὅσας ἡ χώρα διαφορὰς εἶχε, τοσαῦτα μέρη τῆς πόλεως διαστάσι

Ib. p. 85.

Quot erant Regionis discrimina, in tot partes distracta est seditiosa Civitas. Ἦν γὰρ τὸ μὲν τῶν Διακρίων γένος δημοκρατικώτατον, *Nam qui ex Diacriorum genere erant, regimini Populari quàm maximè favebant :* Ὀλιγαρχικώτατον δὲ τὸ τῶν Πεδιέων, *Qui autem ex Pedieorum erant, favebant Paucorum regimini:* τρίτοι δ' οἱ Πάραλοι, *Tertii Parali, medium quendam & mistum Reipublicæ tenorem eligentes, cæteris impedimento erant, & ne dominarentur, utrosque impediebant.* Ibid. p. 85.

De Atticâ à Pandione II in a) quatuor partes divisâ; in unum Prytanæum b) à Theseo redactâ; & de c) *Megaride*, à Peloponnesiis occupatâ disseruimus. Deinceps tres tantum fuerunt Atticæ partes; Quot jam (temporibus Solonis) erant Athenis Factionum nomina; scilicet Διακρίων, Παράλων, Πεδιέων. Hos Herodotus τοὺς ἐκ τοῦ πεδίου; Aristoteles, Πεδιακοὺς; d) Suidas, Πεδιαςοὺς vocat. Sunt autē pars mediterranea, ab Urbe versùs Cithæronem montem, Ægeo olim attributa, quæ nec Euripum, nec mare attingit. e) *Diacrii* Herodoto dicuntur *Hyperacrii*, id est, qui ὑπὲρ ἀκρῶν, *ultrà* Sunium, Atticæ *promontorium*, erant. Laërtius, de f) Solone, Τῆς στάσεως γενομένης, οὔτε μετὰ τῶν ἐξ ἄστεως, οὔτε μετὰ τῶν Πεδιέων, ἀλλ' οὔτε μετὰ Παραλίων ἐτάχθη, *Seditione ortâ, neque cum Urbicis, neque cum Pedieis, neque cum Paraliis stetit.* Quasi soli *Diacrii* essent οἱ ἐξ ἄστεως. Perperàm quidem; cum factiones omnes essent urbanæ. Ulpianus (in Midianam Demosthenis) omissis *Pedieis*, duas tantum factiones memorat. Ὁ μὲν Μεγακλῆς τῆς μιᾶς στάσεως· ὁ δὲ Ἱπποκράτης, ὁ Πεισιστράτου πατὴρ, τῆς ἑτέρας ἦν στρατηγὸς, *Megacles unius factionis* (Paraliorum;) *Hippocrates, Pisistrati pater, alterius* (Diacriorum, sive τῶν Παρακρίων) *dux erat.*

a) Sup. p. 289.
b) p. 297.
c) p. 454.
d) Politic. l. 5. c. 5.
e) Suid. in Παραλ.
f) P. 41. e.

Athenis jam quidem obtinebat Democratia: verùm tanta erat *pauperum inæqualitas cum divitibus, ut urbs prorsùs in lubrico versaretur. Plebs enim tota ære alieno à divitibus oppressa, aut illis arabant, sextantem fructuum pensitantes* (unde ἑκτημόριοι καὶ θῆτες, *Sextantuli & capite censi vocabantur*) *aut nexu corporis versuram facientes, creditoribus addicti, partim ibi serviebant, partim peregrinis venundabantur: multi etiam liberos suos vendere (neque enim lex vetabat) aut urbem deserere, propter fæneratorum crudelitatem, compellebantur. Coierunt itaque civium pars maxima & validis-* Plut. Sol. p. 85.

lidissima, statueruntque rebus praeficere virum unum fidelem; qui sublevaret τοὺς ὑπερημέρους, eos qui judicatum non fecissent ad diem; qui Agros divideret; qui Rempub. in totum temperaret.

Plut. ib. *Solon, ut locuples, divitibus pergratus fuit; pauperibus, ut probus. Ille igitur*, anno proximo *post Philombrotum, electus est Archon*, anno tertio Olymp. XLVI, ὁμοῦ καὶ διαλλακτὴς καὶ νομοθέτης, *simul etiam controversiarum Arbiter & Legislator.*

Ib. p 86. d. *In illius actis hoc primum fuit.* Ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν· *Pecuniam mutuam ne danto sub nexu corporis*, in servitu-

a) Sup. p. 481. tem adducendi. Hanc legem a) Bocchoris pridem Ægyptiis dederat.

Altera pars hujus legis, quae Σεισάχθεια blandè dicta est, id

Plutar. ib. est, *Oneris excussio*, jussit τὰ ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ἀνεῖσθαι: *aes alienum, quod erat, remitti*, & novas tabulas fieri. *Dicunt* autem, οὐκ ἀποκοπῇ χρεῶν, ἀλλὰ τόκων μετριότητι, *non aeris alieni remissione, sed usurarum moderatione, pauperes allevatos esse:* Eadem lege & *Mensurarum modum auxit, & Monetae pretium.* Quippe *Minam fecit C drachmarum, quae antea erat LXXV* ΟΕ (non ΟΓ LXXIII, ut in editis) Itaque Talentum constabat LX novis minis, LXXX ve-

b) Ibid. teribus, id est, sex millibus drachmarum. b) *Hoc modo cum oberati redderent summam numero quidem aequalem, sed valore minorem, ipsi multum lucri faciebant, at creditores nihil laedebantur.* Accipiebant à debitoribus drachmas eodem quidem numero, qui in syngraphâ ferebatur, eademque puritate atque aestimatione; sed non eodem pondere.

Ibid. Lex eadem, τῆς ὑποκειμένης γῆς ὅρους ἀνεῖλε, *terrae anteà oppignoratae indices sustulit.* Agri & domicilia, quae aere alieno obstricta, & Danistis oppignorata essent, à creditoribus ὅροις signa-

c) Harpocrat. Ὅρος, p. 219. ri solebant. c) Ὅρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἐπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις καὶ χωρίοις γράμματα, δηλοῦντα ὅτι ὑπόκειν(?) δανειστῇ, *Ita vocabant Attici tabellas aedibus & praedis affixas,*

d) Jul. Poll. l. 3. c. 9. *indicantes ea creditori oppignorata esse.* d) Ὅρους ἐφεστάναι χωρίων. λίθος δ' ἦν, ἢ στήλη τις, δηλοῦσα ὡς ἔστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον, *Titulos aut tabellas agris apponere: erat autem lapis aut columna quae-*

e) Etymolog. M. ὅρος. *dam, indicans locum esse creditori obligatum.* e) Ὅρος ἐπὶ σανίδιον, &c. *est tabella aedibus apposita*, &c.

Solon

Solon autem a) γλῶ ὃ κινεῖν *agros movere* noluit; contra pauperum expectationem, qui γῆς ἀναδασμὸν legem Agrariam spe devorarunt, & (exemplo Lycurgi) æquales undequaque fortunas: Mox autem deliniti, *Athenienses sacrificium, quod* σεισάχθειαν *nuncuparunt, publicè fecerunt.* a) Plut. Sol. p. 87. a.

Solonis Respublica.

SOLONEM etiam constituerunt b) τῆς πολιτείας διορθωτὴν ἢ νομοθέτην, *Reipub. Emendatorem, & Legislatorem; eique permiserunt omnia,* ἀρχὰς, ἐκκλησίας, δικαστήρια, βουλὰς, *Magistratûs, Conciones, Judicia, Curias; ut horum cujusque censum, numerum, & tempus definiret; ut instituta præsentia pro arbitrio vel abrogaret, vel confirmaret.* b) Ib. p. 87. e.

Theseus olim c) *quo civitatem magis amplificaret*, ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, *invitavit omnes, pari jure proposito. Non tamen permisit, ut Respubl. popularis ab indiscretâ colluvie affluente in condita & confusa evaderet: Sed primus* seorsum discrevit Εὐπατρίδας, καὶ Γεωμόρους, καὶ Δημιουργοὺς, *Patricios, Agricolas, Artifices. Patriciis quidem concessit jus Sacrorum, & Magistratuum*, id est, *Legum, & Sacrorum interpretes esse. De cætero cives quasi adæquavit: quòd Patricii dignitate, Agricolæ utilitate, Artifices numero præcellere viderentur. Homerus in catalogo navium, solum* Ἀθηναίων δῆμον *vocans, testari videtur, Theseum (ut ait Aristoteles) in Plebem propensum fuisse, & Monarchiam deposuisse.* c) Plutar. Theseo, p. 11. c. (Sup. p. 298)

Solon deinde, cum statueret penes Divites Magistratûs omnes, ut erant antea, relinquere; sed reliqua Reipub. munia promiscua facere, quorum Plebs adhuc exsors erat; Censum civium egit. Primæ classis eos fecit, quorum facultates aridorum simul & liquidorum fructuum mensuras quingentas redderent; eosque vocavit Πεντακοσιομεδίμνους. *Secundæ classis, eos qui trecentas efficere valerent, & Equum alere; eosque* τὴν ἱππάδα τελοῦντας, *Equestrem ordinem vocavit. Tertiæ classis ii erant, quibus erat utriusque simul generis* d) διακοσίων *ducentarum modus; &* Ζευγῖται, *quasi opifices, dicti sunt Reliqui omnes nuncupantur* Θῆτες, id est, *capite censi: His nullum permisit magistratum: Reip. participes erant tantummodo τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν, suffragium ferendo in Concione, & calculum in* Plut. Sol. p. 87. f. (d) ita Pollux l. 8. c. 10.)

Nnnn *Judi-*

non licebat: sed ὁ μὲν Βασιλεὺς *Rex quidem sedebat ad Bucoleum, quod erat prope Prytaneum:* ὁ δὲ Πολέμαρχος, *in Lycæo:* καὶ ὁ Ἄρχων, παρὰ τὰς Ἐπωνύμους, *Archon sedebat juxta Eponymorum statuas:* οἱ Θεσμοθέται, ad *Thesmothesium.* Κύριοι τε ἦσαν, ὥστε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι, *Erantq; Judices supremi, à quorum sententiis non erat provocatio.* Concessis autem Populo Judiciis, paulatim imminuta est illorum auctoritas.

a) *Solon, Lege octavâ Axonis XIII*, sanxit, ἀτίμους, *eos qui infamiâ notati fuerant, ante se Archontem, integræ famæ restitui,* πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν Βασιλέων, ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, *præter eos, qui vel ab Areopagitis, vel ab Ephetis, vel à Regibus* (annuis in Bucoleo) *ad Prytaneum damnati cædis, aut latrocinii, aut affectati regni, in exilium iverant.* Ex istâ exceptione liquet, Draconem (*Ephetis* constitutis) neque *Areopagetarum*, neque *IX Archontum* imperia abrogasse: judicia reddiderunt utrique, quamdiu & Draconis & Solonis legibus stetit Respublica: Draco *Ephetas*; Solon *Areopagitas* supremum fecit concilium, non tamen absque provocatione ad Populum. a) Plutar. Solon. p. 88.f.

Solon b) τὴν ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν, *Supremum Senatum, omnium arbitrum, legumque custodem constituit.* Areopagitæ olim de cœde tantùm jus dicebant: post Solonis νομοθεσίαν, omnia, quæ essent alicujus momenti, ex Areopagitici Senatûs auctoritate fiebant: Medicum c) *bellum gestum est consilio Senatûs ejus, qui à Solone erat constitutus.* b) Ibid. e. c) Cic. de Offic. l. 1. p. 361.

d) *Ille insuper, cùm videret Populum ex remissione æris alieni inflatum ferocientemque, alterum conscripsit Senatum; ex singulis Tribubus, quæ erant* adhuc tantùm *quatuor, eligens viros centenos,* id est, viros CD. *Hos* προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου, *jussit decreta facere ante Comitia populi:* καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς Ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι, *& ut Populus nullâ de re rogaretur, nisi ex Senatusconsulto.* Præscribebant *Prytanes*, de quâ re suffragia ferenda essent. Οἱ Πρυτάνεις προγράφουσι περὶ τῆς βουλῆς, καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν, Tàm *ante Senatum*, quàm *ante Concionem, de quibus deliberandum esset, præscribunt.* Ἔοικε δὲ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον οὐ καταλῦσαι, τήν τε βουλὴν καὶ d) Plut. ib. d. Pollux. l. 8. c. 9. §. 7. Arist. Polit. l. 2. c. ult.

καὶ τ τῶν Ἀρχῶν αἵρεσιν· τ δὲ Δῆμον καταςῆσαι, τὰ δικαςήρια ποιήσας ἐκ πάντων, Solon autem ea, quæ ante fuerunt, non sustulisse videtur, Senatum scilicet, & Magistratuum electionem: sed Populum confirmasse, judicandi potestate omnibus concessâ.

Iste *Quadringentorum* Senatus annuus, non jam primitus institui, sed numero tantùm amplificari videtur. Obtinebat priùs ἡ τῶν Τριακοσίων βουλὴ; ex quibus οἱ Πρυτάνεις τῶν Ναυκράρων, summæ quotannis præerant Reipublicæ. Ipse Solon non ita pri-
a) Plut. Solon. p. 84. b. dem a) *Megaclis posteris persuasit judicium subire*, Τριακοσίων ἀριστίνδην δικαζόντων, *CCC viris judicantibus ex Optimatibus*, non ex plebe; quod neque Solonis lege concessum, qui τοῖς Θησὶ οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, *Capite censis nullum magistratum gerere permi-*
b) Herod. l. 5. c. 71. *sit.* Aliquanto ante, b) *Cylonem obsidebant* οἱ Πρυτάνεις τῶν Ναυκράρων: illi autem c) Thucydidi sunt οἱ ἐννέα Ἄρχοντες. *Tunc*
c) Thucyd. l. 1. p. 81. *enim IX Archontes maximè administrabant Rempublicam.* Ali-
Herod. ibid. c. 72. quantò post, *Cleomenes, ejecto Clisthene*, τὴν βουλὴν (D) καταλύειν ἐπειρᾶτο· τριηκοσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω στασιώτῃσι τὰς ἀρχὰς ἐνεχείριζε, *Senatum* (τ Πεντακοσίων, à Clisthene nuper institutum) *dissolvere conabatur; & Magistratûs mandare CCC, qui erant ex factione Isagoræ.*

d) Schol. Aristoph. Νεφ. ex Demetr. Phaler. p. 11 rec. *Solon* d) *Demarchos constituit*; e) Δήμαρχοι οἱ κατὰ δήμους ἄρχοντες, ἐκαλοῦντο τέως Ναύκραροι sive Ναυκάριοι (non ναύκληροι) ὅτε καὶ οἱ δῆμοι ναυκαρίαι. Ναυκαρία δ᾽ ἦν τέως Φυλῆς
e) Pollux. l. 8. 9. 5. 3c. δυοκαιδέκατον μέρος· καὶ δώδεκα Ναυκάριοι ἦσαν, τέσσαρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην, *Demarchi, qui Demis* (id est, pagis) *præsunt, aliquandiu dicti sunt Naucrari; unde & Demi, Naucariæ. Erat autem Naucaria aliquando duodecima pars Tribûs; erantque XII Naucarii; quatuor in unâquaque Tritty.* Δῆμος, sive Ναυκαρία, erat quarta pars τριττύος: Τριττὺς tertia pars Tribûs: ita in unâquaque Tritty erant Naucarii IV, in unâquaque Tribu, XII; in
Pollux. ibid. IV Tribubus, Ναυκάριοι XLVIII. Erant illi ex Optimatibus: τὰς δ᾽ εἰσφορὰς, τὰς κατὰ Δήμους, διεχείριζον οὗτοι, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. *Hi tributa, κατὰ δήμους collata, administrabant & sumptûs qui ex iisdem fiebant. Quælibet Naucaria exhibebat* δύο ἱππέας καὶ ναῦν μίαν, *duos Equites, & unam Navem; à qua sumptum est nomen.* Pollux spectat posteriora hæc tempora, quæ (post exutam potestatem Regiam) præcesserunt Solonis magistratum

E

Ex Solonis instituto, *Equites* in Secundam Census classem adscripti sunt: *Navium* autem ædificatio ad Primam, vel potius ad CD virorum Concilium, pertinere videtur; cùm munus illud ad τὴν τῶν Πεντακοσίων βουλὴν sit derivatum: quod ex Demosthene (in Androtianâ, & ex Ulpiano ad eandem) liquidò constat. Data est itaque rei Nauticæ opera, ante Themistoclis consilium, a) *Veteres quidem Atheniensium Reges, cum à mari abstrahere cives, & agriculturæ eos assuefacere vellent, fabulam de Minervâ edidisse dicuntur; ut Neptuno de regione Attica litem agente illa olivam judicibus ostendens, causam obtinuerit.* Adhuc b) *Athenienses Phalero navali utebantur; inde Theseus in Cretam, Menestheus ad Trojam solvisse traduntur*: tandem c) *Themistocles Archon Piræeum* ἐπίνειον *fecit.*

a) Plutar. in Themistocl. p. 121. c.
b) Pausan. Attic initio.
c) Ibid.

Qualis esset ἡ τῶν Ναυκράρων πρυτανεία; qualis ἡ τῶν Τετρακοσίων: quibus modis ex IV Tribubus ductæ; aut quibus vicibus summæ rerum præfectæ, non docent Grammatici. De πρυτανεία τῶν Πεντακοσίων, quæ aucto à Clisthene Tribuum numero, inducta est, ad Seculum proximum inquiremus.

Menses Attici.

SOLON d) *jussit Athenienses* τὰς ἡμέρας κατὰ Σελήνην ἄγειν, *ut Dies secundum Lunam putarent*: & e) *Primus* τὴν τριακάδα *vocavit* ἕνην καὶ νέαν. Plutarchus rem explicat: f) *Solon, animadversâ Mensis inæqualitate, & cursum Lunæ neque orienti Soli, neque occidenti prorsus respondere; sed Solem sæpe eodem die illam & consequi & prætergredi; hunc ipsum Diem jussit* ἕνην καὶ νέαν *appellari,* id est, *Veterem Novamque: existimans illam diei partem, quæ præcedit coitum, Mensi exeunti, partem alteram ineunti tribuendam esse. Et quidem primus videtur Homerum rectè intellexisse canentem.* Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο.

d) Diog. Laërt. p. 15.
e) ibid.
i) Plut. Sol. p. 92. c.

Diem autem insequentem Νουμηνίαν *vocavit: dies cæteros à Vicesimo, usque ad Tricesimum, non augendo, sed detrahendo & retexendo numeravit* (id est, ordine retrogrado nominavit) *prout lumina Lunaria paulatim minui videntur.* Mensis Atticus erat plenus, & τριακονθήμερος, *dierum XXX*; & in δεκάδας dividebatur;

prima δεκὰς dicebatur μὴν ἱστάμενος, secunda μὴν μεσῶν, tertia μὴν φθίνων.

Dierum itaque appellatio erat hujusmodi.

I. πρώτη		XI. πρώτη		XXI. δεκάτη	
II. δευτέρα		XII. δευτέρα		XXII. ἐνάτη	
III. τρίτη		XIII. τρίτη		XXIII. ὀγδόη	
IV. τετάρτη		XIV. τετάρτη		XXIV. ἑβδόμη	
V. πέμπτη	ἱσταμένου	XV. πέμπτη	μεσοῦντος.	XXV. ἕκτη	φθίνοντος.
VI. ἕκτη		XVI. ἕκτη		XXVI. πέμπτη	
VII. ἑβδόμη		XVII. ἑβδόμη		XXVII. τετάρτη	
VIII. ὀγδόη		XVIII. ὀγδόη		XXVIII. τρίτη	
IX. ἐνάτη		XIX. ἐνάτη		XXIX. δευτέρα.	
X. δεκάς.		XX. εἰκὰς		XXX. ἕνη καὶ νέα. τριακάς	

a) D. Laert. p. 6. d. — b) Ib. p. 14. d.

a) *Thales primus ultimum mensis diem vocavit τριακάδα*; b) *Solon primus ἕνην καὶ νέαν.*

c) Gaza, c. 5.

Menses Attici, Festorum plerumque cognomines, erant numero XII; de iis (ante annos 200) Græcè scripsit *Theodorus Gaza*, vir de renascentibus in Occidente literis optimè meritus: ille menses Vernos quidem atque Æstivos rectè ordinat, non item Autumnales & Hybernos. c) *Anni ait Attici principium erat ab æstivo solstitio; ut Romani postea ab hyberno:* Primus itaque mensis ὁ Ἑκατομβαιών, τροπικὸς ὢν θερινός, *Hecatombæon, æstivus cùm sit, & solstitialis; quo Athenienses publicas ferias agebant, & Soli splendidè sacrificabant, ut qui in solstitio esset: unde & mensi Nomen.* d) *Theseus in patriam venit octavo die* Κρονίου μηνός, ὃν νῦν Ἑκατομβαιῶνα καλοῦσι.

d) Plutarch. p. 5. d. — e) Suidas, & Harpocrat.

II. e) *Μεταγειτνιὼν δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν, Metagitnion, Atheniensium mensis Secundus; in quo Apollini Metagitnio sacrificabant.*

f) Harpocr. in Βοηδρ. — g) Plutar. p. 12. f. — h) Olynthiac. III.

III. Βοηδρομιών. Apollinem etiam Βοηδρόμιον coluerunt; & Βοηδρόμια, festum; vel quòd f) *Ion Xuthi filius (regnante Erechtheo iis ἐβοήθησε contra Eumolpum*; vel quòd g) *Theseus eo mense, factâ Apollini re divinâ, Amazones profligaverit.* Hos menses Gaza benè digessit, ex hoc Demosthenis loco h) διεληλυθότος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου Ἑκατομβαιών, Μεταγειτνιών, Βοηδρομιών. Τούτου

τοῦ

τῆ μίωὸς, μόγις μτ̃ Μυςήεια, δέκα ναῦς ἀπεςείλατε, *Hoc anno exacto*, labitur *Hecatombæon*, *Metagitnion*, *Boëdromion*. *Hoc mense, vix tandem post Mysteria, decem naves misistis. Monstrat eorum socordiam in tertium usque mensem ineuntis anni protractam.* A Gazâ jam paulisper discedendum est.

IV. Πυανεψιών. Mensis Autumnalis. Plutarchus ait, a) *Theseum* εἰς ἄςυ ἀναβλῶαι τῆ ἑβδόμη τῆ Πυανεψιῶνος μίωὸς ἱςαμβύς, *Urbem ingressum esse die septimo mensis Pyanepsionis*; & ὠχοφόρια *celebrari*, ὅτι συγκομιζομβύης ὀπώρας ἐπανῆλθεν, *quòd redierit eâ tempestate, quâ fructus Autumnales colliguntur*. Ὦσχη *palmes uvas appensas habens*. b) Eodem die celebrantur Πυανέψια, Festum ἀπὸ τ̃ πυάμων καὶ ἕψεν, *à fabis & coquere* dictum. Diversa nomina ejusdem festi, à Theseo instituti; in quo & *palmites gestabant*; & *pultem coquebant*. a) In Theseo p. 10.a. Ibid.d. b) Hesych.

V. Μαιμακτηριών, ὁ πέμπτος μίω παρ' Ἀθηναίοις, *Quintus mensis apud Athenienses: dictus* ἀπὸ Διὸς Μαιμάκτε. *Est autem* μαιμάκτης *furore percitus & turbulentus. Cùm enim Hyems hoc mense incipiat, aër turbatur atque mutatur.* Harpocratio & Suidas in Μαι.

VI. Ποσιδεών. Mensis hic πρὸ τῶν τρόπων *ante solstitium brumale*, ut c) Aristoteles de partu Thynnidis. Ποσιδώνια, festum. d) Μίω Ποσιδεών, τὸ πάλαι Ληναιών. c) Hist. Animal. l. 5. c. 9. d) Hesych. Διων.

VII. Γαμηλιών. *Hoc mense, visus est cometes*, e) περὶ τροπὰς ὄντος τῆ ἡλίε χειμερινὰς, *cum Sol circa Solstitium hybernum versaretur*. Et Theophrastus f) *secundæ arationis tempus* definit, μεθ' ἡλίε τροπὰς χειμερινὰς, τῆ Γαμηλιῶνος μηνὸς, *post solstitium hybernum, mense Gamelione*. Ante brumam Posideon; post brumam Gamelion. A nuptiis nomen: g) Γαμηλία τοῖς Φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομβύη. & ἡ εἰς τὰς Φράτορας εἰσαγωγὴ τῶν γυναικῶν, *Nuptiale munus Tribulibus datum est, cùm mulier ad Tribules induceretur*. Hæc nominis professio jus Civitatis præstabat. Civis enim non habebatur, nisi qui utrisque parentibus civibus natus esset. e) Aristot. Meteor. l. 1. c. 6. f) De Plant. l. 7. c. 1. g) Harpocrat.

VIII. Ἀνθεςηριών. h) Ὄγδοος μίω ἔτος παρ' Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσε, *Anthesterion mensis Octavus apud Athenienses Baccho sacer*. Hesychius, ἀνθεςήρια, Διονύσια. De quibus Thucydides, i) Τὸ ἐν Λίμναις Διονύσε, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῆ δωδεκάτη ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεςηριῶνι. Templum est *Bacchi*, h) Harpocrat. i) L. 2. p. 110.

chi, in Limnis dictum; *in cujus honorem Bacchanalia Vetustiora celebrantur duodecimo die mensis Anthesterionis.* Alia enim erant Atheniensium *Dionysia*, a) τὰ μὲν κατ' ἀγρὺς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος· Verni autem hujus mensis nomen b) διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε, *quod pleraque eorum, quæ ex terrâ nascuntur, tunc floreant.*

a) Hesych. Διον.
b) Harpocrat. ex Istro.

IX. Ἐλαφηβολιών. (Hinc iterum sequendus est Gaza.) Hunc mensem priori subjungit Athenæus. c) Καλῦσι δὲ τὸν Ἀνθεστηριῶνα καὶ Ἐλαφηβολιῶνα λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι, &c. Idem: d) Ἔλαφος, πλακῦς ὁ τοῖς Ἐλαφηβολίοις ἀναπλασσόμενος διὰ σταιτὸς, καὶ μέλιτος, καὶ σησάμου, *Elaphus, placenta ex adipe, melle, & sesamo; quæ in Elapheboliis pinsebatur.* Τὰ Ἐλαφηβόλια, itaque Athenis Festi nomen. Diversa videntur e) ἐλαφηβόλια *Phocensium, in Hyampoli, Dianæ celebrata.* Hunc mensem post Hyemem locat Thucydides: f) Τοῦ χειμῶνος διελθόντος ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς ἐκεχειρίαν ἐποιήσαντο. g) Ἄρχειν δὲ τὴν δὲ τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς, *Hyeme exactâ, ineunte autem sequentis æstatis Vere, statim inducias fecerunt; quæ cœperunt ab eo die, qui fuit XIV Elapheboliónis mensis.* Rursus σπονδὰς *initas esse*, ait, h) Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος, τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, *Die XXV mensis Elapheboliónis, extremâ jam Hyeme, simul sub initium Veris; statim post Dionysia*, τὰ ἐν ἄστει.

c) Deipnos. l. 8. p. 334. e.
d) Ib. l. 14. p. 646. e.
e) Plutar. Virt. Mul. p. 244. d.
f) L. 4. p. 229.
g) Ib. p. 331.
h) Ib. l. 5. p. 357

X. Μουνυχιών. Æschines, i) Ἐλαφηβολιών, ait, ἐστι Μουνυχιῶνος πρότερος, *Elaphebolion est Munychione prior.* Circa hunc mensem, ἰσημερία ἐαρινὴ, *Æquinoctium Vernum.* Aristoteles, de k) *partu piscium* agens, tres menses Vernos conjungit; *Munychionem, Thargelionem, Scirophorionem*; suo quemque ordine. l) Μουνυχιὼν, ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις, *Munichion mensis decimus apud Athenienses; in quo Dianæ Munychiæ sacra faciebant:* die XVI, m) *Tunc enim, Græcis apud Salaminam vincentibus, Luna pleno orbe apparuit.* Unde in iis sacris *placenta* ἀμφιφῶντες, *facibus circumquaque affixis*, offerebantur.

i) περὶ Παραπρεσβείας.
k) Hist. Animal. l. 5. c. 11.
l) Harpocrat. M.
m) Plutar. Glor Athen. p. 349. f.

XI. Θαργηλιών. n) *Troja capta est; vergente jam æstate, diebus XVII ante Solstitium*, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, *XXIII die mensis Thargelionis. Supererant, ad hunc annum complen-*

n) Dionys. Halic. l. 1. p. 51

plendum, dies XX post solstitium ; ab urbe captâ XXXVII. Est igitur mensis iste penultimus anni, ab Hecatombæone incipientis.* Θαργήλια δέ εἰσι παῖτες οἱ ἀπὸ γῆς καρποὶ , *fructus è terrâ nati:* inde festo nomen; in quo a) *primitias circumferebant.* Hujus mensis b) *die septimo Apollinem natum* putabant.

* Etymolog.

a) Hesych.
b) Plut. Sympos. 8. q. 1.

XII. Σκιρροφοριών. Æschines c) *Senatus consultum* refert Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος , *ut comitia haberentur* Σκιρροφοριῶνος δευτέρα ἱσταμένου , καὶ τρίτη. Et Aristoteles rursus d) *Thargelionem & Scirophorionem* conjungit. e) Σκίρα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν Σκιρροφοριών , *Scira festum apud Athenienses ; à quo mensis Scirophorion. Ajunt autem σκίρον esse umbellam cum quâ ex Acropoli , in locum quendam nomine* Σκίρον , *eunt, Minervæ sacerdos, etiam Neptuni, & Solis : eam autem gestant* Ἐτεοβουτάδαι.

c) con. Ctesiphont.
d) Hist. Animal l. 6. c. 21.
e) Harpocrat.

Atticorum Mensium seriem eodem ordine exhibuerunt pridem H. Stephanus, in Appendice Thesauri, ex veteri Lexico ; & J. Seldenus , in Apparatu ad epochas Marmoreas , ex MS. ad calcem Almagisti Ptolemæi. Neque de eâ ampliùs ambigendum.

Annus Atticus.

MEnses XII τριακονθήμεροι conficiunt Annum, dierum 360. Qualis fuit olim Ægyptiorum annus, talis etiam Græcorum, ætate Solonis. Ipse Solon, cum Crœso disserens, numerat f) *annorum* 70, *dies* 25200. Istis per 70 divisis, prodeunt 360 ; qui juxta Solonem , Annum faciunt.

f) Herod. l. 1. c. 32.

Cleobulus Lindius (Solonis familiaris, & è VII Sapiens) eandem Anni formam ænigmate expressit :

Diog. Laert. in V.

Εἷς ὁ πατὴρ , παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν , αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
Ἀθάνατοι δέ τε οὖσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.
Est genitor, proles cui sit bissena; sed horum
Cuivis triginta natæ: sed dispare formâ:
Hæ niveis tota; fuscis sed vultibus illæ:
Atque immortales quum sint, moriuntur ad unum.

 Quid

Quid multa ? Non alius erat Anni Attici modus, usque ad ætatem *Demetrii Phalerei* (qui Athenis Archon erat anno quarto Olymp. 117, cui Athenienses tot statuas posuerunt, quot Dies Annus habuit : a) *Siquidem 360 statuere ; nondum Anno hunc numerum dierum excedente.* Callippus demum Cyzicenus (Demetrio coætaneus) b) *Annum naturalem dies habere prodidit* 365, cum quadrante.

a) Plin. l. 34. c. 5. p. 606.
b) Censorin. c. 19.

Cæterùm vetus iste Anni modus neque verè *Solaris* erat, cum desiderarentur dies V cum quadrante ; neque *Lunaris*, cùm Luna minùs quàm XXX dies in mense conficiat : Nam annus Lunaris est dierum 354, non 360 ; adeo annus Solonis sex diebus major erat anno Lunari. Veruntamen Macrobius & Solinus annum Græcorum Lunarem fuisse prodiderunt ; non quòd Menses Lunæ rationibus exactè congruerent ; sed quòd Græci in observationibus suis, Lunæ potiùs quàm Solis rationem habuerint.

c) Geminus, c. 6. p. 32.

c) Τὸ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν χρησμῶν παραγγελλόμενον, τὸ θύειν κατὰ γ', ἤγουν τὰ πάτρια, μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς. *Quod à legibus, & ab Oraculis præscriptum erat ; ut secundùm Patria, vel secundùm Tria Sacrificarent*, id est, *Menses, Dies, Annos.* Τοῦτο διέλαβον ἅπαντες οἱ Ἕλληνες τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς συμφώνως ἄγειν τῷ ἡλίῳ· τὰς δὲ ἡμέρας, καὶ τοὺς μῆνας τῇ σελήνῃ, *Id Græci omnes ita acceperunt, ut Anni congruerent cum Sole ; Menses autem & Dies, cum Lunâ. Est autem* καθ' ἥλιον ἄγειν τοὺς ἐνιαυτοὺς, *circa easdem anni tempestates eadem Diis sacrificia celebrari ; utputa Vernum sacrificium semper verno tempore peragi ; æstivum, æstate : similiter & in reliquas anni tempestates incidere sacrificia. Hoc enim Diis acceptum gratumq; esse putabant. Id autem fieri non potuit, nisi Solstitia, & Æquinoctia in iisdem* Zodiaci *locis fierent. Est autem* κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας, *ut Dierum appellationes respondeant illuminationibus Lunæ.* Subjicit contrariam fuisse, apud Ægyptios, Festorum rationem ; quod d) monuimus. e) Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τοὺς μῆνας τριακονθημέρας ἦγον· τοὺς δὲ ἐμβολίμους παρ' ἐνιαυτόν, *Veterum Menses erant 30 dierum ; intercalationes autem alterno quoque anno.*

d) p. 246.
e) Gemin. p. 34. d.

f) Censorin. c. 18.

f) *Veteres in Græciâ civitates cum animadverterent, dum Sol annuo cursu orbem suum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idque sæpe alternis fieri : arbitrati sunt Lunares XII menses & dimidia-*

diatum ad Annum Naturalem convenire. Itaque annos Civiles sic statuerunt, ut interkalando facerent, alternos XII mensium, alternos XIII. Utrumque annum separatim, Vertentem; junctos ambos, annum Magnum vocantes; idque tempus τριετηρίδα appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera διετηρὶς esset. Unde mysteria, quæ Libero patri alternis fiunt annis, Trieterica à poëtis dicuntur. Neque tantùm Orgia Thebanorum, aut Dionysia ἐν Λίμναις, sed & Agon Nemeacus atque Isthmiacus anno tertio celebrabantur; id est, bis in quadriennio.

Hujusmodi erat interkalatio, temporibus Solonis. Ipse, cum Crœso disserens, a) *Annorum*, ait, 70 *sunt dies* 25200, *si mensis interkalaris non interveniat: Quod si velis alterum annum esse, quàm alterum, uno mense majorem*, ἵνα αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, *ut Tempestates eodem opportunè recurrant, per annos 70 fiunt menses interkalarii 35: ex his mensibus fiunt dies* 1050; *quibus adjectis, anni 70 habent dies* 26250. Neque Herodoti, ætate obtinuit alius interkalationis modus. b) Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, *Græci tertio quoque anno interkalarem* mensem *introducunt, Tempestatum gratiâ*; Addit, *Ægyptii autem XII Mensibus tricenorum dierum adjiciunt quotannis Dies V. In hoc illi prudentiùs agere videntur, quàm Græci.* Consuetudinem Græcam refert; Ægyptiacam laudat: non immerito; cum ista Græcorum interkalatio sit nimis vitiosa. Mensis embolimus habet dies XXX, at verò biennio Græco desunt tantùm dies X cum semisse, ad explenda Solis ratiocinia: Supersunt itaque dies XIX cum semisse. Adeo rudis erat prima Græcorum Interkalatio.

a) Herod. l. 1. c. 32.

b) Id. l. 2. c. 4.

c) *Postea, cognito errore, hoc tempus duplicarunt, & τετραετηρίδα fecerunt: sed & eam, quòd quinto quoque anno redibat, πεντετηρίδα nominabant. Qui annus* Magnus *ex quadriennio commodior visus est: ut annus Solis constaret ex diebus* 365, *& diei parte circiter quartâ, quæ unum in quadriennio diem conficeret. Quare Agon in Elide, Jovi Olympio, quinto quoque anno redeunte celebratur.*

c) Censor. [illegible]

Ὀκταετηρίς.

Censor. ibid. HOC *quoque tempus, quod ad Solis modò cursum, nec ad Lunæ, congruere videbatur, duplicatum est, & ὀκταετηρὶς facta; quæ tunc* Ἐννεαετηρὶς *vocitata, quia primus ejus annus nono quoque anno redibat. Hunc circuitum verè annum Magnum esse pleraque Græcia existimavit; quod ex annis vertentibus solidis constaret, ut propriè in anno Magno fieri par est. Nam dies sunt solidi* (2922, menses) *uno minùs centum, annique vertentes solidi octo. Ob hoc multa in Græciâ Religiones hoc intervallo temporis summâ ceremoniâ coluntur. Delphis quoque ludi, qui vocantur Pythia, post octavum annum olim conficiebantur.* Periodum hanc in usu vetustissimo fuisse docet *Minos Secundus*; a) qui Leges suas κατ' ἐννεαετηρίδα promulgavit, & Atheniensibus constituit tributum, eodem annorum curriculo solvendum. Sed & diu antea b) *Cadmus* ἀΐδιον ἐνιαυτὸν ἐθήτευσεν Ἄρει. Ἦν δὲ ὁ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη, *annum magnum Marti mercenarius fuit. Annus verò jam tum constabat annis octo.*

a) supr. p. 290. 294.

b) Apollodor. l. 3. p. 169.

Ὀκταετηρὶς primùm *Religiones* spectabat: tandem Intercalationem, annique formam. Nimirum veteres Græci (quæ fuit eorum in Astronomicis imperitia) aliquandiu existimabant, hanc Periodum fuisse cœlestium omnium motuum conversionis integræ mensuram, quando Sol & Luna in eandem diem & horam recurrebant, in quâ fuerunt antea. Sed non ita multo pòst Lunaris hujus periodi fides suspecta fuit; & ob brevitatem ejus, mendosa & fallax deprehensa est. Repererunt enim docti Neomeniam citiùs justo reduci.

c) *Obliquitatem Signiferi intellexisse Anaximander Milesius traditur Olympiade LVIII* (id est, post Solonis tempora) *Signa deinde in eo Cleostratus; & prima Arietis & Sagittarii.* Hic etiam d) *Hœdos primus inter sidera ostendit.* Ante Anaximandrum, Thales *Eclipses* prædixit; quod sine *obliquitatis Zodiaci* notitiâ intelligere non potuit: Verùm Anaximander e) *Scripsit de Naturâ, de Terræ ambitu, de Stellis fixis, de Sphærâ, & aliis:* primusque ausus est librum à se scriptum in lucem edere; f) cum anteà apud Veteres Græcos ignominiosum esset Libros conscribere.

c) Plin. l. 2. c. 8.

d) Hygin. l. 2. c. de Henioc.

e) Suidas Ἀν.

f) Themistii, Orat. XX.

a) Εὗρε δὲ γνώμονα πρῶτος — τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα. Magis explicatè Eusebius: b) οὗτος πρῶτος γνώμονας κατεσκεύασε πρὸς διάγνωσιν τροπῶν τε ἡλίου, καὶ χρόνων καὶ ὡρῶν, καὶ ἰσημερίας, *Anaximander primus stilos ad dignoscendas Solis, temporum, tempestatum, & Æquinoctii conversiones elaboravit.* a) Diog. Anax. b) Præpar. l. 10 c. ult. p. 504. a.

Accuratiore itaque Astronomiâ instructus, c) *Cleostratus Tenedius primus* Ὀκταετηρίδα *composuit* emendatiorem, quàm erat popularis. Quâ autem interkalationis dispositione ille Neomenias ad Lunares motus accommodaverit; quâ Olympiade scripserit, non constat. c) Censorin. c. 18.

d) *Postea alios aliter* hunc Cyclum tractasse ajunt; *qui Mensibus variè interkalandis, suas* ὀκταετηρίδας *protulerunt: ut fecit Harpalus, Nauteles, Mnesistratus; item alii, in queîs Dositheus, cujus maximè* ὀκταετηρὶς *Eudoxi inscribitur.* Quid autem quisque in castigatione suâ præstiterit, incertum est, neque ab auctoribus traditum. d) Censor. ib.

Horum celeberrimus Eudoxus: unde e) *hanc* ὀκταετηρίδα *vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam.* Floruit ille f) *anno tertio Olymp. LXXXIX;* vel potiùs, g) *anno 1 Olymp. XCVII:* siquidem h) *literas acceperit commendatitias ab Agesilao* πρὸς Νεκτάβιν (Is *Nectanebis*, Africano; *Sebennitarum Regum primus*) qui i) *an. 3 Olymp. CI, Persarum expeditionem in Ægyptum, sub Pharnabazo & Iphicrate Atheniensi, irritam reddidit.* e) Censor. ib. f) Euf. n 1595. g) Ib. n. 1624. h) D. Laert. in Eudox. i) Diod. Sic. l. 15. p. 478. d.

k) *Eudoxus, cum Platone, in Ægyptum profectus, à sacerdotibus didicit* τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου, *diei ac noctis particulas supra 365 dies ad anni complementum excurrentes:* ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ ἄλλα πλείω, *Tamdiu apud Græcos ignorabatur Annus: ut & alia permulta.* Intelligitur Diei pars quarta; de quâ nos, l) ad Annum Ægyptiorum. k) Strab. l. 17. p. 806. c. l) supr. p. 249.

m) *Hic cum annum & quatuor menses in Ægypto moratus esset (pube superciliisque rasis* τὴν Ὀκταετηρίδα *scripsisse fertur. Versatus est cum Ichonuphy Heliopolitano. Apis vestem ejus linxit; unde Sacerdotes prædixerunt illum* ἔνδοξον, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον *illustrem futu-* m) Diog. ib.

futurum, sed non diu victurum. Mortuus est anno ætatis 53. Erat autem hujusmodi Octaeteridis dispositio.

Gemin. p. 35. a *Octaeteris habet menses* 99, *in quibus* 3 *sunt intercalares; dies* 2922; *annos* 8. *Cum annus Solaris sit dierum* $365\frac{1}{4}$; *Lunaris, dierum* 354 *excessu est dierum* $11\frac{1}{4}$ *qui octies multiplicati, efficiunt dies* 90, *menses vero* 3: *qui in Octaeteride intercalantur, ut defectus repleatur, qui fit singulis annis à Sole. Menses isti, ut ex æquo collocentur, interkalantur anno III, & V, & VIII: neque refert, si in aliis annis fiat eorum dispositio: Lunaris annus cum sit dierum* 354, *putarunt Mensem Lunarem esse dierum* $29\frac{1}{2}$ *& bimestre tempus, dierum* 59. *Unde per vices mensem agunt Cavum, & Plenum; ut sint in anno sex pleni menses & sex cavi; colliguntur autem dies* 354.

Ibid. p. 36. *Annus Solaris est dierum* $365\frac{1}{4}$. *Octo anni Solares continent dies* 2922. *Mensis Lunaris, præcisè sumptus, est dierum* $29\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{33}$. *Quibus multiplicatis in Octaeteridis menses* 99: *fiunt dies* $2923\frac{1}{2}$. *Ita in quavis Octaeteride, à Lunâ defectus est unius diei cum dimidio & in annis* 16, *defectus est trium dierum. Quamobrem in quavis heccadecaeteride* (sive post duas Octaeteridas) *ad Lunæ cursum,* γ' ἐπάγον) ἡμέραι, *tres adjiciuntur dies; ut* Anni, *secundum Solem;* Menses *& Dies, secundum Lunam agantur.* Alias Octaeteridis emendationes Geminus diligenter explicat: ipsum adeas. Illius ætate, in usu civili locum habuisse videtur Octaeteris, quæ dies haberet $2923\frac{1}{2}$, Mensesque alternatim plenos cavosque. Aliæ Octaeteridum, aliorumve Cyclorum formæ, ab Astronomis excogitatæ, penes eruditos reservatæ, non usu civili receptæ fuisse videntur: qualis forsan *Metonis* periodus; quam recensuit *Calippus* Cyzicenus.

Ἐννεαδεκαετηρίς.

Diod. Sic. l. 12. p. 305. c. ANNO 4 *Olympiadis LXXXVI Athenis Meton, Pausaniæ filius, Astrologicâ scientiâ clarus*, periodum, *quam* Ἐννεακαιδεκαετηρίδα, *Novendecennalem vocant, promulgavit: Epocham sumens à XIII die mensis Scirophorionis.* Quod supra solis rationes Octaeteridi superest, id huic deest. De modo hujus cycli, Censorinus.

a) Cens. c. 18. a) *Præterea sunt anni Magni complures: ut Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeviginti constituit; eoque* Ἐννεαδεκαετηρὶς *ap-*

appellatur : & interkalatur septies ; in eoque anno sunt dierum sex millia & DCCCCXL ; a) μλῶας δὲ ..., σὺν τοῖς ἐμβολίμοις ἑπτὰ, *Menses verò* 235, *cum intercalaribus mensibus septem. Itaque annus sit dierum* $365\frac{5}{19}$. *Et in Mensibus* 235, *cavos posuerunt* 110, *plenos* 125 : *neque agitur alternatim cavus & plenus ; sed aliquando duo pleni continuantur. Hoc enim in apparentiis natura admittit ad Lunæ rationem* (ut duo pleni continuarentur ;) *quod in Octaeteride non inerat. Menses autem CX.Cavi fiunt ob hanc causam. Menses* 235 *finguntur omnes* τριακονθήμεροι, 30 *dierum: unde colliguntur dies* 7050 ; *qui cum superent Enneadecaeteridis dies* 6940, *diebus* 110 ; *menses* 110 *Cavi fiunt, ut in mensibus* 235 *compleantur dies isti* 6940, *ut autem* τῶν ἐξαιρεσίμων ἡμερῶν πραγματεία *ista dierum exemptilium* (sive cavorum mensium) *distributio ex æquo fieret, summam dierum* 6940, *per* 110, *partiti sunt : unde prodeunt* 63 (& $\frac{1}{11}$.) *Itaque post dies* 63, *in hâc periodo, unus dies auferendus est* ; & pro 64 die, numerabitur 65 : nisi quod in undecimâ ἐξαιρέσει (quia dies unus ex fractione $\frac{1}{11}$ jam accrevit) exemptio fiet post dies 64 ; & pro 65, numerabitur 66. Hæc autem partitionis progressio τεχνικῶς & methodi causâ designata est. Non enim illis ipsis diebus vulgò ἐξαίρεσις usurpari solita est : neque de illius loco satis convenit inter eruditos.

a) Gemin. c. 6. p. 37. d.

Sed neque Cyclum hunc Novendecennalem in usum vulgarem receptum fuisse ; Neque Octaeteridis anomaliam, in festis celebrandis, adhuc desiisse constat ex Aristophanis Νεφέλαις : acta est fabula (Ἀμυνίου ἄρχοντος) anno 2 Olymp. 89 ; in quâ, ipsa Minerva in Athenienses increpat, illos b) οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας

Οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν, &c.
——*Nullos dies rectè transigere* ;
Sed sursum & deorsum omnia confundere.

b) Sub finem Act. 1.

Neque multo pòst, anno belli Peloponnesiaci 19, an. 4 Olymp. 91, Nicias Atheniensium dux in Siciliâ, Lunæ defectu superstitiosè territus, unà cum exercitu periit. Ex cœlestium motuum ignorantiâ, superstitio,

Thucyd. l. 7.

Ἐξχαι-

Ἑξκαιεβδομηκονταετηρίς.

a) Geminus, p.38.c.

MEtonis, sive a) *Euctemonis, annus* (*in periodo Decennovennali*) *constabat diebus* $365\frac{5}{19}$: *sed annus Solaris* (*quod plurium annorum observatione constabat*) *erat dierum* $365\frac{1}{4}$. *Numerus alter hunc superat* $\frac{1}{76}$. Ita ut in 19 annis supersit diei pars quarta; in quatuor Decennovennalibus, dies integer. *Quam ob causam Calippus excessum diei castigavit*; *& constituit Periodum annorum LXXVI, constantem ex quatuor Decennovennalibus*; *quæ continet menses 940, è quibus 28 sunt intercalares*; *Dies autem 27759*: Cum quatuor periodi Metonicæ essent dierum 27760. *Ordine autem Embolimorum similiter usus est*, ac pridem *Meto*. *Atque hæc periodus omnium maximè cum apparentiis congruere videtur*. In hâc igitur anni Græci emendatione acquievit Geminus. Initium autem Periodi Calippicæ (ut & Metonicæ) ab æstivo Solstitio deducitur anni Nabon 419, anno 3 Olymp. 112, anno Per. Jul. 4384. Quod ex Ptolemaicis observationibus colligitur.

b) Σύνταξ M. l.3.c.2.p.63. edit. Græc.

c) Ptol. ib.

d) Censorin. c. 18.

Hipparchus autem Calippicam periodum justò longiorem esse docuit. *Ipse* (apud b) Ptolemæum) *Ostendo* ait (*in libro de Anni tempore*) *quòd Annus Solaris* (*id est, tempus in quo Sol à solstitio ad idem solstitium redit, vel ab æquinoctio ad idem æquinoctium*) (*contineat dies 365. & minus quàm quadrantem*, τριακοσιοστῷ ἔγγιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, *tricentesimâ parte fere unius diei ac noctis*: id est quantitatem anni veram, præter dies 365, esse hor. 5, scrup. 55′,12″: deesse quadrantis scrup. 4′,48″. Et in alio libro (*de mensibus & diebus interkalaribus.*) c) *Nos*, ait, *in XIX annis totidem menses integros invenimus, quot illi* (Meton & Calippus:) *Annum autem quadrante paulo minus obtinere*: *adeo ut in 300 annis desint, secundùm Metonem, dies quinque*; *secundùm Calippum, dies una*. Censorinus autem constare ait annum magnum d) *Hipparchi ex annis CCCIV*; *in quo interkalatur centies decies bis*. Hipparchus anni Tropici modum definiit: Censorinus autem περιήγησιν σεληνιακὴν respexisse videtur. De anno Græco hæc tradiderunt Veteres: sit excursioni venia.

Epo-

Epochæ Marmoreæ.

		Æræ Attic.
Ἀφ' οὗ Α... Λυδο ... σίλευσε ... ΔΔΔΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους.	*Ex quo Alyattes Lydorum Rex. . . anni* 341, *Archonte Athenis Aristocle.*	978
Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐκ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα.. ολ...θ......τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου προτέρου· ἐν Συρακούσαις δὲ Γεωμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν.	*Ex quo Sappho ex Mitylene in Siciliam trajecit fugiens . . . Archonte Athenis Critiâ priore; Syracusis autem Geomoris rerum potientibus.*	
.... οντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗ..ΔΔΠΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Σιμῶνος.	Ex quo Amphyctiones ceperunt *Cyrrham, & certamen Gymnicum editum est, quo præmia præbenda ex spoliis, anni* 327, *Archonte Athenis Simone.*	992
Ἀφ' οὗ ...αιίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη ἔτη ΗΗΗΔΠΙΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου.	*Ex quo certamen iterum Coronarium factum est anni* 318, *Archonte Athenis Damasiâ secundo.*	1001
Ἀφ' οὗ ἐν Ἀθ..αις Κώμω..ρ ... εθη ... σαν ι.. τῶν Ἰκαριέων εὑρόντων Σουσαρίονος καὶ Δόλου .. τεθ.. πρω τὸ ιχα.. ἀρσιχο.. ν οινου.	*Ex quo Athenis Comœdia* primùm acta est scenâ tabulatâ, *inventoribus Susarione & Dolone Icariensibus* (à pago dictis.)	
Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΙ⊿ΙΔΔΔΔΠΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Κωμίου.	*Ex quo Pisistratus Athenis tyrannidem exercuit, anni* 297, *Archonte Athenis Comiâ.*	1022
Ἀφ' οὗ Κροῖσος .. Ἀσίας .. Δέλφους α .... ΔΔΔΔΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Εὐθυδήμου.	*Ex quo Crœsus ex Asiâ Delphos misit, anni* 292, *Archonte Athenis Euthydemo.*	1027

Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε, καὶ Κροῖσον ὑπὸ .. ης σφαλ	Ex quo Cyrus Persarum Rex Sardes cepit, & Crœsum.		Ær. Attic.
Καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ἰαμβοποιός.	Eo tempore Hipponax Iambos scripsit.		
Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς ... αχι ... ος ἐδίδαξεν Ἀλκ..ςιν ... • ἐπίθη ὁ τράγος, ἔτη HHIΔΔΙ (ΔΔΔ), Ἄρχοντος Ἀθ. ... αιου πρότερον.	Ex quo Thespis poeta .. edidit Alcestim; cujus præmium proponebatur hircus, anni 280, Archonte Athenis Alcæo priore.		1039

Ultimi *Lydorum* Regis, atque penultimi hîc meminit Marmor: de utroque a) diximus, non sine hæsitatione; neque lux major ex obliterato hoc lapide. Prior Epocha ab interprete legitur Ἀφ' οὗ Ἀλυάττης Λυδοῖς ἐβασίλευσε ἔτη HHHHΔΔΔΔΙ, *Ex quo Alyattes regnavit in Lydia, anni* 341, id est, anno Attico 978. Numerus iste b) Eusebio magis favet, qui *Alyatti* attribuit annos tantùm 49; quàm Herodoto, qui refert illum c) *regnasse annos* 57. Quæ de *Crœso* obscurè dicuntur, non illius initia, sed dona ab eo *Delphos* missa innuunt: ex reliquiis numeri colligitur annus Atticus 1027. Eo anno d) *Euthydemus erat Archon Athenis; & Lacedæmone, Chilon Ephorus primus, sive ἐπώνυμος, Olymp. LVI.* Non autem hinc liquet, de quo Regni Crœsi anno intelligendum sit Marmor; neque de quâ legatione. Ille enim e) ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον, *Oraculum ter consuluit.*

Sapphûs & Γεωμόρων mentionem f) fecimus.

a) p. 603. 625.
b) Chron. n. 1405.
c) L. 1. c. 25.
d) Diog. Laert. in Chil.
e) Herod. l. 1. c. 55.
f) supr. p. 495.

Pythia.

Ludorum Panegyricorum vetustissima *Pythia*; ab ipso Apolline dicata. *Ephorus*, apud g) Strabonem, *ait Pythonem latronem fuisse, cui à maleficio Draconis nomen inditum; quem Apollo sagittis confecit.* Unde Delphi, tantâ peste soluti, ludos celebrandos curavere.

h) *Diomedes à Trojâ rediens tempestate elapsus Apollini Epibaterio delubrum dedicavit; & in Apollinis honorem ludos Pythios pri-*

g) L 9. p. 422.
h) Pausan. Corinth. p. 146.

primus omnium instituit : a) Καὶ Πυθίῳ Ἀπόλλωνι τ χαλκὸν τρίποδα ἀνέθηκεν, ὃν ἐν τῷ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἀγῶνι ἔδωκεν Ἀχιλλεὺς, *Et Apollini Pythio tripodem æneum dicavit, quem Achilles ei dederat in agone ad Patrocli tumulum :* testante inscriptione. a) Eustath. ad Iliad. Ψ.

Χάλκεος εἰμι τρίπους, Πυθοῖ δὲ ἀνάκειμαι ἄγαλμα·
Καί με ἐπὶ Πατρόκλῳ θῆκεν πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Ibid.
Τυδείδης δὲ ἀνέθηκε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
Νικήσας ἵπποισι παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον.
Æreus sum Tripos, Apollini donarium maneo;
Et me ad funus Patrocli posuit pedibus celer Achilles:
Me autem dicavit Tydides bonus vociferator Diomedes
Cum vicisset equis prope latum Hellespontum.

Cæterum, ex posterioribus horum carminum partibus, satis constat epigramma hoc esse Homero recentius.

b) *Antiquissimum* in Pythicis ludis *certamen fuisse memorant, Hymnum in Apollinem canere; eique certamini* ἆθλα *præmia primo proposita fuisse : In eo cecinisse, & cantu vicisse Chrysothemin Cretensem, cujus pater Carmanor Apollinem de cæde purgasset; post quem, Philammonem cantu vicisse memorant; & post hunc, Thamyrin Philammonis filium. Hesiodum tradunt repulsam tulisse, quod non didicisset una cum cantu citharam pulsare.* c) *Sub Eurylocho autem Amphyctiones Equestrem & Gymnicam concertationem instituerunt,* στεφανίτην, *Coronariam; & Pythia nominaverunt.* b) Pausan. Phoc. p. 610. c) Strab. l. 9. p. 421.

d) *Delphis ludi, qui vocantur Pythia, post Octavum annum olim conficiebantur.* Neque dissentire videtur Marmor. Anno Attico 992, *archonte Athenis Simone*, id est, anno secundo Olymp. 47, *ex spoliis Cirrhæ* direptæ, Pythius *agon Gymnicus factus est* χρηματίτης. Rursus anno Attico 1001, *archonte Damasiâ II*, anno 3 Olymp. 49, *Agon, iterum actus, fit Coronarius.* Intercessit novennium: adeò ut Pythia adhuc, etiam post Cirrham excisam, διὰ ἐννεαετηρίδος celebrari videantur. Verùm ne id temere concedamus, monet Pausanias. e) *Anno,* ait, *tertio Olympiadis XLVIII,* ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς· προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα, καὶ αὐλῶν, *Amphyctiones instituerunt certamen cantûs ad citharam, ut pridem; sed & addiderunt cantum ad tibiam; etiam ipsarum tibiarum* per se. d) Censorin. c. 18. e) Phocic. p. 621.

Olympiade XLVII, Agon fit χρηματίτης: Olymp. XLVIII, adjicitur Αὐλῳδία. Olymp. XLIX, fit στεφανίτης. *Pythia* igitur, saltem post Cirrhæ cladem, fuerunt *pentaeterica*; quemadmodum Olympia. Et *Pythiadum* epocha rectiùs forsan dinumerari potest ab Olympiade XLVII; quàm à XLIX, ut a) Eusebius; aut à b) XLVIII, ut Scaliger in suâ συναγωγῇ; Pausaniam sequutus; qui δευτέρᾳ Πυθιάδι, στεφανίτην τὸν ἀγῶνα, *Secunda Pythiade, certamen Coronarium submotis præmiis, ab Amphyctionibus* factum esse scribit, & *Aulœdiam sublatam.*

a) Chron. n. 1435.
b) In Euseb. p. 320.

Comœdia, Tragœdia.

QUO tempore *Sapientia* primùm apud Græcos in honore fuit; eodem agi cœperunt Ludi Loquentes; *Comœdia* scilicet, atque *Tragœdia*: illa priùs inventa: hæc priùs expolita: illius inventor *Susarion*; hujus, *Thespis*. Est autem vox Dorica: Dores κώμας dicunt, quod Attici δήμους; quod hi πράττειν, illi δρᾷν; unde *Dramata*. Comœdia itaque primùm agrestis cantio erat, & in *pagis* usitata; serò in urbem recepta. Tam c) *Thespis* quàm *Susarion* fuerunt Icarienses: d) *Icaria* autem δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης (ὁ δημότης, Ἰκαριεὺς) *Pagus in Ægeide tribu, dicta ab Icario Erigones patre.*

c) Suid. Θ.
d) Steph. Ἰκα.

e) *Quemadmodum olim in Tragœdia, Chorus quidem solus agebat priùs; postea verò Thespis* (ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν) *unum histrionem adinvenit, ut Chorus interquiesceret; & f) Æschylus, secundum; Sophocles autem, tertium: & sic expleverunt Tragœdiam:* ita etiam Comœdia initio monoprosopos fuisse videtur. Quod ex fragmento *Susarionis* hujus, apud g) Stobæum, colligitur. Ille, in *Dionysiorum* celebritate, hos quatuor senarios de *Faminis* cecinisse traditur:

e) D. Laert in Platone p. 82.
f) Aristot. Poet. c. 3.
g) Serm. 67.

Ἀκούετε λεώς, Σουσαρίων λέγει τάδε.
Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι, κακόν.
Audite populus, Susarion hæc dicit:
Malum sunt mulieres; sed tamen ô populares,

Non

Non est domum invenire sine malo.
Uxorem enim ducere, & non ducere, malum.

Sanè tenue fuit nascentis Comœdiæ choragium ; Veruntamen sacrum, & in honorem Bacchi. a) Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας a) Athen. l. 2. p. 40.
καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις, ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, *A temulentia Comœdiæ & Tragœdiæ origo, in Icariâ Atticæ pago, ipso Vindemiæ tempore.*

b) *Ignotum Tragicæ genus invenisse camœnæ* b) Horat. de arte Poet. v. 275.
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis;
Quæ canerent agerentq; peruncti fæcibus ora.
Post hunc, personæ pallæq; repertor honestæ
Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumq; loqui, nitiq; cothurno.

Thespis scenam ambulatoriam, in quâ fabulas agit, vehiculis circumvexit ; & pro larvâ, nondum inventâ, faciem histrionis sui fœce vinaceâ perunxit, ne agnosceretur. *Hircus*, à quo Tragœdiæ nomen, Victori datus ; ut Baccho rem sacram faceret ; cujus in honorem fabula acta est : illius enim victima erat hircus.

c) *Cum jam cœpisset Thespis tragœdiam movere, reique novitas retineret multitudinem (nondum autem εἰς ἅμιλλαν ad certamen agebatur) Solon (quòd audiendi discendiq; studio teneretur, & in senectute jam in otium ludumq;, etiam in convivia & musicam seipsum magis remitteret) Thespin ipsum (ut erat mos veterum) agentem spectavit. Peracto ludo, conveniens eum, interrogavit, annon puderet ipsum in tantâ coronâ adeo mentiri ? Ubi respondit Thespis, Non indignum esse per Ludum ea dicere vel facere: Solon (terrâ baculo graviter percussâ) At verò, inquit, qui ludum hunc nunc probamus & amplectimur, brevi eum etiam in contractibus reperiemus.* c) Plut. Solon. p. 95. b.

Ἐδίδαξε, *docuit Thespis* d) *Olympiade LXI:* quod primæ illius fabulæ non competit. Neque enim *Alcestim* inter ejus dramata recenset Suidas. d) Suid. in Θ.

a) Strom. I. p. 308. d.

b) Plin. l. 36. c. 5.

De Poetis hujus ætatis, Clemens: a) *Iambum excogitavit Archilochus Parius:* χωλὸν ἢ ἴαμβον, *claudum Iambum, Hipponax Ephesius: Tragœdiam, Thespis Atheniensis: Comœdiam, Sysarion Icarieus.* b) *Hipponactem certum est LX Olympiade fuisse; cui notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem ejus lascivia jocorum Bupalus & Anthermus Chii (clarissimi in ea scientia) proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad Laqueum eos compulisse. Quod falsum est: complura enim simulacra posteà fecere.*

Pisistratus.

Herod. l. 1. c. 59.

Στασιαζόντων τῶν Παραλίων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, &c. *Cum seditio orta esset inter Athenienses Paralios & Pediaos; atque illis praerat Megacles Alcmaonis filius; his, Lycurgus Aristolaidis: Pisistratus, tyrannidem animo agitans, factionem tertiam incitavit; contractisque qui ab eâ parte starent, ipse Hyperacriis praerat; rem autem hujusmodi machinabatur.*

(*Solon. ep. ad Epimen.)

Cum seipsum mulosque vulnerasset, acto in Forum (* ἐπ' Ἡλιαίαν) *vehiculo, tanquam ex hostibus elapsus, qui rus proficiscentem ipsum interimere voluissent, rogat Populum* (cui Solon jus suffragii concesserat) *ut custodiam aliquam darent. Ille enim pridem in magnâ æstimatione fuerat, captâ in Megarensi expeditione Nisæâ, aliisque editis præclaris facinoribus. Ergo Populus* Atheniensis, *fraude inductus, cives aliquot delectos ei dedit, qui* κορυνηφόροι, *clavis ligneis armati, non hastis, ponè ipsum sequerentur. Isti autem, cum Pisistrato concitati, occuparunt Arcem.*

c) Plutar. in Solone, p. 92. e.

d) p. 94. e.

Pisistratus Soloni συγγενὴς erat materno genere: quomodo ille se gesserit, in tantâ rerum mutatione, operæ pretium erit dignoscere. Solon, post leges latas, c) *Decennalem peregrinationem susceperat:* d) *Eo absente, omnes Athenis in seditionem exarserant. Pediæis præerat Lycurgus, Paraliis Megacles, Pisistratus Diacriis* (sive *Hyperacriis;*) *in quibus erant* (ὁ θητικὸς ὄχλος) *capite censi, divitibus summoperè infesti. Obtinebant quidem adhuc in civitate Solonis Leges; sed omnes ad res novas spectabant, aliumque Reipub. statum desiderabant; sperantes, non quod æquum erat; sed in mu-*

mutatione, se aliena assequuturos, & partem adversam undequaque oppressuros.

In hoc rerum Statu, Solon Athenas regressus, apud omnes in magnâ erat reverentiâ atque honore; verùm ob senectutem, neque vires illi aderant ad dicendum vel agendum in publico, neque alacritas: caeterùm seorsim compellans Factionum capita, tentabat discordias discutere, eosque reconciliare; Pisistrato maximè, ut videbatur, auscultante. Ille enim blandum quiddam & amabile habebat in sermone; pauperibus subvenire promptus; in simultatibus aequus ac moderatus. Si qua verò à natura non haberet, ipsi ea imitanti magis etiam credebatur, quàm illis qui his praediti essent, ceu pudenti sanè viro & modesto, qui aequalitatem maximè adamaret, ac indignaretur adeò, si quis praesentem rerum statum moveret, aut res novas affectaret. Quippe his artibus plebi imposuit. At Solon ejus ingenium citò deprehendit, ac insidias subesse primus vidit: nec tamen propterea odio eum habuit, sed demulcere & ad saniorem mentem revocare conatus est: quin & ipsi aliisque affirmabat, quod si quis, τὸ Φιλόπρωτον, primatus studium ipsius animo eximeret, ac dominandi libidini mederetur, nullum alium magis ad virtutem à natura factum, neque meliorem civem. Postquam verò Pisistratus, inflictis sibi vulneribus, in forum venit curru vectus; populumque concitavit, tanquam, διὰ τὴν πολιτείαν, Reip. causâ ab inimicis insidiis petitus esset; multosque haberet indignantes & clamantes; Solon propiùs accedens. adsistensque; Non rectè, inquit, fili Hippocratis, imitaris Ulyssem Homericum. Tu enim eadem facis ad decipiendos Cives, quibus ille, se flagris concidens, imposuit hosti. Cum verò plebs inde ad defendendum Pisistratum parata esset, & populus in concionem venisset; scivissetque Ariston, ut clavigeri Quinquaginta Pisistrato in satellitium darentur; Solon ad id dissuadendum surrexit: Cum verò videret Pauperes in Pisistrati gratiam impetuosos, & tumultuantes; Divites verò fugientes timentesque; ipse recessit, dicens: Equidem his sum prudentior, illis fortior: prudentior istis qui non capiunt quid agatur; fortior his qui capiunt quidem, sed tyrannidi obstare reformidant. Postquam Populus decretum confirmasset; de numero clavigerorum cum Pisistrato non anxiè disceptavit; sed alentem quotquot vellet, & apertè colligentem, insuper habuit; donec Arcem occuparet. Eo facto, & turbatâ civitate, illicò profugit Megacles aliique Alcmaeonidae. Solon

Plut. Solon. p. 95. a.

(De ejus eloquentiâ, Cic. Orat. l. 3. p. 194.)

Plut. Sol. ib. d.

Plut. Sol. p. 96.

autem, etsi jam valde senex esset, neque adjutores ullos haberet, in forum tamen progressus, pro concione, populum stultitiæ & ignaviæ incusavit; eosque ne libertatem desererent, hortatus est. Antea, dixit, expeditius fuisset tyrannidem repressisse; nunc verò majus est & illustrius adultam exscindere. At cum nemo, propter metum, auscultaret, domum abiit; sumptisque armis & in vico ante fores collocatis; Equidem, inquit, quantum potui, Patriæ Legibusque opem tuli; ac deinceps in otio se tenuit. Super his, cum multi ipsum admonerent à tyranno cæsum iri; quærerentque, quâ re fretus adeo dementiret; respondit, Senectute. Atqui Pisistratus, rerum potitus, ita Solonem observavit, honore eum & benevolentia complectens, & ad se accersens ut consilio adjuvaret, laudaretq́. Etenim plurimas Solonis Leges & retinuit, iisque primus immansit, & amicos idem facere coegit. Phanias Ephesius refert, Solonem minùs duobus annis superstitem fuisse, postquam Pisistratus tyrannidem occupavit. a) *Siquidem Pisistratus dominari cœpit Comia Archonte; Solon autem obiit, Hegestrato Archonte, cujus magistratus Comiæ proximus erat.* Juxta Marmor, Pisistratus dominari cæpit, *Comiâ archonte*, anno Attico 1022, is est annus 4 Olymp. 54. Tatianus b) autem κατὰ προχειρισμὸν ponit *Onomacritum Atheniensem* (qui Ὀρφικὰ scripsit) κατὰ τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, *sub principatu Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem.* Eumque sequutus c) Clemens Alexandrinus; & Scaliger in d) suâ Olympiadum Descriptione.

a) Plut. Sol. p. 97.
b) contr. Græc.
c) Strom l. 1.
d) cum Euseb. Græcè editâ.

e) *Pisistratus verò, ubi Atheniensium principatum consecutus est, nec turbatis magistratibus neque Legibus mutatis, inhærebat iis, quæ statuta erant, Urbem bene & honestè administrans.* Ipse aliquando f) *cædis apud Areopagum accusatus, jam tyrannide potitus, modestè adfuit, causam dicturus, quam tamen deseruit accusator.* Plurima ejus modestiæ & æquitatis exempla apud autores memorantur. g) *Cæterum non multò post, qui Megaclis & Lycurgi partes sequebantur, inter se consentientes, ejecerunt ipsum: atque ita Pisistratus primùm Athenas obtinuit; & tyrannidem, nondum validè firmatam, amisit.*

e) Herod. l. 1. c. 59.
f) Plut. Sol. p. 96. c.
g) Herod. ib.

h) *Qui verò Pisistratum ejecerunt, iterum seditionem inter se concitarunt; quâ cum Megacles vexaretur, Pisistrato nunciat, si filiam suam uxorem ducere vellet, se tyrannidem redditurum: cumq́ hic*

h) Herod. ib. c. 60.

hic conditionem illam acciperet, & annueret, rem de reditu valde stultam machinati sunt. Erat in populo Pæaniensi mulier, nomine Phya; quæ staturâ cubitos quatuor, minùs digitis tribus, æquaret, alioqui formosa. Hanc totâ armaturâ induentes, & in currum imponentes, quo habitu maximè decora videri posset, in Urbem agunt; præmissis præconibus, qui præcurrerent, & cùm in Urbem venissent, quæ mandata nuntiarent, istis verbis: O Athenienses, bona mente accipite Pisistratum; quem Minerva ipsa, summo eum inter homines honore afficiens, in Arcem suam reducit. Et hi quidem passim hæc, quacunque transirent, dictitabant; ac confestim fama Populos pervagata est, ac si Minerva Pisistratum reduceret: & qui in Urbe erant, persuasi hanc mulierem esse Deam, & adorarunt eam, & Pisistratum receperunt; cum in exilio transegisset annos quinque.

Cùm Pisistratus, quo dixi modo, tyrannidem recuperasset, sicut promiserat Megacli, uxorem duxit ejus filiam (cujus nomen erat a) Κοίσυρα.) *Sed cùm & ipsi essent filii ætate florentes, & Alcmeonidæ piaculo obnoxii dicerentur, nolens è novâ conjuge liberos tollere, illicitè cùm ea congrediebatur. Et initio ista occultabat mulier; deinde cum matre consultat, an enunciaret, an porrò celaret: hæc autem marito indicat. Ille ægrè ferens contumeliâ affici à Pisistrato, irâ percitus, inimicitias cum adversâ factione posuit. At Pisistratus, cùm intelligeret, quæ in ipsum agitarentur, è regione prorsus decedit.* Herod.l.1.c.61 (a) Suidas in Ἐγκεκοισυρωμένος.)

Tandem *cùm Eretriam* (Eubœæ urbem) *venisset, unà cum filiis deliberat: & cum Hippiæ sententia de tyrannide recuperandâ prævaluisset, munera collegerunt ex urbibus antea sibi utcunque cognitis; & cum aliæ complures multum pecuniæ contulerunt, tum verò Thebani plurimum. Postea verò, ut paucis dicam, tempus extitit, omniaq; ad reditum ipsis parata fuerunt. Nam & ex Peloponneso Argivi aderant, mercede conducti; & Naxius quidam, nomine Lygdamis, ultro adveniens, pecuniis copiisque adductis, multum alacritatis addidit.*

Eretriâ autem profecti, διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος, *anno undecimo* (regni, an exilii?) *redierunt, & in Atticâ Marathonem primùm occuparunt. Hic cùm castra metati essent, multi ex Urbe factionis suæ socii conveniebant, aliique passim è Populis confluebant, quibus Tyrannis Libertate potior erat: atque sic congregabantur. Cæterùm Athenienses qui in Urbe degebant, quamdiu Pisistratus pecunias colligebat,* Herod.ib.c.62

 postea-

posteaque Marathonem occupabat, nihili planè faciebant; sed ubi ac-ceperunt, eum Marathone versùs Urbem copias ducere, demùm ad se defendendos obviam ibant, & cum omnibus copiis in redeuntes con-tendebant. Ac Pisistratus Marathone digressus, cum in urbem iter caperet, cum suis convenit (in Pallene pago) *pergensq; ad Minervæ Pallenidis fanum, ex adverso arma posuit. Hic Amphilytus Acar-nan, vir ariolus, pompam Deæ celebrans, Pisistrato adfuit; eumq; ac-cedens, hexametro carmine vaticinatus est, ita inquiens.*

Verriculum jactum est, expansaque retia; nocte
Mox aderunt thynni claro sub sidere Lunæ.

Herod. l.1. c.63. *Hæc vaticinatus est ille, divinitus afflatus. Pisistratus verò percepto oraculo, hoc se accipere affirmavit, copiasque in Athenienses duxit. Illi autem tunc ad prandium conversi erant; & ab eo, hi ad aleas, isti ad somnum: Eos itaque Pisistratus in fugam vertit; & cùm fugerent, con-silium prudentissimum excogitavit, ne dispersi Athenienses, ampliùs conglobarentur. Filios equis impositos præmisit, qui fugientes assecuti dicerent ipsis; Bono animo esse vellent, & ad sua quisque abiret.* Stra-

a) Stratagē. l.1. tagema hoc paulò aliter refert Polyænus. a) *Pisistratus ab Eubœa copias in Atticam duxit ad Pallenidis Minervæ fanum; primosque hostium, in quos incidisset, omnes cecidit: in progressu aliis pluribus obviam factus, mandat suis, ut se sertis coronarent; & ab obviis occi-dendis abstinerent; verùm dicerent, Fœdus sese cum prioribus iniisse: qui cùm fidem his haberent, ipsi quoque fœdus faciunt, ac Pisistrato urbem tradunt.*

b) Herod. ib. c.64. b) *Hunc in modum Pisistratus, tertiùm Athenis potitus, fir-mavit tyrannidem sociis multis, & pecuniarum proventibus, partim indidem, partim à Strymone flumine comparatis; tum obsidibus item captis liberis Atheniensium (qui permanserunt, neque statim fugâ sibi consuluerant) & in Naxum transportatis. Hanc enim Pisistratus*

c) Strab. l.13. p.599. *bello subegerat, ac Lygdamidi commiserat.* c) *Sigeum Archæanax Mitylenensis ex ruderibus Trojæ, muro circumdederat:* d) *Pisistra-*

d) Herod. l.5. c.94. *tus oppidum armis à Mitylenæis eripuit; & Hegesistratum, filium no-thum ex Argivâ muliere, tyrannum illic constituit.* e) *Itaque Pisi-*

e) Ib. l.64. *stratus tyrannidem nactus est, Atheniensium aliis in prælio cæsis, aliis*

f) Heraclid. de Rebusp. *unà cum Alcmæonidis domo profugis;* & f) τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν, *post tricesimum tertium tyrannidis*

an-

annum, jam senex obiit. Illius autem tyrannis a) οὐκ ἐγένετο συνεχής. Δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν· ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα τούτων ἐτυράννευσεν, *non fuit continua. Siquidem bis ejectus est Pisistratus post adeptam tyrannidem ; ita ut ex annis triginta tribus, septendecim tantùm tyrannidem tenuerit.* Cœpit Pisistratus anno Attico 1022: dominatus est annos 33: Obiit itaque an. Att. 1055, qui est annus quartus Olymp. 62 ; & in Seculum XIX excurrit. Pisistratus, post ejectionem secundam, rediit Δευ᾽ ἐνδεκάτῳ ἔτει *anno undecimo :* in primâ igitur, quinque annos transegisse videtur; ut sint XVi Exiliorum anni. XVII Tyrannidis annos partiri non adeò promptum est.

a) Aristot. Politic, l. 5. c. 12.

supr. p. 673.

Epilogus.

PRæteritis jam obscuriorum temporum intervallis, luculentior hinc consurgit Chronologia, per Annales (quàm commodè poterit) deducenda. *Imperium Persicum* (à morte *Cyri* ad mortem *Alexandri*) ducentorum ampliùs annorum historiam obtinet; cujus norma est Æra Nabonassari : concomitantur *Græcorum* res variæ, per Olympiadas digerendæ. *Romanorum* autem res, adhuc tenues, extra angustos eorum limites nondùm innotescunt.

Terminus mihi b) aliquando propositus fuit *Transitus Xerxis :* Verùm quæ hactenus, forsan tàm mihi, quàm tibi (lector) satis sunt superque. Saltem reliqua paululum comperendinare liceat.

b) supr. p. 24.

Alius alio plura invenire potest;
nemo, omnia. Ausonius.

F I N I S.



INDEX I.

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ

in hoc Opere explicatorum.

Cap.

AMOS.

INDEX II.

AUCTORUM,

qui vel illuftrantur, vel notantur, vel emendantur.

IN-

INDEX III.
RERUM.

SSss Chro-

num

ejus

Chal-

Co-

ejus

D.

Tt tt Re-

men-

Ἐξκαι-

Gene-

Hyper-

zelo-

Messa-

Syr

Pan-

Per-

tyran-

co-

toto

cur

mixtæ

Suc-

Æscu-



FINIS.



